ARMAMENTARII HISTORICO-LEGALIS ORDINUM EQUESTRIUM ET MILITARIUM IN...

ARMAMENTARII HISTORICO-LEGALIS

ORDINUM EQVESTRIUM ET MILITARIUM IN CODICES TRIPERTITI

In quorum Primo decem Discursibus præmissis

RES EQVESTRES PERPENDENTIBUS

PECULIARES ALPHABETICA REGULA

De quolibet Ordine singillatim Discursus habentur:

Sic in altero continuatur Ordinum Nomenclatura

IN TERTIO AUTEM TOMO

MATERIA LEGALIS, CANONICA, ET MORALIS

Ad illorum ornatum enucleatur

OPERA, ET STUDIO

THOMÆ ALOYSII SILVII TORELLI

Ex Comitibus Castri Falcini Nobilis Patricii, & Episcopi Forolivii, ac Solio Pontificio Assistentis

TOMUS SECUNDUS

PARS PRIMA.

Forolivii Typis Antonii Barbiani Impr. Episc. Superiorum Facultate

SUB TESSERA EQVITUM)(1753.)(

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIV.

TER OPTIMO TER MAXIMO PONTIFICI

THOMAS EPISCOPUS FOROLIVIENSIS

Perennem Gloriam, & Felicitatem.

UMMA illa tot Heroicis Coronamenta tuis præbens Virtutibus præcellens Humanitas, & Clementia, BEATISS. PATER quæ superiore Anno ad Tuos me Sacratissimos Pedes provolutum, Armamentarii mei Tomum Primum offerentem excepit, illa eadem adamussim Clementia, & Humanitas, Apostolicum Sanctitatis Tuæ me rursus manuducit ad Thronum. Novi hujus Codicis Parte Prima, Series Ordinum, & Religionum Equestrium, & Militarium contin-

vatur, in sequenti Parte Secunda ejusdem Secundi Voluminis, una cum Tomo Tertio, Opus Historico-Legale quam primum absolvetur.

Armamentarii ejusdem in lucem prodiens Volumen alterum, Pontificios tuos mox fertur ad Pedes, & audax dico, Secundus hic Codex Germani Fratris sui Primi Codicis Gloriæ æmulator est, & sicut fortunatissimus ille Sanctitatis Tuæ palam Nomen præseferendi perenni honore gaudet, ita hic quoque ejusdem Nominis tui Titulo enixe efflagitat, humillime supplicat insigniri.

Utriusque Codicis Argumentum, & ea quę sub his Voluminibus recluduntur, si Oculorum, Mentisque acie inspiciantur, Supremis non nisi Principibus esse dicanda, & Majestatę Regnantis congrua, non me latet. De Ordinibus quippe Equestribus, & Militaribus agunt, e Mente Principum Originem trahentibus, Principum construxere Manus, decoravit Auctoritas, ditavit Liberalitas, Munificentia servat.

Structura

Structura autem Operis quoties perpenditur, quam inelegans Ædificium comparet Rimis fatiſcens, prorſuſque debile Opus reddens, exili undique elocutione exaratum, vivida Latini idiomatis phraſe carens, ineptumque ut illi Principis nomen affigatur, multoque minus ut dicetur, atque ſacretur Tibi BEATISS. PATER, qui omnium Principum Maximus Princeps es, qui ſicut Dignitate Major es cœteris, atque anteceſſis, ita etiam Sapientia, & Scientiis ſuperas, & quibuſcumque liberalibus Diſciplinis excedis, & Studiis, quæ diviſa præſtantiſſimos Viros efficerent, Tu collecta tenes, & antiquum apud Doctos Sapienteſque Viros effatum factis comprobas verum: Literas omnium fundamenta eſſe Virtutum, quas tu cumulatiſſime ſervas, & frontis Tuæ ſudoribus, ipſoque Agnatitio Sanguine jugiter comparaſti; & quidem in cunctis tua Te excellens erudivit Proſapia, cum nemo in Hiſtoriis verſatus ignoret, in Reipublicæ commodum, & Decus, Veteres Patriciæ Nobilitatis Lambertinos Tuos, ad Fortia ſemper, ad Equeſtria, ad

ad Haſtiludia in Patriæ Decus, & Ornamentum, ad Sancta; & Religioſa perfectiſſimum ſemper præbuiſſe exemplar. Cœteris omiſſis, emicuere *Eganus*, qui, ut Felſinea Monumenta teſtantur, omnium primus Equeſtria Haſtiludia Bononiæ publice inſtituit, exercuit; Et *Ugolinus* Eques Auratus Equeſtri Militari Nobiliſſimæ Religioni ſub Sanctiſſimæ Virginis Mariæ Titulo, Nomine, ac Protectione quatuor conſimilibus Nobilitate, ac Opibus Patritiis Viris ſociatus, in Bononienſi Patria Tua tribuit exordium, ad Orthodoxę Fidei tutelam, ad Pacem Cives inter ſervandam, & Populorum etiam in cœteris Provinciis jurgia tollendum, erroreſque evertendum, quemadmodum videre eſt in peculiari Diſcurſu relato in ſequenti Tomo.

Hinc Sanctitati Tuæ novum hoc dicando Volumen, dum Armamentarii moles hæc Principis quidem oculis ſubiecta fidelibus, digna Principe videtur, cum debili tamen ingenio, manuque architectatam proceſſiſſe video, ingenuus fateor, reformidat animus, atque in hoc cogitationum, rationumque con-

conflictu, reliquum est, ut pro me Tua Sanctissime Pater vincat Humanitas, triumphet Clementia, quibus opitulantibus, dabitur mihi rursus Votorum meorum compotem fieri, ut hoc quoque Volumen ante Sacratissimos Pedes tuos exponam, rursusque insimul tuo plusquam Augusto nomine insignitum porrigam Sanctitati Tuæ, quam humillime supplex exoro, ut Apostolicam mihi impertiri dignetur Benedictionem, super aurum, & Lapidem pretiosum semper undequaque pretiosiorem.

PRO-

PROTESTATIONES.

EA, qua par est veneratione, inhęrendo Decretis à san. mem. Urbano VIII. in Sac. Congregatione San. Romanæ Universalis Inquisitionis editis sub annis 1625., 1631., 1634. circa imprimendas Sanctorum, & Venerabilium Virorum Vitas, vel eorum, qui cum Sanctitatis fama e vita exierunt, ac circa gesta, elogia, miracula, atque imaginum picturas, Operis hujus Auctor solemniter protestatur, quod quæcumque ab eodem impressa reperiuntur in omnibus, & singulis quibuscumque Voluminibus, ac præsertim in hac prima Secundi Tomi Parte, ac in subsequentibus Tomis imprimentur, non aliter, nec alio modo accipienda, imo adamussim intelligenda fore, & esse juxta præscriptum in iisdem Decretis, quibus iterum obsequentissime parere profitetur.

Itemque hic renovat Protestationes late recensitas in Primo Tomo hujus Armamentarii Disc. pr. n. 48. pag. 22.

APPROBATIO

Elaboratissimum *Armamentarii Historici-legalis de Ordinibus Equestribus, & Militaribus &c.* Volumen Secundum, quod a Calamo Doctissimi Præsulis Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Thomæ Torelli ex Comitibus Castri Falcini, Patricii, & Episcopi hujus nostræ Civitatis Forolivii, ac Solio Pontificio Assistentis, de mandato Illustrissimi Domini Vicarii Generalis ejusdem Civitatis, summa cum jucunditate, ac nova animi mei oblectatione perlegi: & quemadmodum non minus, quam primum ejusdem Operis volumen, Nobilis, ac litterariæ Reipublicæ pretium auget æstimabile, non modicum utile, & commodum exhibet, Materias singulares solide simul, ac Magistraliter pertractando, ita quod solertissimum ingenium Sapientissimi Præsulis admiratus sim; ideo Publicæ habere lucis usuram jure, & merito promereri arbitror, & firmo, ut prælaudati excelsi Præsulis emeritissimi honoris perpetuum appareat Documentum. In quorum &c.

Ego Annibal Bruni Patricius, & I. C. Forol.

APPROBATIO

TOmum Primum *Armamentarii Historico-Legalis Ordinum Equestrium, & Militarium* Jllustrissimi, ac Reverendissimi Domini Thomæ Torelli ex Comitibus Castri Falcini, Patricii, ac Foroliviensis Episcopi, Solioque Pontificio Assistentis comitatur Secundi Tomi Pars Prima, eorundem Ordinum Nomenclaturam prosequens: qua per me avido non minus, quam diligenti studio perlustrata, hanc Catholicæ Fidei, Apostolicis Constitutionibus, bonisque moribus undequaque consonam vidi; in eaque (ut in cæteris discursibus) in illo, vel maxime S. Joannis Baptistæ Hierosolymitani aptam, perspicuamque rerum dispositionem, quam optime continvatam inveni, ac Historicam varietatem, Canonicæ, & Legali materiæ, præsertim ex Sacræ Romanæ selectissimis Decisionibus depromptam, fœlicissime intermixtam notavi; quod oppido rarum est, asserente *Plinio lib. 3. Ep. 13. Invenire praeclare, ennunciare magnifice interdum etiam Barbari solent, disponere apte, figurare varie, nisi eruditis, negatum est*. Quo circa Primo Tomo hujus Secundi Tomi Partem Primam, Prælo mediante, jungendam prorsus existimo.

Jacobus Gallepinus I. C. Forol. in Curia Episcopali Pauperum Advocatus, Matrimoniorum, & Regularis Professionis Defensor.

Attentis supradictis Attestationibus.

IMPRIMATUR

Dominicus Antonius Caballini Vicarius Generalis Forolivii.

APPROBATIO

IN sequelam facultatis mihi benigniter per Reverendissimum Patrem Generalem Inquisitorem Sancti Officii totius Æmiliæ elargitæ, de qua in Primi Tomi jam evulgati fronte; Tomum quoque hunc secundum præclarissimi Operis inscripti - *Armamentarium Historico-Legale Ordinum Equestrium, & Militarium* - in Codices tripartiti, ab Jllustrissimi, ac Reverendissimi D. D. Thomæ Torelli ex Comitibus Castri Falcini Patricii Foroliviensis, Nostrique Vigilantissimi Antistitis, ac Solio Pontificio Assistentis feracissimo ingenio, & labore, cui numquam pepercit, proditum; eadem animi jucunditate, atque diligentia perlegi, & revolvi, illumque deprehendi, nedum à sensibus Religionis, ac Orthodoxæ Fidei adversantibus alienum, sed ex solita Eruditissimi Auctoris scribendi facundia undique refertum, & sempiterna luce dignum: quamobrem parcendo laudibus, & Præconiis tanti Præsulis, tum clarissima ejus Natalium Nobilitate, tum in omni Scientiarum genere peritia, atque sapientia jam undique evulgatis, illum, ut Cœlum sine Nubibus, semper reddentibus serenum, juxta illud *Seneca de Jra ad Novatum lib. 3. folio mihi 96.* Ne Solem, ut ajunt, facibus lucidiorem velle facere videar, sed ut perennis Auctoris Nomen vivat ad gloriam, ac Respublica Litteraria hoc quoque recipiat Eruditionis incrementum, pro publico beneficio typis dignissimam hanc quoque præfati Operis Partem obsequentissime refero.

Dominicus Franciscus Mazzolinus I. U. D. et Advocatus Foroliviensis, & Sanctissimæ Inquisitionis Consultor.

Attenta supradicta Attestatione;

IMPRIMATUR

F. Thomas Maria Cortini Ordinis Prædicatorum Sacræ Theogiæ Magister, ac Vicarius Sancti Officii Forolivii.

I N D E X

ARGUMENTORUM DISCURSUUM,

qui in hac Secundi Tomi Parte Prima continentur.

Ordo

DISCURS. XC.

DISCURS. XCI. DISCURS. XCII.

DISCURS. XCIII. DIS. XCIV.

DISCURS. XCV.

DISCURS. XCVI.

DISCURS. XCVII.

DISCURS. XCVIII.

DISCURS. XCIX.

DISCURS. C.

DISCURS. CI.

DISCURS. CII.

ponitur Catalogus magnorum Magistrorum: *Discurs. CII. à pag. 62.*

DISCURS. CIII.

Ordo Sancti Georgii in Bavaria, à quo fuerit institutus perpenditur in præsenti Discursu, & ostenditur illius Restauratorem fuisse clar. me. Carolum Albertum Electorem Bavariæ, & postmodum in Romanorum Imperatorem electum, & adducuntur Statuta circa Nobilitatem more Ordinis Theutonici probandam à petentibus admitti ad hunc Ordinem: refertur super hoc Constitutio san. me. Benedicti XIII., & Sanctissimi Domini Nostri feliciſsime Regnantis Benedicti XIV. *Discurs. CIII. à pag. 72. cum seqq.*

DISCURS. CIV.

Enumerantur Confraternitates Equestrem qualitatem secum ferentes, & ostenditur illam Sancti Georgii in Burgundia exigere rigorosam Nobilitatem per plura latera: *Discurs. CIV. à pag. 84.*

DISCURS. CV.

Discutitur quis fuerit Equitum Sancti Georgii in Civitate Januę Ordinis Fundator, & comprobatur fuisse Fridericum III. auctoritate Summi Pontificis Pauli Secundi. Adducitur Crux, Tessera Ordinis, & enumerantur Duces Januæ magni Magistri usque ad annum 1689. *Discurs. CV. à pag. 89.*

DISCURS. CVI.

Ostenditur Institutio Ordinis Cœtus, vel Monasterii in loco Nivellæ in Brabantia pro Mulieribus, in quibus exigitur Sanguinis Nobilitatis Probatio: *Discurs. CVI. à pag. 94.*

DISCURS. CVII.

Quod hic Equester Ordo Sancti Georgii Ravennę fuerit à Summo Pontifice Paulo Tertio institutus, ostenditur in Discursu, pro tuitione Civitatis Ravennę, & contra Piratas infestantes Mare Anconæ. In Tesseram Crucem octogonam præscripsit auream una cum suprapoſita simili Cruce, non rubeam, ut aliqui dixerunt. Dictus Sumus Pontifex ditavit Commendis, & Privilegiis: secuto obitu d. Pontificis cessavit Ordo: *Discurs. CVII. à pag. 95.*

DISCURS. CVIII.

Ostenditur hunc Ordinem Sancti Georgii Romæ fuisse institutum ab Alexandro VI. Summo Pontifice primo sui Pontificatus anno. Adducuntur Auctores diversimode Tesseram Scribentes, & putantes hunc Ordinem esse fictitium, vel referendum ad Ordinem ut supra dictum Sancti Georgii in Carinthia. *Discurs. CVIII. à pag. 99.*

DISCURS. CIX.

Referuntur variæ opiniones circa fundationem, & Fundatorem Ordinis Sancti Gereonis, & an Crux in Tesseram esset rubea, vel nigra, & apud quem videatur figura: *Discurs. CIX. à pag. 104.*

Agitur

Ostenditur

DISCURS. CXVIII.

DISCURS. CXIX.

DISCURS. CXX.

DISCURS. CXXI.

DISCURS. CXXII.

DISCURS. CXXIII.

DISCURS. CXXIV.

Idem

DISCURS. CXXV.

Idem Summus Pontifex Joannes XXII. qui Ordinem Jesu Christi in Lusitania instituit, hunc alium quoque consimilem Avenione fundavit. Hic nonnulla tanguntur de primo Ordine, & plura adducuntur de alio Ordine: quæ sit ejus Tessera, sub qua Regula militet, an sit aggregatus primo, an suas habeat Leges. Pontifex per speciale Indultum Habitum hujus concedit; nullum infertur præjudicium Ordini Lusitano: datur Catalogus magnorum Magistrorum; formula Indulti Pontificii: *Discurs.* CXXV. *à pag.* 283.

DISCURS. CXXVI.

Refertur Institutio Ordinis Militaris sub Titulo Jesu Christi, seu Societatis Jesu Christi peracta anno 1459. à Summo Pontifice Pio II. *Discursus CXXVI. à pag.* 295.

DISCURS. CXXVII.

Describitur erectio alterius Ordinis Militaris sub Titulo, & nuncupatione Jesu Mariæ in Urbe, & ponderatur qui fuerint Institutores: adducitur Crux in Tesseram data; Privilegiis fruebantur Equites, & qui. Hic Ordo, vel nullum habuit effectum, & si habuit, brevi tempore duravit: *Disc. CXXVII. à pag.* 296.

DISCURS. CXXVIII.

In hoc Discursu, qui decem constat Sectionibus, plene agitur de Equestri Militari Religione Sancti Joannis Hierosolymitani. Exponitur ejus Origo, quomodo, & quando fuerit expulsa ex Civitate Hierusalem, per quæ loca fuerit peregrina, Insulam Rodi quando acquisiverit, retinuerit, & amiserit, ad Insulam Melitæ transiverit. Ostenditur Ordinem Hierosolymitanum esse veram Religionem cum tribus substantialibus Votis: ostenditur illam dividi in tres Classes, Militum Capellanorum, & Servientium Armorum: enumerantur Dignitates, & Gradus in illa existentes, & eorundem Auctoritas in prædictis Classibus. Agitur de Equitibus Magistralibus ex Gratia, & Devotione, de Donatis, Capellanis, Conventualibus, & Obedientiæ: explicatur quæ ætas requiratur ad consequendum Habitum, & de *Passagio*. Exponitur modus tenendus à cupientibus admitti: per extensum autem sub *Sectione septima à pag.* 455. *cum seqq.* refertur ad literam Processus Probationum, una cum ejusdem approbatione in Assemblea Prioratus, & successiva approbatione Melitæ peracta concordibus Votis. Refertur notula Dictionum, quibus utitur passim Religio, & adducuntur Juris Conclusiones ad sensum Sacræ Rotæ Decisionum; & sub Sectione IX. adducitur Catalogus Beatorum, & Sanctorum, & Beatarum, & Sanctarum hujus Ordinis, cum Compendio Vitæ cujuslibet: ita pariter apponitur Series magnorum Magistrorum cum Epitome Vitæ cujuslibet in Sect. X. ibique datur per extensum Bulla Sanctissimi Domini nostri Papæ Benedicti XIV. super confirmatione, & innovatione Privilegiorum hujus Sacræ Religionis: *Discurs. CXXVIII. à pag.* 299.

DISCURS. CXXIX.

Cum Sacra Religio Equestris, ac Militaris Hospitalariorum S. Joannis Hierosolo-

DISCURS. CXXX.

DISCURS. CXXXI.

DISCURS. CXXXII.

INDEX

INDEX

Alphabeticus Ordinum Equeſtrium, & Militarium, qui in hac Secundi Tomi Parte Prima continentur.

Sancti

AR-

ARMAMENTARIUM HISTORICO-LEGALE ORDINUM EQVESTRIUM ET MILITARIUM

Tomus Secundus.

DISCURSUS LXXXIII.

DANEBROGICUS SEU DANICUS SEU DANOIS ITALICE DI DANEBROK AUT DI DANIMARCA

ARGUMENTUM

Equestris Ordinis de Danebrok Origo exponitur, quis fuerit ejus Institutor? De quo tempore, ac ex qua causa fuerit institutus. Adducitur Crux assumpta in Tesseram, ac forma Habitus, ostenditurque Equitum numerum non excedere decem, & novem, & Magnum Magistrum esse Regem Daniæ pro tempore.

SUMMARIUM

1. *Danebrogicus Ordo est antiquior omnium Ordinum in Dania, ubi sunt alii tres Elephantis, & Brachii armati, ac Ordo Fœmineus.*
2. *Primus Rex Daniæ fuit* Dan *filius Jacobi Patriarchæ, qui Daniæ nomen tribuit, & à Cruce alba, quæ ipsi apparuit in Cœlo, in signum reportatæ Victoriæ, motivum sumpsit fundandi Ordinem dicto nomine, & dictione* Broge *vocatum Danebrogicum.*
3. *Dictio* Broge *lingua Danica significat Picturam.*
4. *Narrationem prædictam fabulosam agnoscunt Scriptores.*
5. *Institutor Ordinis fuit* Waldemar *Secundus anno 1219., ut Equites pugnarent*

gnarent contra Infideles Livoniæ.
6. *In Tesseram præscripsit Crucem albam.*
7. *Crux alba ei apparuit in Cælo eo tempore, quo erat pugnaturus.*
8. *Dictus Ordo per plura secula mansit ignotus: illum restauravit Christianus quintus anno 1672.*
9. *Sed quod dictus Christianus V. non simplex Restaurator, sed Institutor fuerit sustinent alii.*
Tunc Equites deferebant Amentum album ornatum colore viridi ad latus sinistrum cum Cruce lanea, & aurea, encausto argenteo adamantibus exornata.
In Clamyde acu picta aderant verba Pietate, & Justitia, *quę verba abstulit Reformator, qui etiam Clamydem statuit coloris, ut vocant,* Aurora, *subsuta, ut dicitur,* di Raso bianco, & n. 11.
10. *Clamys valde similis est Clamydi Equitum Elephantis: eorum Tibialia non dissimilia ab eis, quę Elvetii deferunt.*
11. *Dicta Crux fuit adamantibus undecim exornata.*
12. *Equites deferunt in capite Pileum ornatum plumis.*
13. *Crucis figura, & Equitis, apud quos habeatur,* & n. 14.
15. *Equites in totum sunt decem, & novem.*
16. *Rex Daniæ est Magnus Magister.*
17. *Ter in anno, & quibus diebus Equites debent comparere coram Rege.*
18. *Equitis Gradus confertur solis Officialibus Exercituum.*
19. *Od Ordinem Elephantis, qui est Ordo nobilior, nemo admittitur, nisi prius fuerit factus Eques Ordinis Danebrogici: & in calce Discursus refertur Notula nonnullorum Equitum Ordinis Danebrogici.*
20. *Ordinis Danebrogici Magnorum Magistrorum Catalogus.*

DISCURSUS LXXXIII.

DANEBROGICUS SEU DANICUS SEU DANOIS ITALICE DI DANEBROK AUT DI DANIMARCA

Aniæ Regnum Equestres Militares Ordines tres huc usque habuit; Danebrogicum, sive Danicum, italice di Danebrok, aut di Danimarca; alterum Sanctæ Mariæ Elephantis; tertium Brachii armati. Ordo Danebrogicus in Dania est omnium antiquior, de quo hunc teximus Discursum; nam super Ordinem Brachii armati disseruimus in Discursu 50. registrato in nostro *Tom. 1. pag. 616.* Et de Ordine Elephantino, suo loco loquemur in pręsenti Volumine.

Diximus, huc usque tres in Dania
1. fuisse Equestres Militares Ordines; nuperrime vero Ephemeris illa Hebdomatica, quam Nos *Gazzetta, foglio di Novelle*, appellamus, notitiam exhibet, Fridericum V. Daniæ Regem instituisse Ordinem Fœmineum: cum enim Ludovica de Bransuich, ejusdem Regis Friderici Uxor sub die decima nona Januarii præsentis anni 1752. obierit, Rex Fridericus in memoriam d. Reginæ Uxoris suę, Equestrem Ordinem Nobilium Fœminarum instituit; ita enim loquitur folium præ-

prædictum Ephemeridis hebdomadariæ sub datum Mantuæ die 18. Februarii 1752. impress. Mantuæ typis Hæredum Alberti Pazzoni ibi -- *Nella data di Copenaghen 18. Febbrajo. Il Cadavere della nostra Regina è stato trasferito dalli Appartamenti di Corte alla Chiesa di Castello, e collocato sopra un superbo Catafalco, ove è permesso in alcune ore del giorno di vederlo, per poi trasportarlo con pompa funebre à Rotischild, e sepellirlo nella Tomba della Reale Famiglia. Il Re, che non sa dimenticarsi una sì degna Consorte, ha voluto eternare la memoria, instituendo un novello Ordine di Dame, in cui ha ascritte non solo quelle ch' erano al di lei servigio, ma varie altre delle principali Famiglie, ed anzi a tutte quelle, che attualmente servivanla, ha accordato delle Pensioni considerabili.*

Hic igitur cuncta cumulabimus, quæ apud Scribentes reperire potuimus de Daneburgico Ordine tractantes.

2. Et sane dicimus admodum inter se dissidere Scribentes in referendo tempore Institutionis hujus Ordinis, & in designando nomen Institutionis, & non defuisse aliquos, qui ad colorandam majorem antiquitatem Originis dicti Ordinis Danebrogici audacter asserunt hujus Ordinis antiquitatem esse metiendam à primo Rege Daniæ, scilicet à Dan Jacobi Patriarchæ filio, quem dicunt fuisse primum Regem Daniæ, ipsumque de suo nomine, nomen Daniæ Regno dedisse; subduntque proinde, quod cum idem anno creationis Mundi 2898. certamen esset initurus, repente vidit e Cœlo descendere magnam Crucem albam in signum reportatæ

3. Victoriæ. Hocque motivum tribuit fundationis Ordinis, cui suum indidit Nomen, ac aliud di *Broge*, quod lingua Danica significat Picturam, ad ea, quæ referuntur in Historia Danica, & *in Historia Ordinum Monasticorum, Religiosorum, & Militarium e Gallico Idiomate in Italicam linguam translata à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanensi Congregationis Matris Dei tom. 8. cap. 61. pag. 404. juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. *Volumen*, cui Titulus *Li Sovrani del Mondo tom. 4., impress. Venetiis Typis Sebastiani Coleti, & Joannis Malachin anno* 1720. *sub Titulo -- Ordini de' Cavalieri dell' Ordine di Danebrok à pag. 275. cum seqq.*, & tradunt *Comes in Koden Sapieha Corrolario omnium Ordinum impress. in calce Tractatus*, cui Titulus -- *Adnotationes Historicæ de Ordine Aquilæ Albæ in verbo Danebrogii pag. 268. juxta impress. Colonia Typis Adami Cholini 1730. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 4. sub tit. 84. pag. 108. juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721.

4. Verum, dicta Narratione posthabita, quam fabulosam agnoscunt prædallegati etiam Scriptores, procedendo juxta opinionem aliorum Scriptorum,

5. magis solide Institutionem Ordinis describentium, asserunt Ordinem fuisse institutum à Rege Waldemaro Secundo anno 1219. ut Equites certarent contra Infideles Livoniæ, quodquæ idem Waldemarus pro Tessera Equitibus statuit Crucem albam, quam Tesseram deferebant in fronte Exercitus, ut tradit *d. Pater Fontana d. tom. 8. pag. 404.* Volumen, cui Titulus -- *Li Sovrani del Mondo* sub Titulo *degli Ordini S. L'Ordine Militare di Danebrok pag. 271. juxta impress. Venetam Typis Sebastiani Coleti*

leti, & *Joannis Malachin anno* 1720. *Comes in Koden Sapieha in dicto Corrolario omnium Ordinum in Verbo Daneburgi in Dania pag.* 268. *quod Corrolarium eſt impreſſ. in calce Tractatus ejuſdem Auctoris de Ordine Aquilæ Albæ impreſſ. Coloniæ Typis Adami Colini* 1730. *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 108.

Subdunt alii, quod d. Waldemarus In-
6. ſtitutor præſcripſerit antedictam Crucem, albam quidem, ſed ut dicitur *Ricamata di roſſo*, & tandem aptando huic Waldemaro adamuſſim ſuperius relatam apparitionem in Cœlo albæ Crucis, aſſerunt Waldemarum ſumpſiſſe incitamentum ad conſtruendum hunc Ordinem; eo quippe tempore, quo contra Infideles Livoniæ Populos conflictus inſtabat, deſcendentem è Cœlo vidit Crucem ante-
7. dictæ ſimilem, quemadmodum ſcribit *d. Pater Fontana pag.* 404.

Si autem aſſeratur Waldemarum ſe-
8. cundum Ordinis fuiſſe Fundatorem, fatendum omnino eſt poſtmodum in ipſo Regno Daniæ inutilem remanſiſſe, eo quia Livoniæ Populi jam Sacroſanctam Chriſtianam Fidem ſuſceperant, & ſic Ordinem ignotum per plura ſecula remanſiſſe, uſque ad tempora Chriſtiani V. qui anno 1672. illum reſtauravit occaſione Nativitatis Chriſtiani Guilielmi, quæ magna pompa celebrata fuit, ut proſequitur *d. Pater Fontana pag.* 408. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires &c. tom.* 4. *pag.* 413. *juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Praxi Canonica tom.* 2. *Litt. S.* §. *Notitia Equeſtr. Ordin. n.* 31. §. *Ordo Equitum Danicorum pag.* 737. *juxta impreſſ. Saliſburgenſem Typis Jo. Joſephi Mayr* 1729. *Janus Bircherodius Jani filius in Breviario Equeſtri, ſeu de Equeſtri Ordine Elephantino, in Præfatione ad Lectorem impreſſ. Hafniæ anno* 1704. *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 268. qui ait fuiſſe reſtabilitum anno 1671. die Cæremoniarum Baptiſmalium filii ſui Friderici Quarti Principis hæreditarii, & quidem cum maxima ſolemnitate creatis Equitibus: *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 109.

Sed idem *Pater Fontana* ſubdit *d. pag.* 404. multo probabilius eſſe, dictum
9. Chriſtianum V. revera non reſtitutorem, ſed Inſtitutorem fuiſſe, hancque inſtitutionem perfeciſſe dicta occaſione, qua ſolemnia celebravit ob Nativitatem Regii filii ſui Chriſtiani Guilielmi. Tunc temporis Equites deferebant Amentum album viridi colore ornatum à ſiniſtro humero ad dexterum latus: *d. Collector Gallus Tom.* 4. *pag.* 109., & 413. à quo Amento Crux pendebat plana, & avrea encauſto argenteo adamantibus undecim exornata; in Clamyde autem acu picta legebantur verba - *Pietate, & Juſtitia*, erantque hæc verba Corona ex Lauro circumdata: ſed poſtmodum idem Princeps ab Habitu Equitum dicta verba abſtulit, reformatoque Ordine ſtatuit, quod Equites Clamydem geſtarent coloris, ut vocant, *Avrora, foderata di raſo bianco.* D. Clamys valde ſimilis eſt illi,
10. quam deferunt Equites Elephantis, ſed eorum Tibialia magis lata ſunt, & non diſſimilia ab illis, quæ deferuntur ab Elvetiis, à quibus omnibus dicta Crux fuit adamantibus undecim exornata: *d Comes in Koden Sapieha in d. ſuo Corrolario pag.* 269.

In d. Volumine li Sourani del Mondo
11. *pag.* 276. narratur, quod Ordinis renovatio à Chriſtiano V. peracta fuit

fuit anno 1671. in die, qua Baptizatus fuit magnifice ejus filius Fridericus IV. Princeps Hæreditarius, quo die Aulæ Primores Equestri Gradu decorati fuerunt; subditurque in dicto Volumine *Li Sourani del Mondo pag.* 277. quod dicta Crux erat ex auro encausto argenteo cum undecim adamantibus in extremitatibus. In pectore, & in latere dextero Stella adest albo, vel funiculo albo exornato rubeo colore confecta, ut dicitur, a *Ricamo d' Argento*, & desuper Crux argentea cum extremitatibus rubeis, cum duabus literis C. S., & cum hoc Lemate *Institutor: d. Comes in Koden Sapieba d. pag.* 268.

Gerunt etiam dicti Equites in capite 12. Pileum plumis exornatum: *Bonanni d. n.* 33.

Latius exponitur prædictorum omnium narratio in Descriptione solemnis Congregationis Equitum Ordinis Elephantini, & Danebrogici Anno 1694. quarta Julii in Arce, & Capella Equestri Friderichburgensi peracta, quęque habetur in d. Breviario Equestri *Iani Bircherodii cap.* 11. *Sect.* 10. *n.* 81. *ibi - Comitabantur lento, eoque decenti incessu. Equites Aurati Ordinis Danebrogici, alter alteri junctus, suo quisque aureo, novoque Equestri Torque ornatus. Aureum hoc Crucis Danebrogicæ Signum, quod antea gestare solebant Excellentissimi Ordinis Danebrogici Equites, erat ex causto album, cujus extremas oras rubeus firmabat limbus, totum gemmis obsitum, & distinctum, e fascia, inter binas itidem rubicundas lineas candida pendulum: sinistrum Equestris tunicæ latus ornabat argentea Stella octangula, in cujus medio spatio Crux conspiciebatur; Ornamenta vero, ac Symbola Ordinis hujus nobilissimi insigniter adauxit Augustus Ordinis Restitutor gl. me. Christianus V. Et prater Togam Equestrem, plumasque Eoi Coloris, quem Auroram appellarunt Veteres, nec non bombycina albicantis fili serici Pectoralia, femoralia, tibialia, amictumque splendide adornatum. Torquem Ordinis Danebrogici, ex Crucibus interpositis Waldemari II., & Christiani V. nominum characteribus ordinavit; Nec non stellam in sinistra pectoris parte gestandam, cum radiis argenteis, ex opere phrygio, & inscriptis hisce literis. C. V. Restitutor:* videatur *d. tom* 4. *pag.* 109. *&* 413. *& Pater Fontana d. tom.* 8. *pag.* 404. *Hæc omnia melius illustrantur, ut inquit d. Bircherodius eleganti Moneta, quam affert percussam in Ordinis Danebrogici restaurationem, & celebrationem, quæ diem natalem Christiani V. scilicet diem 15. Aprilis 1695. illustrabat. In hoc Numismate conspicitur, in primo latere Effigies Regis Christiani V. Togam, & Torquem Ordinis Elephantini induti. in postico autem Nummi latere videre licet manum nube exertam, Ornamento Ordinis Danebrogici tenentem super globum cœlestem, addito Symbolo Ordinis Tessera Fidelium: Antedicti Pater Fontana d. tom.* 8. *pag.* 404. *Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 108.

Figura dicti Numismatis habetur apud eundem *Bircherodium pag.* 82.

Quando habetur Processio Equitum, a Conclavi ad Sacellum, & iterum revertuntur, post Pręcones, Cæremoniarum Magistrum, ac Secretarium, sequuntur Ordinis Danebrogici Equites Vestimentis solitis cum Torque Ordinis induti, & duo simul incedentes, impari autem si fuerint numero, tres primo Ordine ec. Utrumque umbraculi latus muniunt quatuor Ordinis

Ordinis Danebrogici Equites ab Ordinis Domino ad hoc destinati: *Statutum Ordinis Elephantini*, de quo d. Bircherodius pag. 90.

In omni Elephantini Ordinis Congregatione debet Eques Danebrogicus adesse indutus Habitu Equestris Ordinis Danebrogici cum Pileo triplici plumarum albarum serie ornato, ut mandat Statutum Ordinis cap. 11. relat: a *Bircherodio n.* 41. *pag.* 93.

In Statuto Ordinis Elephantini *sub n.* 24. sancitum est, quod postquam Confessarius complevit suas functiones, *Unus Ordinis Sociorum, vel Ordinis Danebrogici Equitum in Ordinis Domini gloriam, & Ordinis laudem, Orationem intra templum habebit.* Statutum prædictum videri potest apud *Bircherodium in allegato Breviario Equestri pag.* 90., & Nos referemus in calce *Discursus super Ordine Elephantino.*

Forma Crucis cernitur apud *Collecto-* 13. *rem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 413. *Patrem Philippum Bonannum in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 33., *& in Generali Descriptione Tesserarum n.* 29., & apud *d. Comitem Sapieha in Corrolario in Delineatione Tesserarum variorum Ordinum pag.* 222., & penes Bircherodium in d. Breviario Equestri *sub pag.* 82.

Figura Equitis Clamyde, ac Cruce præ- 14. dicta induti exhibetur *à d. Patre Bonanno n.* 33. *d. Bircherodio pag.* 82.

Ordo constat Equitibus decem, & no- 15. vem: *d. Fontana pag.* 405.

Rex Daniæ est magnus Magister, seu 16. Dominus: *d. Fontana pag.* 404. *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 409. omnesque superius allegati, & allegandi.

Ter autem in anno coram Rege esse 17. debent Equites, hoc est, in die Nativitatis ipsius Regis; in die Coronationis ejusdem; & in die Sponsalium, juxta Narrationes relatas *à d. Patre Fontana d. pag.* 404. *Patre Philippo Bonanno d. Catalogo n.* 33. *d. Collectore Gallo d. tom.* 4. *pag.* 409.

Confertur autem Equitis Gradus solis 18. Exercituum Officialibus: *d. Fontana pag.* 405. *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 109.

Danebrogici Ordinis Equites vocantur Equites aureati, ut videre est penes *d. Bircherodium cap.* 11. *Sect.* 9., *&* 10. *pag.* 81.

Statuto Ordinis Elephantini cavetur, 19. quod nullus admittatur ad Ordinem Elephantis, qui est Ordo nobilior, nisi prius fuerit factus Eques Ordinis Danebrogici: *d. Bircherodius in d. Breviario Equestri cap.* 12. *sub num.* 14. *pag.* 88. *Thomas Bartolinus Dissertationes de Origine Ordinis Equestris Danebrogici Hafniæ* 1676. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 33. *Volumen - Li Sourani del Mondo tom.* 4. *impress. Venetiis Typis Sebastiani Coleti, & Jo. Malachin anno* 1720.

Loquitur enim sic Statutum - *Nemo in nobilissimum hunc Ordinem recipietur, qui Ordinis Danebrogici Eques non fuerit creatus. Si contingat, ut Ordini huic nominatim destinetur, qui illius ante hac nondum fuit particeps, absque ulla solemni cæremonia eundem suscipiet octo ante dies, quam Elephantinum adipiscatur; cum autem in hunc admittitur, Ordinis Danebrogici Insigne deponere, illudque Ordinis Secretario, Apoca ejus mutuo recepta, tradere tenetur.*

In calce sub litera *A.* adducitur Notula nonnullorum Equitum Ordinis Danebrogici.

Et tandem sub littera *B.* refertur Catalo,

talogus magnorum Magistrorum hujus Ordinis Danebrogici, qui Ordi-
20. num in Dania vigentium antiquior est, illumque extendimus, juxta seriem Regum Daniæ, poteritque inservire pro Catalogo magnorum Magistrorum Ordinis Elephantini, cujus magni Magistri, non sub hoc Titulo magni Magistri, sed sub Titulo Domini Ordinis vocantur, ut declarat *Statutum* apud *d. Bircherodium pag.* 86. *n.* 1. ibi. *Nos solum, nostrosque in Solio Regali Hæreditarios Successores Daniæ, & Norvegiæ Reges, Supremi Nobilissimi hujus Ordinis Dominos esse fore, & nuncupari volumus.*

Chevaliers de l'Ordre de Danebrog vivants le 1. *de May* 1742.

Le Roi Souverain, et Grand Maitre.
Le Prince Royal.
1. Henry de Cheusses, Lieutenant General.
2. Wolf Henry Comte de Baudissen, General des armées du Roi de Pologne.
3. Chrestien Ferys Comte de Ferresenbourg, Lieutenant general, Conseillier privè, et Chambellan.
4. Jean Adolphe d'Ahlefelds, Conseillier privè, et Chambellan.
5. Alexandre Comte de Golottxin, Ministre d'Etat de S. M. Crestienne.
6. Jean Nathatuel Baron de Schunox, Conseillier privè du Duc de Wertenberg.
7. Otton Charles Comte de Callenberg, Chambellan.
8. Jean Henry Comte de Guldestein, Conseillier privè.
9. Chrestien Charles de Gabel, Conseillier privè, Grand Baillif de Riesfen.
10. Chrestien de Guldenstone Baron de Wilhelmobourg, Conseillier privè Gran Bailli de Ugborg.
11. Henry Frederic Baron de Sohlendahl, Conseillier privè, Ministre a la Cour Britannique.
12. Dettler de Reventeau, Conseiller privè.
13. Nicolas Baron de Gersdorst, Conseillier privè, Chambellan, Gran Baillif de Seelande.
14. Jean Jacques d'Arnold, General d'infanterie, Commendant en Chef en Norvvege.
15. Frederic Danesticold, Comte de Samsoe, Conseillier privè, Chambellan, Ministre, et Secretaire d'Etat au Departement de la Marine, Entendant General de la Felotte.
16. Joachim Comte de Brocxdorst, Conseiller privè.
17. Chrestien Wedel Comte de Wedelsbourg, Chambellan.
18. Frederic Contan de Holoteinbourg, Marechal de Camp, Colonel du Regiment de Cavalerie.
19. François de Hagen, Conseiller privè.
20. Chrestien de Monticchen, Grand Bailli de Bergen.
21. Detter de Revenfeld, Lieutenant General, Commendant de Cronenbourg.
22. Jean Louis de Holstein, Ministre d'Etat actuel, & Chambellan.
23. Conrad Detter Comte de Dehn, Conseiller privè, Ministre a la Cour d'Espagne.
24. Frederic de Raabes Conseillier Grand Baillif de Caalande.
25. Hartwic de Nuilfeld, Lieutenant General.
26. Conrad Detter Comte de Reventlau, Conseillier privè.
27. Frederic Comte d'Ahlefeld, et de Langelandes Chambellan.
28. Chastien Detter Comte de Holotein

tein, Gouverneur de Flensbourg.

29. Chrestien Detter, Comte de Reventlau, Chambellan.

30. Nicolas de Reventlau, Conseillier privè, et Cambellan.

31. Henry de Schotten, Lieutenant General.

32. Jean de Rantzau, Conseillier des Conferences, Gouverneur de Seegeberg.

33. Adam Levine de Wetzleben, Conseillier privè d' Oldenbourg, e de Delmahorat.

34. Chrestien Auguste de Bercxentien, Ministre d' Etat actuel, Chambellan, et Pretendent des Finances.

35. Jean de Rantzau, Comte d' Aschenberg, Chambellan.

36. Frederic Charles de Gramms, Conseillier privè, Grand Marechal de Lafous, Gouverneur de Fredinerth.

37. George Guillaume, Baron de Sohlendahl, Gouverneur de Rantzau.

38. Andrè de Rosenpalm, Admiral.

39. Michel de Stumsen, Lieutenant General, Ministre, et Secretaire d' Etat au departement de la Guerre.

40. Benoit d' Ahlefelds, Conseillier privè.

41. Chrestien de Rathlau, Conseillier des Conferences, & Grand Veneur en Inthlande.

42. Jacques de Bentzon, Gouverneur d' Aathuus.

43. Chrestien Frederic de Lewctzon, Lieutenant General.

44. Chrestien Frederic Comte de Brocxdorst, Conseillier privè.

45. Lovis Casimir Comte d' Ysenbourg, et de Budengen, Chambellan, Colonel d' un Regiment de Cavallerie.

46. Nicolas de Warneschiold, Conseillier des Conferences, Gouverneur d' une partie de la Norvege.

47. Henry Auguste, Comte de Stallberg, et Chwartzau.

48. Jean Frederic de Brooexenhuus, Lieutenant General, Colonel d' un Regiment de Cavallerie.

49. Frederic Jean de Walthes, Lieutenant General, Comendant de la Citadelle de Coppennague.

50. Chrestien de Lerche, Lieutenant General.

51. Jean Adolphe de Bergnhoster, Conseillier privè du Morggrave de Bariath.

52. Charles de Nolotein, Conseillier privè, Chambellan, & Gouverneur de Mervie.

53. Jean Henry Comte de Nochberg.

54. Frederic Sophus, Comte de Wartenoleben, Ministre du Roi de Prusse a la Cour du Roi.

55. Andrè Auguste de Pretinus, Lieutenant General, Commendant de Rendsbourg.

56. Frederic Guillaume de Nolotein, Chambellan, Gouverneur de Fundern.

57. Victor Frederic de Plessen, Chambellan, Grand Maitre de la Cour de la Reine.

58. Jean Sigismond de Schulin, Ministre d' Etat actuel, et Secretaire d' Etat pour les affaires etrangers.

59. Jean Henry de Desmeriures, Conseillier des Conferences, et au Conseil des Finances.

60. Levine d' Arenschiold, Lieutenant General, Commendant d' Artillerie en Nolstien.

61. Chastien Ernesl, Baron de Beilwitz, Gouverneur de S. A. R.

62. Eggert Christophle de Linstrw, Grand Maitre de la Cour de Madame la Princesse Charlotte.

63. Joachim de Luhe, Gouverneur de Nadersleben.

64. Chrestien Albert de Massow, Gouverneur d' appentade.

65. Gebhard Ulric de Berecxentien, Gou-

Gouverneur de Pinsienberg.

66. Chrestien Comte de Stollgerg Wernengerode.

67. Bernard Henry Schaffelitzxi de Muccadel, Lieutenant General.

68. Roch Frederic Comte de Lynas, Chambellan, Gouverneur de Steinbourg.

69. Jean Christophle de Reitzenstein, Marechal de la Cour.

70. Frederic Louis, Baron de Dehn, Ministre a la Cour de Prusse.

71. Henry Comte de Reuss, et de Plaven, Cambellan, Grand Baillif de Christiansand.

72. Frederic Otton de Rappe, Marechal de Camp, Gouverneur de Christiania en Norwege,

73. Guillaume Auguste d' Oosten, Directeur General des Douanes de Sorve.

74. Jean Frederic Baron de Beust, Conseiller privè.

75. Chretein Lovis Maurice Conte de Nohenlohe, et de Gleicher, Chambellan,

76. Henry Bielcxe de Kos, Marechal de Camp, Colonel d' un Regiment de Cavallerie.

77. Frederic Waldemas de Folcxersham Marechal de Camp, Colonel d' un Regiment d' Infanterie.

78. Louis Baron de Langen, President du Conseil d' Ousl Feriac.

79. Massimilien Guillaume de Dombroun, Marechal de Camp, Colonel d' un Regiment d' Infanterie.

80. Adolphe de Neysferg, Marechal de Camp, Colonel d' un Regiment de Cavallerie.

81. Charles Chrestien de Gramm, Chambellan, Grand Veneur en Seelande.

82. Ulric Charles Comte d' Ahlefeld, Chambellan, Colonel d' un Regiment de Cavallerie.

83. Jvas Baron de Nolcxes, Grand Baillif d' Aalbourg.

Catalogus Regum Daniæ.

Diximus, quod magnorum Magistrorum Catalogus hic aptari poterit non solum huic Ordini *Danebrogico*, sed etiam *Elephantino*, & ideo in eodem Catalogo ponemus specificas Notas, sicut contextualiter referemus nomina veterum Principum Daniæ, omissis tamen nominibus antiquissimorum illorum Principum, & Regum, qui à Criticis Scriptoribus in dubium revocantur, atque exordiemur ab illis, qui ante decimum Seculum fuerunt, hoc modo.

Anno Christi 930. Eroldus Primus.
II. 980. Suenones Primus.
III. 1014. Canutus Secundus.
IV. 1036. Canutus Tertius.
V. 1045. Magnus.
VI. 1048. Suenones Secundus.
VII. 1074. Eroldus Secundus.
VIII. 1076. Canutus Quartus.
IX. 1088. Olao.
X. 1096. Henricus Tertius.
XI. 1108. Eroldus Tertius.
XII. 1140. Henricus Quartus.
XIII. 1144. Henricus Quintus.
XIV. 1152. Canutus Quintus.
XV. 1160. Suenones Tertius.
XVI. 1162. Valdemarus.
XVII. 1185. Canutus Sextus.
XVIII. 1202. Valdemarus.
XIX. 1241. Henricus Sextus.
XX. 1250. Abele.
XXI. 1251. Christophorus.
XXII. 1259. Henricus Septimus.
XXIII. 1286. Henricus Octavus.
XXIV. 1321. Christophorus Secundus.
XXV. 1333. Valdemarus Tertius.
XXVI. 1376. Aquinus.
XXVII. 1412. Henricus Nonus.
XXVIII. 1444. Christophorus Tertius.

De prędictis, & aliis etiam decem immediate sequentibus videri potest Dominus de *Vallemont* in Volumine, cui

cui Titulus - *Gli Elementi della Storia* è Gallico Idiomate in Italicum verso, & Venetiis impresso anno 1718.

XXIX. 1448. Nominatur Christianus I. à dicto de *Vallemont*: hunc autem Christianum I. Daniæ Regem fuisse Fundatorem proprie Elephantini Ordinis, ob rationes allegatas in Discursu nostro, & ostenditur fuisse *Ordinis Elephantini*, & talis ponitur sub annis 1474., aut 1478. in Catalogo magnorum Magistrorum ejusdem Ordinis Elephantis à præallegato *Ab. Justiniano d. pag.* 766. *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 110., ubi ait, rexisse Ordinem septem, seu tribus annis.

XXX. 1482. Joannes nominatus à *d. Vallemont*, & inter magnos Magistros uti filius dicti Christiani Regis, sub n. 2. relatus à prædicto *Justiniano*, *& Collectore Gallo ubi supra* sub annis 1481.

XXXI. 1513. Christianus Secundus nominatus à *d. Vallemont*, *ac à Justiniano*, *& Collectore Gallo* præallegatis inter magnos Magistros sub *n.* 3. *&* quod rexerit annos *9*.

XXXII. 1523. Fridericus Primus à *d. Vallemont* nominatus, & à *d. Justiniano*, *& Collectore Gallo* inter magnos Magistros sub *n.* 4. relatus; ubi quod d. Fridericus fuit Patruus Christiani prædicti sine Filiis Masculis mortui, & rexit annos *9*.

XXXIII. 1533. Christianus Tertius, quem nominat *d. Vallemont*; *Justinianus* autem, *& Collector Gallus ubi supra* ponunt inter magnos Magistros sub numero 5., & testatur filium fuisse Friderici, & quod rexerit annos 25.

XXXIV. 1559. Fridericus Secundus relatus à *Vallemont*, quem *Justinianus*, *& Collector Gallus* uti filium dicti Canuti Tertii, inter magnos Magistros nominant sub numero *6*. quique rexit annos *29*.

XXXV. 1588. Christianus Quartus nominatus à *Vallemont*, quem *Justinianus*, *& Collector Gallus* ubi supra, & utpote filium Friderici Secundi ponunt inter magnos Magistros sub numero septimo, ibique notnat, quod idem rexit annos *60*.

XXXVI. *1648*. Fridericus Tertius, de quo mentionem facit *d. Vallemont*, *Justinianus autem*, *& Collector Gallus* loco superius allegato dicunt d. Fridericum Tertium filium Christiani Quarti, & ponunt inter magnos Magistros sub numero octavo, quem rexisse annos 22. inquit *d. Collector Gallus*, *Justinianus autem* non explicat tempus Regiminis.

XXXVII. *1670*. Christianus Quintus filius Friderici III., quem refert *d. Vallemont*: hunc *Justinianus*, *& Collector Gallus* inter magnos Magistros ponunt sub numero nono: secundum *Collectorem Gallum d. pag.* 111. rexit annos viginti novem, sed *Justinianus* non exprimit Regiminis tempus.

XXX*VIII*. *1699*. Fridericus Quartus filius Christiani Quinti, de quo meminit *d. Vallemont*: hunc *Justinianus*, *& Collector Gallus* in Catalogo magnorum Magistrorum sub numero decimo ponunt, sed non exprimunt annos Regiminis.

XXXIX. Christianus Sextus.

XL. Fridericus Quintus.

DISCURSUS LXXXIV.

DISCIPLINÆ ET AQVILÆ CANDIDÆ

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

In

IN Discursu super Ordinem Aquilæ Albę in Regno Poloniæ, quem dedimus in nostro Primo Volumine Disc. 30., duplicem olim Equestrem Militarem Ordinem viguisse diximus sub Titulo *Aquila Alba*, in Regno videlicet Polonię unum, alterum autem in Austria, & Bohemiæ Regno, qui specifice nuncupatur Ordo *Disciplinæ, & Aquilæ Albæ*. Cumque de primo Ordine in Polonię Regno florente late actum fuerit in sua Sede, ut diximus Volumine Primo Discurs. 30. modo verba facimus de altero Ordine *Disciplinæ, & Aquilę Albæ, seu Candidæ*.

Scriptum quidem reliquerunt aliqui, hunc Disciplinæ, & Aquilæ Albę Ordinem, ab Ordine Polono Aquilæ Albæ à Leko I. Polonię Rege instituto derivare: in Tesseram, & Stemma proinde gerere Aquilam Albam coronatam expansis alis in Campo rubeo, Virumque armatum Equo insidentem cum duplici aurea Torque, à qua pendet Aquila Alba coronata alis expansis, & desuper totum scutum regens Corona adeit clausa, ut nuncupant: sic habetur in Volumine Descriptionum Ordinum Militarium impresso Parisiis anno 1671.

Sed insubsistens detegitur talis assertio, ex quo discrepant tempora, & mores, ut ponderat *Abbas Bernardus Justinianus* *Historie Cronologiche degl' Ordini Militari Parte Seconda cap. 78. pag. 790., & seq. juxta impress. Venetam Typis Combi, & La Noù* 1792., ubi affert Stemma expressum.

Quid vero de hoc Ordine Auctores integræ fidei scriptum reliquerunt, exponamus. Sane Equestrem hunc, & Militarem Ordinem, institutum fuisse asseritur à Regibus Bohemiæ Augustę Domus Austriacæ, ut contra Hæreticos pugnarent, & Turcas terrerent Equites, qui Arma pro Ecclesia Romana, & tuendis Regni finibus sumere tenebantur: *P. Andreas Mendo de Ordinib. Militaribus Disq. 1. quæst. 2. §. 31. n. 76. d. Abb. Justinianus d. pag. 790. Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n. 34. Laurentius Vigilius de Nicollis in Praxi Canonica tom. 2. Lit. S. §. Notitia Equestrium Ordinum, sub n. 32. pag. 727. juxta impress. Salisburgi 1719.*

Præcisum institutionis tempus, aut Fundatorum nomina Auctores non referunt, teste *d. Bonanno n. 34.*

Plerique Scribentium sustinent exordium sumpsisse Ordinem à pluribus Viris Nobilibus, & Regni Proceribus in Cœtum coactis: ita scribit *d. Justinianus pag. 791., de Nicollis d. pag. 737. Franciscus Mennenius* in suo Volumine *Delizie degli Ordini Equestri pag. 156.* auctoritate *Hieronymi Romani in Historia Hispanica* Regis Joannis, comprobat hunc Ordinem Disciplinarum, & Aquilæ Albæ spectare ad Ducem Austriæ: refert quippe *tempore Sigismundi, & Alberti Imperatorum floruisse in Germania tres Insignes Ordines Equestres, nec non Moysem Didacum de Valera Hispanum probatæ fortitudinis Equitem ab eodem Alberto tribus Militiæ Insignibus fuisse condecoratum, Draconica nempe tanquam à Rege Hungarię; Tusini, ut à Rege Bohemiæ, & Collari Disciplinarum Aquila Candida exornato, ut à Duce Austrię*, hujusque Auctoris verba habentur etiam apud *d. Justinianum pag. 792.*, & tangit Volumen *Storia degli Ordini Monastici ec. e Militari, e Gallico idiomate in italicum translata per Patrem Joseph Franciscum Fontana Mediolanensem Congregationis Matris Dei tom. 8. Parte Sexta cap. 51. pag. 397.*

juxta impress. Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739.

Dictus autem Justinianus pag. 792. arguit successisse sub Rudulpho, sive Alberto Austriacis: & sic Magisterium Ordinis spectat ad Augustam Domum Austriacam.

Non constat de approbatione Summi Pontificis, imo Ordinariorum approbatio ignota etiam est: *P. Mendo d. n. 76.*

In Tesseram præscripta fuit Aquila Alba in Fidei simbolum: *d. Mendo d. Disq. 1. quæst. 2. §. 31. n. 76.* Quam Aquilam candidam deferebant Equites super Habitu coloris cyanei, ut ita sub isto cyaneo colore Cœlum significaretur, quod à supremo Remuneratore accepturi erant, & Aquilæ Albę candor, candorem morum indicaret: *d. Bonanni n. 44.*

Prodibant ad Bellum Equites sub Ordinis Vexillo, in quo ex una parte Aquila alba conspiciebatur in campo cœruleo, & ex altera parte Scutum coronatum cum Stemmate Austriaco: *d. Justinianus d. pag. 792., & seq. d. Nicolli pag. 737.*

Figura dictę Tesserę refertur à *d. Abb. Justiniano pag. 790., & seq.* & à *P. Bonanno d. n. 34.*, & in *Generali Descriptione Omnium Tesserarum sub n. 30.*

Equitis itidem dicto Habitu, dictaque Aquila ornati figura habetur apud *d. Bonannum d. n. 34. Collectorem Gallum d. tom. 3.*

Statuta hujus Ordinis penitus ignorantur; sic specifica horum Equitum gesta: Hoc unum scitur, gloriosas de Turcis, Hæreticisque Victorias reportasse in Bohemia, ut inquit *d. Justinianus d. pag. 791. Bonannus d. n. 34.*

Hic postremo transcribimus quod legitur apud *d. Dominum Comitem in Koden Sapieha in d. Corollario Alphabetico* in verbo Aquilæ Albæ pag. 232. ibi - *Aquilę Candida Alba in Austria, & in Bohemia, sub nomine Disciplinarum, & Regulæ Sancti Basilii* diversus *à Polonico invenitur tantum in antiquitatum tabulis morsu tinearum arrosis re ipsa pridem interiit. Non omnis Aquila Phęnicis æmulatur felicitatem identidem reiuvenescendo.*

Magnum Magisterium hujus Equestris Ordinis spectat ad Augustam Domum Austriacam; & ne pluries eadem repetamus remittimus Lectorem ad Catalogum, quem damus in calce sequentis Discursus super Ordine Draconis debellati.

DISCURSUS LXXXV.

DRACONIS DEBELLATI SEU VICTI, VEL INVERSI

ARGUMENTUM

Narratur hunc Ordinem fuisse institutum à Sigismundo Primo Imperatore, ac perpenditur de quo tempore ad hanc Institutionem deventum sit, & ob quam causam, & describitur Tessera Draconis extincti.

SUMMARIUM

1. *ORdo Draconis Debellati, seu Inversi, vel Victi fuit institutus à Sigismundo I. Rege Hungariæ, & postmodum Imperatore.*
2. *Auctores discordant in assignando tempore institutionis,* & n. 3 4. & 5.
6. *Probabilius est Ordinem fuiße institutum inter annos* 1385., & 1387.
7. *Ordo hic diversis vocabulis explicatur,* Draconis Debellati, Victi, Draconis inversi, *quæ vocabula sunt pene sinonyma.*
8. *Quæ fuerit huic Ordini pręscripta Tes.*

Tessera! & n. 11., & 12.
10. *Imperator Sigismundus creat Equites Dragonicos*, & n. 11.
13. *Forma Draconis apud quos Scriptores habeatur. Forma integra Tesserae cum Dracone, & duplici Torque cum parvis Crucibus Patriarchalibus.*
14. *Figura Equitis cum d. Tessera.*
15. *Habitus Equitum ex quibus, quaque forma conficiebatur.*
16. *Equites militabant pro defensione Catholicae Religionis.*
17. *Floruit in Germania, & Italia.*
18. *Ordo modo est extinctus.*
19. *Magnum Magisterium est penes Augustam Domum Austriacam.*

DISCURSUS LXXXV.

DRACONIS DEBELLATI SEU VICTI VEL INVERSI

De Ordinibus Equestribus, & Militaribus Scribentes pene omnes testantur Sigismundum I. Caroli IV. 1. Hungariae Regis filium, ac postmodum Imperatorem, instituisse Equestrem Militarem Ordinem sub nuncupatione Draconis Inversi, sive Debellati: *Abb. Bernardus Justin. dell' Origine degl' Ordini Militari Parte Seconda cap. 66. à pag. 718. cum seqq. juxta impress. Venetam Typis Combi, & La Noù 1692. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelità Excalceatus Dissertations Historiques sur la Chevalerie libr. 1. Differt. 7. pag. 134. in impress. Parisiense Petri Francisci Giffart 1718.* plene *Hermant Histoire des Religions ou Ordres Militaires tom 2. à pag. 155., & 158. juxta impress. Rothomagen. Typis Ioan. Baptistae Besogne 1726. Laurentius Virgilius de Nicollis in Prax. Canonica Tom 2. Litt. S. Notitia Equestr. Ordinum n. 33. in verbo Ordo Equitum Draconis pag. 737. juxta impressionem Salisburgi Typis Ioseph Mayr 1729. Io. Fridericus S. R. I Comes in Koden Sapieha in suo Corollario Omn. Ordin. apposito in calce Tractatus ejusdem Auctoris, cui Titulus Adnotationes Historicę de Ordine Aquilae Albę in Regno Polonię in verbo Draconis Inversi, juxta impress. Coloniae Typis Adami Cholini 1730. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Tom 4. pag. 17. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel Anno 1721. Historia Ordinum Monasticorum, & Militarium Gallice scripta, & in italicum Idioma translata à Patre Ioseph Francisco Fontana Mediolanense Congr. Matris Dei tom. 8. cap. 51. pag. 346. in Impressione Lucense Iosephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739.*

In assignando autem tempore Institutio-2. nis ejusdem Ordinis discordant Auctores. Sunt qui ajunt institutum fuisse anno 1400. teste *Michels in Thesauro Militar. pag. 90.* qui expresse reiicitur à *d. Patre Fontana pag. 346.* nam insubsistens redditur ratio per *d. Michelem* adducta, institutos fuisse Equites, ut pugnarent contra Hęreses tunc temporis Bohemiam, & Hungariam inficientes, ad quem effectum Imperator congregationem Concilii Constantiensis, & Basileae solicitaverit, in quibus Conciliis dictae Haereses condemnatę fuerunt. Siquidem in facto dictae assertiones corruunt: Concilium enim Constantiae congregatum fuit solummodo anno 1414. & illud Basileae 1431., & Jo. Hus non incepit evomere suas Haereses, nisi anno 1407. Ita ratiocinatur *d. Pater Fontana pag. 346. & d.*

& d. Abbas Justinianus pag. 721. Dominus Hermant Histor. des Religious, ou Ordres Militaires tom. 2. cap. 14. pag. 157. juxta impress. Rothomagen. Typis Jo. Baptista Besogne 1716.

Alii asserunt anno 1418. fuisse institutum Ordinem, ut apud *Hermant* ubi supra *pag. 158. d. Patrem Honoratum à Sancta Maria pag. 134.*

Alii referunt institutionem sub Anno 1420. ut *d. Comes in Koden Sapieba pag. 270.*

At *d. Justinianus Historie Cronologiche dell'Origine degl' Ordini Militari Par. 2. d. pag. 758.* dictas Opiniones non approbat, & ex facto constare asserit, institutum revera fuisse sub Anno 1385. occasione Nuptiarum cum

3. Regina Maria Hungariæ, vel coronationis suæ in Regem Hungariæ, & scribit quoque *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ord. Equestr. n. 35. d. Abb. Justinian. pag. 719.* ubi quod est probabilius, & liquet ex Testamento Francisci del Pozzo Nobili Veronensi sub dicto anno, in quo Testamento loquitur de ejus filio Victorio del Pozzo Equite Ordinis Draconis, quæ omnia referuntur *a d. Patre Fontana d. pag. 346., & seq. d. Laurentius Vigilius de Nicollis pag. 737.*

Vel institutum fuisse anno 1387., quo corona Hungariæ fuit redimitus; eo

4. siquidem die Equitem creavit Pantaleonem Barbo Oratorem Venetum, factusque successive Imperator, & Bohemiæ Rex, Romæ in Imperatorem coronatus anno 1493. per Urbem Viennæ transiens, & postmodum per Urbem Mantuæ, plures Equites ibidem creavit, quorum Equitum Stemmata cum Dracone plura cernuntur in Ecclesiis Veronæ, ut allegato præfato *Abb. Justiniano*, prosequitur *d. Pater Fontana pag. 347. d. Bonanni d. n. 35.*

Mennenius etiam in Delitiis Equestribus sequens auctoritatem *Hieronymi Romani Historici Hispani* scriptum

5. reliquit, quod cum in Alemania tres adessent celeberrimi Militares Ordines, Draconis, Tusini, & Aquilæ Albæ, Albertus II. Imperator dictos tres Ordines contulerit cuidam Moysi Didaco de Valera Hispano, de quo meminit *d. Pater Fontana pag. 347.* Alibi tamen cum *Justiniano* in dubium revocat quoad Ordinem Aquilæ Albæ, seu *Disciplinæ* collatum ab Alberto; uti Archiduce Austriæ; nam tunc temporis nondum erat Austria in Arciducatum erecta: *d. Collector Gallus tom. 4. pag. 19.*

Ex hactenus recensitis sequitur, proba-

6. biliter statui posse hujus Ordinis fundationem inter annos 1385. & 1387. juxta ea, quæ tradit laudatus *Abbas Justinianus d. pag. 719. d. Bonannus d. n. 35.*, & prædiximus *in §. At dictus Justinianus.*

Cæterum liquet, quod d. Imperator tempore suæ Coronationis in Regem, sive tempore Nuptiarum cum Regina Maria, & sic ut præmisimus anno 1385., & 1387. ad fundationem hujus Ordinis devenit, ut illius Equites in dictis Regnis contra tunc temporis ibique debacchantes Hæreticos strenue militarent; furebant quippe tunc nefariæ Hæreses Valdensium Lolhardorum, antequam fuerent Hæretici Ussiti, ut observat *d. Justinianus d. pag. 721.* Ad Hæreticos Ussitas &c. extirpandos, semper idem Imperator Catholico zelo plenus curavit celebrationem Concilii Generalis Constantiæ, & Basileæ haberi.

Apte itaque ad mentem illam exprimendam, in Tesseram Ordinis Imperator extulit Draconem inversum, & debellatum, & cum alis variis coloribus

bus

bus tinctis; hujusmodique Draco simbolum est Hęresis, ut notorium est, & inquit *Iustinianus* loco superius allegato: *Hermant d. pag.* 157. ubi quod in alis diversa colorum varietas vafrrimas Hæreticorum artes significat, quas ipsi, ac Dæmon mendaciorum & doli pater, & seductor ad Populos decipiendos adhibent. Unde Luterani in Bellis ab ipsis susceptis pro substinenda illorum turpi Secta, contra Catholicos Principes sexto decimo seculo in eorum Vexillis temerarie extulerunt Insignia, quibus exponebant Draconem furentem, & elatum contra Ecclesiam.

7. Ordinem hunc Draconis diversis vocabulis exprimunt Scribentes: nam *Don Ioseph de Micheli in Thesauro Militari pag.* 90. nuncupat *Del Dragon vencido*; alii *Draconis debellati*; alii *Du Dragon reversé*; latini *Draconis inversi*, quæ vocabula sunt pene sinonyma, cum revera indicent Draconem mortuum, sive sit victus, aut debellatus; aut inversus, quæ omnia parum differunt, sicuti scribit *d. Iustinianus pag.* 719.

8. In Tesseram hujus Ordinis statuit Fundator Draconem mortuum ex Torque viridi pendentem: ita dictus *Micheli* ubi supra, quem allegat *Iustinianus d. pag.* 719., & antecedenti *pag.* 717. figuram affert d. Draconis, & infra dicemus.

9. In Descriptione autem Gallica omnium Ordinum impressa Parisiis sub anno 1671. Draco exhibetur, sed inversus, hoc est inverso sursum ventre, dictusque Draco à Torque pendet duplicem habente circulum, & circum eam septem parvæ Cruces Patriarchales adsunt, juxta figuram, quæ conspicitur apud *d. Iustinianum pag.* 720. ubi notatur, quod Scutum exprimit Stemmata Bohemię, & Hungariæ, quæ Tessera cum antedictis parvis Crucibus cernitur appensa Collo Equitis, cujus figura habetur penes *Bonannum sub n.* 35.

10. Rursus, cum Imperator Sigismundus accepta in Urbe Aurea Imperiali Corona e Summi Pontificis manu, anno 1433. revertens, & ad Germaniam rediens, per Veronæ Civitatem transiens, in eadem Civitate, dum in Platea nuncupata *di Peschiera* moraretur, Navem in Lacu Benaco, Italice *Lago di Garda* ascensurus, plures Veronenses Nobiles occurrerunt ei in obsequium; ipse autem Imperator nonnullos ex iisdem Nobilibus Equites creavit Ordinis Draconici, ut legitur in Historiis, ac Monumentis Equitis Don Julii Marchionis del Pozzo, & refert etiam *d. Iustinianus pag.* 720., *& d. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers pag.* 18., *& seq.* d. vero *Iustinianus pag.* 721. recenset nomina Equitum tunc creatorum ibi .. *Luigi dal Verme, che creò anco Conte di Sanguenedo, e Coreggio, Antonio de' Nogaroli, Bartolomeo Campagna, Giacomo Lavagnolo, Gio. de Cavalli, Gentile Spolverino, Guglielmo dalla Pozza ec.*

11. *L' Arme, o Insegne di Giacomo Lavagnolo secondo in ordine, che fu creato Cavaliere da Sigismondo a Peschiera ec. Sotto a quest' Arme si vede la memoria del Cavalierato del Dragone a lui conferito, espresso con due Dragoni, uno per parte dello Scudo, riguardanti le medesime Insegne, e questi sono formati di raso di color dorato, e con la coda, che gli passa sotto al corpo, e se gli rivolge con l' estremità all' intorno del collo, e sopra la loro schiena apparisce delineata una Croce bislonga; dal che si rileva, che all' impresa del Dragone vinto,*

vinto, o debellato, vi era annessa la Croce gloriosa Marca universale degli Ordini Equestri, e che secondo il Micheli, non giunse a rilevare il colore. Questo Dragone con la Croce era d' oro.

Et in Palatio Comitis Ludovici del Verme, modo Comitum Banda, in dicta Civitate Veronæ subiungit ubi supra *Iustinianus*, aderant: *Sotto allo Scudo però stanno ancora li due Dragoni lavorati di rilievo antichi, nella figura pari a quelli espressi sotto l' Arme Lavajolo, cioè con la Croce sopra il dorso.*

Domus etiam *de' Conti Emilii* Monumenta servat hujus Gradus Equestris. Prędictus siquidem Sigismundus Imperator per Civitatem Mantuæ transiens, creavit Equites *Del Dragone debellato*, fra quali *Giacomo Emilio*; inquit *Iustinianus pag.* 721.

Sic cernitur in Palatio Comitis Alexandri Guagnini: *d. Iustinianus pag.* 721.

Et tandem idem conspicitur in Ecclesiis Veronæ; *d. Iustinianus d. pag.* 721.

12. Ex quibus Documentis clare constat Equestrem hanc Tesseram fuisse deauratam cum Cruce super Draconem, ut concludit *d. Iustinianus pag.* 721.

Postremo perpendimus motivum, & finem fundationis hujusmodi Ordinis, eique in Tesseram tribuendi Draconem inversum. *Michelius in Thesauro Militari* assignato Ordinis initio sub anno 1400. scriptum quidem reliquit, Draconis simbolum exprimere voluisse Hæresim in Bohemiæ, & Hungariæ Regnis evertendam, ope Equitum, ac mediante celebratione Conciliorum Constantiæ, & Basileę.

Verum hujusmodi narratio de medio tollitur, ut supra ostensum est §. *In assignando cum seqq.*, & consonat *d. Iustinianus d. pag.* 721. Ex temporum enim distantia non potuit Imperator devenire ad institutionem Ordinis anno 1400. ob motivum dictæ celebrationis Concilii Constantię, & Basileæ, quę postmodum habita fuerunt.

13. Forma Draconis habetur apud *d. Iustinianum allegata pag.* 717., *& pag.* 720. *Collectorem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 17., & in Generali Descriptione Tesserarum in calce *d. tom.* 4. *pag.* 413. *sub n.* 413. *pag.* 158.

14. Et figura integrę Tesseræ Draconem extinctum continentis diversorum colorum, & appensum collo cum Torque aurea, duplicem circulum continente, parvisque Crucibus Patriarchalibus exornata, videri potest penes *d. Iustinianum pag.* 720. *Collectorem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 17.

Figuram Equitis gerentis dictam Tesseram Draconem extinctum exhibentem, & pendentem ex Torque aurea, cum duplici circulo exornata cum parvis Crucibus Patriarchalibus tradit idem *Iustinianus pag.* 720. *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 17. *Bonannus n.* 35.

15. Equites ferialibus diebus gestant dictam Tesseram Draconicam; Festis autem diebus Crucem deferunt floridam viridis coloris, ac Vestem ut dicunt *de Escarlatę*, & un Mantelet de Soice vere: *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 414. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria* §. 2. *pag.* 134. *d. Hermant tom.* 2. *pag.* 157.

16. Hujus Ordinis Equites se exercebant in defensione Catholicæ Religionis, Bellum pro ea irreconciliabile gerentes: *d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 134.

17. Floruit hic Ordo in Germania, & in Italia: *d. Hermant d. tom.* 2. *pag.* 157.

Hic Ordo, qui apud Reges, & Principes

cipes

cipes viguit, ob temporum vicissitudines, & Regnorum perturbationes mortuo Sigismundo jam desiit, ut notat etiam sæpe allegatus *Pater Bonannus d. n. 35. d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag. 135. d. Hermant d. pag. 160. d. Iustinianus d. pag. 723.*

19. Cœterum hujus Equestris Militaris Ordinis magnum Magisterium spectat ad Augustam Domum Austriacam, & sic Catalogus efformatur, ut concludit sæpe allegatus *Abbas Iustinianus pag. 723. & allegatus Collector Gallus d. tom. 4.*

Catalogus magnorum Magistrorum Ordinis Draconis Inversi.

I. 1385. aut 1387. Sigismundus filius Caroli IV. Regis Hungariæ, & postmodum Imperator regnavit annos 50.

II. 1437. Albertus Archidux Austriæ Rex Hungariæ, & Bohemiæ pro Elisabetha ejus Uxore, filia Sigismundi, & Imperator regnavit annos 2.

III. 1439. Ladislaus IV. Princeps Lituaniæ electus in Viduitate Elisabethæ gravidæ, & in Infantili ætate Ladislai ejus filii regnavit annos 6.

IV. 1445. Joannes Corvinus Huniade Vaivoda, ut vocant Transilvaniæ, & Regni Gubernator vixit annos 7.

V. 1452. Ladislaus Posthumus Alberti II. & Elisabethæ ejus Matris vixit annos 6.

VI. 1458. Mathias Corvino filius Joannis Huniade vixit annos 32.

VII. 1490. Uladislaus Sextus filius Casimiri Regis Poloniæ vixit annos 26.

VIII. 1516. Ludovicus II. Ladislai VI. Infans vixit annos 10.

IX. 1526. Joannes de Zapolja Vajvoda, ut discunt Transilvaniæ vixit annos 3.

X. 1527. Ferdinandus de Austria Frater Caroli V. Regis, vigore Uxoris Annæ filiæ Ludovici II. Imperatoris, vixit annos 37.

XI. 1564. Maximilianus filius Ferdinandi, qui vivente Patre coronatus fuit Imperator vixit annos 12.

XII. 1576. Rodulphus filius Maximiliani coronatus vivente Patre Imperator vixit annos 36.

XIII. 1612. Mathias Frater Rodulphi Imperatoris vixit annos 7.

XIV. 1619. Ferdinandus II. Rex, & Imperator vixit annos 18.

XV. 1637. Ferdinandus III. Rex, filius Ferdinandi II. Imperatoris vixit annos 10.

XVI. 1647. Ferdinandus IV. electus vivente Ferdinando III. Imperatore ejus Patre, electus Rex Romanorum anno 1653. præmortuus est Genitori. Hic per errorem omissus fuit à Ricciolio in serie Chronologica Regum Hungariæ; vixit annos 7.

XVII. 1655. Leopoldus I. coronatus Rex vivente Patre Ferdinando III. Imperatore.

XVIII. 1688. Ioseph Filius Leopoldi Imperatoris electus Rex Hungariæ die 9. Decembris 1688., & Romanorum Rex die 24. Januarii 1690. Et ejusdem minorili ætate regnat Genitor.

Hucusque recensita habentur apud *Abb. Iustinianum pag. 724. & seqq.* superius allegatum, *& d. Collectorem Gallum tom. 4. à pag. 20. cum seqq.* ubi subiungit, quod d. Joseph Imperator vixit annos 23. quodque post ejus mortem pro XIX. magno Magistro

XIX. 1711. Successit Carolus VI. Imperator coronatus Rex Hungariæ 21. Maii 1712., & Rex Bohemiæ 5. Septembris 1723. vixit annos 29.

XX. 1740. Maria Theresia Walburga Arciducissa Austriæ, filia Imperatoris Caroli VI. Regina Hungariæ, & Bohemiæ, ac Romanorum Imperatrix.

DISCURSUS LXXXVI.

DRACONIS IN HUNGARIA, ET BOHEMIA

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

Comes *in Koden Sapieha in suo Corollario* Ordinum Equestrium Militarium immediate post compendiariam Narrationem Ordinis Draconis Inversi, super quo præcedentem nostrum exaravimus Discursum, mentionem facit de alio Ordine Draconis in Hungaria, & Bohemia. Hinc Nos ne quid in re hac relinquamus intactum, hunc Ordinem, sive Titulum Ordinis in hoc nostro Volumine recensere non omittimus. Similiter non omittimus notare, quod tum ex Tituli, ac viridis Crucis & Tesseræ similitudine, tum ex locorum non dissita descriptione, ac demum ex annorum temporis pene concordantia cum primo Draconis inversi Ordine, dubitari potest, hunc non esse novum Ordinem à primo *Draconis Inversi* distinctum, sed potius ejusdem primi Ordinis extensionem ad alia loca.

Sic itaque *Comes in Koden Sapieha in d. Corollario omnium Ordinum impress. post Tractatum ejusdem Auctoris*, cui Titulus - *Adnotationes Historica Ordinis Aquilę Alba in Polonia, impress. Colonia Typis Adami Cholini* 1730. *pag.* 279. per hæc verba loquitur - *Anno* 1421. *in Hungaria, & Bohemia Draconis in Hungaria, & in Bohemia Ordo*: *Equites Crucem viridem Palliis Ostro tinctis affigebant*: *jam interiit*.

In calce hujus Discursus de Ordine Draconis in Hungariæ, seu Bohemiæ Regnis, vel sit unus solus Ordo, ut diximus, vel hic sit distinctus ab Ordine Draconis Inversi, sive Debellati, duo addimus; Primo, quod ad hujusmodi Ordinem admittebantur Principes Regesque; Secundo, quod inter Imperatorem Sigismundum, & Alphonsum quintum Aragoniæ Regem cognomento Magnanimum, ea vigebat consuetudo sive conventio, quod utrique communis erat facultas, nedum se ipsos aggregandi Ordinibus spectantibus alteri ex Sociis, sed vicissim etiam aliis benemeritis Viris eosdem Ordines conferendi. Sicque constat, quod Sigismundus non solum armabat Equites Ordinis Draconis Debellati, sed etiam Equites Ordinis Stolę, seu Amphrisię spectantis ad Aragoniæ Regem, ut scribit *Abb. Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari cap.* 66. *pag.* 722., *&* 723. *juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Noù* 1792., ubi refert verba Diplomatis Sigismundi Imperatoris, quo creavit Equitem hujusmodi Equestrium Ordinum Antonium Colaltum anno 1433., & verba Diplomatis sunt .. *Te, quem manu propria Militia Cingulo, & Societatis nostra Draconica, ac Stola, seu Amphrisia carissimi Fratris nostri Regis Aragonię insignivimus*: & meminit *Petrus Franciscus Bergamaschi Prior Cambiani in Volumine* - *Breve Notitia Istorica ec. de' Cavalieri Aureati ec. pag.* 68. *juxta impress. Taurini Typis Dominici Paulini* 1695.

Insigni hoc Societatis exemplo, amicabiliter Principum contentiones componi possent super jure conferendi aliquos Ordines Equestres, & Militares.

DIS-

DISCURSUS LXXXVII.

ENSIUM SIVE ENSIFERORUM AUT GLADIIFERORUM ALIAS SUB TITULO JESU CHRISTI IN LIVONIA, ET POLONIA

ARGUMENTUM

Referuntur diversorum Auctorum Narrationes de Origine hujus Militaris Ordinis, quæ tamen in substantia pene concordant. Refertur unio alias facta hujus Ordinis cum Ordine Teuthonicorum, & tandem ejus extinctio.

Summario non indiget, cum sint simplices facti Narrationes.

ORdinis hujus Equestris Historiam Originis diversimode legimus apud Scribentes, Nosque omnes distincte referemus. *Franciscus* enim *Menennius in delitiis Ordinum Equestrium pag.* 88. *Josephus Micheli in suo Thesauro Militari pag.* 52. sic narrat. Viri Nobiles de Livonia Catholicæ Fidei conservationem, & dilatationem zelantes, longe ante annum 1197. Collegium, sive Monasterium Beatæ Mariæ Virgini dicatum ædificari curarunt, in quo commorantes Religiosi, Christianæ Fidei institutis Livonios imbuebant. Prædicto Monasterio primus præfuit Meinardus Segebergensis, fuitque hic Prussiæ Episcopus creatus de ordine Sanctæ memoriæ Alexandri Tertii consecrationem accepit: illius Successor fuit Bertoldus Religiosus Ordinis Sancti Pauli Primi Eremitæ, idemque Bertoldus e Paganorum manibus Martirii Coronam retulit anno 1197., cui successit Albertus Collegialis Accademiæ Bremensis. Testantur autem *d. Menennius, & Micheli* hunc Albertum fuisse Promotorem ædificationis celebris Civitatis Rigen ad Flumen Divina sitæ ad mare Balticum, idemque Albertus, una cum Engelberto, & Theodorico illius Coadiutoribus, ut contra Infideles fortius certarent, collatis Militum, & Equitum viribus, Equestris Ordinis exordium statuerunt. Tesseram tradentes duobus rubei coloris ensibus diagonaliter dispositis continentem, Habitumque album, super quo dicta Tessera assuta erat. Figura hujus Tesseræ habetur penes *Patrem Bonannum in Catalogo Ordin. Equestr. n. 37. Abb. Justinianum Historie Cronologiche dell' Origine delle Religioni Militari Parte Seconda cap. 36. pag. 566. juxta impress. Venetam Typis Combi, & La Noù 1692. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom. 1. d. Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 1 cap. 22. pag. 372. juxta impress. Rothomagen Typis Jo. Baptista Besogne 1726.*

Ordinem hunc, ejusque Constitutiones Cœlestinus III. Summus Pontifex, & Innocentius III. Apostolica auctoritate confirmaverunt, assignata eidem Sancti Basilii Magni Regula.

Primus autem illius magnus Magister fuit Wino, & ut alii nuncupant Vinnus, aut Vinno. Equites, qui sedem eorum in dicta Civitate Rigen tenebant Pacis tempore, una cum eorum Monasterii Religiosis, moralibus, & christianis Operibus vacabant, tempore autem Belli, juxta eorum institutum contra Infideles strenue certabant, ut veri *Jesu Christi Milites*, quemadmodum sic vocabantur.

Postremo hi Generosi Milites se junxerunt Equitibus Teutonicis, qui adversus Prussos Infideles Bella gerebant, dum in Livonia Prussię finitima Ensiferi pariter belligerabant juxta recensitas Auctoritates.

Compendiarie hoc idem refert Comes in Koden Sapieha in suo Corollario omnium Ordinum Equestrium, Ordine Alphabetico, quod Corollarium est in calce Tractatus ejusdem Auctoris de Ordine Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ pag. 272. juxta impress. Coloniæ Typis Adami Cholini 1730. ibi., *Ensiferi in Livonia, alias Milites Christi, instituti sunt Bello adversus Infideles gerendo: duo Gladii rubei decussatim collocati, ac Pallio affixi pro Insigni serviebant: aliquando cum Teutonicis in Prussia coalescere visi, vel secundum alios, eorum erant Propago, sed iterum ad invicem divisi sunt*. Demum Ordo defecit in Livonia in Polonorum Potestatem concedente, & Gothardo Keltero ultimo Magistro in Ducem Curlandiæ inaugurato.

Describunt alii, quod fuerint insignes Nobilitate, ac Pietate Viri, & Catholicam Fidem apprime zelantes, ut Livoniam, aliasque Polonię finitimas Regiones à Barbarorum violentiis, & grassantium Hęresum labe tutarentur, circa annum 1186., vel 1197., aut 1204. Religiosorum Monasterium sub titulo Sanctissimæ Virginis erexere: dum autem Religiosi in eo commorantes in Catholica Fide Livonios instruebant, eodem tempore pręfati Viri Militares, Militarem Equestrem Ordinem sub Regula Sancti Basilii instituerunt ad Fidei defensam, ad debellandos Crucis Inimicos, & Sedem in Urbe Rigensi posuerunt.

Fuit hic Ordo à Cœlestino, Papa III. approbatus, & ab Innocentio III. confirmatus sub titulo *Jesu Christi*, & *Ensium*, eo quia Tessera Ordinis erat, secundum aliquos, scilicet *Cromerum*, & *Arnoldum Abbatem de Lubec* Crux una cum Ense coloris rubri, ut refert *Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n. 37.*

Sed verius erat duplex Ensis rubeus, in modum Crucis super Togam candidam, sicque Ordo Ensiferorum, sive Gladiferorum nuncupatur, ut scribit *Abbas Lubecensis in Historia Slavorum lib. 7. cap. 8., & seq. Henricus Leonardus Schurtzfleischius in Historia Ensiferorum, & Hart. Knochius de Republica Polonica pag. 172. Domin. Hermant d. Histor. des Religions, ou Ordres Militaires cap 32. pag. 371., juxta impress. Rothomagensem Typis Joan. Baptistę Besogne 1726. Pater Andreas Mendo de Ordinibus Militar. Disq. 1. quæst. 2. §. 14. n. 37. Pater Ignatius Graveson Histor. Ecclesiast. tom. 4. par. 2. Colloq 6. pag. 196., juxta impress. Romę Typis Francisci Gonzaga anno 1718. d. Pater Bonannus d. n. 37. Petrus Dusburgensis relat. etiam per d. Raymundum Duellium Histor. Ordin. Equestr. Teutonicor. Parte Prima sect. 2. pag. 11.* ubi subdit *Fratres Milites Christi appellatos*.

Successivis temporibus non valentes hujus Ensiferorum Ordinis Equites ferre martiales, barbaricosque impetus Prutenorum, dictus Conradus Dux Massoviæ in suppetias vocavit Equites Teutonicos, & iidem Ensiferi Habitum, & Regulam eorundem Teutonicorum sumpserunt, Hermanoque Teutonicorum Ordinis Magistro se subiecerunt tempore Valquinii secundi Magistri dicti Ordinis Livonici, quæ tamen unio solum effectum habuit post mortem ipsius Valquinii anno 1238. ut referunt *Alexander*

der Guaginus in Descriptione Prussiæ sub §. 10. *impress. in Libello*, cui Titulus .. *Respublica, sive Status Regni Poloniæ, Lituaniæ, Prussiæ, & Livoniæ Diversorum Auctor. impress. Lugduni Batavorum, ex Officina Elzeviriana anno* LLↃLↃCXXVII. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica tom.* 2. *Lit. S.* §. *Notitia Equestrium Ordinum n.* 35. *pag.* 737. *juxta impreß. Salisburgensem Typis Jo. Josephi Mayr* 1719. *Dom. Hermant d. tom.* 1. *pag.* 368., *& seq. Schurzfleischius Histor. Ensiferorum pag.* 189. *d. Raymundus Duellius Histor. Ordinis Equitum Teutonicorum Parte Prima sect.* 2. *in Annot. pag.* 11. Dicta vero Conradi anno 1230. Massoviæ Ducis Teutonici Ordinis in subsidium vocatio, & Donatio Terrarum, habetur penes dictum *Duellium* pag. 11., & cum Cæsareo Diplomate confirmata fuit.

Quo vero ad tenorem Diplomatis Imperialis, & ad conditiones hujusmodi vocationis Teutonicorum Equitum factę à Conrado Duce Massoviæ, videri poterunt Auctores, quos allegat *d. Duellius* loco superius citato, ubi advertit sub litt. *A.* quod Scriptores Polonici prætendunt, quod Cruciferi ea conditione evocati fuerint, ut Culmensem tractum, & quidquid Terræ est inter Vistulam, Mocram, atque Devartiam Flumina occuparent, ubi vero Prussiam domuissent, Culmensem Terram redderent, & quæ de Barbaris cepissent, partirentur. Sed hos Polonos Scriptores fundate refutare *Hartnochium ad Desburgens. pag.* 73. aliosque testatur *d. Raymundus Duellius d. Historia Ordinis Equitum Teutonicorum Parte Prima sect.* 2. *in Annotat. sub litt.* A. *pag.* 11.

Ubi sub littera *B.* ratione, & auctoritate demonstrat, non subsistere id quod dicit *Luduvig* (in vertheidigten. Preussen.) non potuisse scilicet Imperatorem quidquam in Prussia, utpote sibi nunquam subiecta disponere; quia notat d. *Duellius*, quod hoc Historiæ Fidei adversari asserit *Gladon* (in der Reichs Historiæ pag. 420.) nam primo ait Diplomata à *Schuzio in Chronon. Pruss., & Schurzfleisch in Histor. Ensifer. adducta* contrarium testantur. Deinde Fridericus secundus Imper. in Epistol. ad Regem Gall. 1247. data dictum Conradum ratione Massovię Fidelem suum appellat. Tertio Sessionem in Comitiis Prussis, antequam Poloniæ subderentur, habuerunt.

In nostro *Discursu de Ordine Equitum Teutonicorum* late seriem exposuimus lacrimabilem, quod idem Ordo passus est Spolii, tempore Alberti Marchionis Brandeburgensis magni Magistri Religionis Equitum Sanctæ Marię Teutonicorum; ipse enim Norimbergæ ab Osiandro impii Luteri sacrilegis Dogmatibus imbutus, dimissa Ordinis Teutonici Veste, Fide Catholica abdicata, Uxore ducta, Borusiam cum omnibus ad ipsam spectantibus in Clientelam Sigismundi Polonię Regis, cujus ipse e Sorore Nepos erat, a quo Rege Sigismundo Prussiæ Ducalis, Dux creatus fuit. Et ita infeliciter dictæ Provinciæ Ordinis Teutonici Fratribus, quorum sanguine, ac strenuitate expugnatæ fuerant, imo ipsi S. R. Imperio abreptæ sunt, quemadmodum refert *d. Raymundus Duellius Parte Prima Sect.* 6. *pag.* 45., *&* 46. *ac Historia Gallice scripta, & in Italicam Linguam translata a P. Ioseph Francisco Fontana Medialanensi Cong. Matris Dei sub Titulo .. Storia degli Ordini Monastici &c. Militari Tom.* 3. *Cap.* 17. *pag.*

pag. 76. juxta impress. Lucensem Typis Iosephi Salani, & Vincentii Giuntini 1738.

Non dissimile infortunium subivit successive Ensiferorum Ordo, ut præmisimus Teuthonico unitus: videns autem Walterus de Pletemberg tunc temporis Magister Provincialis Livoniæ calamitates ærumnasque Teuthonici Ordinis, & hæresum pravitatem grassantem, ut ab illis Ensiferorum Ordinem subtraheret, (erat enim Catholicæ Fidei zelans, ut Catholici testantur Historici] excogitavit se & Ensiferorum Ordinem a subiectione magni Magistri Ordinis Teuthonicorum eximere, mediante solutione pecuniarum Summæ: obtulit itaque pecunias d. Marchioni Brandeburgensi, qui petitam dismembrationem concessit año 1525. dictusque Walterus de Pletemberg in sequelam obtentę libertatis, factusque magnus Magister Livoniæ, Monetas cudere fecit, & Imperator Carolus Villum Imperii Principem declaravit, cum jure ferendi Suffragii, & Loci in Dietis Imperialibus. Insuper omnibus Livoniæ Provinciis, hoc est, Lettonię Curlandiæ, Essonię, & Semigallię, uti Imperii membris, Privilegium concessit, ab eorum Principe ad Imperialem Spæręę Cameram appellandi; hasque Narrationes legimus in d. Volumine, cui Titulus -- *Storia degli Ordini Monastici ec. Religiosi, e Militari, & a Patre Iosepho Francisco Fontana Mediolanensi Congregationis Matris Dei in Italicam linguam translata Tom. 3. cap. 18. pag.* 178.

Hinc patet insubsistens esse, quod inquit *Hartknochius* asserens dictum Ordinem fuisse institutum à Conrado Duce Massoviæ, Cuiaviæ, & Dobrinię; nam Conradus de Polonorum auxiliis contra Prussos ipsum vehementissime insectantes penitus desperans, pro tuitione hos Milites non instituit, sed vocavit; quemadmodum eundem *Hartknochium* rejiciendo, advertit *Raymundus Duellius in d. Historia Equit. Teuthonicorum Parte Prima sect. 2. Annotat. sub litt. Y. pag.* 11.

Primum Ordinis Fundatorem Scriptores prædicti asserunt fuisse Mainardum Segebergensem, vel Albertum ex Collegio Bremensi, & primum magnum Magistrum; alii asserunt fuisse Volquinum.

Seriem magnorum Magistrorum enumerat usque ad annum 1561. *Duellius in d. Historia Ordinis Equitum Teuthonicorum Parte Prima sect. 2. in Annotat. pag.* 11.

Equites hujus Ordinis appellati Fratres Milites Christi, multas Terras Infidelium in Partibus Livoniæ potenter subiugaverunt Fidei Christianæ: ita inquit *Dusburgensis*, quem etiam refert *d. Raymundus Duellius d. Parte Prima sect. 2. pag.* 11.

Post hanc ab Ordine Teuthonico separationem peractam anno 1525. sex habuit peculiares magnos Magistros Ordo Ensiferorum, quos enumerat *d. Duellius d. pag. 11. in Annot. sub Asterismo Crucis*, quorum ultimus Gothardus Kettles, qui anno 1559. ad Magistratum pervenit. Hic autem anno 1561. abdicato Magistratu, & depositis Ordinis Insignibus, Fide Catholica, ac jure jurando Deo, & Ordini præstito ab hoc sepositis, in potestatem Polonię Regis Livoniam tradidit ea conditione, ut ille Dux Curlandiæ, & Semigalliæ, & Posteri sui crearentur: sicque Dux Curlandiæ, & Semigalliæ publice fuit renunciatus jure Feudi dependentis à Regiæ Corona Poloniæ.

Et ita infeliciter magno Magisterio, ac Mili-

Militibus Luteri adhærentibus Hæresi, funditus jure merito extinctus remansit hic Equester Livoniensis Ordo, & Dignitas magni Magistri illius Ordinis, qui repetitis a conditore initiis, duravit trecentis quinquaginta sex annis, & in Fide, & Clientela, ac ditione Imperii Germanici, cujus auspicio inchoatus, & sanguine majorum acquisitus, ac diu acriterque defensus, permansit ad dictum usque tempus, ut totidem fere verbis inquit *Schurzff in Historia Ensiferorum pag.* 176., quem cum aliis refert *d. Raymundus Duellius d. Parte Prima sect.* 2. *in Annot. pag.* 11., *& sect.* 6. *pag.* 47. atque ita exponit *d. Pater Joseph Franciscus Fontana tom.* 3. *à pag.* 178. *cum seqq.* & videri possunt *Historia Gallica Petri Matthei lib.* 6. *cap.* 64., *& seq. D. Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom.* 1. *cap.* 22. *à pag.* 384. *cum seq. Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq.* 1. *quæst.* 2. §. 14. *n.* 37. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equest. n.* 37. *Volumen* cui Titulus *Li Sourani del Mondo* §. *Il Duca di Curlandia tom.* 4. *à pag.* 44. *cum seq. juxta impress. Venetam Typis Sebastiani Coleti, & Joannis Malachin* 1720.

An autem hic Ordo Equitum Livoniæ sit Ordo distinctus ab alio Ordine, qui vocatur *De Obrino*, vel potius unus, & idem Ordo, perpendemus in nostro *Discursu super Ordine de Obrino*.

Cæterum Catalogus magnorum Magistrorum usque ad annum 1561. habetur penes *d. Raymundum Duellium d. Historia Parte Prima sect.* 1. *in Annot. pag.* 11.

DISCURSUS LXXXVIII.

ENSIUM SEU GLADIORUM ET MILITARIS BALTHEI IN SUETIA

ARGUMENTUM

Adducitur Fundatio Ordinis Ensium in Suetia, & exponitur ejus Tessera.

SUMMARIUM

1. E*Nsium Ordo in Suetia explicatur sub titulo Balthei.*
2. *Tessera Ordinis conficiebatur Ensibus, & quomodo Torque dispositis* n. 8. 9. 10. 11. & 12.
3. *Aliqui Scriptores Gustavum Primum Suetiæ Regem Ordinis Fundatorem faciunt.*
4. *Adducuntur verba* Gustavi Carlo-sson.
5. *Habitum peculiarem Equites non habebant.*
6. *Ex uniformitate Stemmatis nonnulli suspicantur hunc Ordinem esse membrum Ensiferorum Livoniæ, vel Ordinis Cypri.*
7. *Stemma Ordinis fuit variatum, & quale sit*, & n. 8.
9. *Figura Equitis, & Torquis apud quos habeatur.*
13. *Equester hic Ordo institutus fuit, ut Equites militarent contra Infideles, & Hostes Ecclesiæ.*
14. *Defecit Ordo ob hæreses subortas.*

DIS.

DISCURSUS LXXXVIII.

ENSIUM SEU GLADIORUM ET MILITARIS BALTHEI IN SUETIA

HIc Ensium Ordo in Suetia explicatur sub Titulo -- *Balthei Militaris*, ut videre est apud *Gustauum Carloson Adlerfert de Ordinib. Equestr. Disquisitionis Sectio posterior* de Ordinibus Equestribus *anno 1696.* Edit. §. 2. *D. Joannem S. R. I. Comitem in Koden Sapieha Equitem Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Corollario omnes Ordines continente, quod est impressum in calce Tractatus ejusdem*, cui Titulus -- *Adnotationes Historicæ de Ordine &c. Equestri Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ* in verbo *Balthei Militaris Equites pag. 244., juxta impressionem Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730. ubi sic habet -- *Balthei Militaris Equites in Suetiæ anno 1528. conficiebant Torquem ex Gladiis, qui suspensi e Baltheis cruentata acie se se contingere videbantur, majori Ense in fine pendente*; *Abb. Bernardus Justinianus Historie Cronologiche dell' origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap. 53. à pag. 642. juxta impress. Venetam Typis Combi, & La Noù 1692.* ubi figuram refert.

Hujus Ordinis nec tempus, quo cœpit, nec Auctores cognitum est, nisi *Gregorio Lati largiri velim, qui unà & illius Seraphici Auctorem facit Gustauum Primum Suetiæ Regem*, inquit prællegatus *Gustauus Carloson* §. 2. quem transcribimus infra ad literam: *Historia Ordin. Monasticborum &c. & Militarium translata in idioma italicum à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanensi Congregationis Matris Dei tom. 8. cap. 43. pag. 307. juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

Itidem eundem Gustauum Primum Institutorem agnoscunt anno 1528., & 1560. laudatus *Comes in Koden Sapieha in d. Corollario d. Verbo Balthei Militaris pag.* 244. de quo mentionem fecimus in nostro *Discursu de Equitibus Torque, Tenia ornatis Disc. 8. tom. 1.* & infra etiam in peculiari Discursu Torquatorum Equitum agetur: *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n. 38. d. Abbas Justinianus* ubi supra *pag. 645.*

Hic transcribimus ad litteram quæ scripta reliquit *Gustauus Carloson Adlerfelt de Ordinibus Equestribus Disquisitionis Sectio posterior de Ordinibus Equestribus Suetiæ anno 1696.* Edit.

§. 2. Ordo Balthei Militaris.

De hoc Ordine, nihil fere quod hactenus scire licuit præter nomen Posteris relictum est, etenim, nec tempus quo cœpit, nec Auctores cognitum est, nisi Gregorio Lati largiri velim, qui una, & illius Seraphici facit Gustauum Primum, ut sæpius innuit Torquem, vel Collare; quod olim Equites Balthei Militaris gestabant, aurei & Militari Baltheo inter se conjuncti, acieque sanguinea commicantes, quo Justitię, & Militaris gloria, quibus Regna fulciuntur -. Men. delit. Ordin. Equestr. pag. 159. Insigne constituunt Gladio. Josephus Micheli fol. 93. Simbolum addit pro Fide servanda, Tessera hujus Schema exposuere, vel Menennius, vel Ashmole, & in illo illud observes non ad ipsum Torquem pertinere

tinere illud juxta adpositum trium Coronarum, totidemque Tintinnabulorum insigne. Neque huc spectant quæ Scuto illi superimposita sunt, mutatis Corona, argenteaque Corona ex illa: Latet me prorsus, in quem finem, nisi forte illud fuerit olim alicujus Ordinis hujus Equitis insigne expressum sit. Ordinem hunc, una cum illo Seraphico, exteris Scriptoribus diù præ reliquis innotuisse certum est, & vix præter solum nomen.

Hinc non mirum est, illos occasionem sibi sumpsisse adspergendi aliena, disquirendique, vel de insignibus Regni Suetici, vel etiam de Portu illo illustri Hingoensi, utpote qui uberrime testaretur quantum olim Reges Principesque de paranda Nobili fama, ac bellica claritate curam habuerint. Quippe qui Arma, signaque, & Clypeos suos illustribus locis inscripserint, ac Posteris reliquerint. At vero correctione egent illorum scripta, quæ Portum illum Nagoensem in Flandria situm tradunt contra fidem, & Olai Magni (Histor. Sept. lib. 2. cap. 25.) & qui hunc, ni fallor secutus est, illustris Vexionci Descript. Suetiæ car. 33. lib. 1. *Quidquid hi adfirment ad Hilandiæ Littus hunc Portum, olim Suetica Classis fuisse Stationem, adeo ut non mirum sit Regum, Principum magnorumque insignitis, refusa licet simplicitate excultis exornatum esse. Sed in iis, quæ ad præsens institutum non faciunt, uberior nec esse volo, nec audeo. Itaque illis, qui Insignia Gothorum fuisse ajunt, duas Coronas Virgines, aureo vestitu se mutuo amplexantes in virenti Sylva, sufficit, si respondere jubeam Hispanum illum* Joan. Michel, *qui ultro fatetur propria Gothorum semper fuisse Insignia tres Coronas. Adde elegantissimum in hoc argumento Librum Domini* Scherferi *de insignibus Regni Suetici, quem permisit Nobis Dominus Elias Brenner.*

5. Equites nullum peculiarem Habitum habebant, sed quilibet ad sui arbitrium incedebat indutus; *d. Banannus d. n.* 38. in columna Italico idiomate.

6. Ex uniformitate Stemmatis Enses continentis, suspicio oritur hunc Ordinem esse membrum Ordinis Ensiferorum Livoniæ, ut inquit motivum excitando, *d. Abb. Justinianus d. Parte Secunda cap.* 53. *pag.* 641. indecisum tamen reliquit; ubi etiam reiicit *Iosephum Michel in Thesauro Militari* confundentem Stemma Ordinis Cypri cum Stemmate hujus Ordinis.

7. Stemma autem, & Insigne pluries variasse hunc Ordinem scribunt Auctores; extulerunt siquidem olim hi Equites Scutum aureum, in cujus medio Leonem rubeum, vel fulvi coloris rubescentem tenebat, & circumcirca tres Coronas Regias, & tria Tintinnabula coloris rosacei: in Galero, Coronam Muralem argenteam ornatam plumis, seu cristis viridis coloris respersam, una cum binis Gallis rubeis decussatim positis argenteis in vexillis; *d. P. Bonannus n.* 38.

8. Alii dicunt Stemma, ac Torquem compositum fuisse ex pluribus Ensibus, & funiculis, à quo alius pendet Ensis: ita *Asmole* inquit, quem sequitur *d. Bonannus d. n.* 38., *& Abb. Justinianus loco præcitato pag.* 645.

9. Et figura hujus Torquis habetur apud eundem *Abb. Justinianum pag.* 642. *Bonannum d. n.* 38. appensa collo figuræ Equitis ibidem apud eundem in *Generali Descriptione omnium Tesserarum sub n.* 34.

Multiplex porrò relata superius descri-

10. ptio Tesseræ, & Torquis conciliatur, & explanatur ea animadversione, quod intelligantur de Vexillo Ordinis, quod scilicet ex una parte ostendat Ordinis Insignia, & ex altera parte in Scuto Stemma Gothorum Regum, quod tres habebat aureas Coronas, ut ratiocinatur *d. Abb. Justinianus pag.* 642., *& seq.* ubi Figuram Vexilli delineatam habet.

Rursus refert ibidem *Justinianus* diver-
11. sam opinionem *Francisci Menennii in Delitiis Ordin. Equestrium fol.* 158. ubi quoad formam Collaris, & Tesseræ Equitum sic loquitur: *Alter in Suetia Militaris Ordo, pro Tessera Gladios aureos, Militari Balthco inter se conjunctos, & acie sanguinea commicantes prętendit.*

At subdit *Justinianus* in hac descriptione poni etiam Stemma, & Equitum Scutum, circa quod extenditur Collare; hoc sic describit idem *Menennius* ibi .. *Insignia autem, quæ Gladiferi hujus Ordinis symbolo con decorantur, in Clypeo aureo umbonem fulvo Leone rubescentem, circum circa tres Coronas Regias, & totidem Campanulas rubeas. In Galea vero Coronam muralem argenteam cristis, seu plumis viridis coloris resperssam, binosque supra Gallos rubeos, in Vexillis argenteis decussatim positis præferunt.*

Scutum proinde delineatum exponit *d. Abb. Justinianus pag.* 644., qui illud
12. explicat sic, quod Scutum ex Ensibus, hinc inde dispositis, conflatum in medio continet tres Coronas. Stemma Regium Suetiæ, quod Auctores referunt principale fuisse Vexillum horum Equitum, sub tribus Tintinnabulis, ajunt simbolum dari vigilantiæ, qua pollere debent Equites, seque promptos esse ad facta heroica. In Scuto autem flauum tenente Leonem indicare voluerunt generosum cor, & corpus strenuum in Equite necessarium, Quo vero ad parva Vexilia elata diagonaliter super Armorum Scutum, signare videntur Bannaretes Equites, qui similia Vexilla gerebant, & Galli in iisdem duobus Vexillis expositi sollicitudinem quoque, & vigilantiam Equitum denotabant, Muralis vero Corona, licet antiquissimis Romanorum temporibus tribueretur Militibus, qui primi in Urbium obsidionibus victores Muros conscenderent, nihilominus successivis temporibus ex Principum documentis, Corona Muralis in signum vigilantię concedebatur.

Juxta eorum institutum, ad tuitionem
13. Catholicæ Fidei Equites hujus Ordinis contra Infideles, & Catholicæ Religionis persecutores strenue dimicarunt, & victorias reportarunt omnium plausu.

Verum deplorabili semper infortunio,
14. cum Regiones illas Luteranæ Hæresis lues misere infecisset, in illis extinctus remansit laudabilis Ordo horum Equitum: *d. Abb. Justinianus d. pag.* 645.

Supposito itaque Ordinem hunc institutum fuisse sub annis 1528. ut supra diximus, magnum Magisterium residet in Regibus Suetiæ, & sic Catalogus habetur in nostro *Discursu Undecimo, sub n.* 24. *tom.* 1.

DISCURSUS LXXXIX.

FŒMINARUM NOBILIUM
VIRTUTI MANCIPATARUM
VULGO
SCHIAVE DELLA VIRTU'

AR-

ARGUMENTUM

Narratur series fundationis Ordinis Nobilium Fœminarum Virtuti Mancipatarum, vulgo *Schiave della Virtù*.

SUMMARIUM

1. *Imperatrix Eleonora Gonzaga instituit prius Ordinem Equestrem Matronarum Nobilium sub Titulo Virtuti Mancipatarum, vulgo le* Schiave della Virtù, *deinde alium instituit Ordinem Nobilium Mulierum à Cruce*, & n. 2., & 3.
2. *Explicantur qualitates hujus Nobilis Servitutis*.
3. *Priorissa hujus Cœtus, & ut dicitur* Gran Dama, *fuit dicta Fundatrix, & successive alia Imperatrices Augusta Domus Austria*.
4. *Tessera Ordinis est Numisma aureum lauro coronatum, & in medio adest Sol cum Lemmate* -- Sola ubique triumphat -- *& hoc pendebat à catena aurea alligata Brachio sinistro super cubitum, ad instar, ut dicitur,* di Braccialetto.
5. *Simbolum hujus Tessera explicatur*, & n. 6.
7. *Tesseram Magnam gestare debent diebus solemnibus, aliis parvam ad pectus*, & n. 14.
8. *Mortua Equitissa heredes debent remittere ad magnam Magistram d. magnam Tesseram, retenta parva in Familia pro memoria*.
9. *Formam Tessera qui Scriptores deferant*.
10. *Figura Mulieris gerentis d. Tesseram*.
11. *Statuta Ordinis propria manu scripsit Fundatrix, & qua disponant*.
12. *Famina admittenda ad Ordinem debet esse ex stirpe Nobili*.
13. *Nobilis esse debet ex parte Patris, Matris, & Mariti*.
15. *Debet esse virtuosa, & incumbere Virtutibus*, & n. 16.
17. *Numerus admittendarum, an fuerit limitatus, vel ad arbitrium Fundatricis*, & n. 18.
19. *Ordo antedictus an sit extinctus*, & n. 20.
21. *An sit unus solum Ordo, vel duo, nempe ille Fœminarum Virtuti Mancipatarum, & ille à vera Cruce, seu* della Crociera.
22. *Adducitur Catalogus magnarum Magistrarum*.

DISCURSUS LXXXIX.

FŒMINARUM NOBILIUM VIRTUTI MANCIPATARUM VULGO SCHIAVE DELLA VIRTU'

Eleonora Gonzaga Imperatrix Vidua relicta à Ferdinando III. Romanorum Imperatore, summopere zelans, in Imperiali Aula sua Nobilium Fœminarum refulgere Virtutes, antequam deveniret ad fundationem Ordinis, seu Societatis Nobilissimæ pro Fœminis, sub nuncupatione Nobilium Fœminarum à Cruce, italico idiomate: *Ordine delle Dame della Crociera*; super quo peculiarem nostrum exaravimus Discursum relatum in Tomo Primo *Discurs*. 81. *pag*. 810. alium instituerat Ordinem conspicuum pro Nobilibus Fœminis, sub Titulo *Ordinis Fœminarum Nobilium Virtuti mancipatarum*, nosque dicimus *Schiave della Virtù*. Ordinem ergo hunc anno 1662. instituit, jussitque, ut appellarentur Famulæ Virtutum, ut ita cunctis innotesceret Glo-

Gloriæ sitim Fœminis etiam inesse, quod in eis pariter immensum *Gloria Calcar* habet; ita tamen, quod Virtuti Famulatum profiteantur, & sine earum libertatis jactura Virtutum jussa exequantur, ut volita ab Imperatrice Servitus honorabilis undequaque reddatur, longeque distet à turpi Servitute, quæ alieno subiicit Dominio, & libertatem adimit, ad tradita per *Antonium Nebrissensem in Vocabulario utriusque Juris* in verbo *Servitus est* . Sed est Servitus, per quam Virtutibus Theologalibus quies imponitur passionibus, & sic non ligantur ad libertatem privandam, sed ad aperiendam viam immortalitati. De prędicta Ordinis Institutione loquitur *Abb. Justinianus Historie Cronologiche dell' origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap.* 90. *pag.* 851. *juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Noù* 1692. *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevalieres tom.* 4. §. 113. *pag.* 266. *juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie &c. libr.* 1. *Dissert.* 11. §. 2. *pag.* 277. *juxta impressionem Typis Petri Francisci Giffart* 1718. *Comes in Koden Sapieba in Corollario omn. Ordinum impress. in calce Tractatus ejusdem Auctoris de Ordine Aquila Alba* in verbo *Matronarum Virtuti Mancipatarum pag.* 305. *juxta impress. Colonia Typis Adami Cholini anno* 1730. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 131. *Historia Ordinum Monasticorum &c. Militarium &c. Gallice scripta, & in Italicam linguam translata per Patrem Joseph Franciscum Fontana Mediolanensem Congregationis Matris Dei tom.* 8. *cap.* 68. *pag.* 446. *juxta impressionem Lucensem Typis Joannis Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

3\. Caput, & magna Priorissa Nobilis hujus Cœtus fuit dicta Imperatrix nuncupata ob hoc Imperatrix, & *Gran Dama dell' Ordine*, ac successive aliæ Imperatrices Augustæ Domus Austriacæ, & testantur mox allegati Scriptores, & *Justinianus* ubi supra; *Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 277. *Comes in Koden Sapieba pag.* 305.

4\. In Tesseram hujus Ordinis Imperatrix Numisma præscripsit aureum, in quo Sol conspiciebatur. Quod Numisma circumdatum erat Corona ex Lauro, & circumlegebatur Lemma his verbis - *Sola ubique triumphat*. Hocque Numisma à Catena aurea pendebat, & hæc Catena alligabatur brachio sinistro super cubitum, ad instar, ut dicitur, *di Braccialetto*, ut omnibus Nobilis Servitutis Simbolum patens esset: *Justinianus d. pag.* 851. *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 266. *Bonannus* ubi supra. *Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 277. *juxta impress. Parisien. Typis Petri Francisci Giffart* 1718. *Jo. Laurentius de Nicollis in Prax Canonica, seu Jus Canonicum tom.* 2. *sub Litt.* S. *de Summa Trinitat., & Fide Catholica* §. *Notitia, & Series Ordin. Equest. n.* 127. *pag.* 249. *juxta impress. Salisburgen. Typis Jo. Joseph Mayr* 1729. Volumen *Li Sourani del Mondo tom.* 4. §. *L' Ordine delle Dame Schiave della Virtù impress Venetiis Typis Sebastiani Coleti, & Joannis Malachin pag.* 300. *anno* 1720. *Comes in Koden Sapieba antedicto Corollario pag.* 306. ubi inquit, quod in relatis verbis, quoad lemma, *Sola triumphat ubique*, subintelligitur Virtus.

Sub hujusmodi Simbolo Augustæ Institutricis

tutricis mens fuit designare, quod sicut Sol Aurum in Terræ venis perficit, ita virtus Animum perficit, magisque Nobilem reddit: sub laurea
5. corona demonstratur lauream dari laborantibus, & de hac gloriari debere Mulieres Nobiles, sicut sub aurea Catena ostendit nobilem Servitutem Virtutis, quam sequi tenentur Mulieres Nobiles, eique mancipatas profiteri, quemadmodum docent præallegati Auctores *Justinianus à pag.* 851. *d. Collector Gallus pag.* 266.

Rursus Moralia Documenta non obscure hauriuntur ex antedicta Tessera ipsa Ordinis: nam Sol simbolum Dei importat, Deus vero ipsa Virtus est, illamque contemplans satagit, mediante Divina ejus Gratia, in Virtutibus progredi: hoc autem cum in omnibus procedat, præcipue proce-
6. dit in Muliere Nobili, & Generosa. Rursus, sicut Sol aurum in Terræ visceribus perficit, magisque nobile reddit; ita Virtus animum perficit. Porro Lauri Corona præmium laborum designat semper virens, & de quo gloriari debent Matronæ Nobiles, quæ illud in præmium Virtutum receperunt, adeo ut fulmina Divinæ indignationis non patiantur. Tandem Catena aurea in memoriam vertit Matronis Nobilibus Virtutum famulatum, sicque incitamentum ad ipsas Virtutes diligentissime sequendas perfectæ vitæ tenore; ita ut continue Virtuti alligatas, ac mancipatas se demonstrent, ut explicat *d. Justinianus pag.* 851. *&* 852.

Antedictam Tesseram Magnam quotidie gestare debebant diebus solemnibus;
7. aliis diebus parvam Tesseram ad pectus: *d. Pater Honoratus a Sancta Maria pag.* 277. *d. Collector Gallus d. Tom.* 4. *S.* 108. *pag.* 266.

Mortua una ex aggregatis, illius Hæredes tenebantur d. Magnum Numis-
8. ma Imperatrici restituere, solumque parvam Tesseram retinere pro honorifica memoria earum Familiæ: *Collector Gallus* ubi supra.

Forma d. Tesseræ habetur apud laudatos
9. *Justinianum pag.* 849. *Collectorem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 266., *& in Explicatione Tesserarum pag.* 436. *sub n.* 111. *Bonannum d. n.* 131., *& in Generali Descriptione Tesserarum pag.* 164. *sub n.* 111.

Sic etiam Figuram Nobilis Mulieris di-
10. cto Numismate ornatæ referunt *d. Bonannus; d. Collector Gallus* ubi supra.

Pro bono Nobilis hujus Societatis re-
11. gimine, Leges, & Statuta manu propria descripsit ipsamet Imperatrix, teste *d. Justiniano pag.* 851. quæ ad tria reducuntur. Primo in moderamine affectuum animi exteriorem operationem in concernentibus actus erga proximum: Secundo in demonstrando animi constantiam, in adversis moderationem, & conformationem sui ipsius rationis dictamini: Tertio in gubernio exteriori Nobilium in omnibus actibus ponderando materiam, locum, & Personarum quantitatem, & qualitatem, ad tradita per allegatum *Justinianum pag.* 852.

Nulla Fœmina, nisi ex nobilissima Stirpe genita, poterat huic Ordini, & So-
12. cietati adscribi: *d. Pater Bonannus n.* 131. *Collector Gallus d. cap.* 226.

Hujus Ordinis magnum Magisterium 13. tenere Reges Galliarum; Jus vero creandi Equites, spectare ad Imperatorem, scripsit *Scoonebek* in Historiis Ordinum Militarium.

At hæc assertio *Scoonebeck in suis Historiis Ordinum Militarium*, uti in om- 14. ni parte insubsistens reiicitur à d. *Patre Iosepho Francisco Fontana in d. Historia tom.* 1. *cap.* 33. *pag.* 284.; subdit quippe, quod nullibi apparet, quod Imperatores, vel Galliarum Reges hujusmodi Ordinis Equites creaverint; unde concludit sine ullo facti fundamento *d. Abbatem Iustinianum* incassum laborasse in asserendo, Catalogum magnorum Magistrum ratione Sanguinis deducendum esse à Carolo Magno, usque ad Ludovicum XIV. Galliarum Regem; ratione autem juris armandi Equites, quod Imperator sibi reservasse dicitur, quodque in substantia secum fert ipsum magnum Magisterium, hoc mensurandum esse ab Imperatore, & sic efformandum Catalogum à dicto Fundatore, usque ad Imperatorem tunc de tempore, quo scripsit *Iustinianus* regnantem Leopoldum Primum; & tradit quoque *Collector Gallus d. tom.* 2. *pag.* 16. qui recensitas hactenus narrationes minutatim per partes vellicat, & in totum Ordinem hunc supposititium ostendere nititur.

Siquidem primo loco assertæ Institutio- 15. nis tempus perpendit, hoc est anno 802. nullum autem Ordinem antecedere duodecimum Seculum sustinet. Ostendit ulterius, valde incredibile esse Carolum Magnum assignasse Ordini Regulam Sancti Basilii, cum verisimilius sit, quod ipse præscripsisset Regulam Sancti Benedicti, cui idem Carolus erat addictus. Secundo Collector Gallus protestatur, ipsum non vidisse quod Reges Galliarum, nec Imperatores unquam creaverint Equites asserti hujus Ordinis; unde redarguit Abbatem Justinianum loco superius allegato, eo quia scripserit apponendos esse Catalogo Imperatorum, & Regum Franciæ Magnorum respective Ordinis Magistrorum. Tertio satagit ostendere allegatum Caroli Magni Diploma esse fictitium, perpendendo singulas ejus partes. Quarto ostendit assertam Coronam Imperialem, sive Regiam, in Tesseram Ordinis assignatam, perperam asseri continere quoddam Biretti genus, enumerando ætates, & mutationes Coronarum, & explicat figuram Imperatoris expressam in Codice *à Patre Mabillon*, & an sit Caroli Magni, vel alterius.

Postremo concludit, quod hic Ordo, si fuit institutus à Carolo Magno, fuit simpliciter gradus honoris, non autem Ordo Militaris: quodque demum jam evanuit; & hoc idem, quod Ordo defecerit post mortem ejusdem Imperatoris, notat *d. de Nicollis ubi supra pag.* 738. Modo sequitur translatio in linguam italicam Narrationis, quam de istis Frisiæ Equitibus idiomate Gallico affert idem *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom.* 2. *§.* 16. *à pag.* 13. *cum seqq. juxta impression. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721.

Li Cavalieri di Frigia l'anno di Gesù Cristo 802.

„ E' necessario riportare il medesimo „ sentimento di quest' Ordine, co„ me di tutti quelli de' quali qui avanti

,, vanti ſi è ſin ora parlato, l'origine
,, del quale ſi fa aſcendere di là dal
,, duodecimo ſecolo, ed è lo ſteſſo
,, che dire, che ſia un' Ordine fal-
,, ſo. Perchè quantunque Schoone-
,, beck, di cui noi ratifichiamo l' Iſto-
,, ria, dica, che avanti lo ſtabili-
,, mento di quello di S. Giacomo
,, della Spada in Spagna, non vi
,, era ſtata alcuna Società Militare,
,, la quale conſacraſſe i ſuoi beni, e
,, la ſua vita a combattere contro
,, gl' Infedeli per il vantaggio della
,, Criſtianità, non laſcia però nulla-
,, dimeno di allegnarne alcuni, i
,, quali egli pretende eſſere ſtati iſti-
,, tuiti molte centinaja d'anni avanti
,, a quello di S. Giacomo della Spa-
,, da. Tra li quali è l' Ordine di
,, Frigia, o ſia della Corona, di cui
,, egli fa aſcendere l'origine fino nell'
,, anno 802. appreſſo Mennens, Mi-
,, chieli, Giuſtiniani, ed alcuni altri,
,, i quali dicono, che il Fondatore
,, fu Carlo Magno, e che queſto
,, Principe diede per inſegna di queſt'
,, Ordine una Corona, che doveva-
,, no portare ſopra un' abito bianco
,, con queſta diviſa: *Coronabitur le-*
,, *gitime certans*. Aggiungono, che
,, queſto fece per ricompenſare li
,, Frigioni, i quali gli erano ſtati di
,, gran ſoccorſo nella guerra, che
,, egli ebbe contro i Saſſoni. Altri
,, pretendono, che queſto fu quando
,, egli ebbe disfatti li Lombardi,
,, e ch' egli ebbe fatto prigioniere il
,, loro Re Didier.

,, Giuſtiniani appoggia queſto fatto ad
,, un preteſo privilegio di Carlo Ma-
,, gno, che rapporta in queſti ter-
,, mini: *Inſuper ſtatuimus &c.*

,, Ma oltre il non riconoſcere noi al-
,, tr' Ordine Militare avanti il duo-
,, decimo ſecolo; quale apparenza
,, vi è, che Carlo Magno aveſſe da-
,, to a queſti Cavalieri la Regola di
,, S. Baſilio, come dicono li ſopraci-
,, tati Autori, egli ch' era così ze-
,, lante per fare oſſervare quella di
,, S. Benedetto, il quale alcun' altra
,, non riconoſceva ne' ſuoi Stati?
,, Così ſi può riguardare queſt' Ordi-
,, ne, come un' Ordine falſo, e ſup-
,, poſto. Queſti Autori ſoggiungo-
,, no, che li Cavalieri della Frigia
,, facevano voto di obbedire al loro
,, Principe, e di difendere la Reli-
,, gione Criſtiana a ſpeſe del proprio
,, ſangue. La principal cerimonia,
,, che ſi oſſervava nella loro accetta-
,, zione, ſecondo queſti Scrittori,
,, era di attaccare il Pendone, e di
,, mettere loro la Spada al fianco: ſi
,, dava loro uno ſchiaffo, il quale
,, fu poi cangiato in un bacio, e
,, nell' abbraccio; e non ſi riceveva
,, alcuno, il quale non aveſſe ſervito
,, l'Imperatore cinque anni a proprie
,, ſpeſe. Ma queſt' Ordine, come
,, abbiamo detto, ha tutta l' appa-
,, renza di eſſere ſuppoſto, ed io non
,, sò ſopra di che ſi fondi Schoone-
,, beck, allorche dice, che li Re di
,, Francia ſe ne arrogano ſempre la
,, dignità de' Gran Maeſtri, quantun-
,, que la podeſtà di fare queſti Ca-
,, valieri appartiene, dic' egli, agl'
,, Imperatori, come anneſſa alla Co-
,, rona Imperiale, perchè noi non
,, vediamo, che li Re di Francia,
,, nè gl' Imperatori abbino creati al-
,, cuni di queſti Cavalieri, e così l'
,, Abate Giuſtiniani poteva diſpenſar-
,, ſi di dare una ſerie Cronologica di
,, Gran Maeſtri di queſt' Ordine pre-
,, teſo, da Carlo Magno fino al Re
,, di Francia Luigi XIV., e l'Impe-
,, ratore Leopoldo Primo, rimetten-
,, done per queſto alla ſucceſſione
,, cronologica de' Gran Maeſtri dell'
,, Ordine di S. Remigio.

Tutto

„ Tutto quello che si può dire appar-
„ tenente all' Ordine di Frigia si è
„ che se Carlo Magno ha onorato
„ li Frigioni di qualche distinzione,
„ forse non ha avuto riguardo se non
„ alli più gran Signori del Paese, e
„ che in appresso è stato forse accre-
„ sciuto il numero nell' Impero, ma
„ che per le rivoluzioni, che sono
„ sopraggiunte negli Stati, e per la
„ morte de' Principi, i quali favori-
„ vano quest' Ordine, se è vero, che
„ mai abbi avuto sussistenza, egli
„ è stato ancora prestamente abo-
„ lito.

„ In questo mentre il Padre Honorato
„ di S. Maria è di un sentimento
„ contrario al Padre Heliot, di cui
„ io ho rapportato quì avanti la o-
„ pinione. Pretende che il Diploma
„ di Carlo Magno sia una cosa sup-
„ posta, mentre vi si fa menzione di
„ molte cose notabilissime. Primie-
„ ramente, dic' egli, il Governo del
„ Paese; che si chiamava Podestà
„ all' usanza d' Italia, aveva il pote-
„ re di creare de' Cavalieri di quest'
„ Ordine, e n' era come il Gran
„ Maestro. In secondo luogo, lo
„ schiaffo era in uso fin da quando
„ si creavano li Cavalieri. In terzo
„ luogo, si dava la Spada al Cava-
„ liere, e se gli cingeva il Pendone.
„ In quarto luogo li Cavalieri secon-
„ do l' antica usanza di Francia non
„ dovevano mai comparire in pub-
„ blico, che non fossero armati.
„ Quest' uso derivava dai Romani.
„ Li Soldati erano tenuti a non com-
„ parire mai in campo senza pendo-
„ ne. Questo era un delitto, che
„ meritava la morte. Era similmente
„ un segno d' ignominia, allorche si
„ lasciavano li Soldati senza Pendo-
„ ne, ò che si facevano operare sen-
„ za quest' ornamento. In quinto
„ luogo dovevano avere onde vivere,
„ il chè era ordinato ancora per es-
„ sere Cavaliere Romano. Final-
„ mente bisognava, che li Cavalieri
„ portassero un segno, ov' era dipin-
„ ta una Corona Imperiale.

„ La Corona che portavano li Cavalie-
„ ri di quest' Ordine è rappresentata
„ dal Sig. Hermant, nella sua Storia
„ degli Ordini di Cavalleria, come
„ una specie di Beretto aperto da
„ due parti, ed il mezzo del quale
„ era rilevato in figura del Mondo,
„ terminato da una Croce, avendo
„ in fondo un cerchio con fiori si-
„ mili a quelli degl' Imperatori di
„ Alemagna. Ma dice l' Autore,
„ che io ho citato di sopra, che non
„ sarebbe così facile a questo Scritto-
„ re addurre qualche antico Monu-
„ mento; ove sia fatta menzione di
„ una simile Corona. E' solamente
„ da questi ultimi secoli, che la Co-
„ rona degl' Imperatori di Occidente
„ è stata composta di un cerchio d'
„ oro arricchita di pietre preziose,
„ e adorna di fiori come le altre Co-
„ rone dei Re, con una Mitra aperta,
„ ed un' altro cerchio d' oro con so-
„ pra la figura del Mondo, ed in
„ cima una Croce. Non si trova
„ ancora, che li Re di Francia, ne
„ gl' Imperatori Greci si siano mai
„ serviti di una Corona di questa fi-
„ gura, se si eccettuano gl' Impera-
„ tori di Alemagna di questi ultimi
„ tempi.

„ A questo proposito il Padre Honora-
„ to di Santa Maria nota col Sig. di
„ Cange, che la Corona de' Re di
„ Francia della prima Stirpe era di
„ perle, fatta in forma di Fascia,
„ che si legava di dietro alla testa:
„ altre volte soggiunge egli, che
„ portavano un cerchio, dal quale si
„ alzavano delle punte in forma di

„ raggi, ovvero si servivano del Beretto, come portano in oggi li Presidenti del Parlamento. Questa specie di Diadema è passata nella seconda, e terza stirpe dei Re di Francia. Il Sig. Petau ci rappresenta una vecchia pittura, ove Carlo Magno comparisce col Beretto, che gli serve di corona. San Luigi è dipinto nei vetri della Santa Cappella di Parigi con il medesimo ornamento. E si tiene communemente, che li Re di Francia avendo lasciato il Palazzo di Parigi, per farne un Seggio della Giustizia, essi comunicassero i loro ornamenti reali a quelli, che vi dovevano presiedere, affinchè i loro Giudici fossero ricevuti dai Popoli, come se fossero stati determinati dal Principe medesimo.

„ La Corona dei primi Re, e dei primi Imperatori di Francia consisteva dunque, come si vede nelle loro monete, in un cerchio di un doppio ordine di perle, ovvero questi Principi erano coronati di alloro, come appariva nei loro sigilli Il Sig. della Colombiere nel suo Trattato della Scienza Istorica cap. 37. pretende, che li Re non anno portato altra corona fino a Carlo Magno, e che questo Imperatore fu il primo, che ne fece fare una d'oro arricchita di pietre preziose, ed ornata di quattro fiori di Giglio. Questa Corona, dic'egli, si conserva nel Tesoro di S. Dionigio, d'onde egli l'ha ritratta, e dipinta, e fatta imprimere alla fine del capitolo, che ho citato.

„ Da tutto ciò il Padre Honorato conchiude, che è senza alcun fondamento, che si voglia, che la Corona, la quale era il segno de'Cavalieri di Frigia, fosse una specie di Beretto, come la rappresenta il Sig. Hermant. Così, dic'egli, è più verisimile, che questa Corona dovesse avere qualche simiglianza a quelle, che si costumavano al tempo di Carlo Magno.

„ Ma sopra di ciò si presentano due difficoltà. La prima è, che si tiene communemente, che li Re della seconda stirpe non avessero altro ornamento da testa, che quello degl' Imperatori Greci. Quest'ornamento era un Beretto di seta arricchito di perle, e di pietre preziose, sopra del quale era la Corona, o il Diadema attorno della fronte, il chè ha molta somiglianza alla Corona, che si dice essere stata l'insegna de'Cavalieri di Frigia. Il Padre Honorato risponde, che quand' anche si accordasse tutto questo, non si potrebbe nulladimeno conchiudere ciò che si pretende: perchè questa sorte di Corona non era in uso ai tempi di Carlo Magno; il che si prova da ciò, che Carlo il Calvo, figlio di Luigi il mansueto, fu il primo, che lasciò le Corone, e gli Abiti reali de' suoi Predecessori, e che prese li Diademi, e li vestimenti degl' Imperatori Greci.

„ La seconda difficoltà è fondata sopra ciò, che il Padre Mabillon racconta nel suo *Musæum Italicum tom. 1. pag.* 70., il quale, essendo a Roma, gli si mostrò nel Monastero di S. Calisto un prezioso manuscritto della Biblia, nel quale Carlo Re di Francia era rappresentato assiso sopra un Trono, avendo sopra la testa una corona chiusa di sopra. *Allatus est pretiosus Codex Bibliorum, cui præmissa est Caroli Francorum Regis effigies, Magni, an Calvi, an alterius, apud Romanos non levis disceptatio est. Hic igitur exhibetur Carolus*

„ *rolus in Throno sedens*, *vultu ob*.
„ *longo*, *rasoque mento*, *attonsis*
„ *crinibus*, *cum Corona in capite*
„ *gemmis ornata*, *& superne clausa*.
„ Sopra di chè si dice, che questa
„ Imagine non può rappresentare
„ Carlo Magno, nè Carlo il Calvo,
„ perchè l'uso delle Corone serrate
„ è molto recente. Gli uni preten-
„ dono, che questo fosse Francesco
„ Primo, il quale cominciò a por-
„ tarla chiusa, per opporsi all'Impe-
„ ratore Carlo Quinto; o perchè
„ Enrico Ottavo Re d' Inghilterra
„ la portava così. Gli altri voglio-
„ no, che Luigi Duodecimo sia il
„ primo che abbia usato questa Co-
„ rona. Ma è più verisimile, che
„ sia stato Carlo Ottavo, il quale
„ abbia introdotto l'uso in Francia.
„ Così aggiunge il Padre Honorato,
„ se l'immagine di cui parla il Pa-
„ dre Mabillon rappresenta un Car-
„ lo Re di Francia, è probabile che
„ sia Carlo Ottavo, perchè oltre es-
„ sere stato il primo, che abbia por-
„ tato la Corona chiusa, è, che es-
„ sendo a Roma l'anno 1495. il Pa-
„ pa Alessandro Sesto lo coronò Im-
„ peratore di Costantinopoli. Forse
„ che per conservare la memoria di
„ questa solennità, si sarà messo il
„ suo Ritratto al principio di questa
„ Biblia.
„ Comunque siasi, benchè il Signor
„ Hermant noti, che li Cavalieri di
„ Frigia professavano la Regola di
„ S. Basilio, e che nel giuramento
„ di fedeltà si obbligavano di difen-
„ dere la Religione Cristiana a spese
„ del proprio sangue, nulladimeno
„ siccome non vi è nulla di ciò nell'
„ Atto dell' Instituzione di quest' Or-
„ dine, il quale è forse l'unica cosa
„ che ci resta dello stabilimento di
„ questa Cavalleria, si può mettere
„ quest' Ordine nel rango della Ca-
„ valleria Civile, che Carlo Magno
„ instituì, per dare ai Frigioni questa
„ marca d'onore, e per ricompen-
„ sarli dei loro servigi, senza che
„ questo Principe avesse in idea per
„ allora di sostenere la Chiesa con
„ questa Instituzione.

DISCURSUS XCVII.

FUNICULI SEU CINGULI

AUT DELLA CORDELLIERA

ARGUMENTUM

Ostenditur hunc Cœtum Nobilium Mulierum institutum fuisse ab Anna Brittaniæ Regina Franciæ, & præscripsisse in Tesseram Funiculum album, qui nomen dedit Societati, & demonstratur d. Tesseram desumpsisse ab Aloysia della Tour.

SUMMARIUM

1. *Fœminarum Cœtum sub Titulo Funis, fuiße institutum ab Anna Regina Angliæ tenent ibi allegati, qui nominant d. Cœtum Militiam.*
2. *Contrarium demonstrant alii, quod dicta Anna fuit Ducissa Brittaniæ minoris, & Franciæ Regina*, & n. 3.
4. *Anna prædicta in primis Nuptiis nupta fuit Carolo VIII., & in secundis Ludovico XII. Franciæ Regibus.*
5. *Cœtus prædictus fuit institutus ex motivo Devotionis, & contra Hæreticam pravitatem.*
6. *Adducuntur Statuta præscripta dicto Cœtui.*
7. *Anna prædicta instituit dictum Cœtum post mortem ejus Mariti Caroli VIII.*

Admittendæ ad dictum Cœtum tenentur probare earum Nobilitatem.

8. *Funiculus argenteus est Tessera dicti Cœtus.*

9. *Fundatio dicti Cœtus, si fuit ex causa devotionis facta, potuit confici tempore quo erat matrimonio copulata.*

10. *Si fundatio peracta fuit ex alia causa, dici debet confecta tempore Viduitatis.*

11. *Explicantur verba* Varennii, & Geliot.

12. *Dicto Funiculo Viduę circumdant eorum Stemmata.*

13. *Dicta Tessera Funiculi non fuit inventa ab Anna prædicta, sed ab Aloysia de la Tour*, & n. 14.

15. *Dicto Funiculo Anna Regina exornavit Nobiles pręnobiles suæ Aulæ.*

16. *Figura dicti Cinguli, apud quos habeatur.*

17. *Figuram Mulieris præcinctæ d. Cingulo qui referat.*

18. *Congregatio antedicta, in quibus locis adhuc duret.*

19. *Adducitur abusus in Gallia, penes simplicis Nobilitatis Mulieres deferendi d. Cingulos in earum Stemmatibus.*

DISCURSUS XCVII.

FUNICULI SEU CINGULI

AUT DELLA CORDELLIERA

Nobilem Fœminarum Cœtum, sub Funis nuncupatione, & quem Militiam metaphorice nuncupat *Io.* 1. *Ludovicus Gotofredus in Archantologia Cosmica lib. 1. cap. 14.* in Anglia viguisse refert eo allegato *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. quæst. 2. §. 31. n. 89.* Qui sic scribit .. *Militiam Fœmineam Funis instituit in Anglia Regina Anna, ut Fœminæ, de quarum Nobilitate informatio præcedebat, accinctæ fune pro tessera, ad Ecclesiam convenirent, Orationibus, & Armis Spiritualibus Hæresiarchas debellatura: extincta est ibi cum Fide hęc Congregatio.*

Hanc Narrationem de Anna Regina Angliæ erroneam, & contra veritatem esse, notant Scriptores. Nam Anna, quæ Ordinem Funis, seu Cinguli in-2. stituit, non Anglię, sed Franciæ Regina fuit: æquivocum autem apud Auctores fortasse irrepsit à dictione Brittaniæ, quæ est Provincia in Gallia, & quæ dicitur Brittania Minor, cujus Provincię Ducissa erat eadem Anna, confundendo dictam Brittaniæ minoris Provinciam cum Brittaniæ Regno, quod dicitur Brittania Major, & Anglia, ac proinde cum d. æquivoco, subdunt Auctores, d. Ordinem ibidem cum Fide defecisse, quemadmodum advertunt *Abb. Iustinianus Historie Cronologiche dell' origine degli Ordini Militari &c. Parte Seconda cap. 89 pag. 846. juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Noù anno 1692. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissert. Historiques, & Critiques sur la Chevalerie &c. lib. 1. Dissert. 11. Art. 4. §. 86. pag. 275. juxta impressionem Parisiensem anno 1718. Typis Petri Francisci Giffart.*

Vera igitur Historia est, dictæ Equestris 3. Societatis *della Cordelliera*, *seu du Cordon* institutricem fuisse Annam Brittaniæ filiam Francisci II. Brittaniæ Ducis, & Franciæ Reginam anno 1498. ut ostendunt superius allegati *Justinianus*, *Pater Honoratus à Sancta Maria pag. 274. d. Collector Gallus tom. 2. Dissertations sur la Chevalerie*

valerie des Dames pag. 267., *tom.* 4. §. 86. *pag.* 117. *Dominus Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires &c. tom.* 2. *cap.* 37. *pag.* 331. *juxta impress. Rothomagen. Typis Joannis Baptistę Besogne* 1726. *Historia Ordinum Monasticorum &c. Militarium Gallice scripta, & in Italicum Idioma translata per Patrem Joseph Franciscum Fontana Congregationis Matris Dei tom.* 8. *Parte Sexta cap.* 68. *pag.* 445. *juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

4. Præclaras dictæ Principissæ Annę Reginæ Francię animi dotes recenset *d. Justinianus pag.* 846. Hæc primum nupta fuit Regi Carolo VIII., qui obiit septima die Aprilis anno 1498. Et in secundis Nuptiis die octava Januarii 1499. nupsit Regi Ludovico XII., qui obiit anno 1515. Ipsa vero Anna Regina pręcedenter obierat anno 1513. *d. Justinianus pag.* 846.

5. Qua vero de causa, quibusve modis peracta fuerit hæc institutio, non concordant in omni parte de illa scribentes. Ajunt quippe, quod Anna Ducissa Brittaniæ, ut hæreticam pravitatem expugnaret, illi se se egregie pluries armis opposuit, & cum in Uxorem ducta fuisset à Carolo Octavo Francię Rege, excogitavit etiam spirituali Precum subsidio opem ferre Regis Militibus, ad profligandos penitus Hæreticos. Cœtum proinde Nobilium Virginum statuit, efformataque Pia Congregatione, Tessera distinxit peculiari, hoc est Funiculo albo; quælibet enim, ut a ceteris dignoscerentur, funiculo albo lumbos cingebat, in memoriam Funis, qua Christus Dominus in sua dolorosissima Passione alligatus extitit a Judæis, ac ob devotionem qua d. Anna flagrabat erga Sanctum Franciscum Asisii, quemadmodum Religiosi ejusdem, & Sanctimoniales gerunt, quo Cingulo, Deo oblata Castitas indicabatur. Sicuti legere est apud *d. Justinianum pag.* 846. *d. Collector. Gallum Tom.* 4. *pag.* 117. *Philippum Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 130. *Laurentius Vigilius de Niccollis in sua Prax. Canonica, sive jus Canonicum tom.* 2. *lit. S. de Summa Trinit. & Fide Catholica in Notitia Ord. Equest. & n.* 126. *in verbo Ordo Feminarum, quæ à Funiculo dicuntur pag.* 749 *juxta impress. Salisburgi Typis Joannis Mayr Anno* 1729. *d. Hermant d. tom.* 2. *cap* 37. *pag.* 332. *d. Pater Joseph Franciscus Fontana d. pag.* 445.

6. Sanctissimas porrò Leges piissima Fundatrix huic Nobili Fœminarum Cętui præscripsit, hoc est Animi Corporisque Castitatis Votum pręstandum, continuum orandi methodum iniunxit, & præcipue quolibet die Festo, quod in earum Ecclesiis conveniant ad orandum attente de mane, & de sero spatio trium horarum continvarum, ac reliquum diei spatium in Spiritualibus Exercitiis impendant absque ulla interruptione pro felici Armorum eventu contra Hæreses: *d Justinianus pag.* 846.

7. Narrant alii, quod Anno 1498. Anna Brittaniæ filia Francisci II. Brittanię Ducis, instituit Ordinem *De la Cordilliere, aut du Cordon*, postquam illa ob mortem Caroli VIII. Franciæ Regis Vidua remansit. Hic autem Ordo institutus fuit pro Mulieribus Viduis, quæ in admissione ad hunc Cætum tenebantur probationes earum Nobilitatis conficere, ut videre est apud *Varennium, & Geliot de Jurisprudentia Heroica de Jure Belgarum circa Nobilitatem, & Insignia: Justinian. d. pag.* 746. *d. Pater*

Hono-

Honoratum à Sancta Maria pag. 274. *Collector. Gallum d. Tom.* 2. *pag.* 267.

In earum Tesseram Regina Anna statuit Funiculum argenteum, & ut dicunt *Cordelliere*, quo ad lumbos cingebantur, & Familiarum suarum Stemmata circumdando, amplecte-
8. bantur, prout eadem Regina plures Aulę suæ Nobiles Mulieres dicto Cingulo decoravit: hoc autem fecisse Reginam ajunt, teste *d. Varrenio*, & *Geliot*, *quia Maritum lugens hanc suo Scuto addidit cinturam ab ipsa Cordelliere appellatam in amoris maritalis, & castitatis futuræ Testimonium*: quæ verba referuntur a d. *P. Honorato d. pag.* 274.

Ex hactenus recensitis liquet Auctores diversimode causas Fundationis hujus Nobilis Cœtus assignare, atque ita, quatenus perpendatur erectionem fuisse factam ex motivo devotionis, & ad Hęreses profligandas, prout narratur *in* §. *Qua vero*, dici potest, quod institutio peracta fuerit tempo-
9. re etiam constantis Matrimonii cum Carlo, vel Ludovico prædictis: *d. Collector Gallus tom.* 2. *pag.* 267.

Si autem consideretur causa fundationis fuisse emittere declarationem, per obitum Mariti remansisse liberam a nexu matrimonii, juxta exposita *in* §. *Narrant alii*, dicendum, hanc
10. successisse de tempore Viduitatis post mortem Caroli, & sic de anno 1499.

Hinc patet responsio ad verba *Varrenii*, & *Geliot* relata *in* §. *In earum Tesseram*, scilicet illa esse verba dictorum Auctorum, ex sensu proprio prolata, non autem formalem intentionem ipsius Reginæ exponentia: & demum, quatenus etiam diceretur statuisse revera post
11. mortem Viri caste vivere, cum postmodum supervenerint motiva politica, pro Regni bono Matrimonium iterum contrahere debuit cum Rege Ludovico XII.

Cęterum quoad d. Tesseram *Della Cordelliere* subdit *Hermanus* superius allegatus *dicto cap.* 37. *pagina* 732., & *seq.* quod Viduæ earum Stemmata consueverunt circumdare dicto Funiculo, eo modo, quo in sui
12. Tesseram utebatur dicta Anna Brittaniæ Regina Francię cum Lemmate *J' ai le corps deliè*, Italice: *Io ho il corpo slegato*.

Hanc tamen cum d. lemmate Tesseram, non fuisse Annæ Reginæ inventum, scribunt Auctores; sed usque de anno 1470., & sic per annos triginta circiter, antequam d. Anna Regina illam assumeret, eadem usa fuerat Ludovica della Tour, quippe
13. cum Claudius de Montagu ex Familia antiquorum Ducum Burgundię in prælio de Bussi obierit, Ludovica della Tour Avergnæ ejus Vidua in suam Tesseram sumpsit Funiculum, dissolutis, ruptisque nodis cum d. adamussim Epigraphe - *J' ai le corps deliè*, hoc est: *Io ho il corpo slegato*. Quapropter ajunt dictum Signum inventum fuisse à dicta Aloysia della Tour, quodque Regina Anna sibi
14. illud adoptavit, quemadmodum observant præallegati *Pater Honoratus d. pag.* 275. *Collector Gallus d. tom.* 2. *pag.* 268.

Sic prædicta explicantur à *Patre Joseph Francisco Fontana* superius allegato *tom.* 8. *cap.* 68. *pag.* 445., qui ita loquitur - *Il Sig. Hermant nella sua Storia degli Ordini Militari dice, che questa Principessa instituì quest' Ordine dopo la morte di Carlo VIII. e che prese per motto queste parole*: J' ai le corps deliè, *vale a dire*, Io ho il corpo sciolto, *alludendo alla parola*

parola Cordiglio, perchè la morte del suo Marito l' aveva sottratta dalle leggi, o dal giogo del Matrimonio: ma questa Cordeliera, o Cordone composto di molti nodi, e che doveva circondare le armi, significava più tosto suggezione, che esenzioni dalle leggi; ed ha bene del probabile, che quest' Autore siasi ingannato, e che abbia presa Anna di Brettagna Regina di Francia per Luisa de la Tour d' Auvergne Vedova di Claudio di Montagu della Casa degli antichi Duchi di Borgogna, la quale, come dice il Padre Menestrier, prese per divisa dopo la morte del suo Marito un Cordone avente i nodi sciolti, e rotti col suddetto motto - lo ho il corpo sciolto. *Anna di Brettagna avea più tosto voluto imitare il Duca di Brettagna Francesco II., il quale per la divozione da lui professata a S. Francesco di Assisi, circondò con un simigliante Cordone le sue Armi, ed elesse per sua divisa due Cordoni con i nodi chiusi, come quelli, che diconsi di S. Francesco. Presentemente tutte le Vedove di qualità pongono intorno alla loro Arme un Cordone simigliante a quello di Aña di Brettagnà.*

15. Dicto itaque albo Funiculo ad imitat Funiculi Sancti Francisci de Assisio, Mulieres Aulæ suæ nobilitate illustres insignivit dicta Anna Brittaniæ Franciæ Regina Fundatrix, quo ad lumbos præcingebantur, & consimili quodammodo antiquo more Milites armandi Cingulo Militari, & Equestri, Spiritualem hanc Militiam ex Nobilibus Fœminis constituit, ut prosequitur *d. Justinianus d. pag.* 847. *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 117. *Philippus Bonanni in Catalogo Ord. Equest. n.* 130.

16. Forma vero, & Figura dicti Cinguli habetur penes eundem *Justinianum à pag.* 845., *&* 847. *d. Hermant pag.* 331.

17. Figuram Mulieris d. Cingulo ornatæ tradit *d. Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 130. *Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 117.

18. Congregationem prędictam, quoad honorificentias, ad nostra usque hæc tempora subsistere in d. Brittaniæ Provincia, & in nonnullis Flandriæ Civitatibus, testatur *d. Justinianus pag.* 848.

19. Utque omnia, quæ de antedicti Funiculi Tessera scripta reliquerunt Auctores, hic pro coronide referamus, subdimus, quod ipsi Gallici Scriptores non modice conqueruntur, quod videlicet Tesseram prædictam ad ornatum Nobilis Cœtus per dictam Reginam Aňam peculiariter præscriptam, ambitio subinde extendere satagit ad omnes simplicis Nobilitatis Fœminas, italice *Gentildonne*, quæ indistinctim per abusum illa utuntur, & in earum Stemmatibus apponunt, quemadmodum clamant *Claudius Fochet in Tract. de Origine Dignitatis Equitum, & Armorum Galliæ*, cujus Gallici Auctoris verba recensct *d. Justinianus d. pag.* 847. *d. Hermant* ubi supra.

DISCURSUS CXVIII.

FUNICULI FLAVI IN GALLIA DU CORDON JAUNE

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

EQuester hic Ordo Funiculi Flavi, Gallice *Du Cordon Jaune*, ostensus magis

magis fuit, quam datus Galliarum Regno; eodem quippe tempore quo hic Ordo, hoc est, circa annum *1606*, opera Ducis Nivernensis nepotis Henrici IV. Galliarum Regis emersit, ipsemet Henricus IV. Rex illum, ut ridiculum de medio tollere satagit: res autem sic se habuit.

Ordinem Funiculi Flavi coloris instituerat recens circa annum praenominatum *1606*. Dux Nivernensis dicti Henrici nepos, seque Caput, & Generalem constituit, & nominavit. Porro conflabatur haec Societas ex Equitibus Catholicis, & Haereticis Protestantibus, qui nihilominus omnes ad Ecclesiam conveniebant coram Parochis, ibique Equitum electio ad Ordinem peragebatur die Dominica post auditam Missam, datoque Campanae sonitu, omnes Equites Catholici, & Haeretici accedebant ad Altare, & in quibusdam Scamnis sedebant, nulla loci distinctione habita.

Generalis autem, aut ejus Locumtenens sermonem habebat ad eum, qui ad Ordinem admitti postulabat: Sermo autem versabatur circa eundem Ordinem Funiculi Flavi. Qua Allocutione completa, Registrator, ut vocant Candidato, legebat Statuta. Postmodum Sacerdos qui Missam celebraverat, aperto Evangeliorum libro, Praetendens Ense deposito, unoque genu flexo Juramentum praestabat de observandis Statutis sibi lectis: Generalis autem, vel ejus Locumtenens, sumpto manibus Ense, illum Candidati lateri praecingebat; postmodum collo Candidati Funiculum Flavum imponebat, & subinde ad amplexum recipiebat, de quibus omnibus agit *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers &c. tom.* 4. *S.* 9. *les Chevalieres del Ordre du Cordon Jaune pag.* 219. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Historia Ordin. Monasticorum Religiosorum, & Militarium &c. Gallice scripta, & in Italicam linguam translata à Patre Joseph Francisco Fontana Congregationis Matris Dei tom* 8. *cap* 66. *à pag.* 437. *cum seqq. juxta impress. Lucae Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

Caeterum Ordinis Statuta non solum risu digna praeseferebant, sed ulterius etiam res omnino indignas continebant, ut non obscure indicantur in Litteris ipsius Regis Henrici, quas infra referemus.

Inter autem Statutorum capita illud erat, quod omnes Equites scirent ludere, ut Nos dicimus *Alla Mora*, ut dicunt *d. Collector Gallus d. pag.* 219., *& Historia translata per d. Fontanam d. pag.* 438.

Est enim micare digitis lusus genus quoddam, quod adhuc apud Nos Italos durat, ut ex pugno clauso repente porrectis digitis, certantium uterque numerum proferat, & divinet, sicuti describit *Ambrosius Calepinus in suo Dictionario in verbo Mico*. Similique modo italice describitur in Vocabulario della Crusca in verbo *Mora*.

Tenebatur quilibet ex Equitibus retinere Equum leuchopheatum; ut dicitur apud Nos *Bigio*, & duos parvos Sclopeos, quos nominamus *Pistole*, suis cum Vaginis ex corio rubri coloris, & pariformiter cum aliis Instrumentis ejusdem coloris sub poena, quod alias accedere non possent ad Capitulum.

Praeterea hic transcribimus ad litteram verba, quae refert *d. Historia Gallica in italicam linguam translata per Patrem Fontanam pag.* 438. *Essendo che fossero di diverse Reli-*

gioni

gioni i loro Statuti erano assai stravaganti nell' Articolo concernente le loro Mogli &c.

Inter hos autem Equites tam arcta unio esse debebat, ut se extenderet usque ad communitatem Bonorum, ita & taliter, quod si unus ex Equitibus in aliqua versaretur angustia, & urgente necessitate pressus, extare debebat fundus ad illum succurrendum.

Equitibus illis qui Equo carebant, fas erat libere à cœteris Equitibus accipere ex eorum Stabulis, licet iidem essent absentes, dummodo tamen unum Equum Domino relinquerent.

Si aliquis ex Equitibus pecunia indigens reperiebatur, poterat pecunias ab illis Equitibus accipere usque ad summam Scutorum centum, absque eo quod pecuniam præstans repetere valeret, neque de prestatione dolere, sub pæna pro prima vice, asperæ redargutionis, & secunda vice sub pæna expulsionis ab Ordine, si ita Generalis judicasset.

Equites obstricti erant assistentiam præstare Generali Ordinis adversus quoscumque, non tamen contra Regem.

Tenebantur quoque Equites se reciproce adiuvare, ac adiumenta præstare adversus non solum cariores Amicos, ac Consangvineos, verum etiam contra eorum Fratres, propriosque Genitores, nisi tamen super hoc dispensationem obtinuissent à Superioribus Ordinis.

Postremo cautum erat Statuto ejusdem Ordinis, ut de iis, de quibus in Capitulo inter eos, vel etiam alibi actum fuerit, altum servaretur secretum, quod revelari nequibat, nisi accedente quatuor Equitum congregatorum consensu. Prædicta legi possunt apud allegatos *Collectorem Gallum, & Historiam in italicam linguam translatam per Patrem Fontanam.*

Delata prædicti Ordinis à Nivernense Duce exorditi ad Regem Henricum IV. notitia, Rex hujusmodi ridiculum Institutum statim evertere fategit, injunxitque duabus suis Epistolis, prima sub dat. 20. Novembris 1606., & secunda 1. Decembris ejusdem anni Locumtenenti Generali di *Ciampagne, & di Brie*, ut diligenter se informaret super antedicta creatione assertorum Equitum, ac super Parochis illis, qui interfuerunt d. Creationi Equitum, & Sancta Dei Evangelia exhibuerunt, quibus præstitum fuit ab eis Juramentum, & tandem quoad tenorem Satutorum, & omnia eidem Regi referret, ut super premissis opportuno remedio provideret. Antedictę duæ Epistolæ originario Gallico Idiomate habentur apud allegatum *Collector. Gallum d. Tom. 4. pag.* 221, & in nostram italicam linguam translatæ referuntur a d. *Patre Ioseph Francisco Fontana d. Tom. 8. Cap. 66. pag.* 439.

DISCURSUS XCIX.

GENEROSITATIS

ARGUMENTO

Non indiget neque Summario.

FRidericus III. Brandeburgi Elector, tempore quo adhuc erat Princeps Electoralis, anno 1685. Ordinem instituit sub Titulo della *Generosità*. In Tesseram præscripsit Equitibus *Crucem* encausto cœruleo pictam, cum Epigraphe. *la Generosità.* Nemo autem admittitur ad Ordinem Aquilæ nigræ, de

de quo diximus supra *in tom. 1. disc. 32. n. 19.* nisi prius fuerit admissus ad hunc Ordinem Generositatis, & ut videre est in Volumine, cui Titulus - *Li Sourani del Mondo*, *Venetiis impress. Typis Sebastiani Coleti*, & *Joannis Malachin anno* 1720. *tom.* 4. *pag.* 302., & 306. *sub Tit. Ordini di Cavalieri S. l'Ordine di Cavalleria della Generosità*.

Hic Ordo Generositatis fuit de medio sublatus à Friderico successore, de mense Julii anno 1740., & in ejus locum novus Ordo fuit institutus, sub Titulo - *Ordo Meriti*, de quo agemus in *Discursu sub d. Titulo Ordo Meriti*.

DISCURSUS C.

GENISTÆ

ARGUMENTO

Et Summario non indiget, cum contineat simplices Narrationes diversarum opinionum fundationis Ordinis.

TRes de isto Genistæ Equestri Ordine Scriptorum circumferuntur opiniones, quas Nos hic recensebimus in præsenti Discursu. Sunt Primo, qui neque nomen Ordinis, sed solum Societatis tribuunt, & Ordinem phantasticum fictitiumque nuncupant, ut *Menennius in suo Volumine Delicie Equestri*, quem refert *Abb. Justinianus Historie Cronologiche delle Religioni*, & *Ordini Militari Parte Seconda cap.* 42. *pag.* 592. *juxta impress. Venetam Typis Combi*, & *la Noù* 1692. *Historia omn. Ordin. Monasticorum*, & *Militarium Gallice scripta*, & *in Italicam linguam translata à Patre Joseph Francisco Fontana tom.* 8. *cap.* 37. *pag.* 287. *juxta impress. Lucensem Typis Joseph Salani*, & *Vincentii Giuntini* 1739. *Pater Menestrier Traitè de Chevaliersie*: *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestrium n.* 4. ubi cum *Petro Bellojo* Præside Tolosano ait, non fuisse Ordinem Equestrem, sed solummodo Cœtum Juvenum, veluti Scutiferorum, sed sanguine Nobilium, ad custodiam corporis ejusdem Regis, qui eos armigerorum titulo decoravit, de quibus etiam ad præsens superest vestigium: *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom* 3. §. 47. *Les Chevaliers de la Cosse de Genest en France pag.* 276. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. ibique subdit, quod dicti Juvenes debent esse instructi, cunctasque linguas intelligere, & illas explicare, sicut & Epistolas, quas deferunt Oratores Exterorum Principum.

Secundo Scribentes tenent Fundatorem hujus Ordinis fuisse Sanctum Ludovicum Galliarum Regem; occasione quippe, qua idem Rex Ludovicus cum Margarita Provinciæ Nuptias contraxit, & Ordinem construxit Genistæ, scilicet anno 1234. in Civitate Senonensi, Gallice *Sens*, cujus Ordinis Equites appellantur *Cavalieri della Scorza della Ginestra in Francia*: *Les Chevaliers della Cosse de Genest*: notum est autem, quod Genistæ Arbusculum folia parva viridia producit, & flores flavos. Addidit Lemma verbis illis: *Exaltat humiles*; juxta enim dicti Arbusculi *Genista* indolem, non alte extollitur, nec superbe assurgit, sed humilis, & fronde minuta flore luteo, ideoque in simbolum humilitatis datur. Hinc Collare, & Torques ex Genista constructus erat ex encausto viridi Liliis flaui coloris, cristal-

cristallis ex utraque parte perforatis, ac encausto ceruleo, hæcque appensa sunt catenæ, à cujus extremitate Crux pendebat plana habens in extremitatibus parvos flores aureos: sic erat Ordinis Tessera: & pro rei explicatione transcribimus, quod scribit *Hermant Histoire des Religions, ou Ordes Militaires tom. 2. cap. 4. à pag. 41., & seq. juxta impress. Rothomagen. Typis Jo. Baptista Besogne 1726. tom. 2.* ubi Gallicis verbis sic habet - *Le Genest est un Arbuste, qui a les Fleurs jaunes. Il y a aussi du Genest blanc, qui est plus rare; il produit une graine semblable alla lentille, la quelle vient en certaines Gousses come les Phateoles*: & tradit *Calepinus* in verbo *Genista*. Ipse Rex e Gualterii Episcopi Senonensis manibus sumpserat die antecedenti, quà Reginæ habita fuit coronatio. Equites gestabant vestem, ut dicitur, *Una Cotta di Damasco bianca* cum Caputio violacei coloris: *Abb. Justinianus d. pag. 593. Pater Fontana d. tom. 8. pag. 283. d. Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 2. cap. 4. à pag. 41., & seq. juxta impress. Rothomagen. tom. 2. Comes in Koden Sapieha in suo Corollario omn. Ordin. impress. in calce Tractatus de Origine Ordinis Aquilę Albæ* in verbo *Siliquarum Jeneste pag. 325. juxta impress. Coloniæ Typis Adami Cholini 1730. Collector Gallus tom. 3. pag. 278. Pater Honoratus à Sancta Maria Differt. Historiques &c. sur la Chevalerie lib. 1. Differt. 7. Artic. 4. à pag. 152. cum seqq. juxta impress. Parisien. Typis Petri Francisci Giffart anno 1718.* Equitum numerus non erat limitatus: allegatus *Pater Fontana d. tom. 8. pag. 287. d. Abb. Justinianus d. pag. 592., & seq.*

At quod esset numero limitatus cum *Ashmole in Tractat. Ordinis della Gartiera*, & cum *Favino in Theatro Honoris*, *d. Abb. Justinianus pag. 593. d. Collector Gallus tom. 3. pag. 278. Guillelmus de Naugis Monachus Abbatia Sancti Dionysii in Gallia*, ille scilicet Scriptor, qui Divi Ludovici Vitam, quindecim annos post mortem d. Regis descripsit, refert, quod anno 1238. Rex Ludovicus contulit hunc Ordinem Roberto Artesiæ Comiti in Ecclesia Sancti Cornelii di Compiegne, rursusque anno 1267. Parisiis in Cathedrali Ecclesia in die Pentecostes eundem Ordinem Philippo filio suo majori, & Roberto ejus nepoti, filio Roberti Comitis Artesiæ ejus Fratris, pluribusque aliis Franciæ Baronibus, & dicta occasione peractæ fuerunt solemnitates magna pompa, & viarum etiam apparatu in Parisiensi Civitate, magnificisque Conviviis: quæ omnia leta octo dierum circulo pedurarunt. Verba autem dicti Guillelmi per extensum refert *d. Pater Fontana tom. 8. d. pag. 288. d. Collector Gallus tom. 3. pag. 377.*

Itemque ex litteris Caroli V. quibus anno 1378. contulit hunc Ordinem Goffredo di Belleville Nobili ejus Aulico convincitur, fuisse Ordinem istum longe ante tempora Caroli VI. institutum, sicut notat *d. Pater Fontana d. tom. 8. pag. 288.*, ubi transcribit verba dictarum Caroli V. Litterarum, idemque habetur penes *d. Collectorem Gallum d. tom. 3. pag. 276.*

Tertio non desunt Scribentes, qui asserunt, Auctorem hujus Ordinis fuisse Carolum VI. Galliarum Regem, de quo meminit *d. Abb. Justinianus d. pag. 593.*

Verum dicta opinio destruitur ex supra relatis

relatis, per quæ ostenditur longe ante tempora d. Caroli VI. extitisse hunc Ordinem, illumque fuisse ab Antecessoribus pluribus collatum. Et quod Ordo duraverit ad tempora Caroli VI., non amplius, inquit *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 326. *d. Hermant pag.* 44.

Figura d. Torquis, Collaris, & Crucis habetur apud *d. Justinianum pag.* 542. *d. Bonannum d. n.* 41. *& in Generali Tesser. Descrip. n.* 36. *d. Hermant d. tom.* 2. *pag.* 41. *dictum Patrem Honoratum à S. Maria in Explicat. Tesserar. sub n.* 34. *pag.* 463. Quod Tessera, & Collare pro Regibus aliisque præclaris viris essent magni valoris, constat ex Documentis novissime extractis ex Libris, ut dicitur, *Della Camera de Conti Parisiis* 1393. quod Documentum affert *d. Pater Fontana pag.* 289. *Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 118.

Figura Equitis sua Veste, & Tessera induti, videri potest apud *d. Bonannum d. n.* 41. *d. Collector. Gallum tom.* 3. *pag.* 276. Vestis autem consistebat in Thorace, ut nos dicimus, *Giubbone* ex serico albo cum Cappa coloris violacei, allegato *Favino Theat Honor.* scribit *d. Bonannus d. n.* 41.

Præmisso igitur, Ordinis hujus vel Societatis a Galliarum Regibus institutionem processisse, de plano sequitur, illius magnum Magisterium nonnisi ad Regiam Franciæ Coronam spectare, ac Magnorum Magistrorum Catalogum eundem esse, ac illum, quem Nos adducimus in calce Discursus super Ordine *Sacræ Ampullæ, seu Sancti Remigii*, registrato in nostro *tom.* 1. *Disc.* 19. *a pag.* 366.

DISCURSUS CI.

SANCTI GEORGII DE ALPHAMA

ARGUMENTO

Et Summario non eget.

ANno 1201. Petrus Secundus Aragoniæ Rex Equestrem Militarem Ordinem instituit sub Divi Georgii auspiciis; cumque Residentiæ Castrum, sive Arx, vel locus nuncupatus esset de Alphama in Cataluniæ Principatu ad Ripam Maris situs prope Flumen Iberum, Ordo etiam dictus est *Ordo Sancti Georgii de Alphama*: *Pater Mendo de Ordin. Militar Disq.* 1. *Quest.* 9. *n.* 171. *Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari Parte Seconda cap.* 49. *pag.* 633. *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers &c. tom.* 3. *§.* 54. *pag.* 310. *Eruditus Dominus Ioannes Fridericus S. R. I. Comes in* Koden *Sapieha Castellanus Trocensis Eques Aquila Alba in Polonia in Corollario Celebriores in Christianitate Ordines enumerans in verbo Sancti Georgii de Alphama pag.* 281. *& seq. impress. in calce Voluminis ejusdem Auctoris* cui Titulus - *Adnotationes Historicæ de Origine &c. in Regno Poloniæ Ordinis Equitum Aquilæ Alba impress. Colonia apud Adamum Cholinum* 1730. *Pater Honoratus à Sancta Maria Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie Libr.* 1. *Dissert.* 10. *Art* 4. *à pag.* 233., *& in Table Alphabetique, & Cronologique pag.* 512. *juxta impress.*

impressionem Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart anno 1716. in Historia Ordinum Monasticorum, Religiosorum, & Militarium Gallice scripta, & in nostram Italicam linguam translata à Patre Joseph Francisco Fontana Congregationis Matris Dei tom. 6. cap. 10. pag. 83. juxta jmpressionem Lucæ Typis Josephi Saluni, & Vincentii Giuntini 1738.

Hic Ordo cum Apostolica confirmatione vel careret, vel illam solum obtinuerit à Benedicto XIII. anno 1369. qui in Regno Aragoniæ pro vero Pontifice habebatur, ne talis Ordo in totum aboliretur, unitus fuit Militari Ordini *Montesiæ*, idemque Alphamæ locus erectus fuit in Prioratum ejusdem Montesiæ Ordinis. Videantur itaque ea, quę diximus in suo loco *Discursu de d. Militari Equestri Ordine Montesię*: Notamusque, quod prædictus *Pater Fontana dicta pag.* 83. in compendium redigens Historiam hanc, hæc subdit - *L' Ordine di S. Giorgio in Alfama fu instituito nell' anno 1201. in S. Giorgio di Alfama nella Diocesi di Tolosa, e fu dalla Santa Sede approvato nel 1363. Fu egli unito à quello de Montesa nel 1399. dall' Antipapa Benedetto XIII., che veniva riconosciuto per legitimo Pontefice in Spagna, e questa unione fu confermata nel Concilio di Costanza.*

DISCURSUS CII.

SANCTI GEORGII IN AUSTRIA IN CARINTHIA ET IN GERMANIA

ARGUMENTUM

Idem est pro utroque Ordine Argumentum, in quo exponitur Institutio Ordinis peracta ab Imperatore Friderico III. & respective a Maximiliano I. Describitur Tessera utriusque Ordinis, agiturque de Confraternitate superaddita.

SUMMARIUM.

1. *Plures Ordines Equestres, ac Militares erecti sunt sub Titulo S. Georgii.*
2. *Asserunt aliqui Ordinem Sancti Georgii fuisse institutum à Rodulpho Ausburgico.*
3. *Alii à Friderico III. Imperatore*, & n. 5., *&* 8.
4. *Alii à Friderico IV.*
6. *Alii à Maximiliano I.*
7. *Maximilianus instituit Confraternitatem*, & n. 8.
8. *Fridericus III. cum sua Coniuge Romæ Imperiali Diademate coronatus fuit à Summo Pontifice Nicolao V. anno 1452.*
9. *Idem Imperator Fridericus III. obtinuit à Summo Pontifice Paulo II. institutionem, & confirmationem hujus Equestris Ordinis*, & n. 8. 9. & 10. *Ordo institutus fuit ad tuendam Armis Catholicam Fidem. Equites tenebantur custodire Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, illudque associare, quoties publice deferebatur.*
10. *Magnum Magistrum electivum habebant Equites, & quomodo.*
11. *Equites dicti Ordinis, quæ Vota emittebant.*
12. *Vestis eorum est coloris ad placitum, exceptis rubeo, viridi, & cæruleo coloribus.*
13. *Tessera eorum erat Crux plana rubei coloris.*
14. *Armantur Equites, ut Equites Con-*

DISCURSUS CII.

SANCTI GEORGII IN AUSTRIA IN CARINTHIA ET IN GERMANIA

CUm plures sub gloriosissimo Sancti Georgii Martyris Vexillo Mi-
1. litares, & Equestres Ordines militent, Aureatus scilicet Constantinianus, Alphamę in Hispania, in Austria, in Burgundia, in Anglia, sub Ordine Periscelidis Januæ, Ravennæ, Romę, in Bavaria, Carinthia, & Germania, & de omnibus in hoc Volumine agatur, nunc in præsenti Discursu sermo erit de Ordine Austriæ, Carinthiæ, & Germaniæ; super cujus argumento Scribentes eorum Narrationibus multifarie rem involuunt: si, quidem modo loquuntur de uno Ordine in Carinthia, modo de Ordine Germaniæ, & eidem nunc tribuunt quæ ad alium spectant, sic considerantes pro uno solo Ordine, ac tandem pro duobus.

Nos autem ea, quę in Scriptorum Voluminibus attente legere curavimus, in unum recolligentes, Historiarum seriem dilucidare conabimur. Exponimus ergo, quod aliqui ex Auctoribus volunt Ordinem Sancti Georgii fun-
2. datum fuisse ab Imperatore Rodulpho III. Habgpurgico Austriaco circa Annum 1273., & annum 1290., intra quem terminum rexit Rodulphus Imperium, ad tradita per *Abbatem Bernardum Justinianum Historie Cronologiche dell' origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap. 46. pag. 611. juxta impressionem Venetam Typis*

Typis Combi, & *la Noù 1692. Comitem Jo. Fridericum in Koden Sapieba in suo Corollario omn. Ordin. in verbo Sancti Georgii in Germania pag.* 277. quod est *in calce Tractatus ejusdem Auctoris* sub Titulo - *Adnotationes Historicæ de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albę in Regno Polonia impress. Colonię Typis Adami Cholini* 1730.

Pars Scriptorum probabilius firmat, il-
3. lum fundasse Fridericum III. Imperatorem, & quidem tempore, quo vixit Imperator, hoc est ab anno 1440. usque ad 1493., ut cum *Lazio lib. 3. de Rebus Viennensibus*, *Bernardo Lucemburgo de Ordin. Militar. Floco Eleemosinario Menennio de Delitiis Equestribus pag.* 80. tradit *Pater Andreas Mendo de Ordinibus Militar. Disq. 1. quęst. 2. §. 27. d. Justinianus pag. 611. Pater Philippus Bonanni Catalog. Ordin. Equestr. n. 43. Historia Ordinum Monasticorum, Religiosorum, & Militarium Gallice scripta, & per Patrem Joseph Franciscum Fontana Mediolanensem Congregationis Matris Dei in nostram Italicam linguam translata tom. 4. cap. 11. à pag. 69. cum seqq.* ubi reprobata opinione, quod illum in Carinthia fundaverit Rodulphus, eo quia dictis temporibus Domus Austriaca nondum Carinthiæ Ducatum nacta erat, & cujus Dominium acquisivit solummodo postquam Henricus Rex Bohemię ultimus Carinthiæ Dux, ob tirannicum gubernium à Populo ejectus anno 1309. tandem obiit anno 1331.

Dicunt aliqui illum fundasse Fridericum
4. IV. Imperatorem anno 1450., ut apud *Comitem in Koden Sapieba dicto Corollario pag.* 281. qui inquit, quod jam desiit.

Sed qui ita scribunt, nominant certe
5. inter Imperatores dictum Fridericum Austriæ, qui fuit æmulator in Imperio Ludovici V. Imperatoris spatio annorum novem; major vero Scriptorum pars minime in Catalogo Imperatorum collocat. Et sic tribuitur Friderico III. institutio hujus Ordinis, ut bene notatur in dicta Historia Gallice scripta, & in Italicam Linguam translata à *d. Patre Fontana pag.* 75. Ulterius discrepat in tempore assertæ Institutionis.

Alii nominant Institutorem, & Fundato-
6. rem Maximilianum I. anno 1449 *P. Andreas Mendo de Ordin. Militarib. Disq. 1. quæst. 2. §. 22. n. 48. Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n. 44. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissert. Historiques, & Critiques sur la Chevalerie &c. lib. 1. Dissert. 10. art. 4. pag. 233., & in explicat. Tesserarum n. 52. pag. 407. & in Tabula Alphabetica pag. 512. juxta impressionem Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart anno 1718. d. Comes in Koden Sapieba d. Corollario d. pag.* 277.

At patet, quod prædicti confundunt
7. primam Ordinis fundationem cum sequenti Additamento Confraternitatis factæ à Maximiliano I., aptantque primo quod convenit secundo, ut ejus lectura patefacit, & ex infra dicendis constabit, ac notat *Collector Gallus tom.* 3. *§. 51. pag.* 293., & *tom. 4. pag.* 91. infra allegandus.

Patet itaque ex præmissis, hunc Ordi-
8. nem non fuisse institutum à Rodulpho, neque à Friderico IV., & sequitur illum instituisse Imperatorem Fridericum III.; Maximilianus quippe I. nonnisi Restaurator Ordinis fuit, ut mox demonstrabimus. Profecto idem Fridericus III. Imperator, occasione qua una cum Eleo-

nora

nora ejus Coniuge anno 1452. ad Urbem se contulit, ut à Summo Pontifice Imperiali Diademate coronaretur, prout redimitus fuit à Nicolao V. Pontifice Maximo, ut refert *Pater Ignatius Amat de Graveson Historia Ecclesiastica tom. 9. in continuat. Tabularum &c. in septima Tabula Chronologica sub n. 49. pag. 78. juxta impress. Romæ Typis Ludovici Tinassi, & Hieronymi Mainardi anno* 1722. cupiens ab ipsa Sancta Sede Apostolica institui, & comprobari Equestrem Militarem Ordinem in Dei honorem, & Sanctissimæ Virginis exaltationem Fidei Catholicæ, pro animæ suę salute, & ad gloriam Domus suę Austriacæ, Romam petivit adimplendi Voti causa, & à Summo Pontifice Paulo II. hujusmodi erectionem Ordinis obtinuit, ut testatur idem Summus Pontifex Paulus Secundus in sua Bulla, quæ sic loquitur -- *Sane charissimus in Christo filius noster Fridericus Romanorum Imperator semper Augustus, qui fervore Devotionis accensus, nuper ad visitandum Sanctissima BB: Petri, & Pauli Apostolorum, & alia Deo dicata loca, ad almam Urbem ex Voto personaliter se contulit, Nobis humiliter explicavit, quod ipse ad laudem, & gloriam Omnipotentis, ac gloriosę Virginis Mariæ, pro exaltatione quoque Catholicę Fidei, Animę suæ salute, ac Domus Austriacę* (à qua originem traxit] *commemoratione, & decore, unum Militarem Ordinem sub invocatione Sancti Georgii Martyris per Nos erigi, atque institui tota mente desiderat &c.* Quod confirmant verba Bullæ Julii II. in qua ita exponitur - *Ordinem Divi Georgii Martyris erexit, & auctoritate Sanctæ Sedis Apostolicæ primus fundavit*: prædictaque omnia referuntur etiam in dicta Historia Gallice scripta, & in italicam linguam translata à laudato *Patre Fontana pag. 70. 71., & 75.*, & notat *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c. tom. 4. §. 82. à pag. 84., juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721.

9\. Tenebantur Equites Catholicam tueri Fidem, & pro ea sanguinem fundere, imminente Hostium periculo: itemque custodes esse noctu, diuque Sacræ Eucharistię Sacramenti, illud comitari, quoties publice deferretur: *d. Pater Mendo d. Disq. 1. quæst. 2. §. 27. d. Bonannus d. n. 42. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c. tom. 3. §. 51. pag. 293. juxta impreß. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *d. Abb. Justinianus pag.* 611. ubi inquit -- *Ed assistere alla custodia, e conservazione del Santissimo Sacramento dell' Eucaristia, e di servire ad esso processionalmente in ogni sortita.*

10\. Sanxit quoque Imperator, ut Ordo suum peculiarem magnum Magistrum haberet, qui ab Equitibus eligeretur, semper tamen dependenter à consensu dicti Friderici, aut primi Domus Austriacæ: adesset Præpositus, qui Capellanos, & Ecclesiasticos gubernaret; adessent Equites, ac Equites cum Pręposito, & Sacerdotibus subiecti essent magno Magistro. Quod magnus Magister, Equites, Pręposi-

11\. tus, & Ecclesiastici Vota emitterent Castitatis Coniugalis, & Obedientiæ, non autem Paupertatis: unde bonorum suorum tam patrimonialium, quam acquisitorum proprietatem solummodo servarent cum licentia suorum Superiorum; quorum bonorum reditus exigebant, & in usus proprios implicabant; non poterant tamen bona, sive mobilia, sive immobilia ven-

vendere, cum post eorundem mortem iisdem succedere deberet Domus, in qua professionem emiserant, aut alia Domus ab ipsa dependens; *d. Historia Gallice scripta, & in Italicam linguam translata à d. Patre Fontana pag. 71. Pater Bonannus in d. Catalogo n. 43. d. Collector Gallus tom. 4. d. §. 81. pag. 86., & seq., & infra n. 44.*

Prædictorum Equitum, & cæterorum 12. statuit Habitum, hoc est Vestem, aut ut dicitur, *Sottana* coloris ad placitum eorundem, exceptis rubeo, viridi, & cœruleo coloribus. In Vigiliis autem, cunctisque Sanctissimæ Virginis Festis diebus, ac quolibet die Sabbati deferre tenebantur aliam Vestem albam, non tamen interioris Vestis longitudinem excedentem: *d. P. Mendo d. Disq. 1. quæst. 2. §. 7. d. Fontana pag. 17. d. Bonannus n. 42. d. Collector Gallus tom. 4. pag. 87.*

Tandem in Tesseram præscripserat Cru- 13. cem rubeam, ut est Crux Montesiæ planam super dicta Veste gestandam: *d. Pater Mendo* ubi supra, *& P. Fontana in d. Historia pag. 72. Pater Philippus Bonannus in d. Catalogo Equestr. Ordin. n. 43 Justinianus d. pag. 611. d. Collector Gallus tom. 4. d. pag. 87.*

Armabantur autem Equites eo modo 14. quo armantur in Religione Constantiniana Equites, & sub eisdem fere Constitutionibus: *Justinianus d. pag. 611.*

Figura Equitis armati, dictaque Cruce 15. ornati, & cum scuto pariter eandem Crucem habente, videri potest penes *d. Patrem Bonannum d. n. 43. Collectorem Gallum Histoire &c.*

Rursus dictam Crucem delineatam exhibet *d. Bonannus in Generali Tesserarum descriptione n. 38. d. Justinianus pag. 611.*

Pro sede autem hujusmodi Equestris Mi- 16. litaris Ordinis assignavit Fundator Abbatiam, & Monasterium de *Milestad*, Ordinis Sancti Benedicti in Diœcesi Salisburgensi situm, suisque sumptibus construere fecit Ecclesiam, restaurare Claustra, & Dormitoria, aliaque loca, una cum Mobilibus, aliisque necessariis pro Equitibus, primumque Cubiculum statuit pro magno Magistro, secundum pro Præposito Ecclesiasticorum, tertium pro Decano Equitum, quartum pro Decano Ecclesiasticorum, & ita ut semper intra duos Equites adesset Sacerdos, & inter duos Sacerdotes unus adesset Eques. In Choro autem solus magnus Magister præcederet Sacerdotibus, sed Equites locum inferiorem tenerent post Ecclesiasticos: *Mendo, & Bonannus superius allegati: d. P. Fontana pag. 71. d. Abb. Justin. pag. 611.*, ubi quod ibi ædificavit Cathedralem, cujus Canonici eandem Equestrem Tesseram gestabant; quod tamen impugnat *d. Fontana; d. Pater Mendo d. Disq. 1. quæst. 2. §. 17. n. 60.*

Rursus dicto Ordini Equestri, præter dictam Abbatiam di *Milestad* Ordi- 17. nis Sancti Benedicti, concessa fuerunt alia Bona, scilicet Commenda *de Morbergh* Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani in Diœcesi Passaviæ, & ab Ordinibus prædictis Sancti Benedicti, & Sancti Joannis separavit Summus Pontifex. Sic pariter tradita fuerunt Equestri Militari Ordini, Hospitale, & Monasterium Sancti Martini, tunc in Diœcesi Passaviæ, nunc Viennæ Sacellum Beatissimæ Virginis novæ fundationis, & Parochialis Ecclesia Montis *Straden* in Diœcesi Salisburgen. de jure Patronatus Imperatoris: *d. Pater Fontana d. pag. 72.*

Nonnulli Scriptores asserunt, quod dictus

ctus Imperator assignavit his Equitibus Bona Familiæ de *Cranicert* nuper extinctę, quęque fuerat Domina di *Trant Mandorf Scharfeneck*, aliorumque Bonorum, teste *d. Patre Fontana pag.* 72.

Sanxit vero Summus Pontifex Paulus II. 18. quod Abbas, & Monaci de Milestad, transire possent, si vellent, ad aliud Monasterium Sancti Benedicti, cum onere Equitibus subministrandi eisdem Religiosis, eorum vita durante, & pro sufficiente manutentione partem Redituum di Milestad.

Quod Reditus dictæ Abbatiæ, & prænominataium aliarum Ecclesiarum nunquam in usus profanos verterentur, & in illis consueta Officia celebrarentur, & fundationum obligationes adimplerentur, ac in Hospitale Sancti Martini Hospitalitatis munus non omitteretur: *d. Fontana d. pag.* 72.

Tandem idem Summus Pontifex approbavit, & confirmavit ad instar 19 Ordinis Teutonici hunc Ordinem Sancti Georgii, quem etiam cofirmavit dicti Pauli II. Successor 16. Julii 1471., & refert *d. Fontana pag.* 72. *d. Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 43.

Et quidem sub Regula Sancti Augustini: *Pater Mendo Disq.* 1. *quæst.* 2. 20. *art.* 27. *d. Bonanni d. n.* 43. *Justinianus d. Parte Secunda cap.* 46. *pag.* 611.

Hujus Ordinis Equites strenue contra Turcas pugnarunt, & Victorias reportarunt: *d. Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 2. §. 27. *d. Justinianus d. pag.* 611.

Cum autem temporum, belliorumque infortuniis Ordo hic diminutus fue- 21. rit, dirutæ Ecclesiæ, ac Monasteria misere eversa, undique Territoria ferro, & incendiis vastata, ut Agrorum Cultores vix superessent, Equites vero impotentes essent ad resistendum Turcarum violentiis, ac incursionibus; Joannes Sibenhirter magnus Ordinis Sancti Georgii tunc temporis Magister, anno scilicet 1493. subsidium aliquod rebus his perditis excogitavit parare, ac suppetias ferre, proindeque instituit Confraternitatem, & Societatem sub titulo Sancti Georgii. In hac Societate adscribi poterant tam masculi, quam fœminæ, absque onere vivendi sub Disciplina Regulari; tenebantur enim solum masculi suis, vel Imperatoris sumptibus contra Turcas pugnare; Fœminæ autem eleemosinis, ac donariis contribuere debebant pro constructione Arcis, ac munitionibus, ut Infidelium incursiones repellerentur. Societatem hanc Maximilianus I. Imperator approbavit literis patentalibus Ispruk datis 18. Septembris anno 1493. eamque subinde approbavit etiam Summus Pontifex Alexander VI. anno 1494., & Leo X. Alexander VI. iniunxit, quod in ea duo adessent Vicarii Generales, magnus scilicet Magister Ordinis S. Georgii, & Episcopus de Gurch, qui dictæ 22. Congregationi pręessent, & illis parerent in rebus spiritualibus. Quod Imperator Maximilianus, ejusque successores in Austriæ, Stiriæ, & Carinthię, & Carniolæ Ducatibus, duos aut plures statuerent Generales Duces, quibus omnes parerent in omnibus concernentibus Armorum gubernium, & quod iidem reciperent Juramentum Fidelitatis, & Obedientiæ: *d. Pater Fontana d. pag.* 73. *d. Collector Gallus d. Tom.* 4. *pag.* 98.

Idem Imperator omnibus Confratribus 23. in eorum Tesseram præscripsit Crucem auream, & super eam Coronam auream, aureumque circulum, & illam ad sui arbitrium ornare gemmis, & lapillis pretiosis, & eandem publi-

ce de-

cè deferre coram Regibus, & Principibus in Pileo, aut Bireto, ac in ea parte sibi magis bene visa: *d. Comes in Koden Sapieha in d. Corollario d. pag.* 277. *d. Pater Fontana d. pag.* 73. *d. Collector Gallus d. tom.* 4 *pag.* 81.

Quod Crux aurea esset trifoliata Coronæ inserta, dicit *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 277., *& dictus Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus* in Tesserarum Ordinum Militarium Descriptione *sub n.* 51. *pag.* 464. ubi refert figuram ejusdem Crucis aureæ trifoliatæ cum corona Ducali appensæ catenulæ triplici. Quod esset Crux plana, inquit *Pater Bonannus Catalogo Ordin. Equest. n.* 44.

24. Figura dictę Crucis, & Circuli habetur apud *d. Bonannum d. n.* 44., *& in Generali Tesserarum figura n.* 39. *pag.* 150., & apud *Collector. Gallum tom.* 4. *in explicatione Tesserarum sub n.* 39. *pag.* 415. *juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel*, ubi *quod Crux erat rubea cum corona aurea*.

25. Figura Equitis d. Cruce coronata ornati cernitur apud *Bonannum d. n.* 44. *Collectorem Gallum d. tom.* 3. §. 51. *pag.* 293.

26. Statuitque idem Imperator, quod ejusdem Confraternitatis Equites cœteris præcederent Equitibus, & quod vocarentur Equites coronati, eorumque filiis fas, & jus esset super eorum stemmatibus Coronam deferendi: *d. Fontana pag.* 73., *&* 74. *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 89., & Nos dicemus *infra n.* 38., *&* 39.

27. Eorum acceptatio in Confraternitatem peragebatur ab Episcopo, qui Candidato Cereum tradebat, & Crucem brachio affigebat, & Viri Nobiles Candidato Calcaria aptabant: *d. Fontana pag.* 74.

28. Nobilem hanc Confraternitatem summopere collaudavit Summus Pontifex Alexander VI., qui declaravit se huic velle adscribere, & se adscripsit; unde extat Decretum Joannis Sibenhirter magni Magistri Ordinis Sancti Georgii, in quo d. Pontifex uti Confrater habetur: ibi -- *Oremus pro Sanctissimo nostro Alexandro VI. Confratre nostro*; cujus exemplo multi etiam S. R. E. Cardinales eidem se associarunt, ut videre est penes *d. Fontanam pag.* 74.

Hic notandum, quod si verum esset Alexandrum VI. nullum Equestrem Ordinem instituisse ex se, super quo videantur quæ dicimus *in Discursu Ordinis Sancti Georgii Romę*, fatendum esset, ea quę tradunt *Menennius*, *Tamburinus*, *Scoonebek*, *Hermant*, & alii, intelligenda esse de Societate, & Confraternitate Sancti Georgii in Carinthia, ab Imperatore Maximiliano unita dicto Ordini Sancti Georgii, quam confirmavit idem Alexander VI. ut diximus, & explicat *d. Pater Fontana pag.* 75. At hæc assertio veluti contraria tot Scriptoribus, videtur improbabilis, ut diximus in dicto nostro Discursu super Ordine S. Georgii Romæ.

29. Idem Pontifex Alexander VI. de conservatione, & augmento hujus Confraternitatis solicitus, Apostolicis Litteris, omnibus Germaniæ Episcopis summopere hanc Confraternitatem commendavit, pluresque Indulgentias concessit: *d. Fontana pag.* 74.

30. Et Leo X. iterum confirmando Sancti Georgii Ordinem, & Confraternitatem, & Societatem eidem annexam, Indulgentias concessit, eademque illi privilegia, quibus alii Militares Ordines fruuntur, ut prosequitur *d. Fontana d. pag.* 74.

31. Constat pariter Imperatorem Maximilianum I. se declarasse, velle huic Societati nomen dare, ac in litteris Joanni Navarrę Regi 16. Octobris 1511, datis testatur, Imperatorem Fridericum Patrem suum, qui ob devotionem erga Sanctum Georgium hunc Ordinem assumpserat, quodque ipse paternum sequens exemplum, statuerat eundem Ordinem conservare, ejusque reditus augere. Quod repetit Julius II. dictum Imperatorem se declarasse, velle hunc Ordinem ingredi, unaque simul cum Equitibus proprium effundere sanguinem in Ecclesię, ac Imperii defensam, & augmentum: iterumque auxiliante Deo, Civitatem Hyerusalem, Bisantium, aliaque loca, quæ Infideles occupaverunt, ab eorum manibus vindicare, ut narrat sępe allegatus *Pater Fontana d. pag.* 74.

32. Hujus Ordinis fundatio ab Imperatore Maximiliano I. confecta, licet quoad substantiam juxta pręnarrata, exponatur etam ab *Abbate Justiniano Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari &c.*, diversa tamen verborum methodo narratur: quippe laudatus Scriptor *in Parte Secunda cap. 46. à pag.* 610. ponit Titulum Ordinis Sancti Georgii in Carinthia, & Austria, & relata opinione fuisse institutum à Rodulpho, firmat vere fundatum fuisse à Friderico III. Imperatore, seriemque hujusmodi Institutionis exponit, ut Nos retulimus.

33. Idem verò *Abb. Justinianus in cap. 76. à pag. 783. cum seq.* exponit Narrationem alterius Ordinis sub Titulo *Sancti Georgij in Germania*, & in ejus narratione, nulla explicite mentione facta de institutione præfati Ordinis à Friderico III. Imperatore peracta, nulloque verbo de Confraternitate superaddita, & confirmata à Maximiliano I. inquit, & firmat, quod Maximilianus I. Imperator in Bellis instituit, sive renovavit Militarem Equestrem Sancti Georgii Ordinem anno 1494. Volumen, cui Titulus *Jurisprudentia Heroica*, sive *de Jure Belgarum*, circa Nobilitatem, & Insignia &c. §. 24. ubi ait - *Extat apud Austriacos Nobilis Sancti Georgii dictus Coronatorum Ordo, institutus ab Imperatore Maximiliano I. anno* 1494. quem etiam refert *d. Justinianus d. pag.* 784. *Franciscus Menennius in Delitiis Ordinum Equestrium pag.* 172. cum auctoritate *Bernardi de Lucemburg*, scribit per hęc verba - *Memorat. Ordinem Militum S. Georgii ab Alexandro VI. Papa, & Massimiliano Imperatore adversus Turcas itidem institutum, Cruce aurea cum Corona in circulo pro insigni attributa* -. quę verba refert *d. Justinianus d. pag.* 785.

34. In Equites primarios Imperii Viros armavit, & Tessera exornavit, Cruce scilicet plana Coronam auream desuper habente, juxta formam quam tradit *d. Justinianus d. cap. 76. pag.* 784., ubi notat, quod *Joseph de Micheli in Thesauro Militari pag.* 59. nihil loquitur de colore: *d. Mendo Disq. 1. quæst. 2. §. 22. n.* 48.

35. Subdit tamen *d. Justinianus*, quod aliqui describunt coloris rubei.

Quod Crux esset aurea, cum *Menennio de Delitiis Ordinum Equestrium*, ac *Bernardo Lucemburg*, notat *d. Justinianus pag.* 785.

36. Ac quod esset trifoliata Crux triplici Tor. qui aureæ, habetur ex figura ejusdem Crucis, quam refert *d. Justinianus d. pag.* 785.

Dicti Equites, inquit idem *Abbas Bernardus Justinianus*, ubi supra *pag.* 784. vovent Castitatem conjugalem

lem, Obedientiam Principi, & Defensam Catholicæ Ecclesiæ contra suos inimicos: *d. Pater Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 2. §. 22. *n.* 48.

Sub Regula Sancti Augustini vivebant: *d. Justinianus pag.* 784.

Armabantur vero Equites more Equitum Constantinianorum: *d. Justinianus d. pag.* 784. *Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 2. §. 22. *n.* 48.

Pro eorum regimine Statuta condidit 37. Imperator, ditavitque Ordinem pluribus Commendis: *d. Justinianus d. pag.* 784.

Imperator hos Equites Coronatos nun-38. cupari jussit, ut liquet ex verbis relati Voluminis - *Jurisprudentia Heroica*; de quo *d. Justinianus pag.* 784. & Nos superius diximus *n.* 26.

Egregie se gesserunt in Bello Equites, 39. qui tenebantur in Exercitibus servire anno uno; quo completo, jus acquirebant deferendi Coronam super Gentilitiis Stemmatibus, Scutoque, ac Galea; quod quidem honorificum d. Coronam gestandi jus transibat in Hæredes legitimos, & naturales, & quousque Naturalis, & Legitima Proles sua supererit, ut disponitur in Constitutionibus Ordinis ab Imperatore statutis, quarum seriem refert præfatum Volumen, cui Titulus - *Jurisprudentia Heroica*, in quo sic habetur - *Insuper etiam pro perpetua, & majori ipsorum Coronatorum Militum gloria,* 40. *& honore, ipsis concedimus, & elargimur, ut postquam Crucem, & Coronam supradictas per annum, ut præfertur serviendo promeruerint, illa pro perpetua eorum memoria, Scuto, & Armis suis sculpere, & illis, in quibuscumque actibus Militaribus in Bello, aut in Pace fiendis, sigillaque, & sculpturis suis uti valeant, pro personis tamen dumtaxat eorum. Ut hæredes, & descendentes eorum etiam hujusmodi magnanimitatis titulo, & honore gaudere valeant, ipsis præscriptis Coronatis Militibus, qui per annum servierint concedimus, & elargimur, ut quilibet super Galea sua Coronam pro se, & legitimis, ac naturalibus hæredibus suis portare valeant, donec, & quousque naturalis, & legitima Proles sua supererit* - quæ verba refert etiam *d. Justinianus pag.* 785., *& seq.* ubi ingeniose subiungit, quod cum Imperator nimis fortasse liberaliter hos Equites insigni illo decoraverit honore, jure scilicet gestandi Coronam etiam in propriis insignibus, & quidem jure transeunte ad omnes eorum 41. Descendentes, & hoc sub levi onere in primo Equite, militandi unius solummodo anni curriculo, in causa fuit (contra cœteroquin fortasse Imperatoris mentem directam ad amplificationem Ordinis) ut Ordo brevi declinaverit. Sicque superventis in Terris Imperii temporum, bellorumque infortuniis, splendor Ordinis eclipsim passus est, adeo ut hodie minima de illo memoria servetur, ob nonnullas ejusdem Ordinis Commendas, cum cœteræ destructæ, occupatæ, vel ad aliorum Regularium Religiosorum commodum fuerint translatæ.

At tot Maximiliani I. Imperatoris pro-42. vidæ dispositiones ad Equestrem Militarem Ordinem Sancti Georgii sartum tectumque servandum, minime sufficientes fuere; nam in præceps rursus ipse ruit: quippe Civilibus Bellis Religionis causa in Germania subortis, misere Bona Ordinis vastata, atque hinc inde occupata fuere, & Ordo expoliatus remansit: unde Archidux Ferdinandus, postea Ferdinandus II. Imperator anno 1598. cum Summi Pontificis consensu tra-

didit

didit Patribus Societatis Jesu memoratam Abbatiam de *Milestad* cum suo Conventu, ut in Civitate de Gratz in Stiria Collegium sibi construerent: *d. Fontana pag.* 75. *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 91. *d. Justinianus d. pag.* 786.

Ex hactenus narratis oritur inspectio, 43. an unus solum, vel duo censendi sint prænominati Ordines Equestres Militares Sancti Georgii. Quod unicus sit, considerari potest, quod sub uno militabat magno Magistro; quod ad eundem finem, tam originarius Ordo, quam appendix eidem data tendunt, nempe militandi contra Turcas, urgente trito axiomate, quod accessorium sequitur naturam sui principalis; ac tandem ponderatur, quod Scriptores miscent utrumque, Ordinem, ita ut quod de uno dicitur, alteri etiam applicatur, tum quoad Institutorem, tum quoad Tesseram, ut videre est apud *d. Collectorem Gallum tom.* 3. §. 51., *& tom.* 4. §. 82.

Tenendum tamen, quod duo sunt distincti Ordines; nam distincta habent 44. & diversa Instituta. In primo Ordine aderat magnus Magister, qui ab Equitibus eligebatur; aderat Præpositus cum Sacerdotibus; Monasterium aderat; emittebant Vota Castitatis, & Obedientiç, & Paupertatis ea forma, quam præmisimus: in altero autem Ordine, scilicet Confraternitate sub Titulo ejusdem Sancti Georgii, duo statuti fuerunt Vicarii Generales, magnus Magister Ordinis Sancti Georgii, & Episcopus de *Gurib* eidem Congregationi prçsidentes: itemque duo, vel plures Generales Duces, quibus cuncti in eis, quç Armorum negotium concernunt parere tenebantur. In eorum manibus Fidelitatis, & Obedientiæ Juramentum prçstabatur. In hac Societate adscribi poterant tam Masculi, quam Fœminç citra onus vivendi sub Disciplina Regulari, juxta superius tradita.

In primo Ordine Tessera Crux erat rubea: in hac Confraternitate Crux aurea, Coronam, & Circulum desuper tenens; atque ideo jussit Imperator, ut vocarentur Equites coronati. Horum Equitum acceptatio peragebatur ab Episcopo, & non immerito. Auctores prædicti, qui miscent in unum utrumque Ordinem, attamen de duobus Ordinibus separatim scribunt, & nuncupant: *d. P. Andreas Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 2. §. 22. *n.* 48., *&* §. 27. *n.* 60. Primum Ordinem *Sancti Georgii in Carinthia*, *& Austria*, & Figuram Equitis referunt, ut videre est apud *d. Collectorem Gallum tom.* 3. §. 51. *à pag.* 293.

De secundo Ordine, sive Confraternitate etiam in Germania, habetur penes *d. Mendo d.* §. 22., *&* 27. *Collectorem Gallum tom.* 3. *d. pag.* 293. *& tom.* 4. §. 82. *d. Iustinianum d. Parte Secunda cap.* 76.

Reliquum est, ut exhibeamus Catalogum magnorum Magistrorum. Et sane, licet quoad Ordinem primum Sancti Georgii in Carinthia, magnus Magister esset electivus, dependet ta- 45. men à consensu, & approbatione Imperatoris, ut diximus: quin imo *Ioseph Micheli in Thesauro Militari pag.* 70. inquit, quod Fundator voluit esse primus magnus Magister; quem sequitur *d. Abbas Iustinianus pag.* 611.: ideo, cum fortasse non inveniatur series electionum magnorum Magistrorum, loco eorum, tam *d. Abbas Iustinianus à pag.* 612. quam *Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 296. Augustæ Domus Austriacæ, ad quam jus Magisterii transivit, tradunt Catalogum Domus Imperatorum, & Principum, quem Catalogum

logum hic transcribimus, & inservit pro utroque Ordine; estque ut sequitur.

Series Principum Magnorum Magistrorum.

I. 1273. Rodulphus Comes de Absburg Imperator, regnavit annos 18.

II. 1291. Albertus filius Rodulphi Dux Austriæ, Stiriæ, & Carinthię, rexit annos 21.

III. 1313. Fridericus II. Alberti filius Romanorum Rex Archidux Austriæ, rexit annos 17.

IV. 1330. Albertus II. Frater Friderici, rexit annos 28.

V. 1358. Fridericus III. filius Alberti, rexit annos 4.

VI. 1362. Rodulphus II. Frater Friderici, rexit annos 3.

VII. 1365. Leopoldus dictus Bonus, filius Alberti, rexit annos 20.

VIII. 1385. Albertus III. quartus filius Alberti, rexit annos 10.

IX. 1395. Albertus IV. filius Alberti III. rexit annos 9.

X. 1404. Leopoldus cognomento *il Grasso*, filius Leopoldi Boni, rexit annos 8.

XI. 1412. Herneftus frater d. Leopoldi, rexit annos 13.

XII. 1424. Albertus V. filius Alberti Quarti Rex Bohemiæ, Hungariæ, & Imperator, rexit annos 16.

XIII. 1440. Fridericus Quartus filius Ernesti Arciducis Austriæ, & quintus hujus nominis inter Imperatores, rexit annos 53.

XIV. 1493. Maximilianus Primus Archidux, & Imperator, cum filio Philippo Primo, rexit annos 26.

XV. 1519. Carolus V. Archidux, & Imperator frater Caroli V., rexit annos 37.

XVI. 1556. Ferdinandus Primus Archidux, & Imperator, Frater Caroli V. rexit annos. 8.

XVII. 1564. Maximilianus Secundus Archidux, Rex Hungariæ, & Bohemiæ, & Imperator, filius Ferdinandi, rexit annos 12.

XVIII. 1576. Rodulphus III. Archidux, & inter Imperatores II. Rex Hungarię, & Bohemiæ, filius Maximiliani, rexit annos 36.

XIX. 1612. Mathias Archidux, Rex Hungariæ, & Bohemiæ, & Imperator, frater Rodulphi, rexit annos 7.

XX. 1619. Ferdinandus II. Archidux, Rex Bohemiæ, & Hungariæ, & Imperator, Ferdinandi I. Nepos, rexit annos 18.

XXI. 1637. Ferdinandus III. Archidux, Rex, & Imperator, Ferdinandi II. filius, rexit annos 20.

XXII. 1657. Leopoldus III. Archidux, Rex Bohemiæ, & Hungariæ, & Imperator hujus nominis Primus, rexit annos 31.

XXIII. 1688. Joseph Primus Imperator, filius Leopoldi I., rexit annos 23.

XXIV. 1711. Carolus VI. frater Joseph, & d. Leopoldi filius, rexit annos 29.

Prædicta respective habentur *ex Iustiniano*, *Collectore Gallo tom. 4. à pag.* 20. *cum seq.*, & in nostro Discursu præsentis *Tom. 2. in calce Disc.* 86.

XXV. Theresia Walburga, filia Imperatoris Caroli VI. Regina Hungariæ, & Bohemię, & modo Romanorum Imperatrix ter felix.

DIS.

ditibus, sed adhuc veræ Commendę non sunt stabilitę, aut locatæ. Alii simplices Equites qua tales poterunt etiam habere certos redditus.

Dantur vero tam Magni Commendatores, quam Commendatores simplices, imo & Equites, veluti supernume. rarii, & qui dicuntur *ad honores tantum*, qui nec gaudent redditibus an. nuis, nec eorum determinatus est numerus.

Probationes pro susceptione, aut admissione ad hunc Ordinem sunt prorsus ad normam Teutonici Ordinis, verum striciori methodo. Nam si. quis Fratrem haberet Ordinis Teutonici, vel in insignibus Cathedralibus Canonicum, non sufficeret hoc adstruere, sed peculiariter probandi essent ascendentes. Optimus probationis modus per Schedas authenticas Baptismales, per Instrumenta publica, per Contractus Matrimoniales, per inscriptiones antiquas sepulchrales, & similia Documenta.

Copia Statutorum omnium nequit haberi, cum adhuc elaboretur.

Prerogativæ, sive Privilegia nedum pariter sunt publicata.

Conveniunt in particulari Aulæ Sacello omnes in die S. Georgii, & in Festo Conceptionis: audiunt Sacrum cantatum, Concionem, & Communionem faciunt.

Super hujus Equestris Militaris Ordinis fundatione etiam cum expressa facultate Sanctæ Sedis Apostolicę hic subdimus duas Pontificias Bullas, nempe *san. me. Benedicti XIII. anno* 1728. Et aliam Summi felicissime Regnantis Pontificis Benedicti XIV. sub anno 1741. quę est etiam in eius Bullario *Tom.* 1. *sub n.* 32. Tandem refertur italico Idiomate instructio pro admittendis ad hunc Ordinem.

Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri
BENEDICTI XIII. PON. MAX.

CONSTITUTIO

Qua Ordo Militaris S. Georgii Martyris à Serenissimo Carolo Alberto Duce Bavariæ, & S. R. I. Electore, instar Ordinis Militaris B. Mariæ Teutonicorum institutus, Apostolica authoritate confirmatur, & Privilegiis, Indultis, & Gratiis ejusdem Ordinis Teutonicorum plane omnibus honestatur.

BENEDICTUS EP. SER. SER. DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

NIhil æque jucundum Apostolatui nostro accidere potest, ac piis virorum Principum votis obsecundare in his, quę pro Christiana Religione amplificanda, & Fide Catholica adversus impiorum conatus strenue defendenda meditari noscuntur, ut Nos ea largientes, quę illorum proposito promovendo salubriter in Domino expedire arbitramur, ipsos pro summi Dei gloria, quod generosos, primariosque S. R. E. filios maxime decet, alacriores ad pręclara quæque agenda efficiamus. Hoc sane à Nobis postulat Bavarica Domus, permultis in Catholicam religionem, inque hanc Sanctam Apostolicam Sedem meritis prædita, quam Romani Pontifices Antecessores Nostri, tamquam frimissimum Orthodoxæ Fidei in Germania propugnaculum, singulari quodam amore complexi semper fuerunt, nosque ipsi speciali sensu paternæ benevolentiæ complectimur,

Itaque nuper dilectus filius nobilis Vir Carolus Albertus Dux Bavariç, & S. R. I. Elector, Ordinem Militarem in honorem intemeratæ Deiparæ Virginis, sub invocatione, & protectione Beati Georgii martyris auctoritate nostra instituendi percupidus, Nobis exponendum curavit ex illustribus majoribus suis Eckardum Schyrensem Comitem una cum aliis Christianis Principibus Sacram expeditionem ob loca Sancta ab impiorum tyrannide liberanda, in Palæstinam sub auspiciis Deiparæ Virginis suscepisse, & contra Christiani nominis hostes bella Domini prælìantem beati Christi martyris Georgii præsens auxilium inter armorum pericula expertum, unde illius posteri eandem intemeratam Virginem, & Christi martyrem Georgium præcipuis regionum suarum apud Deum Protectoribus adnumerarunt: quod non solum pleræque Bavariæ Ædes, atque Aræ Deo Sacræ, ac Signa etiam, loquuntur, in quibus Summi Bavariæ Dinastæ paganis, & Hæreticis formidandam Deiparam Virginem, ac Georgium martyrem præferre consueverunt, allatæ opis probe memores, qua idem Christi martyr eorum decessoribus prçsto fuisse perhibetur, ubi sub utriusque præsidio ex fœdere, & pacto, cum primoribus secum militantibus inito, rubea Cruce in Clypeis expressa fortiter, & magna cum laude pro Deo pugnaverunt.

Hæc avitæ pietatis monumenta à progenitoribus suis hæreditario jure in se derivata, cogitatione revolvens cl. me. Maximilianus Bavariç Dux, & Sac. Rom. Imperii Elector, Deiparç Virginis, & Beati Georgii martyris præsidium in Hungaricis expeditionibus contra Turcarum feritatem, sæpe numero expertus, ad Christi Domini, ejusque Matris intemeratæ Virginis gloriam, Equestrem Militiç Ordinem sub Beati Georgii martyris nomine, & invocatione erigere constituerat, ut inclytæ nationis Bavaricç, atque exteræ etiam, veterem, probatamque nobilitatem ab se eidem Ordini adscriptam, ad magna, & excelsa quçque facinosa pro Fidei Catholicæ, & S. R. E. incremento patranda excitaret.

Quum vero idem Maximilianus Dux variis bellorum eventibus perturbatus, tam egregii propositi executionem longius quam optasset differre coactus, priusquam ex hac vita decederet, prædicto filio suo Carolo Alberto veluti supremis tabulis, eam commendasset, hic strenui parentis vestigiis insistens, Militarem S. Georgii martyris Ordinem sub patrocinio Deiparç Virginis, nuper instituens, summo ejus magisterio in se suosque hæredes, & Successores suscepto, Prioratus, & Commendas Militibus adsignandas erigere statuit, qui instar Militum Ordinis D. Mariç Teutonicorum, sui generis claram Nobilitatem probare, unumque hoc votum jurejurando in Susceptione Ordinis emittere debeant, ut scilicet prompti semper, & quacumque oblata occasione parati sint, sanctam Fidem Catholicam, & Apostolicam Romanam, ejusque propagationem, honoremque Deiparæ Virginis Sanguine ipso impavide contra quoscumque palam tueri, & defendere. Sicut autem hic unus est finis memorati Ordinis instituendi, ita quoque una, & propria est Ordinis norma, & regula, Milites enim nullum aliud votum præter hoc unum observare tenentur.

Omnes porrò, & singuli spectatæ Nobilitatis tam Bavariç, quam exterarum nationum Viri, qui Militare hujus Ordinis cingulum à Summo ejus

jus Magistro suscipient, peculiarem quoque tesseram magnanimi voti, & propositi symbolum, indumentis suis ex usu communi Laicorum exterius adpensum preferent, Crucem videlicet auream octangularem, albo colore discriminatam, quam in anteriori parte Crux minor cœrulea, encausto incrustata, distinguet, in cujus medio circulo Deipara Virgo, Stellis coronata, & Draconem calcans, stare conspicitur; qua plane specie in Bavaricis Legionum Vexillis expressa apparere dicitur, circumnotatis, ut Nobis expositum est, in area cœrulea quatuor literis compendiariis, singulatim distinctis V. I. B. I. *Virgo Immaculata Bavariam immaculatam* servat. Posterior Crucis pars, quam purpureus color secernit, in medio circulo Beatum Georgium martyrem equo insidentem, galea tectum, & lancea armatum exhibet, circumpositis quoque in area cœrulea quatuor aliis compendiariis literis *I. V. P. F. Justus ut palma floreat*.

Quum vero Antecessores Nostri Romani Pontifices alios Sac. Militiæ Ordines, à Principibus Catholicis institutos, suæ Auctoritatis munimine confirmasse noscantur, Nos attendentes, ex hujusmodi Bavarico Ordine maximum Fidei Catholicæ, & S. R. E. proventurum emolumentum, præsentibus Literis nostris perpetuæ firmitatis robur imposterum habituris, eum una cum Capitulis, pactis, conditionibus, & stabilimentis per Carolum Albertum Ducem, summum Ordinis Magistrum, statutis, vel statuendis, licitis tamen, & honestis, & sacris Canonibus nequaquam contrariis, nec libertatem Ecclesiasticam ullo modo lædentibus, perque Nos ipsos, vel Successores nostros Romanos Pontifices postmodum approbandis, auctoritate Apostolica confirmare decrevimus, prædicti Caroli Alberti Ducis, & Sacri Romani Imperii Electoris piis votis annuentes, ejusdemque laudabile institutum, utpote fidei Catholicæ, & S. R. E. exaltationem respiciens, plurimum in Domino commendantes. Quare hujusmodi erectionis, atque institutionis tenorem, præsentibus pro sufficienter expresso reputantes, ipsum Carolum Albertum, Sacræ Militiæ Beati Georgii summum Magistrum, quem singulari dilectione prosequimur, in hoc ejus studio promovendo confovere, & specialibus favoribus, & gratiis ornare volentes, motu proprio, ex certa scientia, & deliberatione, nostraque mera voluntate Ordinem Militarem Sancti Georgii ceteris Ordinibus Militaribus ab hac Sancta Apostolica Sede confirmatis accensentes, ejus erectionem, institutionem, votum, jusjurandum, summum Magisterium, ceteraque prædicta facta, vel facienda, eundem Carolum Albertum Ducem, à quibusvis excomunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & Pœnis à Jure, vel ab Homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, tenore præsentium de plenitudine potestatis nostræ approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, quoscumque juris, & facti defectus, si qui forsan intervenerint, in eisdem supplentes. Præterea ad majorem cautelam hunc ipsum Ordinem Militarem Sancti Georgii, eisdem plane modo, & forma, quibus per Carolum Albertum

tum Ducem erectus, ac institutus est; Nos ex certa scientia eadem auctoritate Nostra denuo erigentes, & instituentes, illi sic erecto omnes, & singulos reditus, bona mobilia, & immobilia, per Summum Ordinis Magistrum Carolum Albertum, vel ab aliis ei concessa, vel imposterum licite concedenda, perpetuo applicamus, & appropriamus, eum honoribus, prerogativis, privilegiis, gratiis, & facultatibus, & indultis plane omnibus honestantes, quibus ex concessione, & largitione Apostolicæ Sedis Ordo Militaris Beatę Mariæ Teutonicorum frui, & potiri dignoscitur, ad cujus normam Ordo Bavaricus S. Georgii institutus est, decernentes, easdem præsentes semper validas, & efficaces fore, ac nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, & quocumque alio, etiam intentionis nostræ defectu notari, impugnari, retractari, sive etiam revocari, suspendi, restringi, limitari, aut in Jus, vel Controversiam vocari, sive etiam revocari, sive ad terminos juris reduci posse; sed semper validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & inviolabiliter obtinere; sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cujuslibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique in quavis instantia judicari, & definiri debere, necnon in irritum, & inane quidquid secus contigerit attentari.

Quocirca venerabili Fratri Clementi Augusto, Archiepiscopo Coloniensi, & Sacri Romani Imperii Principi Electori, ejusdem Caroli Alberti Ducis germano, vel nunc, & pro tempore existenti Episcopo Frisingensi, motu simili per Apostolica Scripta mandamus, quatenus præsentes, inque eis contenta quęcumque, nomine prædicti Caroli Alberti Ducis, ubi, quando, & quoties opus fuerit, Monachi, vel alibi in Diœcesi Frisingensi, ubi idem Archiepiscopus Coloniensis nunc morari dicitur, sine præjudicio ejusdem Episcopi Frisingensis, solemniter publicans, eisque in pręmissis efficacis defensionis præsidio adsistens, tanquam à Nobis specialiter deputatus, Auctoritate nostra promulget, summum Ordinis Magistrum Fratrem suum Carolum Albertum cingulo Militari, Torque, & Cruce aurea, ipsius Ordinis propria insigniat, inque tota cæremonia facienda, firmiter omnia, & singula superius expressa ab omnibus, & singulis observari faciat, non obstantibus Constitutionibus Apostolicis in contrariis præmissorum hactenus quomodolibet editis, vel imposterum edendis, cœterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, confirmationis, approbationis, adjectionis, suppletionis, erectionis, institutionis, appropriationis, constitutionis, deputationis, concessionis, & mandati infringere, vel ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1728., XV. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri anno quinto.

Ere-

Erectio sex Officiorum Ecclesiasticorum in Ordine Equestri S. Georgii Martyris in Bavaria, auctoritate Apostolica confirmatur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Militares Equestres Ordines, ad Orthodoxæ Religionis præsidium, & firmissimum adversus Infidelium, Turcarum, & Acatholicorum insultus propugnaculum, à Regibus, & Summis Principibus institutos, in quibus Equites Milites præclara nobilitate, spectata virtute, prudentia, ac pietate præditi adscriberentur, tam ipsi Reges, & Summi Principes, quam Romani Pontifices Prædecessores nostri certatim insignibus honoribus, prærogativis, beneficiis, commendis, ac privilegiis augere, & cumulare studuerunt, ut unusquisque Equitum Militum ad injunctum sibi muneris sui ministerium accuratissimè obeundum magis, magisque incitaretur.

§. 1. Quoniam autem, sicut Nobis nuper pro parte Dilecti Filii Nobilis Viri Caroli Alberti Ducis Bavariæ, & Sacri Romani Imperii Electoris expositum fuit, ipse, ut eximiis bon. mem. Maximiliani Emmanuelis parentis sui, belli, pacisque laudibus, dum viveret, florentissimi, & Sacrosanctæ Religionis studio cum primis flagrantis, qui Equestrem Militiæ Ordinem in honorem Intemeratæ Deiparæ Virginis Mariæ, sub invocatione, & protectione Beati Georgii martyris erigere constituerat, etsi propter varios bellorum eventus executioni demandare non potuit, eidem tamen Alberto Carolo in supremis tabulis commendavit, votis, ac mandatis obsecundaret, suæque pietati faceret satis, eundem Militarem Equestrem Ordinem non solum instituit, verum etiam Apostolica auctoritate confirmandum curavit à fel. record. Benedicto Papa XIII. Prædecessore Nostro per Apostolicas ejusdem Benedicti sub plumbo literas Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo octavo XV. Kalendas Aprilis, Pontificatus sui anno quinto datas, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, & in quibus de Ordinis hujusmodi institutione, & confirmatione uberius continetur. Ut autem eumdem Ordinem, cujus laudatus Carolus Albertus Dux, & Elector, Institutor, ac magnus Magister existit, & cui quamplurimi Nobiles Viri nomen dederunt, majori decore, & incremento adaugeat, pro singulari sua pietate, & avita erga res Sacras reverentia, sex Nobiles Viros in Ecclesiastica Dignitate constitutos, prout infra, in Ordinem hujusmodi coop. tare desiderans, in capitulo Militum Equitum memorati Ordinis ad antedictum effectum habito, unanimi omnium suffragantium consensu, decretum voluit, ut iidem sex Nobiles Viri Ecclesiastici, si Nostrum hac in re Apostolicum beneplacitum accederet, adlegerentur.

§. 2. Præcipuus verò ejusdem Caroli Alberti in ea sententia finis in hoc vertitur, ut, ad majorem Dei gloriam, & Ordinis splendorem, Sacra Officia, quæ in Ecclesia dicti Ordinis pro tempore obeunda sunt, quam maxima potest majestate, ac dignitate peragantur. Horum itaque sex Virorum Nobilium Equitum Ecclesiasticorum primum quidem exoptat Epis.

Episcopali Dignitate, & Charactere, ut Pontificalia munera in Ordinis præfati Ecclesia sub invocatione Sancti Georgii Martyris Deo dicata, quæ in Ducalibus, & Electoralibus Ædibus posita, & ab omni Ordinarii Episcopi loci jurisdictione immunis, & exempta est, exercere valeat, insigniri; alterum vero cum Præpositi nomine, & Pontificalium usu constitui, ut vices Antistitis, hoc absente, vel legitime impedito, expleat; tertium, ac quartum Decanorum itidem nominibus dici, qui Divinis Officiis, sive Horis Canonicis, cum aliorum Militum Equitum interventu, in dicta Ecclesia persolvendis in Choro intersint; quintum, ac sextum denique Eleemosynarios ab honore appellari, à quibus Decanorum munera, ipsis absentibus pariter, aut legitime impeditis præstentur. Porro pro congruenti, idoneoque antedictorum in suis respective Dignitatibus, & muneribus debito cum decore sustinendis emolumento, idem Carolus Albertus Dux, & Elector primos duos, nempe Episcopum, & Præpositum pro tempore existentes, ad Præposituras, ad quas quemlibet nominandi sibi jus, cui non est in aliquo hactenus derogatum, competit, nominabit; duobus Decanis Collegiales Præbendas conferet; reliquis duobus ab honore Eleemosynariis, servata antianitatis regula, eas, quibus alii Milites Equites donantur, commendas, pensiones, & beneficia impertietur. Quo autem debitus honor, authoritas, & reverentia Episcopo, & Præposito pro tempore existentibus concilietur, uterque Magnam Crucem, cum Stella super Pallio, & Vestibus; Decani, ad instar Equitum Commendatoriorum, Mediam, & Eleemosynarii Parvam eandem prorsus è collo vitta serica cœrulei coloris pendentem, quam cæteri Equites ferre solent, Crucem gestare teneantur. Quæ quidem omnia, ut præmittitur, per ipsum Carolum Albertum, in Capitulo cum unanimi Equitum Militum consensu statuta, & decreta, ut debitæ executioni demandentur, & imposterum firmius subsistant, ac serventur exactius, ejusdem Caroli Alberti nomine Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, & de benignitate Apostolica indulgere dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum Carolum Albertum Ducem, Electorem, & Ordinis præfati Institutorem, ac magnum Magistrum, de Catholica Religione, atque Apostolica hac Sancta Sede præclare mereri pergentem, specialibus gratiarum favoribus prosequi volentes, eumque à quibusvis Excomunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis ejusdem nomine porrectis inclinati, præmissa omnia, & singula, tenore præsentium, Apostolica auctoritate approbamus, indulgemus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios,

& in

& integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, sicque in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Militaris Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Cæterum earumdem præsentium tenore, ac pari auctoritate volumus, & mandamus, primum, ut Episcopus, Præpositus, Decani, & Eleemosynarii pro tempore existentes, quippe qui Ecclesiastici Ordinis, cum in Militarem Equestrem Ordinem præfatum cooptari contigerit, votum seu jusjurandum, scilicet ut prompti semper, & quacumque oblata occasione parati sint, Sanctam Fidem Catholicam, & Apostolicam Romanam, ejusque propagationem, honoremque Deiparæ Virginis, sanguine ipso impavide contra quoscumque palam tueri, & defendere, ita concipiant, ut nullo unquam tempore iidem ad apertum Bellum quibuscumque inferendum, inconsulta Apostolica hac Sancta Sede, & nonnisi de expressa ejusdem Sedis toties, quoties opus fuerit, pro eorum singulis impetranda licentia accedere teneantur; ac propterea hoc ipsum sibi in emittendo voto, ac jurejurando, dicendo, exprelle caveant; aliter nullum sit, & inane, ac nullius prorsus roboris, ac momenti.

§. 6. Deinde, ut Episcopus, & Præpositus, qui Pontificalia ut præmittitur, sive statis, sive indictis solemnitatibus, aliisque diebus exercebunt, non nisi in ipsa dumtaxat Ecclesia in Ædibus Ducalibus, & Electoralibus sita, & Militum Equitum dicti Ordinis Conventui assignata, quæ ab omni Ordinarii Episcopi Loci jurisdictione, ut asseritur, immunis est, atque exempta, obire debeant: in quacumque enim alia Ecclesia Pontificalia hujusmodi qualibet de causa exerceri contigerit, nullo pacto, nisi de Ordinarii Locorum permissu, toties, quoties occasio postulaverint, sub pœnis juxta Canonicas sanctiones inflictis fieri liceat.

§. 7. Tertium, ut cum Episcopus hujusmodi viam universæ carnis ingressus fuerit, idem Dux Elector, ac Ordinis præfati magnus Magister, Virum pietate, ac doctrina insignem, toties quoties id acciderit, nominet, qui, postquam omnia, & singula de more, institutoque Majorum servanda in Antistitum, sive Residentialium, sive Titularium, ut dicitur, inauguratione, fuerint confecta, & omnino

„ me potrà , Ma per quello risguarda i nomi della Famiglia, è indispensabile doversi porre coi nomi distinti dei Branchi, o sia Rami, se ve ne sono de' diversi.

9. „ Per ciò, che risguarda la Figliazione, e Discendenza legitima del Padre in Figlio, contando due Padri de' Trittavi sino alla persona dell' Aspirante, egli la proverà tanto per sè, che per li suddetti Trittavi, e Trittave in linea diretta, ed obliqua paterna, e materna, siccome per tutti gli altri Ascendenti, mediante le giustificazioni del Battesimo, nelle quali li nomi del Battezzato, e l' anno della nascita, e i nomi delle Famiglie del Padre e della Madre sieno espressi. Queste giustificazioni estratte dai Registri battesimali, ed ispedite col segno, e sottoscrizione del Parroco del Luogo, saranno legalizzate dall' Ordinario della Diocesi, cioè dal Vescovo, o altro, che abbia Giurisdizione Episcopale, che attesti, che il sottoscritto è Parroco del Luogo, che quello è il suo carattere, e sigillo suo, e che nei Tribunali si presta fede alle giustificazioni spedite, e legalizzate nella maniera suddetta.

10. „ In mancanza di Fedi di Battesimo, l' Aspirante potrà servirsi di altri Documenti, come sono per esempio, Giustificazioni di Benedizione Sacerdotale di Matrimonio legalizzate, come sopra dall' Ordinario, Contratti di Matrimonio, Disposizioni testamentarie, Inventarj, Divisioni di Eredità, Transazioni, Epitaffi, lettere d' Investitura, di Fondazioni di Chiese, di Conventi, di Beneficj ec. L' Aspirante produrrà gli Originali di questi Documenti, se potrà averli. In mancanza delli Originali gli sarà permesso produrre Copie autentiche collazionate da Notaro, o altra persona pubblica, purchè il Notaro, la suddetta mano, il suo Sigillo, e Segno, sieno legalizzati dal Principe, ò Signore del Territorio, nel quale egli ha il Domicilio, o dal Dicasterio, ove Egli ha matricolato, e che costi per altra parte della verità dell' originale, o che sia autenticata dal Principe, ò Padrone, ò loro Luogotenenti ne' luoghi, e sulle Persone, di cui si parla ec.

11. „ La medesima forza, o sia la medesima Fede è data ai Manuali, che si custodiscono ne' Registri delle Famiglie, scritti di mano propria del Padre, o della Madre del Fanciullo, in caso che non vi sieno indizj, o prove in contrario.

12. „ Siccome succede spesse volte, che i Documenti della natura di cui abbiamo parlato, si perdono, e periscono per incendj, o altri accidenti, di maniera che il ritrovamento si rende impossibile, e che conseguentemente è impossibile, che l' Aspirante produca gli Originali, o ne provi il contenuto, con copie autentiche; essendo certo, e provato questo caso d' impossibilità, sarà permesso all' Aspirante di supplire alla prova della Figliazione, per quella parte che manca, per mezzo di trè Gentiluomini della medesima Famiglia, da cui è uscito Egli, o quella della cui legitimazione, o nascita si và in cerca. In caso poi, che un solo, o due Gentiluomini si trovassero, o che la Famiglia fosse estinta, allora si supplirà per mezzo di trè Gentiluomini più parenti prossimi. Questi saranno il

L loro

„ loro attestato in iscritto in parola „ di onore, e in fede di Gentiluo- „ mo, lo che servirà in luogo di „ giuramento, e attesteranno, che la „ Figliazione, o tal Matrimonio, o „ tal Nascita, quale l'Aspirante non „ ha potuto provare con Documen- „ ti, o prove, o giustificazioni di „ sopra specificate, è vera, e legiti- „ ma: vi nomineranno le Persone- „ nate, o maritate colli loro nomi „ di Battesimo, e di Famiglia, e vi „ esprimeranno le loro Arme, coll' „ esattezza, e distinzione divisata nell' „ articolo ottavo. Diranno ancora „ che essi sanno benissimo, che la „ cosa è così, come Essi l'attestano, „ che l'hanno sempre inteso dire co- „ sì, che non ne hanno giammai in- „ teso dire al contrario, e che alcu- „ nò mai non ha dubitato della ve- „ rità di questa Figliazione, o Discen- „ denza legitima, e Nobile tale qua- „ le si trova espressa nella Genealo- „ gia de' sedici quarti, presentata „ dall'Aspirante.

13. „ Per ciò che riguarda la Nobiltà „ de' quarti richiesta dagli Ordini di „ Cavalleria, o dai Grandi, e No- „ bili Capitoli, cioè a dire il Lustro, „ e l'Antichità delle Famiglie, che „ si ritrova nell'albero Genealogico „ del Pretendente, Egli deve provarla „ primieramente per mezzo degli at- „ testati di detti Ordini, e Capitoli, „ e spediti nella forma solita, cioè „ secondo lo stile praticato da detti „ Ordini, e Capitoli col Sigillo, e „ colla sottoscrizione di alcuni de' „ loro membri del Sindico, o Can- „ celliere. Tali Attestati diranno, „ che la Nobiltà della Famiglia, di „ cui si tratta, è stata giurata, accet- „ tata fra loro, ed esprimeranno non „ solamente il nome del Battesimo, „ e della Famiglia di quello, nella „ persona del quale ciò si è fatto, „ ma ancora l'anno, e il giorno. „ Conviene in oltre, che vi sieno „ dipinte l'arme colla descrizione di „ tutte le parti nella forma espressa „ nell'articolo ottavo; siccome pe- „ rò potrebbe darsi il caso, che da „ tali Capitoli si ricusassero di fare „ tali attestati sotto pretesto, che „ tal forma non è in uso frà loro, „ il Pretendente procurerà di suppli- „ re cogli attestati dei Corpi, o sia „ Ceti della Nobiltà, o pure del „ Principe, e Signore nella maniera „ prescritta nel susseguente ar. 14.

14. „ La seconda prova della Nobil- „ tà Militare, e antica, e per con- „ seguenza qualificata si cerca presso „ i differenti Corpi, o sia Ceti, „ ne' quali la Famiglia è matrico- „ lata. Questa prova si fa con at- „ testati, che si danno da detti Ceti, „ o Corpi della Nobiltà, ciasche- „ duno secondo la forma da essi pra- „ ticata.

„ Regolarmente gli Attestati de' Ceti „ della Nobiltà mediata sono sot- „ toscritti da quattro Membri della „ più antica Nobiltà di essi, e con- „ fermati dal Principe, o Signore, „ da cui hanno detti Ceti rilevato. „ In questa conferma il Principe, o „ Signore fa fede della qualità de' i „ Gentiluomini, come sopra attestan- „ ti, delle loro arme, e sottoscri- „ zioni. In questi attestati de i Ce- „ ti della Nobiltà sì mediata, che „ immediata dati e fatti in fede di „ Gentiluomo, e in parola d'ono- „ re, che serve in luogo di giura- „ mento, (espressione essenzialmente „ richiesta) sarà detto di più, che „ la Famiglia, di cui si parla, è sta- „ ta da molti Secoli, o da tempo „ immemorabile matricolata presso „ di Loro; ch' essa è stata sem-

pre

,, pre tenuta per Nobile, e quali.
,, ficata ne i Tornei; ch' ella ha
,, posseduto, e possiede ancora Be-
,, ni Nobili; che ha conservato sin
,, adesso, e senza interruzione questa
,, antica Nobiltà con Parentele,
,, Cariche, e Impieghi Nobili stati
,, amministrati da quelli, che da Es-
,, sa ne sono usciti. I Principi, o Si-
,, gnori potranno dire ne' Loro at-
,, testati la medesima cosa, e in ol-
,, tre, che la Famiglia, di cui si dis-
,, corre, è stata proveduta, e onora-
,, ta da Lui, e suoi Antenati d'
,, Impieghi, Cariche, Dignità, Uf-
,, fizj personali, ed Ereditarj affet-
,, ti, ed essenzialmente unita ad an-
,, tiche Famiglie. Bisogna ancora,
,, che in questi Attestati de i Ceti
,, della Nobiltà, e dei Principi, e
,, Signori vi sieno dipinte, e descrit-
,, te secondo le Regole del Blasone
,, le arme di ciascheduna Famiglia,
,, come è stato detto di sopra.

15. ,, La terza prova di Nobiltà, e di
,, Arme si fa, mediante Diplomi di
,, antica data accordati da Sourani,
,, e da altri, che abbiano diritto,
,, o privilegio di far Nobili.

16. ,, Se nella qualità, nome, o Arme
,, di una medesima Famiglia si trova
,, qualche differenza, come nella qua-
,, lità di Nobile, Sig. Barone, Conte
,, ec. Nel Nome, nel Sopranome,
,, nel Ramo ec. Nelle Arme, come
,, di accrescimento, diminuzione,
,, miglioramento, cangiamento delle
,, Figure, di loro situazione, colori.
,, ed ogni altra differenza, qualun-
,, que ella siasi, toccherà all' Aspirante
,, di mostrar la ragione, e l'origine col
,, mezzo di lettere di concessione, pri-
,, vilegio, matrimonio, e successione.

17. ,, L'antica Nobiltà dei sedici quar-
,, ti, e la figliazione delle trentauna
,, persone, che costituiscono la Ge-
,, nealogia dell' Aspirante, essendo
,, in tal modo provata sufficiente-
,, mente, resta ancora a far vedere,
,, che niuna di dette persone, ne al-
,, cuno de i Padri di dette tren-
,, tauna persone abbia soggiornato
,, in alcuna Città, come Cittadino,
,, o vogliam dire all' uso di Germa-
,, nia, Borghese, e similmente non ab-
,, bia fatto commercio, negozio da
,, Borghese, ne esercitato professio-
,, ne, o carica derogante alla Nobiltà.

18. ,, S. A. S. il Sig. Elettore presente-
,, mente Regnante (ch'è stato poi
,, Imperatore col nome di Carlo
,, VII.) come Ristoratore dell' Ordi-
,, ne di S. Giorgio, volendo lasciar
,, aperta l'entrata per altro chiusa,
,, e ristretta ai soli Gran Capitoli,
,, ed Ordini Nobili, e Militari della
,, Germania, alle Famiglie Nobili
,, ancora, ed illustri straniere, come
,, pure alle medesime Alemanne,
,, i dicui quarti non fossero tutti di
,, Famiglie originarie Alemanne,
,, stabilisce due classi di Cavalieri del
,, detto Ordine di S. Giorgio o co-
,, me dicesi, due Lingue, l' una
,, cioè tutta vera, e pura Tedesca
,, in ogni suo quarto, e l' altra Fo-
,, restiera, nella quale saranno com-
,, presi senza eccezione di Nazione
,, tutti quelli, de' quali alcuni, o
,, tutti i quarti non anno la qualità
,, richiesta, per essere riputati veri
,, Alemanni. Gl' Aspiranti di que-
,, sta seconda Classe douranno far
,, conoscere l' antica Nobiltà, la
,, qualità, il Lustro de' loro sedici
,, quarti, e provarne la continvazio-
,, ne nella Figliazione nella manie-
,, ra, ch' è stato stabilito intorno
,, alla prima Classe, venendo il caso,
,, che trà i quarti d' un' Aspirante
,, alla prima Classe si trovino una, o
,, più antiche nobili Famiglie, di

cui

„ cui l' origine, e la Nazione ap-
„ paja dubbiosa, non basterà prova-
„ re, che detta Famiglia sia stata
„ accettata ne i quarti di un Cano-
„ nico, d' un Grande Capitolo di
„ Germania, ma proverà la Nobil-
„ tà antica Alemanna con attestati
„ de i Corpi delle Nobiltà dell' Im-
„ pero mediati, o immediati, e par-
„ ticolarmente dell' ordine Teutoni-
„ co, ne' quali si dirà, che presso
„ loro è stata da tempo immemora-
„ bile riconosciuta, e ricevuta, co-
„ me antica, Nobile, e vera Ale-
„ manna; ovvero l' Aspirante pro-
„ durrà un attestato del detto Il-
„ lustre Ordine Teutonico, dove si
„ dica, e dichiari, che in riguardo
„ all' origine, o alla Nazione della
„ Famiglia, di cui si parla, non vi
„ si farebbe alcuna difficoltà di ri-
„ conoscerla, o riceverla per Fami-
„ glia antica Nobile, e vera Ale-
„ manna.

„ 19. Tutti gli attestati, documenti,
„ e Giustificazioni, che l' Aspirante
„ produrrà, saranno distesi in lingua
„ Tedesca, o Latina, e in riguar-
„ do agli originali, o copie Au-
„ tentiche, che non fossero in una
„ di queste due lingue, produrrà nel
„ tempo medesimo le copie tradot-
„ te o in latino, o in Tedesco co-
„ gli attestati de' Notari, e di due
„ Periti, che il tenore è lo stesso,
„ che quello dell' originale, o della
„ copia Autentica prodotta.

DISCURSUS CIV.

SANCTI GEORGII IN BURGUNDIA

ARGUMENTUM.

Enumerantur Confraternitates qualitatem Equestrem secum ferentes, & ostenditur praenobilem esse Sancti Georgii in Burgundia Confraternitatem, exigentem rigorosam Probationem Nobilitatis per plura Latera. Enumerantur Capita Statutorum, quae in ipsa observantur, ideoque specifico non indiget Summario.

Retroactis Seculis plures & passim Equestres Ordines sub Sodalitatum, & Confraternitatum vocabulis erecti fuerunt, ut videre est in Narrationibus nostris praesenti nostro Opere, ac testatur *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom. 4. pag. 5. juxta impress. Amsteloda-mi Typis Petri Brunel* 1721. de quo saepe infra.

Inter autem Sodalitates, ac Confraternitates illas Equestres, quę vere cum ipsis Ordinibus Equestribus fraternizant, & in Equitum Nomenclatura indistinctim locantur, magis antiqua à Scriptoribus recensetur illa, quae in Civitate de *Anduyar in Hispania* anno 1245. erecta fuit sub invocatione Sanctę Marię de los Fyosdalgo, super qua noster versatur *Discursus Sancta Maria de los Fyos dalgo* titulum praeseferens, de quo infra, *sub litera M.*

De aliis Confraternitatibus consimilibus variis in Civitatibus erectis, in *d. Discursu* mentio habetur.

Inter autem hujusmodi Sodalitates de praesenti etiam florentes, celebrior emicat hęc *S. Georgii in Burgundia*, teste *Patre Honorato à Sancta Maria Carmelita Excalceato Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie &c. lib. 1. Dissert. 8. art. 4. §. La plus celebres de toutes pag. 198. cum seq.*

Cujus Sodalitatis Confratres gerunt qualitatem gradumque, ac nomen Equitum Sancti Georgii: unde in-

Tes,

Tesseram gestant Numisma aureum solidum, in quo cernitur imago Sancti Georgii Equo insidentis sub pedibus Draconem habentis, ut refert *Collector Gallus tom 4. Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers §. 73. pag. 6. juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel anno 1721.*, ibique *pag.* 10. subdit, *& portent pour marque de cet Ordre un S. George a Cheval, tenant un Dragon sous piez, le tout pesant une pistole, ou plus a leur volontè, attachè a un ruban bleù. Historia Ordinum Monasticorum &c. Et Militarium Gallice scripta, & in italicam linguam translata à Patre Joseph Francisco Fontana Congregationis Matris Dei tom* 8. *cap.* 50. *pag.* 342. *juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani* 1739.

Ulterius, quemadmodum in admissione ad Ordines Equestres Militares requiritur probatio Nobilitatis, ita, ut quis ad illam Confraternitatem Sancti Georgii admittatur, necesse est probare Sanguinis Nobilitatem, ut prosequuntur *d. Collector Gallus d. pag. 6. Pater Honoratus à Sancta Maria loco allegato d. pag.* 200. Quanta autem requiratur Nobilitas, diversimode scribunt Auctores; nam quod debeat esse Quatuor laterum, refert laudatus *Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 200. §. *Envers*.

Quæ Nobilitatis probatio confici debet Titulis justificantibus illam, quique recognosci debent formiter per quatuor Vires Nobiles Nominis, & Armorum deputatos ad istum effectum, ut prosequitur *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d.* §. *Envers pag.* 200.

Quod verò dicta probatio Nobilitatis fieri debeat per triginta duo latera ex parte paterna, & totidem ex parte materna, scribit *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 6. ibi: *Pour y etre reçu, il faut faire preuve de trente-deux quartiers de Noblesse du cotè paternel, & autan du cotè maternel.*

At in hac assertionum diversitate, quæ prævaleat, quidue in praxi servetur, ignoramus. Profecto, nisi aliquod Impressoris occurrerit error, aut intercedat æquivocum, subdimus nimis rigorosam Nobilitatis probationem exigi in admissione Confraternitatis, quam in admissione cujuscumque alterius Equestris, & Militaris Ordinis; hucusque enim in nullo ex Ordinibus tam extensam per latera probationem Nobilitatis necessariam esse non legimus: solum quippe in Ordine Melitensi, quoad linguam Teutonicam, demandatur probatio Nobilitatis per sexdecim latera, ac in ipso Ordine Teutonicorum, sicut in nonnullis aliis Equestribus Ordinibus Germaniæ, & demum in pluribus Capitulis Ecclesiarum in eadem Germania, & respective de antedictis Statutis loquimur in nostris Discursibus.

Hujus illustris Confraternitatis Originem sic narrant Scriptores. Ex Orientis Regionibus in Burgundiam reversus Philibertus de Miolans Vir Nobilis, in Burgundiæ Comitatu, uulgo *Franca Contea*, secum nonnullas gloriosissimi Martyris Sancti Georgii Reliquias detulit, costructoque Nobili Sacello prope Ecclesiam Parochialem di *Rougemont*, cujus ille Dominus erat, dictas Reliquias in Capsa nobili locavit, volensque solemnem earundem translationem magnifice celebrare, Magnorum Virorum d. Comitatus Burgundiæ Cœtum convocavit Anno 1390. & ita peracta fuit non mediocri pompa Reliquiarum translatio. Sub-

inde

inde præfati Viri Nobiles, cupientes præcipuam erga Venerabiles Reliquias diumctam eorum Devotionem testari, convenerunt in unum, inceptque hæc Confraternitas circa annum 1390. aut 1400. seque obstrinxerunt Confratres servare omnes, & singulas Pietatis operas, quas Philibertus de Miolans statuerat, sicque assistendi Missis cantandis in d. Sacello. Insuper Regulas & Statuta sanxerunt hujusmodi Sodalitatis & Confraternitatis *de Batonnier*: sic enim in monumentis Burgundię nuncupat *Gollut*: Caput autem, quem postea sub Titulo Gubernatoris nominarunt, est Confraternitatis Gubernator.

In primum itaque Gubernatorem elegerunt eundem Philibertum de Miolans, qui novæ huic Confraternitati Domum suam de Rougemont donavit: *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers &c. tom. 4. §. 73. Les Chevaliers de S. George, au Comtè de Bourgogne pag. 5. juxta impressionem Amstelodami typis Petri Brunel 1721. d. P. Honoratus à Sancta Maria* ubi supra.

Et sane hujus Societatis sub Sancti Georgii Patrocinio finis eo collimabat, ut eidem aggregati, jugiter in Dei Optimi Maximi servitio, ac famulatu laborarent, & Virtutum praxi exercerentur erga Principem fidelitate, erga Patriam amore, Unione, Pace, ac Fide inviolabili, cœterisque qualitatibus ad præclarum, & generosum Virum Nobilem Christianum efformandum, ut bene scribit *d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag. 198. & seqq.*

In Tesseram gerunt Numisma aureum habens figuram Sancti Georgii Equo insidentis, & sub pedibus habentis Draconem, quod appensum est amento coloris cœrulei: *d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 9., & Pater Honoratus d. pag. 198.*

Societatis hujus Gubernator vocatur *Mazziere*, quoniam in Functionibus gerit, ut dicitur, una *Mazza*, seu baculum argenteum, in cujus summitate adest Imago dicti Sancti Georgii, quem baculum accipiunt Confratres, juxta Ordinem eorum Antianitatis, hocque munus plurimarum expensarum onus importat, ut scriptum reliquit *d. Pater Honoratus pag. 198. cum seqq.*

Confratres, seu Equites hujusmodi Juramento se obligant erga Deum nunquam deserendi Catholicam Apostolicam Romanam Fidem, & semper obediendi eorum legitimo Principi: *d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 5. d. Pater Honoratus d. pag. 198.*

Hoc autem Juramentum per se ipsos præstare tenentur, non autem per Procuratorem, à quo Juramento nunquam recesserunt ex quo constituta fuit Societas: *Pater Honoratus d. pag. 198.*

Secundo tenentur interesse Congregationibus pro Officiorum celebratione, & pro aliis Pietatis Officiis, Processionibus, & pro Divino cultu, & erga Sanctum Georgium eorum Protectorem, ac deferendi semper Numisma aureum cum eiusdem impressa Imagine, quod Numisma est Tessera hujus Confraternitatis: *d. Pater Honoratus d. pag. 198.*

Tertio, obligationem emittunt, subortas inter eos contentiones remittere Decisioni Gubernatoris Societatis, & acquiescere decidendis per ipsum, vel Deputatis per eundem.

Quarto se obligant semper inter ipsos vivos, & mortuos pacem, & concordiam servare, neque alium Gradum, occasione Nobilitatis, quam illum

illum, qui sibi competit ratione acceptationis in eadem Societate exquirere.

Et occasione mortis alicujus ex Confratribus tenentur, non solum solemne Officium celebrare, quod annuatim fit in Defunctorum Suffragium; sed quilibet Frater tenetur celebrare facere tres Missas pro quolibet moriente, & pro quolibet Ensem ad Altare, vel Scutum offerunt junctum cum Documento quatuor laterum Nobilitatis ejus Domus.

Quinto, ut quis ad eam Confraternitatem admittatur, debet, ut diximus probare Nobilitatem quatuor laterum mediantibus Titulis justificatis, ac examinatis, & cum attestatione quatuor Virorum Nobilium nominis, & armorum. Sic notat *d. Pater Honoratus d. pag.* 198., *& seq.*

Alia ex Statutis confecta fuerunt anno 1485. quibus cautum est, quod inter Confratres servetur Ordo antianitatis quoad eorum receptionem, nulla alterius Dignitatis ratione habita.

Quod annuatim in die Festivitatis Sancti Georgii, Confratres ad Ecclesiam convenirent in Loco de *Rongemont*, ibique Missę cantatæ assisterent, associarent *le Batonnier*, Societatis negotia discuterent, tribuerent portionem debitam Confraternitati, & absentes, eorum absentiæ causam referrent; *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 5.

Quod Domum peterent dicti Gubernatoris processionaliter, & incederent bini Candelam in manibus tenentes.

Missæ cantatę assisterent, nec possent ab eà discedere: quod Ecclesiastici induti essent superpelliceo, & pręcederent Confratribus.

Quod in die festo Sancti Georgii canerentur Vesperæ, & postmodum Officium Defunctorum, & sequenti die tres Missæ celebrarentur, una de Spiritu Sancto, alia Beatissimæ Virginis, & tertia Defunctorum pro Confratribus mortuis; quodque *il Mazziere*, ut dicitur, Panem, & Vinum, Ensem offerret ultimi Confratris defuncti; ac consanguinei dicti Defuncti, scutum Gentilitii Stemmatis: & si plures essent Defuncti, per Confratres idem fieret.

Si contingeret in aliquo loco adesse Confratrem mortuum, Confratres illius Cadaver deferrent: quod si essent Confratres in numero insufficienti ad illud ferendum, tunc saltem illud associarent, & in Ecclesia remanerent, donec Cadaver Sepulturæ traderetur.

Quolibet anno solverent *al Mazziere* viginti solidos pro expensis divini Officii, & Missę cantatæ, quodque *il Mazziere* daret Panem, & Vinum pro jentaculo.

Die autem festo Sancti Georgii pro prandio subministraret solum *l' Alesso*, & pro Cœna solum *l' Arosto*, cum duabus Vini qualitatibus, & quidem omnia moderate, alias puniuntur, distribuendo pauperibus id quod supererat ultra debitum.

Quod die Festo Sancti Georgii præstaretur jentaculum, ut in præcedenti die, & ad effectum perficiendi expensas, quilibet Confrater præstaret *al Mazziere*, sex *Grossi Vecchi*, & similiter Procuratori duos pro Capellanis. Quod si electus *in Mazziere*, munus acceptare recusaret, solveret duas Libras, quodque illius nomen deleretur à Libro Confratrum; & illius Stemma à suo loco removeretur, quodque ille qui fuerit admissus, intra annum teneretur ad Stemma proprium reponendum in suo loco, & Capella.

Quod exclusus à Confraternitate esset ille

ille, qui in suis controversiis stare nollet Judicio illi dato.

Quod excommunicationis Sententiam ultra annum non ferret.

Quod nihil indecorum eorum nomini geret sub pœna expulsionis à Societate.

Quod si per biennium continuum non interessent loco *de Rogemont*, eorum nomen deleretur à Catalogo Confratrum.

Quod Hæredes Confratrum Defunctorum obstringerentur dare Confraternitati triginta solidos.

Prædicta omnia habentur apud *d. Collectorem Gallum d. tom.* 4. *à pag.* 198., & seq.

Confratres Nobiles debent esse numero quinquaginta: *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 8.

At anno 1504. auctus fuit Confratrum numerus usque ad numerum centum & septem Confratrum, ut subdit *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 9.

Adest autem Liber in quo descripta sunt, & impressa, ac Imaginibus exposita Stemmata omnium Equitum ab institutione, usque ad annum 1663. ut inquit *d. Collector d. tom.* 4. *à pag.* 7.

Anno 1487. Statutum fuit, quod *il Mazziere* teneatur præstare Cœnam, ultra Jentaculum in Vigilia Festivitatis, & anno 1494. sancitum, quod si id non præstaret, solvere teneretur quadraginta libras: *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 9.

Quod Hæredes *del Mazziere* Prandium præstarent, quod defunctus præstare non potuit, sub pœna librarum quinquaginta: *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 9.

Anno autem 1552. vigore Statuti expressa fuit explicatio, quod in Prandiis hujusmodi regula servetur; quod nulla alia Caro apponeretur, nisi Bovis Caro, ut Nos dicimus *di Montone*, *Caro Vituli*, *Caro Suina*, *Caro*, ut dicitur, *di Capone*, *di Galline*, *di Pollastri*, absque ulla, ut dicitur, *Pasta*.

Prandia prædicta sublata postmodum fuerunt & Congregationes Confratrum de præsenti in Ecclesia Carmelitarum di Besanson habentur, ut prosequitur *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 9.

Anno 1569. cum Baro de Champliter Burgundiæ, & ut dicitur *della Franca Contea* Gubernator, huic Societati fuerit adscriptus, renovatum fuit Statutum, quo iniungitur observantia veterum Statutorum, additumque fuit quod Confratres Juramentum emitterent de vivendo, & moriendo in Religione Catholica Apostolica Romana, & de obediendo Philippo II. Hispaniarum Regi, ejusque Successoribus in Comitatu Burgundiæ.

Et Dux de Toleto Gubernator, ut dicimus, de' *Paesi Bassi*, peculiarem Epistolam ad Confratres misit, & Confraternitatis Gubernatorem selegit, ut prosequitur *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag* 9.

In prædicta Confraternitate admissas fuisse aliquando etiam Mulieres Nobiles, adductis exemplis, ostendit *d. Collector Gallus d. Tom.* 4. *pag.* 9.

Ex quibus Statutis manifestum redditur, quod adscripti Confratres adeo arcto vivendi generi se obstringunt, ut non solum quodcumque aliud vivendi Religiosum morem superent cœterorum Ordinum Equestrium, & Militarium, sed quascumsque alias Religiones Regulares rigorosiora Statuta, & leges habentes, ut bene ponderat superius allegatus *Pater Honoratus d. pag.* 199. ubi translatis e Gallico idiomate in nostrum italicum ejus verbis, sic dicit - *Questi Gentiluomini, avezzi per altro a vivere lau-*

re lautamente, si obbligano con un Statuto di privarsi d' ogni sorta di Pollame, Volatili, di Confetti secchi, o liquidi, di Canditi, e di bevande e Vini, che non siano naturali, e questo per la gloria di Dio, e per il bene della loro Anima.

DISCURSUS CV.

SANCTI GEORGII JANUÆ

ARGUMENTUM.

Narratur Historia fundationis hujus Ordinis.

SUMMARIUM

1. *INstitutor Ordinis Sancti Georgii Januæ quis fuerit, ignoratur, & referuntur opiniones*, & n. 3. 4., & 5.
6. *Institutus fuit sub Regula Sancti Augustini.*
7. *Tessera fuit Crux rubea, & quando forma fuerit mutata*, & n. 8., & 9.
10. *Vexillum Bellorum tempore quale fuerit.*
11. *Figura Crucis, & Vexilli apud quos habeatur*, & n. 12., & 13.
14. *Magni Magistri sunt Duces Januensis Reipublicæ.*
15. *Desloruit hujus Ordinis splendor, & quare, &* n. 16. 17., *&* 18.
19. *Contrarium scribit Comes in Koden Sapieha.*
20. *Datur Catalogus Ducum Januæ*, & n. 21.

DISCURSUS CV.

SANCTI GEORGII JANUÆ

EQuestris Militaris Ordinis Sancti Georgii institutionem, & à quo fuerit peracta, licet ignorari dicat 1. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus* in suo Volumine - *Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie ancienne, & moderne lib. 1. Dissert. 7. Art. 2. pag. 141. impresso Parisiis Typis Petri Francisci Giffart anno* 1718.

Et illum fundasse Fridericum IV. anno 2. 1452. cum Romam tenderet pro sui coronatione, scribat *Dominus Joannes Fridericus Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in suo Corollario omnium Ordinum* in Verbo *Sancti Georgii Ordo Genuæ pag.* 281. Quod Corollarium refertur *in calce Tractatus ejusdem Auctoris*, sub Titulo - *Adnotationes Historicæ de Ordine Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ impress. Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730.

Nihilominus, cum insubsistens reddatur 3. hoc assertum de institutione facta à Friderico IV. ex rationibus, quas exposuimus in nostro superiori *Discursu super Ordine Sancti Georgii in Carinthia*, inde sequitur, magis solidam esse opinionem, quod hic Ordo institutus fuerit à Friderico III. Imperatore; sicque Historicam narrationem exponunt Scribentes - Fri-4. dericus III. à Nicolao V. Pontifice Maximo Imperiali Diademate in Urbe redimitus, Equestrem Militaremque subinde Ordinem sub titulo Sancti Georgii à Summo Pontifice Paulo II. erigi, atque institui curavit, primusque Sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritate fundavit, juxta narrationem relatam in peculiari nostro *Discursu* quoad *Ordinem Sancti Georgii in Carinthia, & Austria.*

In Germaniam postea revertens, idem 5. Imperator Fridericus à Januensibus, magni-

magnifice exceptus fuit, & in Civitate Januę commorans, ut grati, Cæsareique animi monumentum Reipublicæ Januensi relinqueret, in eadem Civitate Januæ sub Titulo Sancti Georgii martyris, præcipui dictæ Civitatis Patroni, Equestrem Militarem Ordinem anno 1452. constabilivit, pluresque ex Primatibus, & Senatorio Ordine Equites creando: *Pater Andreas Mendo de Ordin. Milit. Disq. 1. quæst. 2. §. 31. n. 83. Ab. Bernardus Justinianus Istorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari ec. Parte Seconda cap. 70. à pag. 750. cum seqq. juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Noù 1692. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers &c. tom. 4. §. 83. pag. 93. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. Schoonebek: Abb. Justinianus prę dictus, & Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n. 46.*, & refert *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 141.

6. Institutus autem fuit hic Ordo sub Regula Sancti Augustini, cujus Equites defendere tenebantur Religionem Catholicam, & Januensis Ripublicæ fines tueri: *d. Justinianus pag.* 750. *d. Mendo d. Disq.* 1. *quæst* 2. §. 31. *n.* 83. *d. Bonannus n.* 46.

7. In Tesseram Imperator assignavit Crucem rubeam planam, Torque aurea appensam: *d. Justinianus pag.* 750. *Bonannus d. n.* 46., & in Generali Descriptione Tesserarum apud eundem *n.* 41. *d. Mendo n.* 83.

8. Hanc Crucem rubeam Januensis Respublica in campo albo assumpsit in peculiare Stemma Reipublicæ, & hoc, loco trium liliorum aureorum, quæ in campo rubeo antiquitus gerebant, ut scribit *d. Justinianus pag.* 750. *d. Bonannus d. n.* 46.

9. Antedictam tamen Januensis Reipublicę mutationem Stemmatis ex alia causa, & aliis temporibus inductam fuisse referunt alii Scriptores, ut subdit idem *Bonannus d. n.* 46.

10. Hæc Equestris Sancti Georgii Militia in Bello suum quoque peculiare Vexillum extollebat, in quo ex una parte aderat Crux Ordinis plana coloris rubri, & ex altera parte Imago Sancti Georgii super Equum sedens, manuque Ensem evaginatum habens in actu percutiendi Draconem; *d. Justinianus pag.* 750.

11. Figura Crucis habetur apud *Justinianum pag.* 748. *P. Bonannum d. n.* 46. *Collectorem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 93.

12. Figura autem Equitis d. Cruce ornati traditur à *Patre Bonanno d. n.* 46. *Collectore Gallo d. tom.* 4. *d. pag.* 93.

13. Et tandem figura dicti Vexilli cum Imagine Sancti Georgii videri potest penes *d. Justinianum d. pag.* 740.

14. Hujus Militiæ magni Magistri munere funguntur Reipublicę Januensis pro tempore Duces, ut testantur superius allegati Scriptores, *Abb. Justinianus pag.* 750. *Bonannus d. n.* 46. *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 93. *d. Pater Andreas Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 2. §. 31. *n.* 83.

15. Floruisse autem in dicta Civitate Januæ hunc Ordinem Equestrem, illumque fuisse Equestrem gradum, quem Januensis Respublica Nobilibus Civibus bene de Republica meritis conferebat, sub Patrocinio gloriosi Martyris Sancti Georgii pręcipui illius Urbis Patroni, & ita illius festivitati dicata dies magis solemnis emicaret, cum *Josepho Micheli in Thesauro Militari pag.* 78. *Francisco Menennio in deliciis Equestribus pag.* 74. tradit *d. Justinianus pag.* 751.

Inju-

Injuria autem temporum, & ex assidua 16. Ducum Januæ mutatione hæc militia nutat; sic inquit *d. Pater Mendo d. n.* 83.

Quod hujus Ordinis splendor diminutus 17. remanserit, non solum ob brevem Ducum Januensis Reipublicę in eorum Magistratu durationem, sed ob assiduas intestinas Civium dissensiones, inter Nobilitatem novam, & veterem vigentes, de quibus Historiæ loquuntur, inquit *d. Justinianus pag.* 750.

Quod ex relata ratione penitus evanuerit 18. hic Ordo, inquit *Pater Bonanus d. n.* 46.

Dictus autem *Comes in Koden Sapicha in d. Corollario d. pag.* 281. (qui ceteroquin 19. erronee facit Institutorem Ordinis Fridericum IV., ut superius diximus) hæc verba subiungit -- *Respublica Genuensis modo distribuit illum Viris Illustribus. Insigne Ordinis Crux rubea in Torque aureo suspensa.*

Licet autem magni Magisterii hujus 20. Equestris Ordis Jura considerari possent, spectare ad Augustam Domum Austriacam, ac ad Imperatores Austriacos, a quibus Ordo institutus fuit, nihilominus tanta fuit Friderici Imperatoris in Januenses liberalitas, ut Magisterii Dignitatem Reipublicæ Ducibus indulserit, ut notat *Justinianus pag.* 75. idcirco Scriptores referunt seriem Ducum Reipublicæ, quæ videri potest apud *Justinianum à pag.* 751. *cum seqq.*, *&* *Collectorem Gallum d. tom.* 4. *à pag.* 93.

Quorum Ducum Januensium Catalogus 21. non excedit annum 1689., & est ut sequitur.

Series Ducum Januæ magnorum Magistrorum Ordinis Sancti Georgii.

I. Anno 1452. Petrus di Campo Fregoso Dux Reipublicæ Januæ usque ad 1458. rexit annos 6.

Interregnum Ducum usque ad 1461. quo tempore Respublica sub Protectione Galliarum mansit.

II. Anno 1461. Prosper Adorni Dux, rexit annum 1.

III. Anno 1462. Spineta Fregosus Archiepiscopus Dux.

IV. Anno 1462. Ludovicus Fregosus secunda vice Dux, rexit annum 1.

V. Anno 1463. Paulus Fregosus Dux & Archiepiscopus, rexit usque ad annum 1464. inde usque ad annum 1478.

Remansit Respublica sub Gubernio, & Protectione Ducum Mediolani.

VI. Anno 1506. Paulus de Novi Dux capite obtruncatus a Gallis, rexit Annos 6.

VII. Anno 1512. Janus Fregosus Dux, rexit Annum. 1.

VIII. Anno 1513. Octavianus Fregosus Dux, rexit annos 2.

Gubernium, & Protectio Galliæ.

IX. Anno 1522. Antonius Adorni Dux, rexit annos 5.

Gubernium, & Patrocinium Franciæ.

X. Anno 1528. Obertus Cataneus Dux, sub quo recuperata libertate, renovatus fuit usus creandi ad biennium Duces, rexit Annos 2.

XI. Anno 1531. Baptista Spinola Dux, rexit annos 2.

XII. Anno 1533. Baptista Lomellinus Dux, rexit annos 2.

XIII. Anno 1535. Christophorus Rossi Dux, vixit annos 2.

XIV. Anno 1537. Joannes Baptista Doria Dux, rexit annos 2.

XV. Anno 1539. Andreas Justiniani Dux, rexit annos 2.

XVI. Anno 1541. Leonardus Cataneus Dux, rexit annos 2.

XVII. Anno 1543. Andreas Petra Sancta

cta Dux, rexit annos 2.
XVIII. Anno 1545. Joannes Baptista Fornari Dux, rexit annos 2.
XIX. Anno 1547. Benedictus Gentili Dux, rexit annos 2.
XX. Anno 1549. Gaspar Bacellus Dux, rexit annos 2.
XXI. Anno 1551. Lucas Spinola Dux, rexit annos 2.
XXII. Anno 1553. Jacobus Promontorio Dux, rexit annos 2.
XXIII. Anno 1555. Augustinus Pinelli Dux, rexit annos 2.
XXIV. Anno 1557. Petrus Jo. Clavica Dux, rexit annos 2.
XXV. Anno 1559. Joannes Silvano Dux, rexit annos 2.
XXVI. Anno 1561. Paulus Baptista Clavius Dux, qui obiit Dignitate durante.
XXVII. 1561. Baptista Zoalio Dux, rexit annos 2.
XXVIII. Anno 1563. Joannes Baptista Lercarius Dux, rexit annos 2.
XXIX. Anno 1565. Octavius Odericus Dux, rexit annos 2.
XXX. Anno 1567. Simeon Spinola Dux, rexit annos 2.
XXXI. Anno 1569. Paulus Monelia Dux, rexit annos 2.
XXXII. Anno 1571. Jannotus Lomellinus Dux, rexit annos 2.
XXXIII. Anno 1573. Jacobus Durazzo Dux, rexit annos 2.
XXXIV. Anno 1575. Prosper Farinaccius Dux, rexit annos 2.
XXXV. Anno 1577. Joannes Baptista Gentili Dux, rexit annos 2.
XXXVI. Anno 1579. Nicolaus Doria Dux, rexit annos 2.
XXXVII. Anno 1581. Hieronymus Franco Dux, rexit annos 2.
XXXVIII. Anno 1583. Hieronymus Claverius Dux, rexit annos 2.
XXXIX. Anno 1585. Ambrosius del Negro Dux, rexit annos 2.
XL. Anno 1587. David Sacca Dux, rexit annos 2.
XLI. Anno 1589. Baptista Negronus Dux, rexit annos 2.
XLII. Anno 1591. Joannes Augustinus Justiniani Dux, rexit annos 2.
XLIII. Anno 1593. Antonius Grimaldi Cæva Dux, rexit annos 2.
XLIV. Anno 1595. Matthæus Senarega Dux, rexit annos 2.
XLV. Anno 1597. Lazarus Grimald Cæva Dux, rexit annos 2.
XLVI. Anno 1599 Laurentius Sauli Dux, rexit annos 2.
XLVII. Anno 1601. Augustinus Doria Dux, rexit annos 2.
XLVIII. Anno 1603. Petrus Franco Dux, rexit annos 2.
XLIX. Anno 1605. Lucas Grimaldi Dux rexit annos 2.
L. Anno 1607. Silvester Invernia Dux, rexit annos 2.
LI. Anno 1609. Hieronymus Assereto Dux, rexit annos 2.
LII. Anno 1611. Augustinus Pinellius Dux, rexit annos 2.
LIII. 1613. Alexander Justinianus Dux, rexit annos 2.
LIV. Anno 1615. Thomas Spinola Dux, rexit annos 2.
LV. Anno 1617. Bernardus Clavarezza Dux, rexit annos 2.
LVI. Anno 1619. Joannes Jacobus Imperiali Dux. rexit annos 2.
LVII Anno 1621. Petrus Durazzius Dux.
LVIII. Anno 1621. Ambrosius Doria Dux, qui obiit durante dignitate.
LIX. Anno 1621. Gregorius Centurio Dux, rexit annos 2.
LX. Anno 1623. Fridericus Franco Dux, rexit annos 2.
LXI. Anno 1625. Jacobus Lomellinus Dux rexit annos 2.
LXII. Anno 1627. Joannes Luca Cla-

varo

caro Dux, rexit annos 2.
LXIII. Anno 1629. Andreas Spinola Dux, rexit annos 2.
LXIV. Anno 1631. Leonardus Turriani Dux, rexit annos 2.
LXV. Anno 1633. Stephanus Doria Dux, rexit annos 2.
LXVI. Anno 1635. Ioannes Franciscus Brignolo Dux, rexit annos 2.
LXVII. Anno 1637. Antonius Palavicini Dux, rexit annos 2.
LXVIII. Anno 1639. Ioannes Baptista Durazzo Dux, rexit annos 2.
LXIX. Anno 1541. Augustinus Marini Dux, obiit anno 1641. rexit annum 1.
LXX. Anno 1642. Ioannes Baptista Lercarius Dux, rexit annos 2.
LXXI. Anno 1644. Lucas Justinianus Dux rexit annos 2.
LXXII. Anno 1646. Ioannes Baptista Lomellini Dux, rexit annos 2.
LXXIII. Anno 1648. Iacobus Franco Dux, rexit annos 2.
LXXIV. Anno 1650. Augustinus Centurio Dux, rexit annos 2.
LXXV. Anno 1652. Hieronymus Franco Dux, rexit annos 2.
LXXVI. Anno 1654. Alexander Spinola Dux, rexit annos 2.
LXXVII. Anno 1656. Julius Saulus Dux, rexit annos 2.
LXXVIII. Anno 1658. Ioannes Baptista Centurio Dux, rexit annos 2.
LXXIX. Anno 1660. Ioannes Bernardus Frugo Dux, obiit post Menses quinque.
LXXX. Anno 1661. Antonius Invernia Dux, rexit annos 2.
LXXXI. Anno 1663. Stephanus Marius Dux, rexit annos 2.
LXXXII. Anno 1665. Cæsar Durazzo Dux, rexit annos 2.
LXXXIII. Anno 1667. Cæsar Gentilis Dux rexit annos 2.
LXXXIV. Anno 1669. Franciscus Garbarino Dux, rexit annos 2.
LXXXV. Anno 1671. Alexander Grimaldi Dux, rexit annos 2.
LXXXVI. Anno 1673. Augustinus Saluzo Dux, rexit annos 2.
LXXXVII. Anno 1675. Antonius Passano Dux, rexit annos 2.
LXXXVIII. Anno 1677. Ioannes Antonius Odone Dux, rexit annos 2.
LXXXIX. Anno 1679. Antonius Spinola Dux, rexit annos 2.
XC. Anno 1681. Lucas Maria Inurea Dux, rexit annos. 2
XCI. Anno 1683. Franciscus Maria Imperialis Dux, rexit annos 2.
XCII. Anno 1685. Petrus Durazzus Dux, rexit annos 2.
XCIII. Anno 1687. Lucas Spinola Dux, rexit annos 2.
XCIV. Anno 1689. Ubertus Terre Dux, rexit annos 2.

Cæterum Historia superius relata de fundatione hujus Ordinis facta Janue 22. per Fridericum III. impugnatur ab aliis Scriptoribus, asserentibus d. Fridericum vere non constituisse in Civitate Januæ nouum Ordinem Sancti Georgii distinctum ab illo, quem in Carinthia fundaverat, sed solummodo in suo ab Urbe regressu, dum in Civitate Januæ morabatur, nonnullos Nobiles Patricios Januenses præ. dicti Ordinis Sancti Georgii Equites creavisse, atque hinc sumpsisse Scriptores motivum asserendi, Institutionem novi Ordinis Sancti Georgii ab eodem Friderico fuisse confectam, de qua nullum aliud producitur Documentum, nisi ipsa Equitum creatio Januæ peracta, & sic aeream esse, atque idealem creationem hujus Ordinis Sancti Georgii in Civitate Januensi per Fridericum III. factam, quemadmodum ponderat *Collector Gallus tom. 4. Historia Ordinum Monasticorum, Religiosorum, & Militarium &c. Gallice scripta, & in nostram Italicam linguam translata per Patrem Josephum Franciscum Fontana Medio*-

lanensem

lanensem Congregationis Matris Dei tom. 4. cap. 11 pag. 76. juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1738. ubi proinde inquit, quod cum ab Auctoribus non allegentur probationes concludentes, quod Imperator hunc Ordinem Januæ instituerit, de facili ipse, hunc Ordinem inter mere ideales collocat.

DISCURSUS CVI.

SANCTI GEORGII IN OPPIDO NIVELLE IN BRABANTIA

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

Anno nostræ reparatæ salutis 640. Nobilissima Fœmina Itta, seu Iduberga, post mortem Mariti sui Pipini de Landen Brabantis Principis, ac Ministri Regis Austratię, cum in ætate quadraginta octo annorum esset, se Deo sacravit, ac Velum e manibus Sancti Amandi Episcopi Trajecti superioris, vulgo *Mastrich*, suscepit. Ejusdem Ittæ filii erant Grimaldus, qui Patri suo successit, Begga nupta Ansigildo filio Sancti Arnoldi, ac Gertrudes puella in ætate quatuordecim annorum. Timens autem eadem Itta Mater, ne Puella Mundi illecebris se irretiret, eidem capillos in forma Coronæ totondit, ut postmodum Sacrum Velamen acciperet: de hac Tonsura summopere gloriabatur Itta Jesu Christi amore. Prçlaudatus autem Sanctus Episcopus Amandus dictæ Ittę suasit, ut Monasterium ędificaret, in quo se ipsam reciperet.

Nivelle Oppidum est in Ditione Brabantis, in Diœcesi Episcopatus, vulgo *Namur*, prope Bruxelles. Locum hunc ad construendum Monasterii ædificium agnoscens Itta, in eo construere fecit a fundamentis Monasterium, in quo ipsa cum filia ejus Gertrude intravit, eidemque Monasterio prçfuit ipsa Gertrudes Abbatissa anno 647. in ætate annorum viginti unum, ejusdemque Mater, hoc est dicta Itta, postquam subiecta fuerat filiæ Gertrudi, obiit anno 652. Gertrudes vero tribus annis ante mortem, Abbatissæ Dignitatem renunciavit, & mortua est anno 659. de mense Martii.

Capitulum vero Nivelle quadragintaduabus Canonicissis componitur, & ante ingressum, sanguinis Nobilitatem per quatuor Gradus tam ex linea paterna, quam materna probare tenentur, earumque receptio ea die, qua succedit, magna pompa, & magnificentia peragitur; & declarantur Equitissæ Sancti Georgii: Missæ etiam Sacrificium celebratur, & Candidatę Pulvinar ex serico villoso præbetur, super quo flexis genibus totam audiunt Missam. Dum Sacrum Evangelium recitatur, nudatum Ensem manibus tenent, completaque Missa, Vir Nobilis, dato eisdem amplexu, ter in Scapulis Ense verberat, & hoc modo easdem creat Equitissas Sancti Georgii, & ut dictione latina masculа etiam quoad Fœminas utamur, illas Equites creat Sancti Georgii, juxta ea, quæ respectu nominationis earundem Fœminarum cum Titulo Equitissæ, & Equitis Militissę, & Militis cumulavimus in nostro Discursu decimo à n. 12. cum seqq. ac per totum n. 70., ubi nominantur istæ Equitissæ Cano-

Canonissæ de Niville, de quibus agit ibidem laudatus *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques Disser. 11. lib. 1. art. 5. §. 4. pag. 288. juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart anno 1718. Historia Ordin. Monasticorum &c., & Militarium Gallice scripta, & in Italicam linguam translata à Patre Josepho Francisco Fontana Mediolanensi Congr. Matris Dei tom 6. pag. 454. juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini anno* 1738.

Canonissarum Habitus Vestis est alba, quę à parte anteriori lineas tenet nigras villosi serici, Manicas amplissimas habet ex tela, quæ sub cinctura descendit ad medietatem pedis, ad instar, ut dicitur, di *Cotta* desuper Vestem nigram subsutam pelle Muris Punici, interiorem Vestem, ut nos dicimus *Sottana* circum ornatam pelle Mustellæ, seu Sciuri, vulgo *Scojattolo*: collum circundant ornamento crispato, quod dicimus *Lattuca*, ac tandem caput Velo albo serico tegunt.

Abbatissa Domina est tam in Spiritualibus, quam in Temporalibus, dicti Oppidi Nivellis.

In memorato Canonissarum Capitulo adsunt etiam Canonici.

DISCURSUS CVII.

SANCTI GEORGII RAVENNÆ

ARGUMENTUM

Et Summarium habentur ex Discursu.

In Apostolico Solio sedens Paulus III. Summus Pontifex, animo Supremo Principe digno perpendens, quam necessaria esset Adriatici Maris, qua late se extendit temporalis Ecclesiastica Ditio, & præcipue Marchiæ Anconitanæ, ac Sacræ Lauretanę Domus tuitio, adversus Piratarum incursiones, novam Equestrem Militiam erexit: individuum fundationis annum non exprimunt, ut inquit *Abbas Bernardus Justinianus Istorie Cronologiche dell' origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap 35. in §. Cavalieri di San Giorgio di Ravenna pag. 556. juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Noù 692. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie Ancienne, & Moderne lib. 1. Dissertat. 10. art. 4. pag 237., & in Tabulis Alphabeticis &c. pag. 513. Dominus Joannes Fridericus Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilę Albæ in Polonia, in suo Corollario omnes Ordines in Christianitate existentes continente, in Verbo Sancti Georgii Equites pag. 282. impress. in calce Tractatus ejusdem Auctoris*, cui Titulus - *Adnotationes Historica de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilę Albæ in Regno Poloniæ impress. Coloniæ Typis Adami Cholini anno* 1730. *Historia Ordinum Monasticorum, Religiosorum, & Militarium Gallice scripta, & in Italicam linguam translata à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanensi Congregationis Matris Dei tom. 4. cap. 11. pag. 75. juxta impressionem Luca Typis Ioseph Salani, & Vincentii Giuntini* 1738.

Unde desumendum est tempus Institutionis à tempore, quo idem Summus Pontifex Pontificiam Cathedram ascendit, hoc est ab anno 1434., & à tempore, quo obiit, scilicet anno 1549., & intra dictum tempus considerari

DISCURSUS CVIII.

SANCTI GEORGII ROMÆ

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

ALlexandrum VI. Pontificem Maximum instituisse Ordinem Militarem in Urbe sub invocatione Sancti Georgii Martyris, testantur Historici, & tradit *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. quæst. 2. §. 26. n. 45.* cœterique omnes inferius allegandi, ut *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita*, de quo infra.

Sed de isto Ordine adeo pauca Scripturarum Monumenta supersunt, ut major Auctorum pars neque explicet, de quo tempore idem Pontifex illum instituerit, quemadmodum notat *Abbas Justinianus Istorie Cronologiche dell' origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap. 35. §. Cavalieri di S. Giorgio pag. 554.*

Fuisse tamen institutum anno 1492. notat post *Menennium*, *Tamburinum de Jure Abbatum Disput. 24. Schoonebeck. Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n. 42. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 4. §. 85. pag. 112. juxta impress. Petri Brunel Amstelodami 1721. Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica, sive Ius Canonicum tom. 2. Litt. S. de Summa Trinitat., & Fide Catholica in §. Notitia, & Series Ordin. Equestr. n. 40. pag. 738. juxta impress. Salisburgensem Typis Ioannis Iosephi Mayr anno 1729. Dominus Ioannes Fridericus S.R.I. Comes in Koden Sapieha Castellanus Trocensis Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in suo Corollario, celebriores in Christianitate Ordines continente, in verbo Sancti Georgii Romæ pag. 281. impress. in calce Tractatus ejusdem Auctoris, cui Titulus Adnotationes Historicæ de Origine &c. in Regno Poloniæ, Ordinis Equitum Aquilæ Albæ impress. Coloniæ Typis Adami Cholini anno 1730.*

Juxta quos Auctores, dicendum est, quod Summus Pontifex Ordinem instituerit primo sui Pontificatus anno, imo primis mensibus: Alexander enim VI. creatus fuit Pontifex die undecima Augusti 1492., ut videre est in Tabulis Chronologicis apud *Patrem Graveson Histor. Eccles. tom. 8. pag. 49. juxta impressionem Romæ Typis Tinassi anno 1721.*

Fundationem sub anno 1498. ponit *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie Ancienne & Moderne impress. Parisiis Typis Petri Francisci Giffart anno 1718. Libr. 1. Dissert. 7. Art. 2. pag. 139., & in Tabulis Alphabeticis pag. 513. de quo d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 112.*

Hoc certum, quod cum Alexander VI. ut diximus, fuerit electus Pontifex die undecima Augusti anno 1492., & obierit anno 1503. intra hunc undecim annorum circulum confecta fuit hujus Ordinis fundatio, ut ratiocinatur *d. Justinianus d. pag. 554.* Unde patens redditur, & ad evidentiam insubsistens id, quod scribit *Joseph Micheli in suo Thesauro Militari*, ubi inquit, quod Alexander VI. hunc fundavit Ordinem ad imitationem illius, quem sub titulo Sanctorum Petri, & Pauli anno 1520. instituerat Leo X.; nemo enim

enim non videt impossibile esse, quod Alexander VI. exemplar sumere potuerit à Leone X. qui decem annorum cursu elapso, post mortem Alexandri in Pontificem electus fuit, ut bene advertit *d. Justinianus d. pag.* 555.

In Tesseram Ordinis statuit Summus Pontifex aureum Numisma, in quo sculpta aderat effigies Sancti Georgii Equo insidentis, Draconem terra stratum lancea transfigentis, quod Numisma aureæ catenæ appensum erat: *Justinianus d. pag.* 555. *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 112., & in explicatione omnium insignium pag. 415. n. 37. Forma autem hujus Numismatis cælata habetur apud *d. Justinianum pag.* 554. *Bonannum d. n* 43., & in generali collectione omnium Stemmatum *pag.* 150. *sub n.* 37. *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 112. & in explicatione omnium Insignium *pag.* 415. *n.* 37. Sicut & forma Equitis cum dicto Numismate e collo pendente, videri potest penes eundem *Bonannum d. n.* 42. *Collectorem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 112.

Proinde non subsistit descriptio Tesseræ hujus Ordinis, eo modo quo exponit *Elias Ashmole* Anglus, qui dicit fuisse Crucem planam auream in medio circuli gemmis ornati, & à quo octo exeunt frondes triplicatę, quibus veluti flos exprimebatur: cui *Eliæ* adstipulantur *Lucemburgus* in suo Volumine, cui Titulus - *De Armorum Militarium Mysteriis*, & *Favinus* lib. 8. in suo *Theatro Honoris*, & novissime idem sentit antedictus *Comes in Koden Sapieha d. pag.* 282. Prędictos enim, & *Eliam* ut supra, nominatim reiicit *dictus Justinianus pag.* 554., ubi inquit, magis tutam esse assertionem, quod Numisma Ordinis esset Imago Sancti Georgii, ut præmisimus, idemque repetit, eosdem improbando, *d. Bonannus n.* 42.

Fundavit dictus Summus Pontifex Militarem hunc Ordinem ad Fidei Catholicæ defensionem, maxime contra Infideles, Religionis ad cultum, & morum probitatem: *d. Justinianus d. pag.* 555. *Bonannus d. n.* 42. *d. Collector Gallus tom.* 4. §. 85. *pag.* 112. cum aliis supra allegatis.

Ordinem hunc Equestrem fuisse à Paulo III. confirmatum, atque amplissimis Privilegiis decoratum, ex *Ciacconio* in Vita ejusdem Pontificis, refert idem *Bonannus d. n.* 42. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis*, ubi supra.

Non multum temporis perduravit militaris hic Ordo, sed penitus interiit, ut testantur *dicti Justinianus*, *Collector Gallus*, *Bonannus*, & *Comes in Koden Sapieha; d. P. Honoratus à Sancta Maria* locis superius allegatis.

Ex tot autem Scriptorum serie de fundatione hujus Ordinis Romæ per Alexandrum VI. peracta testantium, tollitur id, quòd asseritur in *Historia Ordinum Monasticorum, Religiosorum*, & *Militarium tom.* 4. *cap.* 11. *e Gallica lingua in Italicam nostram translata à Patre Joseph Francisco Fontana Congregationis Matris Dei pag.* 75. *juxta impressionem Lucæ Typis Josephi Salani*, & *Vincentii Giuntini anno* 1738. ubi sic habet -- *Ma questo Papa* (*idest Alexander VI.*) *è certo che non instituì alcun Ordine Militare, e quello, che da questi Storici viene a lui attribuito, è la Confraternita, o Società dell' Imperatore Massimiliano unita all' Ordine di San Giorgio nella Carintia, la quale fu confermata da Alessandro VI. nell'* 1494. *Et pag.* 76. ubi dicit, hunc Ordinem Romanum esse idealem. Sed videan-

videantur quæ diximus supra in *Discursu* 102. *S. Georgii in Austria, Carinthia, & in Germania* §. *Hinc notandum n.* 19.

Cæterum quousque perduravit Ordo, Magni illius Magistri fuerunt Summi Pontifices, & si modo vigeret, ipsi Summi Pontifices idem magnum Magisterium tenerent, Catalogum proinde magnorum Magistrorum, incipiendo ab Alexandro VI. illius Fundatore, usque ad sa. me. Clementem Undecimum, exponit *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *à pag.* 113., *usque ad* 116. Nos autem cum in calce nostri Discursus super Equestrem Ordinem JESU CHRISTI Pontificium, integrum Catalogum Summorum Pontificum, qui Equestres Militares Ordines instituerunt, exponamus, & sic etiam referamus Alexandrum VI., ad eundem Catalogum remissive Nos habemus, ne pluries eadem transcribamus.

DISCURSUS CIX.

SANCTI GEREONIS

ARGUMENTUM

Referuntur variæ Opiniones circa fundationem, & Fundatorem hujus Ordinis, & cætera habentur ex Summario.

SUMMARIUM.

1. *Sanctus Gereon Coloniæ fuit martyrio coronatus.*
2. *Origo hujus Ordinis præcisa ignoratur.*
3. *Institutum fuisse ab Imperatore Barbarossa anno* 1190. *ajunt tempore Bellicæ Expeditionis pro recuperanda Terra Sancta anno* 1190.
4. *Alii a Friderico Secundo anno* 1128. *aut* 1129.
5. *Alii à Sancto Stephano Hungariæ Rege, & sunt Equites illi, qui italice dicebantur Porta Croce* & n. 6.
7. *Tessera erat Crux Patriarchalis argentea super tres virides colliculos.*
8. *Aiunt alii fuisse rubeam super Veste alba.*
9. *Alii dicunt, quod Crux esset nigra, vesti candida imposita: quod fuerit Crux plana nigra super Habitu albo*, & n. 10.
   Ad hunc Ordinem soli Germaniæ Nobiles admittebantur.
11. *Figuram Crucis quis referat.*
12. *Figura Equitis apud quos habeatur.*
13. *Magnum Magisterium Ordinis spectaret, si Ordo duraret, ad Domum Austriacam.*

DISCURSUS CIX.

SANCTI GEREONIS

Plures inter Equestres Militares Ordines, sub sacro Sanctissimæ Crucis Vexillo, sive alicujus S. retroactis seculis in Syria florentes, non ultimum locum tenet Equester Militaris Ordo gloriosissimi Christi Domini Martiris Sancti Gereonis, qui Coloniæ cum tiris 1. trecentis octodecim Commilitonibus Martyrii Corona redimitus, in Cœlum triumphans ascendit, sicuti refert Vir Nobilis, & eruditus *Dominus Joannes S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in suo Corollario omnium Ordinum in calce Tractatus ejusdem Auctoris impress. Coloniæ Typis Adami Cholini anno* 1730. *in verbo Sancti Gereonis pag.* 283.

Claram, specificamque hujus Ordinis fundationem, & Originem, ac tempus, nullus Auctor describit quemadmodum

modum notantur à *Patre Honorato à Sancta Maria Carmelita Excalceato Differtations Hiſtoriques*, *& Critiques ſur la Chevalerie in Tabula Alphabetica*, *& Chronologica* 513. *juxta impreſs. Pariſienſem Typis Petri Franciſci Giffart anno* 1718. ubi dicitur, quod eſt in Hungaria: & in Hi-
2. ſtoria Gallice ſcripta, & in italicum Idioma translata per *Patrem Joſeph Franciſcum Fontana Congregationis Matris Dei Tom.* 1. *cap.* 39. *pag.* 292. *juxta impreſſionem Lucenſem Typis Ioſephi Salani*, *& Vincentii Giuntini* 1737.

Triplex proinde quoad hujus Ordinis inſtitutionem apud Scriptores circumfertur opinio. Primo hunc Ordinem inſtitutum fuiſſe a Frederico Barbaroſſa Imperatore occaſione celebris Militaris illius Expeditionis,
3. quam Terra Marique, pro Terrę Sanctæ recuperatione perrexit anno 1190. inquit *Abb. Bernardus Juſtinianus in Volumine .. Hiſtorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari &c. Parte Seconda cap.* 33. *pag.* 534. *juxta impreſſionem Venetam Typis Combi*, *& la Noù* 1692. *Collector Gallus Hiſtoire des Ordres Militaires &c. Tom.* 3. §. 38. *pag.* 196. *juxta impreſſionem Amſtelodami Typis Petri Brunel. Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 43. *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 283. *d. P. Fontana tom.* 1. *pag.* 294.

Secundo ſcribunt illum inſtituiſſe Fridericum Secundum, ejuſdem Friderici Barbaroſſæ Nepotem ex conſimi-
4. li expeditione Bellica, & ſic anno 1228. vel 1229. circiter, ut proſequuntur pręallegati *Juſtinianus d. pag.* 535. *Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 283. *Bonannus*, *& Comes in Koden Sapieha* ubi ſupra: *d. Pater Fontana d. tom.* 1. *pag.* 293.

Autumant Tertio alii, inſtitutum fuiſſe à
5. Sancto Stephano Primo Hungariæ Rege in memoriam Pontificiæ illius conceſſionis à Summo Pontifice Silveſtro Secundo anno 1000. factæ ſibi, ſcilicet præferendæ Crucis, ad tradita per *Collectorem Gallum Hiſtoire des Ordres Militaires &c. tom.* 3. §. 38. *pag.* 196. *juxta impreſſ. Amſtelodami Typis Petri Brunel anno* 1721. *d. Fontanam pag.* 294., ubi ſubdit, valde probabile eſſe, hos Equites Sancti Gereonis eſſe eoſdem, ac Equites Hungariæ, qui teſte *Patre Melchiore Inchoffer Societatis Jeſu in Annalibus Eccleſiaſticis dicti Hungariæ Regni*, vocabantur Gerentes Crucem, italice, *Porta Croce*, veluti habentes pro Teſſera Crucem Patriarchalem, ſimilem Cruci in Stemmate Regni.

Franciſcus Menennius Delitiæ Equeſtr.
6. *Ordin.* teſtatur *Hevel*, qui fuit celebris Regionum Peragrator, hæc verba ſcripta reliquiſſe - *Se vidiſſe in Palæſtina Milites Sancti Gereonis Sacros Cruce Patriarchali* (qualis fere eſt antiqua illa in inſignibus Hungariæ) *triplici colliculo viridi impoſito ſplen. deſcentes*; de quo *d. Collector Gallus d.* §. 38. *pag.* 195. *d. Pater Fontana d. pag.* 293.

Teſſera itaque Ordinis erat Crux Patriarchalis argentea, ut eſt Stemma Re-
7. gni Hungariæ, ſuper tres virides colliculos in campo rubeo, ut ſcribunt *d. Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 196. *d. Pater Fontana d. pag.* 293. *& ſeq.*

Illam autem fuiſſe rubeam Crucem ſu-
8. per Veſte alba cum *Elia Ashmole* habetur apud *Patrem Philippum Bonanni d. n.* 37.

Imo, quod Crux eſſet nigra ſuper tres Montes virides veſti candidę impoſita,
9. ſubiungit ex eodem *Ashmole d. Collector*

lector Gallus d. pag. 26. d. Comes in Koden Sapieba d. pag. 283. d. Fontana d. pag. 294.

Quod fuerit Crux plana nigra super Habitu albo, dixit laudatus *Pater Horatus à S. Maria Carmelita Excalceatus in Explicatione Tesserarum sub n. 80. pag. 471.*, ubi refert figuram dictæ Crucis.

Allegatus *Comes in Koden Sapieba d.* 10. *pag.* 283. subdit, quod insigne hujus Ordinis erat Crux nigra Vesti candidæ imposita, & quod solis Germaniæ Nobilibus ad hunc Ordinem patebat accessus, & tandem, quod interiit.

Figuram Crucis tradit *Pater Bonannus* 11. *d. n. 47., & in Generali Descriptione omnium Tesserarum n. 42.*

Figura Equitis cum dicta Cruce vide- 12. ri potest apud *d. Collectorem Gallum d. tom. 3. pag. 195. Patrem Philippum Bonanni d. n. 47.*

Si autem procedatur cum superius relata 13. narratione asserente Ordinem hunc fuisse institutum à Divo Stephano Hungariæ Rege; quatenus idem Ordo durarет, magnum Magisterium ad Augustam Domum Austriacam spectare deberet, sicuti spectat ipsum Hungariæ Regnum; & magnorum Magistrorum series enumeranda esset, ut numeratur in alio Militari Ordine Draconis Inversi, ut in calce ejusdem adduximus.

DISCURSUS CX.

GINETÆ SEU MUSTELLÆ ITALICE SCOJATTOLO

ARGUMENTUM.

Agitur de Ordine Ginetę, seù Mustellæ, Italice Scojattolo, in Gallia omnium antiquissimo: ostenditur illum institutum fuisse a Carolo Martello occasione celeberrimæ Victoriæ in loco de Tour relatæ de Abderamo Saracenorum Principe. Explicatur Vocabulum *Ginetę*. Describitur ejus Tessera. Refertur a Scriptoribus hunc Ordinem censeri unum ex Ordinibus fictitiis apochriphis, & chimericis, & potius fuisse simplicis Equestris Gradus collationem tunc temporis factam a Carolo Martello particularibus Militibus.

Summario non indiget

DISCURSUS CX.

GINETÆ SEU MUSTELLÆ ITALICE SCOJATTOLO

TOt inter Equestres Ordines, qui successivis Seculis in Gallia floruere, omnium primum ibidem fundatorum, fuisse Ordinem nuncupatum de *Gennet* anno 738., notat *Elias Ashmole in Tractat. Ordinis Periscelidis: Andreas Favinus in Tractat. Honoris: Alexander Ross* in suo Volumine *Les Religions du Monde &c. in Gallicam linguam translato per Thomam la Grue Onziesme Division pag. 255. juxta impression. Amsteiodami Typis Joannis Schipper MDCLXVI. Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' origine degli Ordini Militari &c. Parte Prima cap. 13. §. Quest' Autore – juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Noù 1692. Ludovicus Moreri in magno Dictionario Historico litt. G.* verbo *Genette*.

Ordinem hunc referunt Scribentes institutum dicto anno 738 fuisse à Carolo Martello, celeberrimo videlicet, Prin.

Principe illo Regio Franciæ sanguine creto, quique ob Childerici III. minorilem ætatem, ac abdicationem, licet Regio Diademate coronatum caput non gesserit, Regni tamen Imperium gloriose exercuit, Regali dignus Corona, dignusque Pater Pipini Regis, ut videre est apud *Patrem Ignatium Hyacinthum Amat de Graveson in Historia Ecclesiast. tom. 9. continente continuationem Tabularum Chronologicarum in Tabula 8. pag. 129. cum seq. juxta impress. Romæ Typis Ludovici Tinassi, & Hieronymi Mainardi:* unde non immerito in Sepulchrali Lapide eidem Carolo Regis Titulus tribuitur, mediante inscriptione *Carolus Martellus Rex* ut notat *d. Justinianus d. cap. 13. sub §. Poca memoria, vers. Così di Principe.*

Cum enim longe retroactis Seculis, major feliciorque Hispaniarum pars, diro Saracenorum opprimeretur Jugo, nonnullæ quoque Galliarum Regni Regiones, Tolosæ nempe, Aquitaniæ, ac Provinciæ Tirannidem patiebantur: hinc ad eosdem Saracenos debellandos, sicut in Hispaniis, plures successivis temporibus Militares Equestres Ordines, ac Religiones institutæ fuerunt, quarum series in præsenti Volumine videri potest in Nostris *Discursibus*; ita etiam in Galliis, cum prodiisset celeberrimus ille Heros Carolus Martellus, cujus pietatem, & Religionis zelum, martialemque in Bello præstantiam, monumenta collaudant plurima, hic optime gnarus Equestres Cœtus, maximum Regnorum decus, & fortissimum Militiæ robur continere, in Gallia primus Ordinem Equestrem excitavit, & Romanorum sequens mores, apud quos floruit tantopere Equester Ordo, Equitibus enim aureos Anulos ferendi jus erat, aliisque prærogativis decorabantur, ut notavimus *in Discursu 2. n. 85. tom. 1.* ipse quoque Carolus Martellus Anulis aureis strenuiores Milites cœpit insignire, quorum ope, pluribus Terra, Marique initis certaminibus, plures quoque & Mari, & Terris Victorias de Saracenis reportavit, de quibus meminit *Abbas Justinianus d. Parte Prima cap. 13. pag. 141., & seq. d. Collector Gallus d. tom 2. pag. 11.*

Potissime celeberrima de Abderano Saraceno Victoria illa fuit, quam Equites, sub Carolo Martello, retulerunt in loco *de Tour* de Abderano Saracenorum Principe, qua insignis Barbarorum strages edita est; scribunt siquidem Auctores, in illo certamine occisos fuisse tercentum octuaginta millia Hostes, ut in *Historia degli Ordini Monastici &c. e Militari Gallice scripta, & in italicam linguam translata per Patrem Ioseph Franciscum Fontanam Mediolanensem Congregationis Matris Dei tom. 8. cap. 70. pag. 491. juxta impressionem Lucensem Typis Iosephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739.*

Institutus itaque fuit a Carolo Martello Equester hic Ordo nuncupatus *Gineta*, Hispanice *Ardilla*, ut scribunt Auctores omnes superius allegati, & inferius allegandi, seque, illiusque successores magnum Magistrum statuit: *Collector Gallus des Ordres Militaires &c. tom. 2. Tit. 15.* Les Chevaliers De la Ginete, en France *pag. 10. cum seqq. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel anno 1721. Pater Andreas Mendo de Ord. Militar. Disq. 1. quæst. 5. §. 31. n. 84.*

Sed peculiaris Ordinis hujus Institutionis Annus diversimode assignatur; in Volumine quippe continente descriptionem omnium Ordinum Anno

1671.

1671. Parisiis impresso, institutum fuisse anno 726. asseritur, quem refert *d. Justinianus d. cap. 13. pag. 142. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Exculceatus Dissertations Historiques sur la Chevalerie lib. 1. Dissert. 7. Art. 3. pag. 143. juxta impressionem Parisiensem Typis Petri Giffart anno 1718. d. Collector Gallus d. tom. 2. pag. 11.*

Alii scribunt Carolum Martellum, illum instituisse anno 738., *ut Joseph de Micheli in Thesauro Militar. pag. 84. d. Pater Mendo d. Disq. 1. quæst. 2. §. 31. n. 84. Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in* Koden *Sapieha Eques Aquilę Alba in Polonia in Corollario celebriores in Christianitate Ordines, nunc, vel olim florentes succincte enumerans in Verbo* Genetę *pag. 275. juxta impress. Colonia Typis Adami Cholini anno* 1730.

Ordinis Tessera, ab ipso Carolo Martello Institutore Ordinis præscripta, fuit Torques aurea triplici giro ducta interiectis Rosis, & collo appensa, à qua Torque paruum ex quadrupedibus pendebat Animal, Gallice nuncupatum *Genette* nigri coloris, rubeis maculis conspersum, quod Animal existebat in campo floribus consperso, & à quo titulum nomenque sumpsit Ordo, juxta ea, quæ scribunt *Mendo, Justinianus, Alexander Ross* aliique *superius allegati*: *d. Comes in* Koden *Sapieha*, ubi quod Collare, quod gestabat Animal, Liliis aureis permixtum erat.

Quibus vero ex causis Carolus Martellus Ordinem hunc instituerit, & nuncupaverit *Gineta*, diversimode narrant Scriptores.

Sunt qui dicunt, d. nomen di *Ginette* inditum esse, & desumptum à Joanna dicti Caroli Uxore, communiter *Gianette* dicta. Sed hoc non subsistere; quia Carolo Uxores nonnisi duæ fuere; altera Ruitrudis, seu Gertrudis; altera Suachildis dicta; de Joanna apud Historicos altum silentium, imo eo Seculo vix nomen Joannæ in Domo Regia, aut in aliis Familiis Francicis, prętertim principalioribus, inveniendum fore existimo: sic totidem verbis scribit *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 276.

Tenantur alii, Carolum Institutorem motiuum sumpsisse ad instituendum Ordinem, taliqne nuncupandum nomine *Ginette*, ex quo in celebri illo certamine contra Saracenorum Principem Abderanum habito in loco de Tour, de quo supra §. *Potissime*, inter Saracenorum exuvias plures inventę fuerunt ex Animalculis *Ginete* nuncupatis Pelles, odore fragrantes; imo nonnulla etiam Animalia viva odorem suavem spirantia, quæ ad eundem Carolum delata fuere: unde Carolus, ut perennis hujusmodi Victoriæ memoria apud Posteros etiam gloriose servaretur, Equestrem Ordinem sub eorum nomine instituit, & in Tesseram assignavit; ut prosequuntur Auctores jam allegati *Abb. Justinianus d. Comes in Koden Sapieha d. pag. 275. d. Collector Gallus d. tom. 2. pag. 10.*

Asseruntque, idem Animal fuisse à Carolo Martello in Tesseram præscriptum, ut Equites ejusdem vivacitatem ęmularentur in expellendis à Gallia Mauris, & Fide tuenda: *Petrus Bellojus Tholosanus in lib. de Ordinibus Equestribus cap.* 10. quem allegat, & sequitur *d. Mendo d. Disq. 1. quęst. 2. n. 84. Pater Philippus Bonanni in Cataloga Ordinum Equestrium n.* 48.

Porrò in explicanda specie dicti Animalis *Ginesta*, sive *Genethocati*, minime conveniunt Scribentes. *Nicolaus Lemery*

Lemery Gallum in suo Lexicon, *seu Tractatu Universal. simplicium Animalium vegetabilium*, *juxta versionem italicam litt.* G. *verbo* Genitta *pag.* 156. *Venetiis* 1721. *per Jo. Gabrielem Hertz*, ubi Scriptor hic loquitur - *Ginneta Latin. Genethocatus l'anth.ra minor Catus Hispaniæ. E Un Animale quadrupedo più piccolo d'una Volpe: tutta la sua pelle è ricoperta d'un pelo molle, e lanuginoso tempestato di macchie nere, o brune, d'un odore, che non è spiacevole. Abita ne i Luoghi acquatici in Ispagna: La sua pelle è assai bella, e stimatissima presso a i Pelliciai.*

Gineta vel affinis Mustellæ nominatur, & describitur à *d. Patre Bonanno d. n.* 48. *Comite Sapieha pag.* 275.

Figura itaque dictæ Tesseræ videri potest delineata apud *d. Abbatem Justinianum d. cap.* 13. *pag.* 141., *&* 144.

Sic etiam figuram armati Equitis e collo pendentem habentis eandem Tesseram, exhibet *Pater Philippus Bonanni in d. Catalogo n.* 38. *Collector Gallus d. tom.* 2. *pag.* 10.

Hic Ordo usque ad tempora Sancti Ludovici Noni perduravit, ut scribit *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 276. unde jam & iste Ordo interiit: *d. Pater Bonannus d. n.* 48.

Nullibi vero constat d. Ordinem à Loci Episcopo, juxta illorum temporum mores, fuisse, minusque a Sancta Sede Apostolica confirmatum, sicuti notant inferius allegandi.

Hæc sunt, quæ de isto Ordine scriptum reliquerunt Auctores. Ceterum talem Ordinem recensendum esse inter Apocriphos, & suppositítios, & chimericos, rationibus conatur ostendere *d. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires*: licet enim *in Tomo* 2. *pag.* 10. originem Stemmatis, & Fundatoris seriem exposuerit, idem tamen *Collector Gallus eodem tom.* 2. *sub pag.* 12. inquit, quod potius dici potest, quod fuerit simplex collatio Equestris Dignitatis, quam formalis institutio Equestris Ordinis. *Histoire des Ordres Militaires tom.* 4. apponit Dissertationem super Ordinibus Apocriphis, quos in d. Dissertatione enumerat, & sub *n.* 4. demonstrare satagit hunc Ordinem *Genette* esse suppotititium, chimericum, & apocriphum, ea sub animadversione, quod *Favinus* de isto agens, aerice loquatur, & ex veteribus Historicis nemo Ord. statuta referat, nec ullam de confirmatione, vel Episcopali, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ mentionem faciat; & proinde, ex quibus desumpserit ea quæ tradit *Hermanus*, prorsus ignoratur: d. vero *Collectoris Galli* Dissertatio habetur *in d. Tom.* 4. *Histoire des Ordres Militaires*, *sub n.* 4 *pag.* 351., *& seq & tradit la Storia delli Ordini Monastici*, *e Militari*, *e Gallico idiomate translata à dicto Patre Ioseph Francisco Fontana Mediolanense Congregationis Matris Dei tom.* 8. *cap.* 70. *pag.* 360.

Cœterum, si agatur in terminis veri Ordinis Equestris, magnus illius Magister erit Galliarum Rex, ut monet etiam *d. Justinianus pag.* 145. Chronologica series Christianissimorum Regum videri poterit in serie, quam exposuimus in calce nostri Discursus de Ordine Sacræ Ampullæ *Disc.* 19. *Tomo* 1. *à pag.* 366.

DIS-

DISCURSUS CXI.

HARPEDONIS ITALICE ARCOLAJO

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

OBiit de anno 1388. Carolus III. Neapolis Rex relicto Infante Ladislao ejus filio. Margharita dicti Ladislai Mater, & Vidua Caroli tentamenta noscens, & videns, quę Ludovicus II. Dux Andegavensis, ad arripiendum Regnum moliebatur, ut se, filiumque suum servaret adversus factiones in Regno serpentes, in Gaetæ Arcem secessit, una cum filio Ladislao, quem Summus Pontifex Urbanus VI. legitimum Neapolitani Regni Successorem declaraverat.

Interim, cum dictus Ludovicus Andegavensis in Neapolitana Urbe cum suis factionariis dominaretur, Margharita Regina non destitit maritima Classe Neapolim aggredi in ipso Neapolitano Portu ad illum recuperandum: at Neapolitani dicto Ludovico Andegavensi adhærentes, se opposuere, præcipue Nobiles Sedilis, ut vocant *Di Porta Nova*. Hinc ad roborandum dictorum Nobilium Procerum initum fœdus, & ut dignoscerentur ab omnibus, illud Societate publica quadam Tessera sancivere, hoc est constituendo Cœtum Nobilium confœderatorum, qui simbolum gerebant in sinistro latere Pallii rubri auro expressum. Simbolum autem erat Harpedone, scilicet Instrumentum illud, ex quo filum rotando glomeratur, italice *Arcolajo - Stromento rotondo, per lo più fatto di cannucçie rifesse, sul quale si mette la mattassa per dispannarla, e incannarla*, ut describitur in Vocabulario Etrusco della Crusca in Verbo *Arcolajo*: & apud Neapolitanos Scriptores dicitur *Argada*. *Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap. 62. pag. 704. Typis Combi, & la Noù Venetiis anno 1692.*

De hujusmodi Ordinis, seu Societatis institutione agit *dictus Justinianus d. pag. 704. Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr n. 49. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom. 3. §. 69. pag. 460. juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. Laurentius Vigilius de Nicollis Prax. Canonica Tit. de Summa Trinitate, & Fide Catholica sub §. Notitia, & series Ordinum Equestrium Militarium tom. 2. litt. S. num. 46. pag. 738. juxta impressionem Salisburgi Typis Joannis Josephi Mayr 1729 Comes Joannes in Koden Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Corollario omnium Ordinum in verbo dell' Arcata pag. 235., & seq. impress. in calce Tractatus ejusdem Auctoris*, cui Titulus - *Adnotationes Historicę de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Polonię impress. Coloniæ Typis Adami Cholini 1730. Historia Ordin. Monasticorum &c. & Militarium Gallice scripta, & in italicam linguam translata à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanense Congregationis Matris Dei tom. 8. cap. 38. pag. 292. juxta impress. Lucensem Typis Iosephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739.*

Huic Societati subinde plures alii Nobiles

biles aliorum Sedilium se aggregavere, teste *d. Justiniano d. pag.* 704.

Figura Harpedonis habetur apud *Justinianum d. pag.* 704. *Collectorem Gallum d. Historia tom.* 4. *pag.* 17. & in Explicatione omnium Tesserarum *sub n.* 44. *pag.* 417. *Bonannum in d. Catalogo Ordin. Equestr. n.* 49., *& in Generali Descriptione omnium Tesserarum sub n.* 44. *pag.* 151.

Figuram Equitis cum Pallio eodem Harpedone insignito, exhibet *Pater Bonannus d. n.* 49., *& Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 17.

Sane præfato Simbolo, & Harpedonis Tessera, juxta Auctorum scripta significare intellexerunt plura Associati, præcipue tamen, quod è manibus Ladislai, & Reginæ Matris Neapolitanum Regnum abstrahendum esset per Andegavenses, eo prorsus modo, quo paulatim ex Harpedone per girum fila educuntur, donec nudatum remaneat lignum; vel in Reginæ spretum, muliebris hæc Tessera distributa fuit ad designandum fœmineum Regni in Margarita Gubernium undique fragile esse, ac debile, ad instar ejusdem Harpedonis tenuissimis lignis, & arundinibus confecti, ut notat præallegatus *Justinianus d. pag.* 704. *Laurentius de Nicollis d. pag.* 738. *d. Pater Fontana* ubi supra.

Lapsis demum rebus Ludovici Andegavensis, cecidit etiam hic Ordo, seu verius Societas: *d. Justinianus d. pag.* 704. cum aliis superius relatis.

Cumque eodem tempore, eademque occasione introducta fuerit in eadem Urbe alia Societas Nobilium gerens Tesseram *Leeng*, de ista Societate agemus in sua peculiari Sede de Ordine, *seu Cœtu Leeng*.

DISCURSUS CXII.

HOSPITALARIARUM FŒMINARUM HIERUSALEM

ARGUMENTO

Et Summario non indiget

Piissimum, & plane Christianissimum Hospitalitatis Munus, quod tantopere inculcat Scriptura, omni sane tempore in Catholica præfulsit Ecclesia, tum apud Fœminas, tum quoad Masculos, etiam Nobili loco natas, & natos: unde habemus, quod in ipsa Ordinum Equestrium Nomenclatura eodem tempore viguerint, quo Equestres Ordines floruere, ac de dictis Hospitalariis Equestribus Ordinibus in primo Nostro Tomo, & in præsenti Secundo specifice egimus, & agemus sub suis Titulis: unde, ne hìc pluries eadem repetamus, modo solum sub nuncupatione Ordinis Hospitalarii, de Ordine tractabimus, qui in sui creatione contemporanee creatus fuit cum antiquissimo Hospitalario Equestri, & Militari Ordine Sancti Joannis Hierosolymitani.

Anno 1099., quo tempore gloriosissimus Heros Gottifredus Bullioneus prævalido Exercitu Sanctam Hierosolymam Urbem expugnavit, & de Barbaris triumphum retulit, florebat in ea Vir virtutibus clarus Beatus Gerardus, qui optime regebat, & gubernabat Hospitale quoddam erectum sub Titulo Sancti Joannis Baptistæ pro servitio Peregrinorum ibi Loca Sacra visitantium. Idem Beatus Gerardus omnium virtutum genere redimitus,

una

una cum Sociis suis antedictum Hospitale in veram Religionem Regularem Hospitalariam Equestrem, & Militarem converterit, cum Votorum substantialium emissione. Et de hoc Ordine S. Joannis Hierosolymitani fuse agemus in præsenti Volumine.

Eodem tempore Nobilis Matrona Romana nomine Agnes, quę erat Abbatissa Hospitalis Sanctæ Marię Magdalenæ cum aliis Religiosis mulieribus, mulieres peregrinas hospitio recipientes, illisque ministrantes, Regulare Institutum à Gerardo assumptum acceperunt, & solemniter professæ fuerunt, indutæ eodem habitu, & se observantiæ eorundem Votorum, & respective Regulæ pro Fœminis peregrinantibus, & Sacra Loca visitantibus se obligaverunt, & se obstrinxerunt eodem anno scilicet 1104. eodem sane anno, quo Masculi sub Gerardo se obligaverant, ad tradita in *Discursibus super Ordine S. Joannis Hierosolymitani in præsenti Tomo secundo positis*, & apud *Patrem Honoratum à Sancta Maria Carmelitam Excalceatum Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie &c. lib. 1. Dissert. 11. art. 5. §. 1. pag. 279. juxta impress. Parisien. Typis Petri Francisci Giffart 1718. Patrem Philippum Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. sub n. 43. 123. Laurentium Vigilium de Nicollis in sua Praxi Canonica tom. 2. lit. S. Notitia Equestr. Ordin. à pag. 748. juxta impress. Salisburgensem Typis Joannis Mayr 1729.*

Hinc detegitur insubsistens quod scriptum reliquit *Scoonebeck*, prælaudatam Nobilem Fœminam Agnetem Romæ fundavisse Monasterium Religiosarum Hospitalariarum, sub Titulo Sanctę Mariæ Magdalenæ anno 1080. siquidem, licet verum sit ab antiquissimo tempore fuisse in Urbe erectum Monasterium Virginum, quod adhuc durat, Hospitalariarum, curam habentium parandi necessaria illis, qui Peregrinationem Locorum Terrę Sanctæ aggredi intendunt, ac vestem coloris Leonini gerentium; non tamen sequitur, dictum Monasterium in Urbe constructum fuisse dicto anno 1080. Ut enim ostendimus veros Ordines Equestres, & Militares nonnisi post duodecimum Seculum inveniri, juxta ea quæ cumulavimus in nostro *Pr. Tomo Disc. nono à n. 5. cum seqq.* Ergo patens est, non potuisse in Urbe fundari dictum Monasterium anno 1080. ab Agnete Romana, quæ sub anno 1104., illud ut diximus, fundavit in Civitate Hierusalem, quęque proinde est, & dici debet prima Fundatrix etiam aliorum, ex quo ipsa Agnes prima amplexa est Institutum Beati Gerardi, qui est primarius Institutor omnium Domorum Hospitalariarum, quarum prima fuit prædicta in Civitate Hierusalem, juxta seriem quam exponit laudatus *Pater Honoratus à S. Maria* loco pręallegato.

Figura dictæ Nobilis Matronæ Hospitalariæ habetur apud *d. Bonannum n. 123.* ubi exponitur Mulier induta veste coloris fulvi, ut dicitur *Leonato* cum velo albo in capite cum Cruce alba plana, & oblonga ante pectus: subjungitur ibidem, quod ipsa humilitatis habitum consimilem illi Beati Gerardi, assumpserit circa annum 1080.; sed hoc est contrarium his, quæ præmisimus *in §. Hinc detegitur*.

Illustres Fœminæ Equitissæ, quæ prædictum Agnetis Romanæ habitum sequuntur, non solum in Pauperum subsidium exercebantur, sed insimul Precibus, & Oratione Dei implorabant auxilium pro Fide, ac Religio-

ne, ut dum Equites armata manu contra Saracenos certantes vincerent, & triumpharent. Tessera quoque harum Nobilium Fœminarum Crux erat alba octogona, ut est illa Equitum, ex causis recensendis in propriis Discursibus super Ordine Sancti Joannis Hierosolymitani, & prosequitur *d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 280.

Quousque in Palæstina moram traxerunt Equites Sancti Joannis, manserunt in ea etiam dictę Equitissæ; ignoratur autem, an rejectis ab ea Equitibus, istę Religiosæ Nobiles ad Insulam Cypri cum Equitibus se transtulerint. Hoc certum est, hunc Nobilium Fœminarum Cœtum transivisse ad Hispaniarum Regna, & successive etiam ad alia Regna, ut prosequitur *d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 279. *§.* 2. *à pag.* 281. *& §.* 3. *à pag.* 284.

Porro Nos hic Discursum non teximus de quolibet Monasterio hujusmodi Equitissarum, de quibus agit *Pater Bonannus in dicto suo Catalogo à n.* 135. *cum seqq.* Siquidem de illis loquimur distinctim in subsequentibus Discursibus separatim in sua Sede.

DISCURSUS CXIII.

HOSPITALARIORUM DE BURGOS

ARGUMENTUM

Continet simplicem Historiam Hospitalis & Officialium, ac declarationem Crucis Equestris.

Summarium idem ac Argumentum.

DISCURSUS CXIII.

HOSPITALARIORUM DE BURGOS

IN præcedenti Discursu egimus de Fœminis Hospitalariis in Hierusalem, & ostendimus hos Ordines Fœminarum Hospitalarios ad alia subinde transivisse Loca, & super illis in sua Sede ponuntur Discursus.

Hoc idem nunc dicimus de Ordinibus etiam Hospitalariis quoad Masculos, notamusque, quod omnes fere Equestres Militares Ordines antiquitus instituti fuere etiam sub Titulo, & munere Hospitalitatis, ut quoad Ordines S. Mauritii & Lazari; S. Ioannis Hierosolymitani; S. Mariæ Teuthonicorum, aliosque de quibus specialiter egimus in præsenti Opere in separatis Discursibus; unde hic modo solum subdimus, quod

Inter Hospitalarios etiam sub nuncupatione, & Tessera Equitum, nonnulli Scriptores, inter quos *Pater Philippus Bonanni*, enumerant Fratres Hospitalarios de Burgos, cujus Historiam alii sic describunt. Alphonsus VIII. Castellæ Rex post ædificatum celebre Monasterium Dominę nostræ *la Reale*, communiter vocatæ *Delas Huelgas de Burgos* pro Monialibus Ordinis Sancti Bernardi Cisterciensis, eodem loco anno 1212. Hospitale ædificare fecit pro commodo Peregrinantium ad visitandum Ecclesiam Divi Jacobi, & Sanctissimæ Virginis de *Guadalupe*; cumque idem Rex Alphonsus prefatum Monasterium *Delas Huelgas* magis conspicuum in votis haberet in cunctis Hispaniarum Regnis celebre efficere, mediantibus Privilegiis eidem indultis; hinc eidem Monasterio

d. Hos-

d. Hospitale submisit, ejusque Gubernium Abbatissæ ejusdem Monasterii; commisit & sane sub ea conditione, quod ipsa alienare, & distrahere, ac vendere nequaquam posset Bona ad hoc Hospitale spectantia, neque in augmentum sui Monasterii; convertere quin imo jussit, quod si Hospitalis reditus non essent in posterum sufficientes pro Peregrinis hospitandis, idem Monasterium *Delas Huelgas* quod superesset ad illorum sustentationem, applicaret pro Hospitali. At reditus Hospitalis temporis progressu mirabiliter adaucti sunt, ut terque quaterque Monasterii Reditus exsuperent, licet Monasterium prædictum sit inter Monasteria magis divitiis abundantia.

Ergo in prædicto Hospitali assignati fuerunt duodecim Fratres Conversi Ordinis Cisterciensis, ut peregrinorum curam servarent, prout sic continvarunt circa annum 1474. sub gubernio Abbatissæ *Delas Huelgas* nomine *Urraque de Orosco*; tunc enim antedicti Fratres Conversi Cisterciensium Habitum dimiserunt, ad exemplum Equitum Calatravensium, & habitus Seculares sumpserunt, super quibus Crucem hujus Ordinis apposuerunt, & in medio Crucis Turrem auream locaverunt.

Reclamantibus autem contra prefatos Calatravæ Equitibus, dicti Seculares Crucem deposuerunt, solumque Turrem auream deferebant per aliquod tempus, & sub Gubernio Evę de Mendoza, quæ a Summo Pontifice Julio II. facultatem obtinuit reassumendi Crucem Calatravæ cum Turre aurea in medio. Uerum anno 1516. suborto scrupulo super d. concessione Julii II. per mendacia impetrata, obtinuerunt à sa. me. Leone X. absolutionem à Censuris, & revalidationem Constitutionis Julii II.

At Episcopus Oximen. in Visitatione per eum habita Monasterii *Delas Huelgas* anno 1587. ægre ferens Hospitale prædictæ de Burgos, & illius Officiales deposuisse habitum Cisterciensem, & assumpsisse Habitus sericos more Secularium, ac Equitum, ab Hospitale ejecit, & illis assignavit diversa Monasteria ordinis S. Bernardi, & loco eorundem Viros magis Regulares substituit.

Verum & hæc Episcopi provisio brevi tempore cessavit, & iterum d. Fratres Hospitalarii, ut diximus ejecti ab Hospitali, ad idem Hospitale redierunt, & rursus Crucem Calatravensem cum Turre aurea in medio resumpserunt. Quilibet autem ex his Hospitalariis annuatim ab Hospitali recipit scuta centum pro manutentione propria; Præceptor autem, & alii Officiales nominantur ab Abbatissa *delas Huelgas*: Sed notandum, quod vigore Bullę Leonis X. antedictæ iidem Officiales sub Gubernio Abbatissæ Eleonoræ de Mendoza tentarunt ab obedientia Abbatissæ se subtrahere, unde ad electionem Præceptoris, & aliorum Officialium devenerunt.

Sed se opponente viriliter Abbatissa huic innovationi, obtinuit resolutionem, quod Præceptorum, atque Officialium deputatio, & electio ad Abbatissam spectaret.

Tandem subdimus, quod in eodem Hospitali locus aderat pro Fœminis, quę gubernantur ab aliis Fœminis.

Prędicta omnia videri possunt apud *Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom 4. §. Les Freres Hospitaliers de Burgos pag. 377. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721.

ex

ex quo in Latinum Idioma totam Historiam hanc è Gallica Lingua transtulimus.

Eadem Narratio *à Collectore Gallo* ad literam habetur apud *Patrem Heliot* in sua Historia omnium Ordinum &c. Gallice scripta, & in nostram italicam linguam translata *à Patre Ioseph Francisco Fontana Mediolanense Congregationis Matris Dei* sub eodem Titulo - *Storia degli Ordini Monastici, Religiosi, Militari tom. 6. cap. 9. de' Frati Spedalieri di Burgos à pag. 79. juxta impressionem Lucensem Typis Iosephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1738., ut enim pluries notavimus in presenti nostro Opere, *dicta Historia Gallice scripta* nomen Auctoris non habet; certum tamen est Auctorem esse *Patrem Heliot*, ut exponit Impressor in sua Epistola registrat. in dicta translatione *Patris Fontana tom. 1. pag.* 3. impress. ut supra, sed sub anno 1737.

Cœterum Figuram Hospitalarii de Burgos cum Habitu talari nigri coloris more Hispanorum, & cum d. Cruce & aurea Turre in medio, tradit *d. Collector Gallus n.* 377. quæ Tessera ante pectus geritur.

DISCURSUS CXIV.

SANCTI HUBERTI

ARGUMENTUM.

Adducuntur contentiones excitatæ super Successione Ducatus Juliacensis, & Geldriæ, & Transactiones habitę, & hinc institutio antiqua Ordinis Sancti Huberti: series Successorum in Ducatu prædicto, creatio octavi Electoris, & Restauratio, seù creatio Ordinis Equestris: Vitę Sancti Episcopi Huberti compendium, & datur particula verborum Struvii.

SUMMARIUM

Habetur ex Argumento.

DISCURSUS CXIV.

SANCTI HUBERTI

Ut integre Historica series fundationis, vel Instaurationis Ordidinis Sancti Huberti exponatur, altius rem exordimur. Cum anno 1423. ab hac Vita decesserit Rinaldus III. Juliacensis, & Geldrię Dux, eidem successit Adulphus II. Dux Pontium, qui anno 1425. à Sigismundo Romanorum Imperatore Investituram Ducatus Juliacensis, & Ducatus Geldriæ obtinuit.

Verum Arnoldus de Egemond Jus super hujusmodi Provincias habere prętendens, Geldriæ Ducatus possessionem cepit, Militibusque immissis, Juliacensem Statum invasit: quapropter pręlaudatus Adulphus ad concordiam devenit cum Arnoldo, eidemque cessit perpetuo Ducatum Geldriæ, ac insuper illi solvit summam decem millium Florenorum, Tregua inita per decem annos duratura.

Mortuo sine filiis Adulpho, eidem successit anno 1437. illius Nepos Gerardus V. Dux Juliacensis: rursus autem prenominatus Arnoldus de Egemond vetera prætensa jura super isto Ducatu anno 1444. Militum Exercitu, iterum Juliacensem Ducatum aggressus fuit: sed in certaminibus succubuit, & de illo celeberrimam retulit Victoriam Gerardus die festo gloriosissimi Sancti Huberti. Hac die, & anno in memoriam hujus Victorię instituisse Equestrem Ordinem Sancti Huberti referunt Scriptores *Schoonebek*, & *Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 51. sicut iisdem allegatis testatur *Historia Ordin. Monastic. &c. & Militarium Gallice scripta*, & *in italicam linguam translata à Patre Joseph*

Joseph Francisco Fontana Mediolanense Congregationis Matris Dei tom. 8. *cap.* 60. *pag.* 398. *juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. ubi notat quod *Albertus Mirans in Origin. Eqestr. Ordin.*, *& Abb. Iustinianus Istorie Cronologiche dell' origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap.* 75. *à pag.* 781. *juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Noù* 1692. *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom.* 4. §. 80. *a pag.* 77. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. Volumen cui Titulus - *Li Sovrani del Mondo tom.* 4. §. *L' Ordine di S. Uberto pag.* 286. *juxta impressionem Venetam Typis Sebastiani Coleti, & Ioan. Malachin* 1720. *Lauren. Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica tit.* 2. *litt. S. Notitia Equestr. Ordin. n.* 48. hujus Ordinis fundationem ponunt sub anno 1473., & 1477. subdit tamen, quod in dicto anno 1477. impossibile est fuisse Ordinem institutum, eo quia dictus Gerardus V. obiit anno 1475. sicque concludit magis probabile esse dictum Principem, qui Geldriæ Ducem debellaverat, instituisse Ordinem dicto anno 1444. die Sancti Huberti, aut sequenti die: *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 77. *Comes in Koden Sapieha in Corollario omnium Ordinum impress. in calce Tractatus ejusdem Auctoris de Ordine Aquilæ Albæ in verbo Sancti Huberti pag.* 283. *juxta impress. Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730.

Porro laudatus Sanctus Hubertus in Titularem electus, Episcopus fuit Leodien. & gloriose obiit anno humanæ reparatæ salutis 727. *d. Iustinianus pag.* 782., & infra exponitur §. *Ex recensita*, ubi seriem Vitæ narramus.

Discrepant Scribentes quoad formam Collaris, & Tesseræ hujus Ordinis. *Schooneheck* inquit compositam fuisse *di molti Corni da Caccia*, & ab eis Numisma pendens cum Imagine Sancti Huberti, de quo meminit *d. Pater Fontana pag.* 398. *d. Collector Gallus d. tom.* 8. *pag.* 78.

Sub Vocabulo enim *Corno* Italice, Latine *Cornu* uenit *un Instrumento di fiato fatto a similitudine di Corno, e talora anco fatto dello stesso corno*: sic *Vocabularium della Crusca* in verbo *Corno* §. 2.

Idem Collare fuisse aureum cum dicto pendente Numismate Sancti Huberti Imaginem exhibente, Christi Domini Crucifixi effigiem inter cornua Cervi collocatam adorantis, inquit *Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equestrium n.* 51. de quo pariter mentionem facit *d. Pater Fontana* ubi supra: *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 78.

Cœterum *Albas Justinianus* loco superius laudato *pag.* 782. sustinet, ignorari, quæ fuerit Tessera hujus Ordinis; & de facto Scutum Stemmatis in albo relinquit, ut videre est *pag.* 781. Dictum *Justinianum* allegat antedictus *Pater Fontana pag.* 399. *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 78.

Hic Ordo constat Viris Nobilitate præclaris: *d. Laurentius de Nicollis n.* 48. ubi supra.

Quod hic Ordo sua habuerit Statuta certum est, & *à d. Patre Fontana pag.* 399. allegantur. *Aubertus Mirans orig. Ordin. Equestr.* inquit Ordinis Statuta Alemanica lingua esse conscripta, & inveniri manuscripta in Domo *de Cortembachs*, & etiam apud alios, una cum Catalogo Equitum, usque ad 1487. inter quos adsunt Comites di Limburgo, Teckemburgo, & di Nassau Barodes de Merod Palence Sombeff Birgel Walten-

Biun-

Blungart, & alii: *d. Collector Gallus d. tom.* 4.

Ex recensita hactenus Historia integra Notities habetur primæ Institutionis, ac posterioris restaurationis antiqui Equestris Ordinis sub Patrocinio, ac gloriosissimi Sancti Huberti Titulo, & ut dilucide exponatur, quam recte & summa ratione in Titularem, & Tutelarem assumptus fuerit idem Sanctus Hubertus, ejusdem Vitæ compendium hìc narramus. Fuit Hubertus Bertrandi Ducis Aquitaniæ Filius; cumque adhuc Paganus esset, Ferarum venationis exercitio operam dabat. Contigit autem, ut quadam vice Christum Dominum Crucifixum inter Cervi cornua elatum viderit, sibique audierit dicentem, ut Lambertum Episcopum Leodiensem adiret, prout adivit, qui illum in Christiana Fide plene edocuit, illique Sacrum Baptismi contulit Sacramentum. Effectus itaque Christianus, ad visitandum Apostolorum Limina ad Urbem se contulit. Defuncto subinde Divo Lamberto, in locum ejusdem subrogatus fuit Episcopus Leodiensis, ut legitur apud *Surium* de quo *d. Pater Bonanni dicto n.* 51., & late apud *Lippeloom in Vitis Sanctorum tom.* 4. *sub die* 3. *Novembr. pag.* 156. *juxta impress. Brixiensem anno* 1601.

Postremo tandem loco subdimus, quod *d. Comes in Koden Sapieha in d. Corollario* post narratam dictam Historiam Ordinis Sancti Huberti *d. pag.* 283. *in pag.* 285. subdit per hæc verba .. *Dux Virtembergensis successionem Clivensis Domus prætendens, eundem Ordinem in sua Curia distribuit, & supremum ipsius vindicat sibi Magisterium. Ex Polonis Michael Dux Radziroil Prefectus Stabuli M. D. L. obtinuit hunc Ordinem ab Electore Palatino.*

In Tesseram præscripsit Dux Fundator Crucem argenteam in Stella aurea ad pectus, cum inscriptione .. *In fidelitate Constans* .. ultra Tæniam rubeam magnam: sic habetur in d. Volumine *Li Sourani del Mondo pag.* 287.

Sic eandem Tesseram describit *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 80. quod sit Crux aurea lata quatuor digitis, ac exornata adamantibus, in cujus medio adest Imago Sancti Huberti flexis genibus ante Crucifixum elatum, ac existentem inter cornua Cervi, quæ Crux appensa est catena aurea: *d. Pater Fontana pag.* 400. *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 80.

E sinistra Vestis parte deferunt Equites, ut dicitur *in ricamo d' oro*, Circulum radiis circumdatum, & in ejus medio in fundo rubeo hæc verba leguntur, sed a lingua Germanica in nostram translata .. *State fermi nella Fede* .. ut apud *d. Collectorem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 80. *d. Patrem Fontanam tom.* 8. *pag.* 400.

Extra dies Festos, & extra tempus Vestem Cœremoniarum non deferunt, nec Collare, sed super eorum proprium Habitum ordinarium deferunt Tæniam rubeam, ab humero sinistro ad dextrum latus fluentem, à qua tænia Crux pendet, sicut è sinistra parte Vestis præfatum circulum deferunt: *d. Pater Fontana d. tom.* 8. *pag.* 400. *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 80.

Cœterum Habitus Equitum in Solemnibus diebus est Habitus niger Hispano more, sed non deferunt la goliglia: *d. Collector Gallus tom* 4. *pag.* 80., & *pag.* 417. *Pater Fontana d. tom.* 8. *pag.* 400.

Figura dictæ Crucis, & Tesseræ habetur apud *d. Bonannum n.* 51. *Collectorem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 77. & 418.

Figura

Figura Equitis cum d. Habitu nigro suaque cum Cruce videri potest penes *d. Bonannum d. n.* 51. *Collectorem Gallum tom.* 4 *pag.* 77.

In Statutis hujus Ordinis cautum erat, quod Eques hoc Ordine insignitus non posset alium Ordinem obtinere: *Comes in Koden Sapieha pag.* 284.

Secuta morte Joannis Guilielmi Ducis Juliacensis, subortæ sunt contentiones inter Electorem Brandeburgensem, & Wolfanghum Guilielmum Ducem Neoburgi super successione in Ducatu Juliacensi: hinc inter partes deventum fuit ad concordiam, cujus vigore traditus fuit Ducatus Juliacensis Duci Neoburgi Carolo Aloysio Comiti Palatino, & octavo Electori S. R. I.

Diximus octavo Electori, nam licet ex Bulla aurea Imperii Electores septem tantum esse debeant, tamen anno 1648. octavus Electoratus fuit erectus vigore Vestfaliæ Pacis stabilimentorum, & pro bono Pacis, & concordiæ inter duos Palatinę Familiæ Ramos, quorum primus nuncupatur *Rodolphinus*, estque ipsorum Comitum Palatinorum; secundus Ramus appellatur *Guilielminus*, & est ipsorum Bavariæ Ducum: quippe cum Ferdinandus V. Comes Rheni Palatinus anno 1619. circiter oblatam sibi à Perduellibus Bohemis Regni Bohemiæ Coronam acceptasset, Ferdinandus II. Imperator, præfatum Comitem Palatinum Electoratus Dignitate privavit, quam Bavariæ Duci Maximiliano contulit: postmodum Carolus-Aloysius filius dicti Federici V. reintegratus fuit ad sua Bona, & ad Electoratum; unde creatus fuit octauus Electoratus. Sic pariter decretum fuit, quod erigeretur munus honorificum sub titulo magni Thesaurarii Imperii, quo hic octavus Electoris Gradus decoraretur, ex quo alius antiquus Titulus Archimagistri Imperialis Palatii cum Electoratu transiverat in Bavariæ Ducem. Qui ob Bellorum motus, tempore clar. me. Imperatoris Josephi fuit ab eodem Imperatore Electoratu privatus, ac Munus Archimagistri Palatii Imperialis restitutum fuit Electori Palatino Joanni Guilielmo Neoburgi Duci. Hic pro conservatione memoriæ hujus recuperatæ Dignitatis Equestrem Militarem Ordinem S. Huberti instituit, seu restituit, ut infra exponemus.

Et quoad Titulum magni Dapiferi cum successione inter contendentes aliæ intercesserint mutationes, super his videri poterit quod tradit *Struvius in Corpore Iuris Publici Imperii cap.* 9. §. 33., cujus Auctoris Verba damus in calce Discursus: & prosequendo Genealogię Electoralis hujus Familiæ seriem, quæ pro Catalogo magnorum Magistrorum ejusdem Ordinis inserviet, subdimus, quod Carolus filius Caroli Aloysii suo Patri successit, eoque sine filiis defuncto, Electoralis Dignitas transivit ad Philippum Guilielmum ex linea Ducum Neoburgi descendentem à Stephano uno ex Filiis Roberti III. Comitis Palatini, qui fuit Elector, & postmodum electus Imperator.

Joannes Guilielmus filius Philippi Guilielmi huic Patri suo successit, post autem illius mortem Electoralis Dignitas transivit in ejus Fratrem Carolum Philippum, quo mortuo sine Masculis, Dignitas Electoralis transitum fecit ad lineam Principum de Sultzbach descendentium à filio Philippo Aloysio Neoburgi, & in hac linea primus Elector de præsenti regnans, est Serenissimus Dux Carolus de Sultzbach, qui in Uxorem sum-

psit Primogenitam Neptem prædicti Caroli Philippi Electoris ex linea Neobourg. Genealogia huc usque relata cum Historicis Narrationibus, videri potest respective in Volumine, cui Titulus - *Histoire de l' Empire tom. 3. par le Sieur Heiss impresso Hagę Comitum*, italice *all' Aia*, *penes Guilielmum de Voys anno* 1715. *Collectorem Gallum d. tom.* 4., *&* *d. Patrem Fontanam* loco pręallegato.

Nunc prosequamur Historiam fundationis, seu ut innuimus, Restaurationis Equestris Militaris Ordinis Sancti Huberti peractæ ab antedicto Joanne Guilielmo Comite Palatino, & S. R. I. Electore Duce Neobourg, & Juliacensi.

porrò Sancti Huberti Ordo per Gerardum Juliacensem, & de Cleves Ducem, in gratiarum actionem D. O. M. pro reportatis Victoriis adversus illius Inimicos, sub anno 1444., ut diximus, institutus fuit: sed cum Domus Juliacensis extincta fuerit, pene abolitus, vel extinctus remansit, ac ab Aula fere recessit, & oblivione sepultus usque ad annum 1706., quo laudatus Guilielmus Elector Palatinus occasione recuperatę Dignitatis Electoralis, ut superius exposuimus in §. *Diximus vero* versic. *Hic pro conservatione*, idem, uti Successor in Ducatu Juliacensi, & Clevensi, pro conservatione memoriæ Ordinis Sancti Huberti ab Antecessoribus suis alias fundati, nec non pro Aulę suæ splendore, Nobilitatisque propriæ Ditionis augmento, statuit veterem Sancti Huberti Ordinem renovare, ac creare de novo sanxit; idcirco Ordinis ipsum, & pro tempore Electorem esse debere magnum Magistrum: *d. Comes in Koden Sapieba pag.* 281. *Pater Mendo d. n.* 51. *d. de Nicollis d. n.* 48.

Quod ipse magnus Magister suum Locumtenentem haberet, qui assumeretur ex magis qualificatis Equitibus: insuper sex principales Ministri adessent, scilicet Cancellarius Ordinis, Vice Cancellarius, à Secretis, Thesaurarius, & ut dicitur un *Araldo d' Armi*, & demum Custos Vestium, & Ornamentorum: *d. Volumen li Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 287.

Statuit quoque, quod Virorum Nobilium Equitum numerus, sicut & numerus Principum eidem aggregandorum, nequaquam esset limitatus: Numerus autem Comitum, & Baronum non excederet numerum duodecimum.

Quod Equites Nobilitatis probationem pro quatuor Gradibus ex parte Patris, & ex parte Matris conficere teneantur. Quod à die eorum acceptationis ad Ordinem solvere Acceptatus teneatur centum Ducatos Thesaurario Pauperibus distribuendos.

Quod Equites capitulariter reciperentur, & per Vota præstanda ab antedictis Membris Ordinis, ut videre est in allegato Volumine - *Li Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 287.

Fundator primis duodecim Equitibus assignavit pensiones pingues ea lege, quod annuatim decimam partem earundem solvere tenerentur pro manutentione Pauperum Xenodochio; itidemque, ut diximus, solverent in die ingressus centum, ut dicunt, Hungheros aureos: *d. Pater Fontana pag.* 400. *d. Bonanni n.* 51. *d. Collector Gallus tom.* 4. *d. de Nicollis n.* 48.

Antedictum Volumen *Li Sourani del Mondo pag.* 286. se explicat, quod dictus Guilielmus Restaurator Ordinis *Assegnò dodici piccoli Cantoni di paese per li dodici primi Cavalieri dell' Ordine, e trattine i Principi, che vi fossero*

ro ricevuti, ciascheduno de' quali dovesse avere un Reggimento Palatino, o gli assegnamenti di Colonello in caso che non ve ne fosse di vacante: d. Nicollis n. 48.

Verum quoad assertionem dicti Ducis Wirtembergensis peculiarem exaravimus Discursum sub Titulo *Venerationis*, *seù Wirtembergicus*, unde ad eundem Discursum nostrum pro rei dilucidatione nostrum remittimus Lectorem.

Hic adducimus verba Struvii, ut promisimus supra in §. Et quoad Titulum.

STRUVII CORPUS

Juris Publici Imperii Caput IX. §. 33. ita inquit.

ACcessit post pacem Westphalicam quintum Officium Archi-Thesaurarii. Dum enim Palatinus Electoratum suum Bavaro cedere necesse haberet, dubitabatur, an etiam Archidapiferatus Electoratui sit nexus. Bavari, vel ex jure antiquo, vel ob voculam officiis, quę in Instrumento Pacis occurrit, hoc adfirmabant: Palatini tamen negabant ea ex ratione, quod Archidapiferatus Palatinatui nexus, eo quod Albertus Stadensis dicat, Palatinus eligit, quia Dapifer est. Immo Carolus IV. Imp. hoc officium singulari Diplomate de anno 1356. Palatinatui adnexerat. Quare etiam Carolus Ludovicus, Palatinus Elector, adhuc anno 1650. Archidapiferi titulo fuit usus. Speciali tamen transactione hoc quoque Archidapiferatus Officium Palatino Bavaro cessit, atque novum ipsi Archithesaurarii munus fuit attributum, ipseque de eodem die 5. Augusti 1652. fuit investitus. Proscripto anno 1706. Maximiliano Emanuele Bavarię Electore, Jo. Wilhelmus Palatinus Elector ex Imperii Decreto die 23. Junii 1708. de Electoratu pristino, una cum munere Archidapiferi adnexo, iterum investiebatur, Archithesaurarii Archiofficio in Georgium Ludovicum, Brunsvicensem Electorem ex concluso Imperii anno 1710. translato. Per Badensem Pacem tamen Bavarię Elector in omnia Jura pristina, in hoc etiam Archi Dapiferatus Officium fuit restitutus. Verum, dum Palatinus hoc Officio cedere nollet, usque dum Brunsuicensis Elector ipsi Archi-Thesaurarii Officium iterum relinqueret, prout per singulares reversales die 29. Aprilis 1709. se se obligaverat, hic voto tergiversabatur, donec ipsi de novo Officio fuisset prospectum, Sessiones in Comitiis suspendebantur, dum Bavariæ Electoris legatus Collegio Electorali accedere nollet, nisi restituto etiam Archi. Dapiferatus officio. Factum hoc, postquam Palatinus Elector Archi-Dapiferatus munus Bavaro cessisset, atque tunc Bavariæ Electore in Collegium Electorale restituto Comitiales deliberationes iterum cæperunt, licet etiam posteriori tempore Brunsuicensis Elector Archithesaurarii titulo fuerit usus, cum protestatione tamen Palatina.

DISCURSUS CXV.

HYSTRICIS

ARGUMENTUM

Ostenditur Ordinem Hystricis fuisse etiam nuncupatum Ordinem Mozzettæ. Adducitur tempus Institutionis, & Nomen Institutoris, exponiturque Tessera Ordinis.

SUMMARIUM.

1. *EXponitur series Ordinis Hystricis, vel Mozettæ.*
2. *Quis fuerit Institutor perpenditur.*
3. *Tessera describitur*, &. n. 4.
5. *Figura ejusdem apud quos inveniatur, & Figura Equitis n. 6.*
7. *Equites erant numero vigintiquinque.*
8. *Qualis fuerit Habitus Equitum*, & n. 9.
10. *In creatione Equitis, illi tradebatur Anulus, & cujus qualitatis.*
11. *Equites debebant esse Nobiles ex quatuor lateribus.*
12. *Motivum Institutionis hujus Ordinis quale habuerit Fundator*, & n. 13.
14. *Describitur Hystrix.*
15. *Hystrix erat familiare Insigne dictorum Principum*, & n. 16.
17. *Ordo fuit institutus pro defensione Sacræ Religionis Christianæ.*
18. *Ad hunc Ordinem fuerunt etiam admissæ Fœminæ.*
19. *Ordo interiit.*

DISCURSUS CXV.

HYSTRICIS

EQuester hic Ordo nuncupatur Hystricis, vel Mozettę, quia in Tesseram gerit Hystricem, & quia Habitus Equitum continet *Mozettam*, & ut Nos dicimus *Un Mantello di Vellu-*
1. *to violetto, ed un Cappuccio, e Mantelletta di Armellino, ed in una Catena d'oro, da cui pendeva sul petto un Istrice con questo Motto - Eminus, & Cominus* - quemadmodum exponit *Historia Ordinum Monasticorum &c.*, *& Militarium Gallice scripta, & in italicam linguam translata à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanense Congregationis Matris Dei tom. 8. cap. 52. pag. 351., juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739.*

Et in Litteris Ludovici XII. exprimitur solum Ordo *della Mozetta*, sicuti videre est apud *d. Patrem Fontana pag. 353.*

Itidemque Ordo in Gallia vocatur etiam de *Camail*, ex quo in creatione Equitis Dux Aurialensis novo Equiti tradebat Anulum aureum cum Gemma, in qua sculpta est Hystrix, hoc est cum Cammeo, ut scribit *Hermant* inferius allegandus: *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom 4. §. 74. §. 11. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.*

Institutus autem fuit hic Ordo à Ludovico Aurialense secundogenito Caroli V., & Joanne Borbonia anno 1394. occasione Solemnitatis Sacri Baptismi Caroli ejus filii, nati ex e-
2. jus Uxore Valentina filia Joannis Galeatii Ducis Mediolani: *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertat. Historiques &c. sur la Chevalerie lib. 1. Dissert. 5. Art. 1. pag. 59. juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart 1718. Comes in Koden Sapieha in suo Corollario omnium Ordinum impress. in calce Tractatus ejusdem Auctoris de Ordin. Aquila Alba in Verbo* Hystricis *pag. 285. juxta impres. Coloniæ apud Adamum Cholinum 1730. Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 1. cap. 29 pag. 270., & seqq. juxta impressionem Rothomagen. Typis Joannis Baptistę Besogne 1726.* ubi refellit *Abbatem Justinianum* asserentem fuisse Fundatorem, & Restauratorem Ordinis per Regem Carolum VI., vel ejus filium Carolum VII.

Tessera Ordinis erat Hystrix ex auro

3 tri-

3. triplici Catena aurea appensa ad pectus pendens, & Hystrix innitebatur Terræ viridi, & floridę: *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 285. Cum lemmate *Eminus*, *&* *Cominus*:
4. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 59. *Et in Addit.*, *& Explicat. Tesserarum sub n.* 1., *& in Tabula Alphabetica, & Chronologica pag.* 515. *d. Hermant pag.* 270.

Figuram dictarum Catenarum, & Hy-
5. strici referunt *Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari &c. Parte Seconda cap.* 68. *pag.* 738. *&* 740. *juxta Impressionem Venetam Typis Combi* & la Noû 1692. *d. Pater Hono-*
6. *ratus in d. Addit. & Explicat. Tesserarum pag.* 455. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. sub n.* 45. *d. Hermant pag.* 209. *d. Bonannus* ponit unam solam Catenam.

Numerus Equitum non excedebat vi-
7. gesimum quintum comprehenso Fundatore, qui se magnum Magistrum constituit: *d. Pater Honoratus d. pag.* 59. *d. Pater Fontana pag.* 351.

Habitus Equitum describitur, ut supra
8. in exordio *Discursus à Patre Fontana pag.* 351.

At *Pater Philippus Bonanni in dicto Catalogo n.* 50. inquit, quod ibi po-
9. nit figuram Equitis armati, eo quia Equitibus nullus Habitus pręscriptus fuit.

Aurialensis Dux in conferendo hunc
10. Ordinem, ut notat *d. Fontana pag.* 351. *d. Hermant d. tom.* 2. *pag.* 274. Collare tradebat, & anulum aureum ornatum Gemma cælata, vel sculpta, vulgo *Cammeo* cum *Hystrice*, ut tradit Vocabularium *della Crusca* in verbo *Cammeo*, ubi quod significat *Figura intagliata a basso rilievo in qualche Pietra pretiosa, ed anche la stessa Pietra intagliata e scolpita.* Vel Anulum ornatum Gemma, quæ latine dicitur *Achates*, italice *Agata, coll' accento in su la prima sillaba: Pietra Nobile trasparente, e di varj colori; e la più stimata è l'Orientale per la sua durezza. Agata è una Pietra nera; ne ne sono delle bianche vergolate, e pare che l'Uomo vi si vegga entro*, ut tradit dictum Vocabularium Etruscum nuncupatum *la Crusca* in verbo *Agata*.

Equites autem ad Ordinem admittendi
11. esse debebant nobiles sanguine ex quatuor lateribus: *d. Collector Gallus d. Tom.* 4. *pag.* 11. *Pater Fontana d. pag.* 351.

Motum fuisse Institutorem Ordinis ad
12. hunc construendum ad æmulationem Philippi Burgundiæ Ducis Instiitutoris Ordinis Velleris aurei, ait *Franciscus Menennius* in suo Volumine.. *Delizie degli Ordini Equestri pag.* 139.

Quod non approbatur à dicto *Abbate Justiniano* superius §. *Figuram*.

Referunt tamen Scriptores, quod Fundator Ordinis aurei Velleris, Ordinis hujus Insigne dono dedit Duci Aurialensi, & vice versa Dux Aurialensis donavit Duci Burgundiæ Ordinem Hystricis, teste *d. Patre Fontana pag.* 352.

In Ordinis hujus creatione Mens Fun-
13. datoris fuit, cunctis patefacere Animi sui præstantiam, atque constantiam, ac cor undequaque impavidum, viribusque pollere ad Inimicorum impetus retundendum. Hinc Hystricis Ordinem instituisse cum
14. lemate.. *Eminus*, *& Cominus*. Hystrix quippe Animal est spinis contectum ex herinaceorum genere, quodque pollet, & armatur spinis acutissimis veluti sagittis, quibus & prope, & procul ulciscitur sibi illatas molestias. Hinc

Hinc d. Animal in nonnullis Domibus in Civitate *di Bloiis* Aurialensibus Ducibus subiecta, in marmoribus insculptum cernitur cum Disticon tenoris sequentis

Spicula sunt humili pax hæc, sed bella superbo,
Et salus ex nostro vulnere, nexque venit.

Qui versus referuntur etiam ab *Abbate Justiniano pag.* 741., *& à d. Collectore Gallo d. tom.* 4.

Imo præallegati Authores notant, quod Hystrix Animal erat familiare ad-
15. ditamentum dictorum Principum in eorum Stemmatibus, & cussione Monetarum, ad tradita à *d. Justiniano sub pag.* 739., *& seqq.*

Additur, quod Ludovicus XII. Hystricem coronavit adiecta Epigraphe
16. *Ultus Avos Trojæ*; de qua *d. Comes in Koden Sapieba d. pag.* 285. *Abb. Justinianus pag.* 740.

Hoc certum, quod institutus fuit hic Ordo principaliter pro defensione
17. Sanctæ Religionis Christianæ, & obedientia erga Superiores Equitibus injungebatur, absque tamen substantialium Religionis Votorum emissione, ut prosequendo scribit laudatus *Abb. Justinianus pag.* 739.

Et nihilominus ad eundem Hystricis
18. Ordinem constat fuisse admissas Nobiles Fœminas 8. Martii 1438., quarum nomina refert *d. Pater Fontana pag.* 355.

Et postremo dicimus, quod idem Ordo
19. postmodum interiit, quemadmodum dixit *d. Justinianus pag.* 739., *&* 741. *d. Comes in Koden Sapieba d. pag.* 285. *d. Pater Fontana pag.* 354.

DISCURSUS CXVI.

SANCTI JACOBI DI ALTO PASSO

ARGUMENTUM.

Exponitur in præsenti Discursu series historica Ordinis Sancti Jacobi di *Altopasso* in Diœcesi Lucensi, ac in Gallia, cujus institutum versabatur in construendis Navibus pro vehendis Peregrinis itinerantibus ab una Fluminis Ripa ad aliam. Agitur de Ordine Hospitalariorum Pontificum nuncupatorum, hoc est fabricantium Pontes, & ostenditur hunc Ordinem fabricantium Pontes non esse diversum ab Ordine di *Altopasso*, sed eundem, vel eidem unitum, directumque ad eundem finem, ut scilicet itinerantibus opituletur, ille cum Navibus, hic autem mediante Pontium constructione; & refertur Historia Sancti Benedictini.

SUMMARIUM.

1. *INstitutor Ordinis, & tempus Institutionis ignoratur, & extinctionis.*
2. *Antiquiorem esse Ordine S. Jacobi de Spatha aliqui dixerunt, alii esse unum eundemque Ordinem.*
3. *Ordo S. Jacobi di* Altopasso *militas sub Regula S. Augustini.*
4. *Gregorius IX. illum confirmavit, & n.* 5.
6. *Hierosolymitanam S. Joannis Religionem habere propriam Regulam, juxta Bosium in tertia impressione, qui tamen reiicitur,* n. 7., & 8.
9. *Sancti Jacobi di* Altopasso *viguit Parisiis, & narratur Historia sequentibus numeris.*
10. *Cur nominetur* di Altopasso, & n. 11.
12. *Magnum Magistrum habuit in Italia.*
13. *In Gallia magnum Commendatarium.*

14. In

14. *In exordio solos habuit Fratres Laicos, postea etiam Ecclesiasticos. Laici propriis manibus construebant Naves ad transfretandum.*
15. *Habitus eorum qualis fuerit, & Tessera* n. 16.
17. *Hic Ordo Sancti Jacobi di Altopasso est idem ac Ordo Fabricantium Pontes, & quis fuerit Institutor eorum* n. 18. & n. 19.
19. *Sanctus Benedictus dicitur illum instituisse* & n. 21.
20. *Narratur Disticon de Jucundo Architecto.*
21 *Sancti Benedictini exponitur Historia Vita* & n. 22. & 23. 24. & 25.
26. *Approbatur prima narratio.*
27. *Ostenditur Ordinem di* Altopasso *non esse diversum ab Ordine Fabricantium Pontes.*
28. *Ordo praedictus Pontificum, seu construentium Pontes fuit unitus Ordini Templariorum.*
29. *Ordo Sancti Jacobi* di Altopasso, *& fabricantium Pontes fuerunt Ordines Equestres.*
30. *Ordo Sancti Jacobi* di Altopasso, *fuit primo suppressus à Pio II., postea unitus cum suis Bonis Ordini Sancti Stephani Papae, & Martyris in Italia, in Gallia Ordini Sancti Lazari.*

DISCURSUS CXVI.

SANCTI JACOBI DI ALTO PASSO

Hospitalariis Sancti Jacobi *di Alto Passo* in Dioecesi Lucensi, sparsim 1. Scriptores de quibus infra, vel Canonicorum, vel Titulum Equitum tribuunt: hinc non abs re nostra credimus hic ea recensere, quae de istorum Ordine apud Auctores scripta reperimus. Hucusque, licet datum Nobis non fuerit Scriptorem legere, qui Institutorem hujus Ordinis nominet, & praecisum Institutionis tempus ignoretur, sicut & extinctionis, ut notat etiam Auctor *Historiae Ordinis Sancti Augustini, seu Seculorum Augustinianorum Pater Aloysius Torellus de Bononia tom. 1. ad annum Christi 389. sub n. 131. pag. 268., & seq.* ubi quod aliquis tamen asseruit, hunc Ordinem antiquiorem esse Ordine Sancti Jacobi de Spatha in Regnis Hispaniarum. Sed hoc est incertum, quia Ordo praedictus Sancti Jacobi de Spatha confirmatus fuit ab Alexandro III. Anno 1175. vel 1170. ut 2. videre est apud *Patrem Paulum Morigia Historia dell' Origine di tutte le Religioni Libr. 3. cap. 4.* ac intra in nostro *Discursu de Ordine Sancti Jacobi de Spatha* seu S. Jacobi in Hispania; ac etiam alii tenuerint hunc Ordinem esse eundem Ordinem Sancti Jacobi de Spatha, ut invenitur in Historia Ordinum Monasticorum Religiosorum, & Militarium Gallico idiomate scripta, quam in italicam linguam transtulit *Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei tom. 2. cap. 41. pag. 297. impressa Luca Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1737.

Hoc certum est, quod memoratus Ordo Divi Jacobi *di Alto Passo* sub 3. Regula Sancti Augustini militabat, sicut constat ex Libro Cancellariae Apostolicae, qui Formulam Commissionis ita refert. *Magistro, & Fratribus Hospitalis Sancti Jacobi de Alto Passo Romanae Ecclesiae immediate subiectis Ordinis Sancti Augustini Lucanensis Dioecesis* .. de quo meminit etiam *d. Pater Aloysius Torelli ubi supra pag. 269.*

Mili.

Militarem hunc Ordinem fuisse confir-
4. matum à Summo Pontifice Gregorio IX., mediante assignatione Regulę Fratrum Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, testatur *Jacobus Bosius in Historia Religionis Hierosolymitanę Parte Prima lib. 2. pag. 27. juxta impressionem tertiam Venetiis Typis Hieronymi Albrizzi anno 1695.* ubi per extensum refert Bullam dicti Gregorii IX. datam nonis Aprilis
5. Pontificatus sui anno decimo tertio. Cum itaque constet mortuo Honorio III. die 16. mensis Julii anno 1226. electum fuisse Pontificem Gregorium IX. eodem anno, & tandem obiisse anno 1239., ut tradit *Pater Ignatius Amat de Graveson Historia Ecclesiastica tom. 8. Parte Secunda in prima Tabula Chronologica Summorum Pontificum pag. 40. juxta impress. Romę Typis Tinassi 1721. pag. 41.* ac memorata Bulla ejusdem Gregorii data fuerit nonis Aprilis Pontificatus sui anno decimo tertio, patens est editam fuisse anno 1239. circiter.

Et quamvis prædictus *Bosius*, loco superius allegato, recedens ab eis quę in prima impressione ejusdem suæ Historiæ, in qua firmaverat Hierosolymitanam Religionem vivere sub Regula Sancti Augustini, in tertia impressione ejusdem Historiæ probare
7. nitatur ex dispositione dictæ Bullæ Bonifacii Octavi statuentis huic Ordini Divi Jacobi *di Alto Passo* ipsam Regulam Hierosolymitanam, concludendo inferat, Religionem Hierosolymitanam subiectam esse propriæ particulari Regulę independenter à Regula Sancti Augustini, ut videre est apud *d. Bosium pag. 61.*

Nihilo tamen minus hæc *Bosii* assertio insubsistens est, & rationes quibus
8. ipse innititur inefficaces deteguntur: unde communi Scriptorum calculo contrarium statuitur, ac Religionem Hierosolymitanam militare sub Regula Sancti Augustini demonstratur, ut ostendemus in nostro *Discursu de dicta Religione Hierosolymitana*, sicuti exploratum etiam manet, quod hæc quoque Religio Sancti Jacobi *de Alto Passo* subiecta Regulę Hierosolymitani Ordinis, subiecta est Regulæ Sancti Augustini.

Constat ergo Monumentis Ordinem
9. Sancti Jacobi *di Alto Paßo* viguisse etiam Parisiis, quippe inibi Parochialis Ecclesia sub tali nomine extabat, de qua hęc historica narratur series: Scilicet; cum antiquis temporibus Guilielmus Violle Parisiensis Episcopus anno 1566. prævio consensu Commendatarii cujusdam Hospitalis ab hoc Sancti Jacobi *di Alto Passo* dependentis, ac siti in Suburbio Sancti Jacobi, erexisset Sacellum ejusdem Hospitalis in Ecclesiam subsidiariam Parochiarum Sancti Benedicti, & Sancti Menardi, hæc continvavit usque ad annum 1572. quo Patres Benedictini Sancti Maglorii de Ordine Regis Caroli IX. translati fuerunt ad præfatum Hospitale, quod nomen di *Alto Passo* dimisit, eo quia nomen assumpsit Sancti Maglorii, cujus Sacrum Corpus Patres Benedictini illuc transtulerunt. Postmodum iisdem Patribus Benedictinis, nec non ipsis Parochianis se gravatos sentientibus onere dictæ Parochię, anno 1574. ædificata fuit prope d. Hospitale nova Ecclesia, quæ semper nomen servavit *Sancti Jacobi d' Altopasso*.

De hujusmodi Hospitali, quod fundatum fuisse tempore Regis Philippi Puleti nuncupati, qui regnare cæpit anno 1286., loquens *Pater du Breuil in Theatro Antiquit. Parisiensium Libr. 2. pag. 579.* inquit, quod hic Ordo nominatus fuit

fuit di *Altopasso*, non quia situs sit
10. in loco alto, vel quia, ut ad dictum locum ascendatur per gradus; sed vocatur di *Altopasso*, quia erat Ordo dependens à Magno Hospitali Sancti Jacobi, loci di *Altopasso* Civitatis Lucæ in Italia, cujus expensis manutenebitur transitus fluminis *Argue la Blanc* in Statu Florentino in via Consulari Romam ducente, ubi mos erat exigendi magnam pecuniæ Taxam à Transeuntibus, à qua taxa immunes erant itinerantes operarii dicti Hospitalis, aliorumque eidem unitorum, quæ tale onus affrancaverant, sicuti allegato *d. Patre du Brevil* tradit *dicta Historia omnium Ordinum Monasticorum, Religiosorum, & Militarium, ex idiomate Gallico scripta, & in italicam linguam translata à dicto Patre Joseph Francisco Fontana tom. 2. cap. 41. pag. 297., & seq.* ubi subditur, quod *d. Pater*
11. *Brevil* forte sub dicto nomine *d. Argue le Blanc* intellexit loqui de flumine Arni, cum cœteroquia nullus detur Fluvius aureum habens nomen. Vide *Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 1. cap. 15. à pag. 196. juxta impressionem Rothomagen. Typis Joan. Baptista Besogne* 1716.

Hic itaque Ordo Sancti Jacobi *di Alto Passo* suum magnum Magistrum in Italia habebat, ut constat ex sepulchrali inscriptione in dicta Ecclesia
12. Hospitalis existente Parisiis, in qua sic habetur - *Qui giace il Nobil Uomo il R. P. in Dio F. Gio. Domenico da Lucca, detto con altro nome* del Passo, *già Gran Maestro Generale dell' Ordine di S. Giacomo di Alto Passo, morto l' anno di Grazia* 1403. *à 4. di Gennajo: Iddio abbia la Anima sua*. Quod Epitaphium refertur à *d. Patre Fontana d. tom. 2. cap. 41. pag. 299. d. Hermant pag. 199.*

In Regno autem Franciæ aderat Commendator Generalis, ut constat ex alia Sepulchrali inscriptione, quæ olim in dicta Ecclesia Sancti Magiorii legeba-
13. tur, antequam dicta Ecclesia devenisset ad Patres Oratorii, qui de præsenti possident, quæ Inscriptio loquebatur de Fratre Antonio Canuto Commendatore Generali mortuo circa annum 1526., & de eodem aderat alia inscriptio sepulchralis, cujus verba in nostrum idioma Italicum conversa sunt - *Qui giace il Venerabile Religioso, e discreto Uomo F. Antonio Canuto, che mentre visse fu Dottore nell' una, e l' altra Legge, e Commendatore Generale dello Spedale di S. Giacomo dell' Alto Passo nel Regno di Francia, morto a' 15. di Ottobre del* 1526. *Pregate Dio per la sua Anima* - Quod Epitaphium habetur penes *d. Patrem Fontanam d. tom. 2. pag. 299. d. Hermant pag. 198.*

Ex prædictis, sicut ex antedictis Figuris existentibus, & clericalem tonsuram
14. habentibus, inde comprobatum manet, in hoc Ordine adfuisse etiam Ecclesiasticos: *d. Fontana pag. 299. d. Hermant pag.* 198. licet in sui origine solum Laici Fratres adessent, qui ex eorum Instituto propriis manibus Naviculas construebant ad transfretandum Peregrinos; proinde iidem Fratres Laici Domos inhabitabant prope flumina Pontibus carentia; Pars autem Fratrum, & Religiosorum, qui Parisiis morabantur, Hospitalitatem erga Peregrinos exercebant, ut narrando prosequitur *d. Pater Fontana d. tom. 2. d. pag. 299., & cap. 42. pag.* 307.

Horum Religiosorum Sancti Jacobi *di Alto passo* Habitus, & Tunica, in-
15. quit *Pater Athanasius Sanctæ Agnetis in suo Candelabro aureo*, erat coloris

loris nigri, sicut & Pallium similiter nigri coloris cum Capucio rubeo, quem *Patrem Athanasium refert*, sed non sequitur. *d. Pater Fontana d. tom.* 2. *pag.* 300. qui asserit colorem fuisse cineraceum, ut dicitur *Bigio*.

Signum, seu Tessera, quam super Pallium deferebant Religiosi hujus Ordinis, erat Malleus cum suo Manubrio acumen habente, quo forami-
16. na fierent ad clavos in ligno figendos; diversæ tamen formę ipsi Mallei erant, ut videre est in sculptis marmoreis Religiosorum Imaginibus, in sepulchris Sancti Maglorii existentibus. In aliquibus enim Malleus conspicitur efformatus, ut nos dicimus, *Il Mazzuolo del Bottajo*; in alio duo adsunt acumina in qualibet parte. In aliis erant, ut dicitur *le traverse in forma d' Accetta*, quemadmodum prosequitur *d. Pater Fontana d. tom.* 2. *pag.* 299., *& seq.*, & videre est apud *d. Hermant pag.* 195. ubi traditur ejus figura, *& pag.* 200. ubi quod color Vestis erat albus.

Et ut integre prosequamur Historicas
17. Narrationes, subdimus Scriptores asserere hunc Ordinem Hospitalariorum *Sancti Jacobi de Alto Passo*, esse eundem, ac Ordo Religiosorum Hospitalariorum, qui dicebantur Pontium Fabricatores: unde pro rei dilucidatione, de Origine, & qualitate horum Religiosorum Fabricantium Pontes sermonem summatim habebimus, eo que libentius hic narrationem hanc inserimus, quia plures in ea circumstantiæ concurrunt analogiam cum re Equestri secumferentes, seu quodammodo Equestrem qualitatem indigitantes.

Scriptorum itaque monumentis liquet, quosdam antiquitus adfuisse Hospi-
18. talarios, seu Hospitalariorum Ordinem, qui Pontifices, hoc est Pontium Fabricatores nuncupabantur, eo quia eorum Institutum in eo versabatur, quod Alumni tenebantur itinerantibus opitulari, Pontes ædificando ad Fluviorum Ripas, ut commode possent transfretare, ac tandem eosdem iter habentes hospitari; quapropter eorum Hospitalia prope Flumina constructa erant, ad tradita per laudatum *Patrem Fontanam cap.* 42. per totum *à pag.* 301.

Narrant pariter Historici, quod hujus Ordinis Institutor fuerit Sanctus Benedictinus, ut inquit *Pater Theophilus Raynaud. Societatis Jesu in Tract. de Sancto Benedictino Fundatore Pontis Avenionen.*, de quo *d. Pater Fontana d. tom.* 2. *cap.* 42. *pag.* 301.

Qui Divus Benedictinus dictus fuit Pa-
19. stor, & Pontifex Avenionensis, non ex quo ipse fuerit Episcopus Avenionensis, ut erronee scripsit *Du Saussay in suo Martyrologio Sanctorum Franciæ*, cum Titulo Sancti Episcopi Avenionen sed dicitur Pastor, quia vere fuit Ruri Pastor Armenti, & dicitur Pontifex Avenionen., quia ædificavit Pontem Avenionis; verbum enim Pontifex latina lingua æque fabricatorem Pontis, ac Præsulem Sacrum significat, ut erudite ostenditur à Carolo Macro in addit. ad Hierolexicon ejus Fratris Dominici Macri verbo *Pontifex*; Venetiis Typis Pauli Balleonis 1712.

Hinc habemus, quod cum anno 1507. constructi fuerint duo Pontes, magnus
20. unus, & parvus alius Beatę Virginis Mariæ Parisiorum, opera, & architectura Patris Jucundi de Verona Ordinis Sancti Francisci, appositum fuit ibi super uno ex arcubus d. Pontis B. V. M. sequens Distichon

Jucundus geminum posuit tibi Sequana Pontem;
Hunc tu jure potes dicere Pontificem.

sicuti

sicuti refert *d. Pater Fontana d. tom. 2. cap. 42. pag.* 301. Quod Distichon est elegantis Itali Poetę *Sinceri Sanazarii, ut legitur in Libro Epigrammatum ejusdem lib.* 1. *pag.* 84. de Jucundo Architecto *Epigram.* 50. ubi sic habetur

Jucundus geminos fecit tibi sequana Pontes:
Jure tuum potes hunc dicere Pontificem.

Latius Sancti Benedictini Vitæ seriem exponamus. Juvenis annorum duodecim, conditione Pastor pecudum fuit Benedictinus; sic enim paruus 21. Benedictus dictus est Benedictinus, qui pecudum custodia relicta, Avenionem Divino instinctu petiit, & ad eandem Civitatem perventus anno 1176. Cathedralem Ecclesiam intravit, eo tempore, quo in ea publice prædicabat Episcopus Pontius, & coram eo Benedictinus se jussu Dei illuc venisse clamavit, ut Pontem scilicet super Rodani Fluvium ędificaret. Hoc rustici, ignarique Juvenis effatum fatuitatem involvere judicavit Episcopus, qui illum ferie obiurgavit, increpavitque, ac minis terruit, & ad Prępositum Civitatis remisit, qui eundem asperioribus verbis reprehendit. Avenionenses vero mirabilia, quæ Benedictinus patrabat, oculis cernentes, ingentis quippe ponderis lapidem, quem triginta robustiores Homines movere minime valuissent, admirabili dexteritate, ac facilitate in humeros sumpsit, eundem Benedictinum uti Virum à Deo missum agnoscentes, concorditer illius dictis acquieverunt, & qua personali labore, & qua pecuniis, manum operi Fabricæ Pontis concorditer omnes admovere anno 1177. sub mirabili directione Sancti Benedictini, qui rem pluribus miraculis illustravit, & sic unius anni spatio Opus constructionis magni Pontis Avenionensis, 22. qui decem, & octo Arcus, ut vocant habet, & in longitudine ad mille tercentum extenditur passus perfectum est. Elapsis autem à die completi ædificii Pontis annis septem, gloriose obdormivit in Domino Sanctus Benedictinus anno 1184., tumulatusque fuit in Sacello, quod ipse ædificaverat, sito in sexta Pontem sustinente Pila, quod Sacellum, cœteris destructis, etiam ad præsens extat.

Divum autem Benedictinum ædificasse 23. traditur ibidem Hospitale, in quo statuit Religiosos Ordinis, quem ipse instituerat, cum obligatione recipiendi Peregrinos, Pontemque manutenendi. Hæc est ad sensum Populorum Provinciæ Historiæ series, quam etiam referunt *Pater Theophilus Raynaudus Oper. tom. 8.pag.* 148. *d. Pater Fontana tom.* 2. *cap.* 42. *pag.* 302. *&* 311., *ac seq.*

Verum *Baillet* in Vitis Sanctorum 14. 24. Aprilis scribit, d. Hospitale non fuisse erectum, neque Ordinem fundatum, nisi post obitum pralaudati Sancti Benedictini, & de eo meminit *d. Pater Fontana d. pag.* 302. Rursus novissime anno 1708. prodiit Historia sub ficto nomine *Mange Agricola*, in qua diversimode Sancti Benedictini 25. in aliquibus narratur Historia, quod videlicet Sanctus Benedictinus Venerabilis Senex fuerit, baculo innixus incedens; quod idem Religiosus erat Ordinis Pontificum, cujus Ordinis initium à decimo Ecclesiæ Seculo desumit; quod eo tempore, quo Avenionem adivit anno 1176. jam Commendatarius erat Domus di Bompas in Diœcesi Cavallicensi, in qua primam Sedem fixerunt, in loco scilicet magis itinerantium periculis subiecto, proinde nuncupato *Il cattivo passo*, aut

aut *Il mal passo*, ad Flumen nuncupatum *la Duranza* in Diœcesi Cavallicensi sito, quodque dictorum Religiosorum Pontificum diligentia, tum Navis ad traiiciendum Peregrinos beneficio, tum in illis hospitandis subsidio, idem locus tutus redditus, nomen *Di buon passo* assumpsit; quod idem Benedictinus Avenionem pervenerit 13. Septembris anno 1176. in Cathedrali Ecclesia, tempore quo Episcopus concionabatur, idemque Benedictinus alta voce adventus sui motivum exposuit, fabricandi scilicet super Flumen Rodani Pontem. Et quamvis apud Primores Civitatis aere visæ fuerint Benedictini voces, idemque habitus fuerit phanaticus, & ut dicitur *Visionario*, veneranda tamen illius canities Populum sibi captivavit potissime, cum per illa tempora Pontium constructiones inter pietatis opera recenserentur, & ut loquitur *d. Pater Fontana d. tom.* 2. *cap.* 42. *pag.* 304. ibi - *Essendo in que' tempi la construzione de' Ponti una devozione alla moda*, confestim tum publicæ pecuniæ præstatione, tum privatorum contributionibus, necessaria ad ędificium parata sunt, inceptaque fuit Pontis constructio: cumque Populus universus oculis aspexisset miram dexteritatem, qua Benedictinus cum Religiosis Sociis suis primarium lapidem pro prima Pila in Flumine Rodani posuerat, una voce clamavit Populus, Benedictinum vere esse Sanctum; quapropter brevi tempore ejusdem Populi liberalitate, collatis pecuniis pro constructione Pontis, Opus perfectum est.

Postmodum idem Scriptor *Mange Agricola* inquit, quod Descriptiones superius allatæ de Titulo Pastoris tributo eidem Benedictino, de illius duodecim annorum ętate, de elevatione ingentis illius lapidis, non sunt res historicę, sed simplices elucubrationes rethoricæ à Monachis literarum studio incumbentibus, exercitationis studiorum causa, & figurate compositę, & exaratę ad explicandum, designandumque Sanctum Benedictinum fuisse Pastorem ratione Prioratus *Di buon Passo*, quem tenebat, & tenuit, quodque expressa ætas signat tempus ejus regiminis, & demum, quod lapis ille ponderosus à Sancto Benedictino sublatus, designat modum facilem, quo Monachi primum fundamentalem lapidem posuere.

Huc usque recensitis *Mangi Agricolæ* Narrationibus, quas refert *d. Pater Fontana d. pag.* 303. ipse *d. pag.* 304. *cum seqq.* respondit esse insubsistentes, & contra authentica Documenta, quę extant. Unde vera de dicto Sancto Benedictino series historica est, quam Nos supra tradidimus.

26.

Jam vero prædictorum Religiosorum Sancti Jacobi *Di Alto Passo*, & Fabricantium Pontes Historiam resumentes, & compilantes valde, verisimile esse repetimus, Ordinem Pontificum non esse diversum ab Ordine di *Altopasso*.

27.

Hic primum in Italia constabilitus ad Flumen Arni, in loco nuncupato *Alto Passo* in Diœcesi Lucen. subinde plures olim sui instituti Domos etiam in Gallia retinuit, sicut & Ordo fabricantium Pontes; uterque pro fine habuit opitulari itinerantibus, ac Peregrinis; ille in præstandis Navibus ad Fluminum Ripas pro transitu Peregrinorum, iste in construendis Pontibus ad commodum eorumdem, ad ea quæ scribit *d. Pater Fontana d. cap.* 42. *à pag.* 307., *& seqq.* Et ita, sive in sui constitutione, sive vigore subsecutæ Unionis, unus Ordo considerari potest. Quibus ita positis, ad aliquam

aliquam concordiam reduci possunt dissentientes Narrationes mediante temporum distinctione, ac factorum; & præcipue fuisse Benedictinum in eundem Ordinem successive receptum, ut ponderat laudatus *Fontana d. cap 42. à pag. 307. cum seqq.*

Cœterum dictus Hospitalarius Pontifi. cum Ordo ad varias Regiones extensus, incrementum accepit mediante constructione Pontis super Flumen *Durance* super Rodanum, de quibus *d. Fontana tom. 2. cap. 42. pag.* 304.

Sed hoc ipsum cum divitiis incremen-
28. tum, in præceps ipsum Ordinem traxit: siquidem iidem Hospitalarii *di Buon passo*, qui erant constructores Pontium, aucti divitiis anno 1277. Equestri Templariorum Ordini se jungere statuerunt, & pro hac Unione Procuræ mandatum confecerunt anno 1278. Verum Geraldus Cavallicensis Episcopus Nicolao III. Summo Pontifici suasit, ut idem Hospitale *di Buon passo* traderetur Hospitalariis Equitibus Sancti Joannis Hierosolymitani nunc Melitensibus, quod cum Hospitalariis Pontium innotuisset, ipsimet Domum eorum tradiderunt dictis Equitibus Hospitalariis Sancti Joannis Hierosolymitani, & in eorum Ordinem intraverunt, ut testatur *d. Fontana tom. 2. pag. 306.*

Satis hinc patet, hunc Pontes fabrican-
29. tium Hospitalariorum Ordinem Equestrem fuisse, magisque patet primum Ordinem Hospitalarium *Sancti Jacobi di Alto Passo* Equestri Dignitate fuisse institutum, ac præfulsisse Equites Titulo, juxta ea, quæ superius enumeravimus, quæque dubio procul Equestrem gradum, Titulum, que comprobant, meritoque passim Equestrem illum appellant Scribentes superius allegati, quos inter *d. Pater Du Brevil Theatre des Antiquites de Paris lib. 2. pag. 579.*

Porro idem Ordo Sancti Jacobi di Alto
30. passo, licet numeretur inter suppressos à Pio II. occasione Institutionis Ordinis Sanctæ Mariæ de Bethleem anno 1459. attamen perdurasse constat postmodum tum in Italia, tum in Gallia; siquidem in Italia Hospitale ejusdem Sancti Jacobi *di Alto passo* in Diœcesi Lucensi, quodque caput erat totius Ordinis, una cum illius Bonis unitum fuit Militari Ordini Sancti Stephani in Ætruria instituto anno 1560, ut notat *Pater Fontana d. tom. 2. pag. 300.* In Gallia vero viguisse liquet ex inscriptione Sepulchrali Commendatoris Generalis Antonii Canuti anno 1526. existente in Hospitali Parisiensi sub Titulo, *Sancti Jacobi di Alto Passo*, ut præmisimus *in §. In Regno autem Franciæ*. Idemque Ordo enunciatur in Edicto Ludovici XIV. publicato anno 1672. de quibus omnibus mentionem facit sæpe laudatus *Pater Fontana d. tom. 2. cap. 41. pag. 300. d. Hermant tom. 1. cap. 15. pag. 200., & seq.*

DISCURSUS CXVII.

S. JACOBI DE SPATHA IN HISPANIIS

ARGUMENTUM

Late exponitur series Institutionis hujus Equestris Militaris Ordinis, relatis Scriptorum Opinionibus.

SUMMARIUM

1. O*Rigo Ordinis exponitur juxta tres Scriptorum Opiniones*, & *n. 2. 3., & 4.*

5. *Con-*

5. *Confirmata fuit Religio à Summis Pontificibus.*
6. *Tessera Ordinis est Crux ex lana rubra in forma Crucis.*
7. *Ob dictam Crucem in forma Ensis, Ordo dicitur Ordo Sancti Jacobi de Spatha.*
8. *Forma Crucis, & Habitus Equitis penes quos habeantur*, & n. 9.
10. *Collare quomodo sit confectum.*
11. *Ordo habet optimas leges.*
12. *Quæ sint Dignitates in Ordine*, & n. 13. 14. 15., & 17. 18., & 19.
16. *De Concilio Ordinum agitur in Tomo III.*
17. *Tredecim Equitum numerus cur statuatur in Statutis Ordinum pro principali Regimine.*
20. *Magni Magistri eligebantur ab Equitibus, sed Summus Pontifex primum deputavit aliquam personam in Administratorem, deinde univit Magisterium Regiæ Hispaniarum Coronæ, & Reges constituit perpetuos Administratores. Catalogus habetur in calce*, & n. 21. 22., & 23.
24. *Scientiis, & Sanctitate floruit hic Ordo.*
Laudatur Reverendissimus Pater F. Michael à S. Josepho Ordin. Ss. Trinitatis Patrum Excalceatorum Redemp. Captiv. Episc. Guadicensis, & Adm. R. Pater F. Fortunatus Maria à S. Antonio in eadem Relig. Provin.
25. *Ordo semper fuit valde potens.*
26. *Conventus de Ucles est Caput Ordinis.*
27. *Religiosi erant antiquitus, & Castitatem vovebant.*
28. *Modo vovent Paupertatem, & Obedientiam, & Castitatem Coniugalem.*
29. *Votum emittunt defendendi semper prærogativam Immaculatæ Conceptionis Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei.*
Laudatur Liber editus ab R. P. D. ex Comitibus Gaddi.
30. *Possunt contrahere Matrimonium; sed quæ requiratur licentia.*
31. *Adducuntur Dispensationes concessæ à Summo Pontifice super nonnullis Capitibus Regulæ.*
32. *Pro admissione ad Ordinem in gradu Equitis Militis, quæ sint probanda*, & n. 33.
34. *Puritas Sanguinis probanda est immunis à macula Sanguinis Hebræorum, vel Maurorum.*
35. *Probationes deferuntur ad Concilium Ordinis, & Rex committit, ut conferatur Habitus.*
36. *Quomodo agatur Novitiatus.*
37. *Adsunt Fratres Clerici, & Capellani* n. 38., & 39.
40. *Quibus utantur Vestibus.*
41. *Prior antiquitus unus eligebatur cum ampla auctoritate.*
42. *Duo postmodum fuerunt electi, qui habent usum Pontificalium.*
43. *Prior de Ucles quæ facere debeat*; & n. 44.
45. *Priores modo sunt triennales.*
46. *Ut quis admittatur in Classe Clericorum, quæ probare debeat*, & n. 47.
48. *Priores, & Capitula Monasteriorum habent potestatem admittendi ad Ordinem ipsos Fratres Clericos Jacobæos.*
49. *Hic Ordo est ditissimus.*
50. *Rex deputat Visitatores Ordinis, & ad quem effectum.*
51. *Equites quibus obedire teneantur.*
52. *Laudatur Reverendissimus Pater Magister Aloysius Laghi Generalis Ordinis Carmelitarum.*
53. *Resumuntur prærogativæ Equitum hujus Ordinis.*

DIS.

DISCURSUS CXVII.

S. JACOBI DE SPATHA IN HISPANIIS

INter Scriptores rerum Equestrium discrepat quoad prænobilis hujus Militaris Ordinis originem. Sunt quippe qui afferunt, tempore Ramiri Primi filii Veremundi Regis (hic
1. autem Ramirus in Hispaniis regnare cæpit anno octingentesimo quadragesimo tertio, & obiit anno octingentesimo quinquagesimo, ut refert *Pater Ignatius Hiacyntus Amat de Graveson in continuatione Tabularum Chronologicarum tom. 9. sub §. Series Regum Hispaniæ Gothorum vers. Ramirus pag. 177. juxta impress. Romæ Typis Ludovici Tinassi, & Hieronymi Mainardi anno 1722.*) Divum Jacobum Apostolum in Equo albo visibiliter apparuisse manu tenentem Vexillum, in quo picta Crux aderat in modum Ensis, & hujus ope, quin etiam ipsum Divum Jacobum nudato Ense Infideles evertentem fugantemque, Regem Ramirum insignem acri certamine de Mauris reportasse Victoriam, ob quam, in gloriosissimi Apostoli honorem, à Legionensibus, & Castellanis peculiarem institutam fuisse anno 846. Sodalitatem, tuncque Militarem hanc Religionem sumpsisse exordium, & illi decrevisse in Tesseram Crucem rubeam in campo flavo
2. cum Lemmate. *Rubet Ensis Sanguine Arabum,* refert *Joannes Soranzo in Libello*, cui Titulus - *L'Idea del Cavaliere pag. 104. juxta impressionem Mediolani Typis Petri Martyris Locarni 1609. Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. quæst. 6. n. 125. D. Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 1. cap. 14. pag. 168. juxta impress. Rothomagensem Typis Joannis Baptistæ Besogne 1726. Abb. Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Prima cap. 26. pag. 359.* ubi quod eruditus Archiepiscopus Don Rodericus Ximenez exclamat .. sic. *Rubet Ensis Sanguine Arabum, & ardet Fides Charitate.*

At reiicitur hujusmodi Narratio, maxime ob illam expressionem, quod Rex d. Stemma concesserit prænominato anno; cum notum sit annorum usum non viguisse, nisi post decimum, aut undecimum Seculum, ut ponderat *Historia Ordinum Monasticorum &c. & Militarium &c. tom. 2. cap. 39. pag. 275. juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1737.* Quæ Historia fuit Gallice scripta, & in italicam linguam translata *à Patre Joseph Francisco Fortana Mediolanense Congregationis Matris Dei.*

Alii Scriptores firmant institutam fuisse Militarem Religionem sub initio Pontificatus sa. me. Alexandri III.: cum enim tunc temporis inter Reges Legionis, Castellæ, Lusitaniæ, ac Navarræ plura ferverent dissidia, & Christianæ Reipublicæ res in discrimen abirent, ingens Maurorum Exercitus irruit in Hispanias, vastas illas Regiones occupaturus, nonnulli Hispaniarum Viri Nobiles, qui cæteroquin indignis Christiano homine moribus vivebant, addicti sceleribus, Divino jam afflante numine ad bonam frugem conversi, velut agmine facto, se se prædictis Mauris Christiani nominis hostibus obiicere decreverunt: quamobrem singuli Vestibus suis rubeam Crucem consuerunt in Spathæ modum, fortasse ad normam dicti Vexilli, quod in præfata Apparitione

ritione Sanctus Jacobus alias extulit, eorumque animum patefecerunt, se promptos, paratosque esse usque ad sanguinem armis contra Mauros pugnare, in Sanctæ Crucis, & Christi Domini Fidei defensionem, sibi certum vivendi modum sub Regula Sancti Augustini assumentes, animo instituendi fundandique Militarem Religionem, ut narrat *Jacobus Bosius in Historia Sancta Religionis, & Militia Sancti Joannis Hierosolymitani Libr 6. pag. 215. juxta tertiam Impressionem apud Hieronymum Albrizzi Venetiis 1695.*

Alii rem eandem, diversis licet aliquantisper circumstantiis exponunt; 3. quod scilicet circa annum 1175. cum Regno Ferdinandi II. Regis Legionis, & Galletiæ Mauri feris eorum incursionibus Christiani Populi devotionem, & Religionem, ad visitandum Sacra Divi Jacobi Apostoli lipsana turbarent, nonnulli Canonici Regulares Sancti Eligii, qui in Regno Galletiæ Monasterium possidebant, in Peregrinorum subsidium Hospitia construxerunt, & considerabilia Hospitalia secus viam communiter dictam *Via Francese*, ut illud dictum Sancti Marci Evangelistæ extra muros Civitatis Legionensis, illud nuncupatum *Delas Trendas* in Districtu Castellæ. Pium hoc Opus 4. Viris Patriciis numero tredecim arrisit, & ad imitationem dictorum Canonicorum, assumpto in Protectorem eodem Sancto Jacobo Apostolo, voto se obstrinxerunt tueri Vias ab incursionibus Barbarorum, & successive in Suburbio Civitatis Legionensis celebre Hospitale construxerunt, quo communiter vivebant, & ita Ordinem fundaverunt. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissert. Historiques &c. sur la Chevalerie &c. lib. 1. Dissert. 10. Art. 6. §. 1. pag. 261. juxta impress. Parisiens. Typis Petri Francisci Giffart 1718. Comes in Koden Sapieha in Corollario omnium Ordinum in Verbo Sancti Jacobi in Hispania pag. 285. impress. in calce ejusdem Tractatus de Ordine Aquilæ Albæ juxta impressionem Coloniæ Typis Adami Cholini 1730.*

Communicata per Equites hac eorum intentione præfatis Canonicis Sancti Eligii, cum illis convenerunt, quod inter eos iniretur unio, & fieret unum corpus, prout factum fuit anno 1170. *juxta Patrem Andream Mendo de Ordin. Disq. 1. quæst. 6. n. 124.* & tradita in Volumine, cui Titulus *Li Sourani del Mondo tom. 4.* sub Titulo *Ordini di Cavalleria pag. 261. impress. Venetiis Typis Sebastiani Colleti, & Joannis Malachin anno 1720.* & scribit *Historia Ordinum Monasticorum &c., & Militarium Gallice scripta, & in Italicam linguam translata à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanense Congregationis Matris Dei tom. 2. cap. 39. pag. 275. juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1737.* & apud *Abb. Justinianum Historie Cronologiche dell' origine degli Ordini Militari Parte Prima cap. 26. à pag. 356. juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Noù 1692. d. Pater Honoratus ubi supra. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 1. §. 29. pag. 397. juxta impressionem Amstelodami Petri Brunel 1721. D. Hermant Histoire des Religions, seu Ordres Militaires tom. 1. cap. 14. pag. 169. juxta impressionem Rothomagen. Typis Jo. Baptistæ Besogne 1726.*

Proinde Ordo suos habet Fratres Clericos, & locum tenent in Collegiis:

d. Men-

d. Mendo d. Disq. 1. *quaest.* 6. *n.* 134. *disq.* 3. *quaest.* 6. *disq* 4. *quest.* 3. *Disq.* 6. *quest.* 8. de quibus infra.

5. Hæc itaque Sancti Jacobi Religio confirmata fuit ab Alexandro III. juxta Bullam Ferentini datam 5. Julii anno 1175. sub Regula Sancti Augustini, & Regulam composuit, suaque manu scripsit clar. me. Cardinalis Albertus, ut prosequitur *d. Jacobus Bosius d. pag.* 215. *Ioannes Soranzo l'Idea del Cavaliere pag.* 105., qui confirmationem Alexandri III. ponit sub anno 1170.: d. Volumen - *Li Sourani del Mondo d. pag.* 261. *d. Pater Fontana pag.* 276., & 285. *Pater Aloysius Torellus Bononiensis in suis Voluminibus Secoli Agostiniani tom.* 3. *pag.* 231. ubi sequitur opinionem *Campi*, non *Patris à Purificatione* ponentis Institutionem factam à Rege Legionis Ramiro. De aliis Bullis Pontificum meminit *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq.* 1. *quaest.* 6. *n.* 130., & numero antecedenti 124. notat, quod confirmatio Ordinis sic saltem centum, & quadraginta quinque annis post ejus exordium, & institutionem contigit; & ita conciliari possunt aliæ opiniones asserentes, hanc Religionem fuisse institutam anno 1030., eam tunc scilicet fuisse absque Apostolica confirmatione, quæ accessit de anno 1175.

Ob laborem vero, quem subibant Canonici in Ministratione Sacramentorum Equitibus, Equites tenentur solvere Decimam cujuslibet Gregis, & Animalium, uti Vitulorum, Agnorum, Gallinarum, Porcorum, & ut dicitur de' Polledri, Vaccarum &c. *d. Fontana pag.* 278.

Cumque plures Equites servitio Regis morarentur, quatuor ex Canonicis destinantur moram trahere in loco, ubi Regis Aula residet, hocque ad effectum, ut possint ministrare Sacramenta Equitibus in Aula morantibus: *d. Fontana pag.* 278.

6. In Tesseram statuta fuit Crux rubea ex lana in Ensis figuram, ea forma qua olim Enses conflabantur, supra pectus gerenda, juxta figuram exhibitam apud *d. Iustinianum pag.* 355. *Pater Mendo de Ordinibus Disq.* 1. *quaest.* 6. *n.* 134. *Pater Bonanni Catalog. Ord. Equestr. n.* 52. *Pater Honoratus à S. Maria lib.* 1. *Differt.* 10. *pag.* 263.

7. Hinc postea usus invaluit illam ex lana alba deferendi super Vestem, & Capitularem habitum; ex quo ortus est Titulus Ordinis Sancti Jacobi de Spatha, ut prosequitur *d. Iustinianus d. pag.* 355.

8. Figuram dictæ Crucis refert *d. Iustinianus pag.* 355., & *d. Pater Honoratus à S. Maria in Addit.*, & *Explicat. pag.* 469.

9. Figuram Equitis induti sua Veste Capitulari, quæ est alba, ac Tessera Crucis habetur penes *Iustinianum pag.* 356. *d. Bonannum n.* 52. *d. Collectorem Gallum tomo* 1. *pag* .304.

10. Collare tribus aureis Catenis componitur, & ab illius extremitate pendet Crux in formam Ensis, cum Pomo, ut vocant, facto in cordis formam, & in extremitate, in Lilii formam: *Volumen Li Sourani del Mondo d. tom.* 4. *pag.* 263.

Dicto Ensi additum fuit insigne ipsius Sancti Apostoli, hoc est ut dicitur, *Una Conca, o Cappa Marina*, juxta memorias, quę servantur in vetustissimo Religionis Archivo, in loco *de Veles*, teste *d. Justiniano pag.* 360. *Bonan. n.* 52. Equites Milites obedientiam vovent, Paupertatem Spiritus, & Castitatem Matrimonialem, ut subdit *d. Bosius pag.* 105.

Optimis legibus constat hic Ordo jussu

su Alexandri III. scriptis à Cardinale
11. Alberto titulo Sancti Laurentii in Lucina Ordinis Sancti Benedicti, qui postea electus fuit Pontifex sub nomine Gregorii Octavi, dictaque Regula continet septuaginta Capitula ab Alexandro III. approbata, & à Julio II. 1507. confirmata: *d. Fontana pag.* 276.

Prima Dignitas in hoc Ordine sicut &
12. in cœteris Ordinibus est magnus Magister: *d. Fontana pag.* 282.

Magnus Magister antiquitus eligebatur ab ipsis Equitibus, postmodum magnum Magisterium hujus Ordinis, sicut etiam aliorum Ordinum Equestrium in Hispaniis, unitum fuit Regiæ Coronæ, & Rex dicitur perpetuus Administrator.

Adsunt tredecim Equites Commendato-
13. res, qui præeminent omnibus: *d. Fontana pag.* 282.

Horum Auctoritas, antequam Magiste-
14. rium fuerit unitum Regiæ Coronæ, amplissima erat: Ipsi enim magnum Magistrum eligebant, illum, si in aliquod crimen incidisset, deponere poterant, & ad electionem alterius devenire. Ipsi in omnibus negotiis, eorum præstabant suffragium, controversias sedabant inter ipsos, & magnum Magistrum ortas: *d. Fontana pag.* 282.

Sed de presenti eorundem tredecim E-
15. quitum diminuta est Auctoritas, quia adest speciale Concilium Ordinis: *d. Fontana pag.* 283.

Quod quidem Concilium Ordinis non
16. solum de isto Ordinie animadvertit, sed etiam de aliis duobus Alcantare, & Calatrave. Idcirco ne eadem hìc exponamus quod commune est omnibus Ordinibus, & sic ne eadem in Discursibus aliis ter repetamus, plene agemus in Discursu de Concilio Ordinum registrando in tomo tertio.

Cœterum hìc notamus, quod relatus nu-
17. merus tredecim Equitum repræsentant Sacrum Collegium Apostolicum cum Jesu Christo Salvatore nostro, qui est supremus magnus Magister, & Dominus, sub quo militant duodecim Apostoli Christianam Religionem repræsentantes, juxta opinionem nonnullorum Scriptorum, ut in specie tredecim Virorum in hoc Sancti Jacobi de Spatha, inquit *d. Hermant d. tom.* 1. *cap.* 14. *pag.* 179.

Et sub allata consideratione fortasse Ordines Equestres, & Militares plerumque consimilem numerum statuerunt tredecim Virorum pro bono Regimine eorundem Ordinum, ut videre est in hoc nostro Opere.

Alia dignitas est illa Prioris, quæ
18. spectat ad Canonicos: *d. Fontana pag.* 282.

Alia Magni Commendatoris: *d. Fon-*
19. *tana pag.* 282.

Diximus Primam Dignitatem esse Ma-
20. gnum Magistrum, qui Magnus Magister antiquitus eligebatur ab ipsis Equitibus, perduravitque electionis Jus usque ad tempus, quo à Summo Pontifice fuit magnum Magisterium datum certe Personæ in Administrationem Personalem; & tandem fuit unitum Regiæ Hispaniarum Coronæ, & Reges Hispaniarum constituti fuerunt Perpetui Administratores, ut videre est in Catalogo Magnorum Magistrorum, & perpetuorum Administratorum, qui datur in Calce. Ex serie quippe Historiarum constat, aliquoties fuisse electum aliquem vigore Bullæ Summi Pontificis, ut refert *Justinianus pag.* 384. Constat Summum Pontificem alicui concessisse in Administrationem magnum Magisterium, & Regimen Ordinis, ut Ferdinando V. & Isabellæ Regibus Catholicis, qui ob temporum

rum circumstantias eandem Administrationem eisdem a Summo Pontifice concessam cesserunt Don Alphonso de Cardenas Magistro: quamobrem anno 1477. in Conventu de Ucles constabilita fuit eadem electio favore d. Alphonsi de Cardenas in quadragesimum Magistrum, qui totius Equestris hujus Militię possessionem cępit; postmodumque idem magnus Magister expostulavit a Rege Catholico tradi more antiquo Ordinis Vexillum Militare, cujus Militaris Vexilli forma quadrata erat, & gerebat ex una parte Crucem rubeam in modum Ensis, pluresque parvas Cruces stemma Regni Galitiæ, & ex alia parte Vexillum Crucem Ordinis habebat, & sic exhibet *Justinianus pag.* 387., *& Hermant pag.* 181. Unde celebrata Missa per Sacerdotem in Ecclesia majori Toletana, Sacerdos Vexilla benedixit: Magister autem associatus ab Equitibus numero quatuor centum circiter, partim Commendatariis, partim Equitibus indutis Vestibus Capitularibus, processionaliter perrexgit ad Regem ibidem in Regio Throno sedentem, & ante Regem genibus flexis, e manibus Regiis Vexilla recepit, & facultatem ad Belli Campum obtinuit. Tandem hic Magister, variis de Inimicis reportatis Victoriis, obiit Anno 1499. ipsique Reges propriis defleverunt lacrymis, juxta Narrationes, quas super prędictis refert *d. Justinianus pag.* 385.

21\. Mortuo itaque d. Alphonso de Cardenas Quadragesimo magno Magistro, & ultimo ex Magistris electivis, obtinuerunt rursus prælaudati Ferdinandus V., & Isabella Reges Catholici, mediante Bulla Summi Pontificis Alexandri VI. anno 1493., aut 1494. sibi dari Administrationem Magisterii Ordinis, ut inquit *d. Justinianus pag.* 386. *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq.* 1. *quæst.* 6. *n.* 129. *d. Hermant pag.* 180. *Volumen, cui Titulus li Sourani del Mondo Tom.* 4. *pag.* 263. ubi subdit, quod Rex perpetuus Administrator percipit annuatim plusquam centum quinquaginta *Mille Doppie*, & ponit sub anno 1499. concessionem Administrationis.

22\. Post obitum vero dictorum Administratorum, Leo Decimus Pontifex Maximus Administrationem Ordinis indulsit Imperatori Carolo Quinto, & Hispaniarum Regi, & Adrianus Sextus pariter Summus Pontifex eidem Carolo, & Regibus Hispaniarum Successoribus eandem Administrationem in perpetuum concessit, ut prosequitur *d. Pater Mendo ubi supra n.* 129. *d. Justinianus pag.* 386. *d. Pater Honoratus à S. Maria Libr.* 1. *Dissert.* 10. *pag.* 263., *& seq.*

23\. Consimilem perpetuam Administrationem Ordinis tenent Reges Catholici Hispaniarum quoad Ordinem Alcantarę, ut diximus *Disc.* 13. *pag.* 324. *tom.* 1. cui addimus d. Volumen *Li Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 265., *& exponit d. Justinianus pag.* 386.

Et quoad Ordinem Calatravæ, dicitur in nostro Discur. 52. *Sec.* 2. *à pag.* 642 *Tom.* 1. cui addimus *d. Volumen Li Sourani del Mondo pag.* 262., & exponit *d. Iustinianus pag.* 386.

24\. Celeberrimus hic Ordo floret in Hispaniis: ex eo omni tempore prodiere Viri tum Litterarum scientiis, præclarisq. muneribus, tum Armis undequaque conspicui, ut monumenta tum vetera, tum recentia revoluentibus abunde patet, & nonnullos insignes Viros enumerat *Pater Andreas Mendo*

do de Ordinibus Militaribus Disq. 9. quaest. 11. à n. 108. cum seqq. Et praeter adductos à d. Patre Mendo addimus *Nicolaum Antonium* natione Hispanum Patria Hispalensem, & in Patria Ecclesia Canonicum; necnon Ordinis Sancti Jacobi Equitem, dum Regiorum Negotiorum in Urbe, & Romana Curia generalem agebat Procuratorem: hic copiosissimam Scriptorum Hispanorum collegit, ac digessit Bibliothecam alphabetico ordine concinnatam in duos Tomos divisam Carolo II. Hispaniarum Regi dicatam 1672., & ejusdem Bibliothecae compendiariam notitiam exponit doctissimus Pater F. *Michael à Sancto Joseph*, e Matrito, olim Philosophiae, ac Sacrae Theologiae Professor pluries in Romana Curia Generalis Procurator, & totius Ordinis Sanctissimę Trinitatis Patrum Excalceatorum Redemptionis Captivorum Superior Generalis, ac Serenissimi D. Card. Infantis in Sac. Theol. intimus Consultor, & nunc tot suffragantibus meritis ad Episcopatum Guadicensem in Hispania promotus, Consiliarius Regius, in praeclaro Opere publicae luci dato Matriti quatuor tomis Typis Antonii Marin annis 1740. 1741., & 1742. sub titulo - *Bibliographia Critica Sacra, & Prophana*.

Quae quatuor Volumina nuper Nobis dono dedit Admodum Reverendus Pater F. Fortunatus Maria à S. Antonio ejusdem Ordinis Provincialis; Vir sane Religiosissimus, & diligentissimus in colligendis Doctissimorum Auctorum Codicibus, quorum pretiosam Supellectilem apud se retinet.

In secundo autem Volumine, seu Parte tertia laudatae *Bibliographiae pag.* 357. habetur allegata Notities.

Emicat quoque hic Ordo Viris Sanctimonia insignibus; non pauci siquidem pro Sanctę Fidei defensione Martyrium à Saracenis passi, gloriose in Coelesti Capitolio triumphant, quorum memoria in Kalendariis Monasteriorum Ordinis recolitur, teste *d. Mendo d. Disq.* 10. *quaest.* 11. *n.* 112.

Elucet eodem Equestri Jacobęo Ordine illustris natalibus Eques Divus Franciscus Borgia Gandiae Dux quartus, Joanne Borgia, & Joanna Aragonia Ferdinandi Catholici Nepte genitus, qui puerili aetate mira innocentia, & pietate transacta, & in ipsa Caroli V. Caesaris Aula, & Catalauniae administratione Christianae Virtutis, & austerioris vitae exemplis se reddidit admirabilem, ut miraculum Principum appellaretur. Mox mortua Eleonora de Castro Coniuge ingressus est Societatem Jesu, virtutibus omnibus redimitus, & Catholicę Religionis zelo praeclarus, Praepositus Generalis tertius à Societate universa, licet invitus electus fuit, & plenus meritis Romae, ut optarat, vitae cursum feliciter consumavit aetatis suae anno sexagesimo secundo, salutis vero 1572. à Sancta Theresia, quae ejus utebatur consiliis, Vir Sanctus; à Gregorio XIII. fidelis Administer appellatus. Postremo à Clemente X. Pontifice Maximo plurimis magnisque clarus miraculis in Sanctorum numerum adscriptus fuit. Quod vero hic Sanctus fuerit in Ordine Jacobaeo Equestri Habitu professus, scribit *d. Pater Andreas Mendo d. Disq. 9 quaest.* 11. *n.* 216. ubi numero antecedenti mentionem facit de Sancta Moniali ejusdem Jacobęi Ordinis nomine Sanctia Alphfonso.

Cum Ordo tam potens evasisset tempore Ferdinandi Regis Legionis, & in ejusdem Regis suspicionem incidisset, 25. quod Ordo Regi Castellae ejus Adversario faveret, idcirco Rex Ferdinandus Iacobęos Equites ex suo

expulit

expulit Regno, qui Equites sub protectione Alphonsi Regis Castellæ se locavere : Rex autem Castellæ Equitibus concessit Civitatem, & Fortalitium *De Ucles*, ubi moram traxerunt toto tempore, quo Rex Ferdinandus vixit: sed eo mortuo restitutæ fuerunt eisdem Equitibus illorum Possessiones, & Terræ in Regno Legionis : *d. Justinianus d. Parte Prima cap. 26. a pag. 364. d. Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires Tom. 1. cap. 14.*

In prefato loco *de Ucles* dicti Equites Conventum ædificaverunt, quem con-

26. stituerunt eorum Ordinis Caput: *Justinianus Parte Secunda cap. 47. pag. 614. d. Pater Honoratus d. pag. 262. d. Fontana ubi supra.*

Et ob rationem principalis Conventus *de Ucles* Equites Sancti Jacobi denominabantur Equites *de Ucles*, ut inquit *d. Justinianus d. pag. 614.*

Quemadmodum ex aliorum Locorum habitatione iidem Equites alias denominationes sortiti fuerunt, ut de appellatione Equitum *Sancti Jacobi* dicti sunt *de Cazeres* ex Castello *de Cazeres*, Equites *de Alfarilla*, eo quia ibi morabantur, inquit *d. Justinianus Parte Prima cap. 26. pag. 364.* Volumen cui titulus - *Li Sourani del Mondo tom. 4. pag. 262. d. Pater Fontana pag. 283.*

Antiquitus Ordinis hujus erant veri Re-

27. ligiosi, & Votis obstringebantur: sic cum Voto Castitatis vovent Equites Paupertatem, & Obedientiam, sed

28. Castitatem Coniugalem: *d. P. Honoratus pag. 263.*

Ulterius quartum emittunt Votum, so-

29. lemniter defendendi semper prærogativam in Sanctissima Virgine Matre Dei suæ Immaculatæ Conceptionis, per hęc verba - *Y asimismo hago Voto de tener, defender, y guardar, en publico, y en secreto, que la Virgen Maria fue concebida sin mancha de Peccato Original*, quæ verba refert *d. Pater Honoratus pag. 263.*, ubi quod hoc Juramentum emittunt etiam alii Ordines Calatravæ, & Alcantaræ.

Hinc quoad singulare Privilegium Sanctissimę Virginis Mariæ Matris Dei, Immaculatæ in primo instanti ejusdem Sanctissimæ Virginis Conceptionis, notum facimus, quod nuper in nostra hac Patria Illustriss., & Reverendiss. D. Joannes Baptista ex Comitibus Gaddi Sanctissimi Domini nostri Benedicti XIV. Prelatus Domesticus publicæ luci donavit librum, cui Titulus - *De Immaculata in Primo Instanti Mariæ Virginis Conceptione Apologetica Dissertatio Sanctissimo Domino nostro Papæ Benedicto XIV. humiliter nuncupata à Jo. Baptista ex Comitibus Gaddi Patricio Foroliviensi I. U. D. Prælato ejusdem Domestico, Honorisque à Cubiculo: Forolivii Typis Achillis Marozzi 1750. Superior. Permissu.*

De Immaculata in Primo Instanti Deiparæ Virginis Mariæ Conceptione etiam quoad Corpus Dissertatio altera Apologetica, exarata à Jo. Baptista ex Comitibus Gaddi Patricio Foroliviensi I. U. D. Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Papę XIV. Prælato Domestico, Honorisque à Cubiculo: Forolivii Typis Achillis Marozzi 1751. Superiorum Permissu.

Possunt itaque ex concessione Alexan-

30. dri III. Matrimonium contrahere; sed necessaria est Regis licentia, quam in scriptis obtinere tenentur : si autem Nuptias contraherent sine dicta Regis licentia, plectuntur Pœnitentia unius anni. Quod si ille qui matrimonium contrahit non obtenta licentia, esset unus ex tredecim Commendato-

datoribus, privatur d. Dignitate.

Et prædictorum omnium, atque prohibitionis ea est ratio, quia Equitum Uxores eas tenentur Probationes facere & exhibere, quas conficiunt, & exhibent eorum Mariti: unde Concilium Ordinum deputare tenetur Commissarios, ut necessarias Informationes capiant, ut prosequitur *d. Pater Fontana d. pag.* 295.

31. Plura iniunguntur à Statuto, quæ vel mitigata dispensationibus Pontificiis fuere, vel ab illis sublata. Quibusdam enim anni Festis diebus ab eorum Uxoribus Coniugati se abstinebant, veluti in Festis diebus Sanctissimæ Virginis Mariæ, Sancti Joannis Baptistæ, Sanctorum Apostolorum, & aliquibus aliis: sicut & in Vigiliis horum Festorum: sic etiam in diebus Jejunii à Regula præscriptis, & hi erant præter quadragesimæ ab Ecclesia universali præscriptas dies, ab octava die Novembris ad diem Nativitatis Domini nostri Jesu Christi: omnes sextę feriæ post primam diem Septembris, usque ad Pentecosten.

In prędictis quippe sa. me. Innocentius Quartus dispensavit Equites in Bello existentes à Jejunio à die octava Novembris, usque ad primam Dominicam Adventus.

Martinus Quintus totaliter à Regula exemit, & absolvit ab obligatione adeundi Monasterium in illis diebus, quibus ab eorum Uxoribus se abstinere debebant, id relinquendo eorum arbitrio.

Innocentius vero Octavus anno 1486. declaravit, quod Equites, qui in Bello aderant, obstricti Jeiuniis Regulę non erant; imo nullos esse obstrictos.

Et tandem quoad alios Articulos Regulę, veluti à Coniugibus propriis abstinendi certis temporibus, quasdam Preces recitandi, & alia consimilia faciendi, d. Summus Pontifex d. Anno declaravit violationem Regulæ in præfatis non obligare sub peccato mortali: & cuncta relata superius habentur apud *d. Paterem Fontana d. pag.* 29. *& seq.*

32. Ut quis in Gradu Equitis admittatur ad illum Sancti Jacobi de Spatha Ordinem Militarem, tenetur probare Generis Nobilitatem per quatuor Generationes, tam ex linea Paterna quam Materna: *d. Pater Fontana d. tom.* 2. *pag.* 294. *d. Pater Honoratus à S. Maria d. pag.* 263.

Et latius constat ex verbis ipsorum Statutorum, quæ in calce Discursus registrantur.

33. Licet enim antiquitus Nobilitas Materna non esset necessaria, attamen in Capitulo Generali habito 1653. decretum fuit, quod eadem Maternæ lineę Nobilitas necessaria est: ita *d. Fontana pag.* 294. etiam vide infra.

34. Probanda est puritas Sanguinis, itaut nulla sit macula Sanguinis Judæorum, vel Maurorum, juxta Statutum, quod datur in calce.

35. Confectis Probationibus, ad Concilium Ordinis referuntur, & pro rite confectis si recognoscantur, Rex Commissionem dirigit, ut Habitum conferat: *d. Fontana pag.* 295.

36. Porro Novitii inservire tenentur spatio sex mensium in Triremibus Regiis, & insuper morari per mensem in Monasterio, ut practice Ordinis Regulam discant.

A quibus tamen oneribus eximuntur mediante Dispensatione, quę conceditur à Rege, sive Concilio pręvia solutione cujusdam Summæ pecuniarum: *d. Fontana pag.* 295.

Diximus, quod hic Ordo constat etiam

37. Fra-

37. Fratribus Clericis, qui in exordio Ordinis fuerunt Canonici Regulares Regulam Sancti Augustini profitentes; cum illis enim Canonicis inita fuit societas, & juncti fuerunt, ac uniti Fundatoribus Equestris Ordinis Sancti Jacobi de Spatha *à* §. *Alii rem eandem*, *&* §. *Communicata*.

Qui sane Canonici temporis progressu vigore dictæ Unionis, & aggregatio-
38. nis effecti fuerunt Equitum Capellani, ut videre est apud *Patrem Fontanam d. tom. 2. cap. 39. à pag.* 275.

Neque obstat, quod in Bulla Alexandri III. qua confirmatus fuit hic idem
39. Ordo Equester, & Statuta Ordinis, Canonici Sancti Jacobi non nominentur, nisi cum titulo Clericorum; quoniam in subsequentibus Bullis Adriani VI. anno 1522., & Clementis VII. anno 1531. expresse fit mentio de illis sub nomine Canonicorum Regularium, ut advertit *d. Fontana pag.* 276.

Sic statuta Clericorum Classis suis regitur Regulis : hinc Fratres Cle-
40. rici intra Monasteria Superpelliceum adhibent rotundum circa collum, & ut dicitur *Sopra la Sottana una Cotta senza maniche*, & à sinistra parte Pallii Crucem rubeam ad instar Ensis, hoc est Crucem Ordinis. In Choro super Cottam nigram deferunt Mozettam cum Cruce Ordinis ad pectus.

In Collegio autem Salamantino intra Domum Togam adhibent subobscuri coloris, & Palliolum super humeros, quod ad dimidium usque corporis profluit: *d. Fontana pag.* 277.

Extra demum Monasteria, & Collegia Vestes sunt modestæ, ac decentes, ut sunt Vestes Clericorum Secularium: *d. Pater Mendo Disq. 1. quæst. 6. n.* 134. *d. Pater Fontana pag.* 277.

Ex dictis Canonicis, seu Fratribus Cle-
41. ricis antiquitus eligebatur Prior, qui primariam constituebat Dignitatem, illi enim incumbebat Gubernium universale Ordinis: unde mortuo magno Magistro, non enim magnum Magisterium unitum fuerat Regiæ Coronæ, ut dicemus infra, munus dicti Prioris erat convocare electores pro nova electione: *d. Fontana pag.* 277.

A principio unus solum erat Prior,
42. sed postmodum duo fuerunt electi, prout ad præsens duo eliguntur, hoc est Prior de Ucles, & Prior Sancti Marci Legionen., & ambo ex Summorum Pontificum Privilegiis usum habent Rochetti, usum Pontificalium, & Mitræ: *d. Fontana pag.* 277.

Prior autem de Ucles jus prçterea ser-
43. vat docendi Regulam illos cupientes admitti ad Ordinem, qui in d. Conventu de Ucles Novitiatum peragere debent, & ad dictum effectum reditus adsunt peculiares. Et tandem in eodem solemnis Professio emittenda est: *d. Fontana pag.* 277.

Licet antiquitus Prior Sancti Jacobi
44. Hispalensis non esset subiectus Superiori Ordinis vigore exemptionis Pontificiæ; sed anno 1429. Don Henricus de Aragonia nonus magnus Magister obtinuit à Martino V. revocationem exemptionis, qui illum submisit magno Magistro Ordinis, & Priori de Ucles. Et tandem Dom Alphonsus de Cardenas in Capitulo Generali anno 1480. univit Ordini: *d. Fontana pag.* 278.

Perpetui olim erant Priores de Ucles:
45. sed cum anno 1426. Dom Fernandus de Santovo electus, suæ Electioni renunciaverit sponte, ut constat ex Bulla Alexandri VI. 1501., idem Pontifex jubet, quod in posterum ad triennium eligantur, Conventum tamen

tamen fuit anno 1648. ad tollendas contentiones in hujusmodi Electionibus inter Religiosos, quod electiones alternative caderent super uno ex Provincia della Manche, o Mancha, vel super uno *della Ribera*, *o Campo de Montiel*, quoque ex quadraginta Religiosis, horum octo morarentur in Collegio Salamantino; medietas esset ex una Provincia, & altera medietas ex alia Provincia, sub hac tamen conditione, quod semper quatuor essent di Campo di Montiel. Quod fuit approbatum à Philippo IV. Rege, & confirmatum ab Urbano Papa Octavo: *d. Fontana pag.* 278.

Priores Monasterii Sancti Marci Legionensis similiter convenerunt, quod eorum Priores alternative eligerentur ex Provinciis Legionensi, & Estremadura: *d. Fontana pag.* 278.

46. Ut quis admittatur ad hunc Ordinem in classe Fratrum Clericorum, sanguinis puritatem probare tenetur, juxta Statuti Dispositionem cap. 27. relati in calce S. Porque.

47. Debet autem probari per quatuor Generationes, tam ex linea Paterna, quam Materna Descendentia, ut ab Equitibus probatur, non tamen Nobilitas, sed simpliciter Civilitas, & quod Artem mæcanicam non exercuerint: *d. Pater Fontana pag.* 279. ubi inquit, debent probare, *che i loro Antenati non fiino flati Fattori, Spedizionieri, Sensali, nè Banchieri, nè che abbino esercitato alcun' Arte mecanica, o vile, e che non fiino flati Ebrei, Eretici, e per tali puniti dal Tribunale dell' Inquisizione*.

48. Priores, & Capitula Monasteriorum habent potestatem à Rege, & ab ipso Ordine admittendi ad Ordinem ipsos Fratres Clericos Jacobæos: *d. Mendo Disq.* 3. *quæst.* 6. *n.* 58.

49. Diximus, quod hic Ordo etiam antiquitus fuit valde potens: nunc dicimus fuisse, & esse ditissimum; ipse enim solus possidet majora, & plura Bona quam alii duo Ordines possideant Alcantaræ, & Calatravæ; octuaginta quatuor Commendas tenet, hoc est magna Commenda Castellæ Legionis, & di Montalvano in Aragonia, quæ octuaginta quatuor Commendæ reditus annuos habent ducentorum triginta millium Ducatorum: tenet bis centum Prioratus, Curas, & alia Beneficia simplicia, quæ cum Apostolica Dispensatione conferri possunt Personis extra Ordinem.

Tenet tredecim, ut dicitur Vicarii quibus residentiam habent *Borghi*, spiritualem Jurisdictionem habentes: Sunt autem *Villa nueva delos Infantes*, *Villa Rodriguo*, *Villalua Estriana Xeres Emerita*, *Judia Jesse Caravacca*, *Veas Segura*, *Dela Siera*, *Aledo*, *e Torana*.

Tenet etiam quatuor *Eremitaggi*, Hospitalia quinque, & Collegium Salamanticæ.

Hic Ordo dividitur in quatuor Provincias Castellæ, Legionis, Castellæ Veteris, & Aragoniæ, ad quas Provincias Rex Perpetuus Administrator, & Capitulum Generale Visitatores mittunt. Ille autem Provinciæ Legionis eligitur à Priore, & Capitulo Conventus Sancti Marci Legionensis, sed debet confirmari a Concilio Ordinum.

50. Præter dictos generales Visitatores, alios Visitatores deputat Rex, ut informent eundem, an Equites, & Capellani, & ceteri Regulam observent, & Statuta Ordinis. Hi Visitatores semper Equites sunt, qui associati ab aliquibus Capellanis visitant; eorum Auctoritas se extendit non solum super Equites, sed etiam super omnes Possidentes Beneficia, & Loca ad Ordinem

dinem spectantia: *d. Pater Fontana pag. 294. d. Volumen Li Sourani del Mondo tom. 4. pag. 262.*

51. Equites obedire tenentur Concilio Ordinum, & Superioribus Monasteriorum, dum in illis morantur, aut Novitiatum agunt, sive ob aliquod delictum condemnantur ad morandum in iisdem: *d. P. Fontana pag. 294.*

52. Reliquum est, ut de isto Ordine in Lusitania florente loquamur, quod retento Alphabetico Ordine, post *Discurs.* 119. perficiemus; præ manibus enim tenemus Documenta, quæ humanissime Nobis ex Urbe transmisit Reverendissimus Pater Magister Aloysius Laghi totius Ordinis Carmelitarum Generalis, quem libentissime honoris gratia nominamus; tum quia Concivis noster est omni laude dignissimus; tum quia ad præsens in præclarissimo munere continuat Prioris Generalis totius sui Ordinis; quo insigni munere decoratus novissimum est, & patet ex Bullario Carmelitano *Tomo 2. pag. 653. juxta impressionem Romæ Typis Georgii Plachi apud Sanctum Marcum* 1718. gaudere Prærogativa Magnatum Hispaniarum, coram scilicet Majestate Hispaniarum Regis Caput operiendi.

53. De cætero, quoad conspicuum, ditissimumque hunc Divi Jacobi Ordinem transcribimus quod refert *Joannes Soranzo L' Idea del Cavaliero Parte Prima pag. 105. juxta impressionem Mediolanensem Typis Petri Martyris Locarni* 1609. ibi = *Fu molto favorito da Regi quest' Ordine, onde è fatto ricco, e maraviglioso. Il Re è Gran Maestro, ne si dà l' Abito di questa Cavalleria, se non a Gran Personaggi Nobili di sangue, o Grandi per ragion di Feudi Regali. Non ci è Grande di Spagna, che non porti nel petto una tal Croce.*

La Regla y establecimientos de la Orden de la Cavalleria de Santiago del Espada, con la historia del Origen y principio d' Ella: En Alcala de Henares, en Casa de Andres de Angulo 1565.

Titulo 3. pag. 100.

Capitulo 3. De las calidades, que hà de tener el Cavallero, que ha de recebir el habito.

Considerando el Infante Don Enrique Maestre de nuestra Santa Orden, come fue fundada, y establecida por generosos Cavalleros estrenuos de gran linage, los quales ordenaron, que en ella ninguno, si hidalgo no fuesse, para exercitar el habito militar, y Cavalleria d' ella, no fuesse recebido, y viendo el dicho establecimiento ser justo, y razonable, confirmolo, mandando, que de ay adelante el habito no fuesse dado para ser Cavallero de nuestra Orden a ninguno salvo che fuesse *hijo dalgo*, y prenda Cavallo; pero, aunque fuesse hijo dalgo, si fuere reptado, no sea recebido hastaque sea salvo del riepto. Y si por ventura, siendo reptado, no lo sabiendo el, o los Maestres, que despues del fuessen, tomare el habito, y despues fuere sabido, que lo lancen fuera de la Orden, y que le quiten el habito, segun las antiquas Constituciones de nuestra S. Religion, que se ponen en la dacion del habito, y despues el Leon decimo Papa de felice recordacion por una su Bulla mandò, que no fuesse recebido al habito y Cavalleria de la dicha Orden el que no fuesse noble, y sobre la guarda de la dicha Bulla

S puso

puso censuras: agora nos conformandonos con el dicho establecimiento, y bulla Apostolica, mandamos que a ssi se guarde y cumpla, y con acuerdo de nuestro Capitulo general declaramos, que se entienda *ser hyo dalgo*, *y noble* para el dicho efeto, a quel que por parte de su padre fuere hijo dalgo *de todas* partes, y que no le *toca raça de Judio*, *ni Moro*, y que de parte de su Madre venga de Christianos viejos, que *assi mismo no le toque* raça de Judio ni Moro, saluo ende si alguno alumbrado de la gracia de nuestro Señor, dexando la secta de los moros se vuiere convertido, o convertire a nuestra S. Fe, y fuesse persona, con que la dicha nuestra Orden pudiesse ser honrada, que con los tales queremos reservar en nos el poder para recebidos.

Revocacion de la parte ultima d' este establecimiento.

Por causas que a ello nos mueven, mandamos revocar, y revocamos este establecimiento en quanto a la parte, que comiença, salvoende, hasta el fin, porque assi cumple al honor y reputacion de la dicha Orden.

Addicion.

Establecemos assi mismo y ordenamos, que demas de las preguntas que hasta a qui se han acostumbrado preguntar, se ponga en el interrogatorio de las informaciones, si sabenque el tal Cavallero, cuya informacion se haze, esta infamado de caso grave y feo, de tal manera que su opinion este cargada entre los hombres hijos dalgo, y che declaren los casos particularmente, porque siendo de tal calidad, que nuestra Orden no pueda ser honrada con el tal Cavallero, no queremos, que sea admitido.

Cap. 4. Que añade y declara al Capitulo precedente, cerca de las calidades, que ha de tener el Cavallero, que ha de recebir el habito. Pag. 101.

Quedando en su vigor y fuerça el establecimiento arriba escrito, cerca de las calidades, que las personas que el habito de nuestra Orden para Cavalleros della vuieren de recebir, en quanto a no tener raça de Judio, ni Moro, queremos, que de a qui adelante qualquier Persona, que el dicho nuestro habito para Cavallero vuiere de recebir, aya de ser, y sea hidalgo, assi *por la linea de la Madre, como del Padre*.

Cap 21. Que los que vuieren de hazer profession, esten un año en convento para su approvacion. tit. 3. p. 107. a t.

Los derechos quieren, como el Infante Don Enrique en su establecimiento lo dire, que a qualquer Religioso sea dado año de approvacion, paraque vea la regla y aspereza, d' ella, diziendo: vedes a qui la regla, y aspereza della sola qual avedes de bivir, y servir a Dios, y el Maestre Don Alonso de Cardenas, viendo, que muchos demandavan el habito de nuestra Orden, no sabiendo los cargos, que de baxo del son, ni a que se estienden los votos principales, que en ella hazen y prometen. Por la qual causa los que hasta alli avian sido admitidos al dicho habito, no teniendo conoscimiento a lo que nuestra regla dispone andavan sueltos, y conversando como mere legos con las gentes, y no rezando las horas

Emperador.

horas, ni haziendo las otras cosas, que eran obligados, y porque, segun derecho Canonico, y establicimientos, y regla de la dicha nuestra Orden, los, que en ella han de ser recebidos, tienen un' año de approvacion para aprender la regla y asperezas della por esperiencia y obra, la qual si supiessen primero muchos rehuyria de tomar el dicho habito. Porende establecis y mando, que de alli adelante ninguno pudiesse ser, ni fuesse recebido al dicha habito, sinque primeramente estuviesse en nuestro Convento el dicho año de approvacion, aprendiendo, y sabiendo la dicha regla, y aspereza de la dicha Orden porque bien instruydo en ella pudiesse, segun Dios, y Orden recebir el dicho habito, y usar del como antiguamente fue establecido, y usado en la dicha nuestra Orden, y que estando alli le fuesse dado el mantenimiento devido, segun y como y porquien antiguamente fue establecido por la dicha nuestra Orden: y nos agora visto, que las consideraciones, que los dichos Infante, y Don Alonso de Cardenas tuvieron son santas, y justas, mandamos, que ninguno sea recebido a la profession de la dicha nuestra Religion, sinque primero este en Convento un' año en approvacion; y que alli le sea dado el mantenimiento como dicho es.

Addicion.

No obstante el establecimiento de arriba algunos Cavalleros de nuestra Orden se les hà dado la profession sin yr al Convento, y a otros con estar poco tiempo en el, y de aqui viene no estar algunos tan instructos en las cosas de la Orden como conviene, y paraque este inconveniente cesse, establecemos, y ordenamos, que de a qui adelante no se pueda en ninguna manera dispensar con ninguno, que haga profession sino es despues, de aver residido tres meses continuos e nel Convento, aunque antes d'ellos les den los Priores la Cedula de meritos, que les suelen dar, y no se les tome en quenta l'absencia, que vuieran hecho, aunque sea con licencia nuestra, Mandamos en virtud de obediencia a los dichos Priores, que antes que passen los tres meses no les den las dichas cedulas de meritos, y sobre ello les encargamos sus conciencias.

El Rey.

Cap. 27. De las calidades, que ha de tener la Persona, que para Religioso viene de recebir el habito de la Orden. p. 110.

Porque en los Conventos de freyles de nuestra Orden aya personas doctas y de buena parte con ac verdo de nuestro Capitulo acordamos, que hasta el primer Capitulo general, que se començare a calebrar allende de la informacion, que se ha de hazer, como en el estatuto de arriba esta ordenado, que persona alguna no se reciba para freyle en los Conventos, sino fuere hidalgo, o graduado de Bachiller en una de las universidades approbadas.

El Rey Principe.

Addicion.

Por algunos justos respetos nos ha parecido declarar que de a qui adelante baste para ser admitido por Freyle en nuestros Conventos, que sea buen latino, y tenga habilidad para passar adelante, y que sea limpio de todas partes de raça de Moro, ni Judio en ningun grado por remoto que sea, sin que para ello

El Rey.

ello sea menester ser hijo dalgo, con que la informacion que del tal Freyle se hiziere la vaya a hazer otro Freyle de la mesma Casa y la traiga cerrada, y se abra dentro del Capitulo del Convento, y alli se vote, y despues de votado se ponga y guarde en el Archivo.

Series Magnorum Magistrorum Militaris Ordinis Sancti Jacobi de Spatha.

Hic Catalogus usque ad Carolum Secundum inclusive habetur apud *d. Justinianum d. Parte Prima pag.* 387. *& Collectorem Gallum d. tom. Secundo a pag.* 433.

I. Don Petrus Fernandez de Fuente fuit Primus Ordinis Magister; sed quanto tempore Ordinem rexerit, ignoratur. Hic una cum Cardinale Hiacintho, jam Nuncio in Hispaniis Romam petiit sociatus a conspicuis Equitibus Ordinis, & anno 1175. obtinuit a Summo Pontifice Alexandro III. confirmationem Statutorum ab eodem Magistro conditorum, mediante Pontificis Bulla expedita anno decimo tertio, vel decimo quinto die quarta Mensis Julii cum largitione, quod omnia Bona per Equites acquisita propria essent Ordinis, quod Castitatem coniugalem profiterentur; quod iidem ad alium Ordinem transire non possent. Confirmata fuit institutio tredecim Virorum, de qua supra: eorundem eletio, sicut & Magistri ad quos spectaret: quod Equites interessent Capitulis; quod obligationem teneant pugnandi contra Mauros; quod eligant Visitatores, & Clericorum Ordinationem cum contributione Decimarum; assistentiam Hospitali praestent; Gubernium habeant & Populorum, & Oratoriorum; quod exempti sint ab Interdicto, & Excommunicatione; gaudeant Privilegio Canonis *si quis suadente* 17. *quaest.* 4. Obiit Magister anno 1183. Sepultus in Ecclesia S. Mariae de Leon: Praedicta habentur apud *Justinianum d. Parte Prima cap. 26. pag.* 365. *cum seqq. d. Pater Fontana d. Tom.* 2. *pag.* 283.

II. anno 1184. Don Fernandus Diaz electus fuit Magister in Castellae Regno, qui rexit annos 2. Hic verus magnus Magister: *d. Justinianus ubi supra: d. Fontana d. pag.* 284.

III. Don Sanctius Fernandez nativus Civitatis De Lemos in Gallecia. Magister in Legione electus contra Don Fernandum: rexit annos 2.

Hinc in Ordine Equestri incepit Schisma, eo quia inter Equites ex una, & altera Natione Legionensi, & Castellana, alius electus fuit Magister: *d. Fontana pag.* 285.

IV. anno 1195. Gonzaluus Rodriquez electus in Gallecia, rexit annos 8. Et subortis inter Reges Galeciae, Legionis, & Castellae dissensionibus, Ordo pene in praeceps ruit, juxta bellorum vicissitudines, de quibus *d. Justinianus pag.* 368. *& seq.*

V. anno 1203. Dom Suero Rodriquez; vixit annum 1. & menses 6.

VI. anno 1204. Dom Gonzales Ordonez; rexit annos 1.

De illius Regimine in utraque de ipso facta electione vide *d. Justinianum pag.* 369. Cessavit in ordine Schisma: *d. Fontana pag.* 285.

VII. anno 1205. Don Sanctius Rodriquez; rexit annos 1. Mortuus est in loco de Ucles.

VIII. anno 1206. Don Fernandus Gonzalez de Maragnone ex Regno Navarrae bellum gessit contra Mauros, acquisivit Majorem Commendam

dam in Aragonia anno 1248 & obiit, ac sepultus fuit in Hospitali de Alarcon: rexit annos 4. Et Ordo semper possedit d. Commendam de Aragon; *d. Justinianus pag.* 370. *d. Fontana pag.* 285.

IX. anno 1210. Don Petrus de Arias filius de Arias Fernandez è Regno Legionis rexit annos 3. & menses 4. *d. Justinianus pag.* 371. ubi, quod cum tunc temporis inita esset Tregua cum Castiliæ Regibus, ortum fuit dubium, an Magistri Ordinum censerentur comprehensi, nec ne, aliis affirmantibus, aliis negantibus: in qua controversia prodiit Pontificis Innocentii III. sententia, qua decretum fuit Magistros Ordinum non ligari Treguæ factę cum Infidelibus; unde Successor ejusdem Innocentii, qui fuit Honorius III. Epistolam scripsit Regibus Hispaniarum Catholicis, ne imposterum in eorum Tregua, vel Pace nunquam comprehensi censerentur Magistri Ordinum, sed in eorum arbitrio contra Mauros Bellum indicerent. Idem *Justinianus pag.* 371. refert Victoriam celeberrimam Militantibus Equitibus Ordinum de Mauris relatam anno 1212. contra Miramolin Marchii Regem, aliosque Reges, nuncupatam *Delas Navas de Tolosa*, in qua occisi fuerunt bis centum mille Infideles a solo costo di venticinque Cristiani: *d. Fontana pag.* 285.

X. anno 1213. Don Petrus Gonzalez de Aragonia, qui rexit solo mensium quatuor spatio.

XI. anno 1213. Don Garzias Gonzalez vocatus etiam Garzias Sanz; rexit annos 10.

Subinde electus fuit Antimagister dictus Martinus Perez.

XII. anno 1224. Don Fernandus Perez Cozi, qui rexit annos 3.

XIII. anno 1225. Don Petrus Alonso filius naturalis Regis Alphonsi IX. Legionis; rexit annos 1.

XIV. anno 1226. Don Petrus Gonzalez Mengo filius Gonzali Gil, natus in loco de Aquilar do Campo; rexit annos 10.

XV. anno 1236. Don Rodericus Iniquez ex Narravia; rexit annos 6.

XVI. anno 1242. Don Pelagius Perex Correa, vocatus etiam Don Petrus Perex Correa; rexit annos 33.

XVII. anno 1275. Don Gonzaluus Ruit Giron; rexit annos 4.

XVIII. anno 1280. Don Petrus Moniz rexit annos 3.

XIX. anno 1484. Dom Gonzal Matel; Matritensis; rexit menses tres.

XX. anno 1284. Dom Petrus Fernandez, sive Gonzalez de Matha; rexit annos 10.

XXI. anno 1294. Dom Joannes Osorius, filius Osorii Alvarez; rexit annos 12.

XXIII. anno 1318. Dom Garzias Fernandez filius Ferdinandi Garziæ de Trusillo, aut Turgallo Lusitanus; rexit annos 6.

XXIV. anno 1324. Dom Vasco Rodriquez de Coronado; rexit annos 14.

XXV. anno 1338 Dom Vasco Lopez ejus Frater, filius Lope Suarez Eques Galleciæ.

XXVI. anno 1338. Dom Alphonsus Melendez de Gusman; rexit annos 4.

XXVII. anno 1342. Dom Fridericus filius Regis Dom Alphonsi XI. ex Eleonora Gusman filia Petri Nunez Gusman de Hispali Magister in ętate annorum decem; rexit annos 16.

In Ordine Schisma adfuit: *d. Fontana* ubi supra.

XXVIII.

XXVIII. 1359. Dom Garzias Alvarez de Toledo, rexit annos 7.

XXIX. anno 1366. Dom Gonzalus Mexia filius Gonzalis Mexia, & Elisabethæ Tafur, rexit annos 5.

XXX. anno 1371. Dom Ferdinandus Ossorez filius Ossorii Perez, rexit annos 12.

XXXI. anno 1383. Dom Petrus Fernandez, rexit annum 1.

XXXII. anno 1384. Dom Petrus Muniz de Codoy, rexit annum 1.

XXXIII. anno 1384. Dom Garzias Fernandez de Villa Garzia, rexit años 2.

XXXIV. anno 1387. Dom Laurentius Suarez de Figueroa filius Dom Gomez Commendator major Legionensis, rexit annos 22.

XXXV. anno 1409. Dom Henricus Infans Aragoniæ filius Infantis Ferdinandi, Tutor, & Gubernator Regis Joannis II. Castellæ, rexit annos 36.

XXXVI. anno 1445. Dom Alvarus de Luna, rexit annos 8.

XXXVII. anno 1453 Infans Dom Alphonsus, pro quo administravit Rex Dom Henricus IV. Castellæ ejus Frater, usque ad ipsius ætatem legitimam, in quorum guberniis computantur anni 9.

Quique postmodum renunciavit: *d. Justinianus pag.* 384.

XXXVIII. anno 1462. Dom Bertrandus delle Cuecia electus à tredecim Viris, ut inquit *Justinianus pag.* 388. antecedenter autem *pag.* 384. inquit, quod fuit electus cum Bulla Pontificis anno 1462. adversus Infantem, Magisterium renunciavit, & Infans Dom Alphonsus resumpsit Magisterium, cui (cum ipse incumberet exaltationi ad Coronam Castellæ) successit Joannes Pacchiecco, & horum duorum computantur anni 5. *d. Justinianus pag.* 388.

XXXIX. anno 1467. Dom Joannes Pacchiecco Marchio Vighena, rexit annos 7.

XL. anno 1474. Dom Fridericus Manriquez electus à tredecim Viris in loco de Velles, rexit annos 3.

XLI. anno 1477. Dom Alphonsus de Cardenas electus in Legione in concursu Dom Roderici, rexit annos 35.

XLII. anno 1499. Dom Fernandus V. Rex Catholicus Hispaniarum, Magister Administrator vigore Bullæ Pontificię, rexit annos 17., & Administratio fuit illi concessa ab Alexandro VI. anno 1493. *Fontana pag.* 201.

XLIII. anno 1516. Dom Carolus de Austria Rex Hispaniarum, postmodum Imperator, Magister Administrator perpetuus, vigore Bullæ Pontificiæ anno 1515. Leonis X., & anno 1527. Adriani VI., ubi quod omnia Magisteria trium Ordinum Sancti Jacobi, Calatravę, & Alcantaræ perpetuo unita fuere Coronę Hispanæ sub titulo perpetuorum Administratorum: rexit annos 40. *d. Fontana pag.* 291.

XLIV. anno 1556. Dom Philippus II. ejus filius vigore renunciationis Regis Hispaniarum ejus Patris, Magister Administrator perpetuus, rexit annos 43.

XLV. anno 1598 Dom Philippus III. Rex Hispaniarum, Magister Administrator, ut supra, rexit annos 23. *d. Justinianus* ubi supra.

XLVI. anno 1621. Dom Philippus IV. Rex Hispaniarum, Magister Administrator, rexit annos 46. *Justinianus* loco præallegato.

XLVII. anno 1667. Dom Carolus III. Hispaniarum Rex, Magister ut supra Administrator: *d. Justinianus* ubi supra.

Huc

Huc usque dictus Catalogus magnorum Magistrorum est ille, quem tradit *d. Justinianus à pag.* 387. *cum seqq. Collector Gallus d. tom.* 2.

D. autem Carolus II. Rex Hispaniarum regimen cepit anno 1667., & rexit annos 33.

XLVIII. anno 1700. Philippus V. Rex Hispaniarum, & felicissime, uti Administrator, rexit usque ad diem nonam Julii anno 1746., qua ab hac vita decessit, eique in Hispaniarum Imperio successit ejus filius Primogenitus Ferdinandus.

XLIX. anno 1746. Ferdinandus VI., & sicut in aliis Ordinibus, ita & in hoc magnus Administrator perpetuus, qui decima Augusti ejusdem anni 1746. coronatus fuit, ut tradimus in Tomo Primo nostri Armamentarii pag. 325.

DISCURSUS CXVIII.

SANCTI JACOBI IN HOLLANDIA

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

Auctores, qui de Ordinibus Equestribus agunt, tam parce de isto Ordine Sancti Jacobi in Hollandia scripserunt, ut neque motivum illius Fundationis exprimant; imo fateantur ex Annalibus Institutionis Caussam esse ignotam, & Historias de isto Ordine parum loqui. Testatur tamen *Elias Ashmole in Institutione Ordinis della Gartiera* in antiquis Hollandiæ Archiviis manuscriptum authenticum fundationis hujus Ordinis asservari, de quo *Ashmole* meminit *Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap* 48. *pag.* 618. *juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la N. à* 1692. *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c.* §. 52. *tom.* 3. *pag.* 300. *juxta impress. Amstelodami typis Petri Brunel* 1721.

Fragmenta ergo, quę ex Scriptoribus superfuerunt, quęque colligi possunt, hæc sunt. Florentius V. Hollandiæ, Zelandię, & Frisiæ Comes circa annum 1290. sedente Nicolao IV. Ordinem Militarem excitavit sub Titulo Sancti Jacobi Apostoli; constat nempe illum duodecim primarios Viros in Aula Palatii Hagæ Equestri Gradu decorasse, mediante traditione Torquis aurei, vel argentei, ex sex Conchiliis marinis compositi, quæ Cappas Sanctas vulgus appellat, & Peregrini indumentis affingunt. Ex isto Torque aureum pendebat Numisma cum Imagine Sancti Jacobi Apostoli. Quilibet autem ex creatis Equitibus, præstito prius ad Sancta Evangelia Juramento in manibus Episcopi di Utrecht, exhibuit dicto Comiti Florentio Stemma Gentilitium suę Familiæ, quæ insignia in magna Aula Palatii Hagæ affixa publice fuerunt, ad perpetuam peractę institutionis memoriam: *Aubertus Mireus de origine Ordin. Militar*: *Schoonebeck*: *d. Abbas Justinianus d. pag.* 618. *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom.* 3. §. 52. *pag.* 299. *juxta dictam impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel* 1711. ubi refert infrascripta creatorum Equitum nomina, scilicet: *Dider Conte de Cheves*; *Lancellot Conte d' Hamilton Ambassadeur du Roy de Escosse Calevart*; *Dominus de Borcholt Envoie Westphaliæ, & Henric Conte de Henneberg Envoje de Colo-*

Cologne: *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n. 54. Dominus Comes in Koden Sapieha in Corollario omnium Ordinum Equestr. in verbo Sancti Jacobi in Hollandia pag. 286., & seq. impress. in calce Tractatus ejusdem Auctoris*, cui Titulus - *Adnotationes Historicæ de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ Typis Coloniæ apud Adamum Cholinum anno* 1730. *Historia Ordinum Monasticorum Religiosorum, & Militarium Gallico Idiomate scripta, & in nostram Italicam linguam translata à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanensi Congregationis Matris Dei tom. 8. cap. 41. pag. 300. juxta impress. Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. ubi pariter antedictos Equites nominat, & subiungit de dicto Florentio V. Historiam, scilicet - *Fiorenzo V. Institutore di quest' Ordine, avendo corrotto la Moglie di un Gentiluomo nomato Gerardo di Velsen, questo Gentiluomo, & il suo Suocero cospirarono contro di lui nel* 1296. *lo presero, e lo condussero nel Castello di Muda. Indi avendo risaputo metterſi in piedi contro di loro in Olanda un' armata, posero questo Conte sopra di un Cavallo, credendo di condurlo in Inghilterra. Ma Gerardo vedendosi troppo messo alle strette, diedeli venti colpi di Spada, e lasciollo morto in una fossa. Ciocchè ei poco dopo pagò a caro prezzo, imperocchè alcuni Autori riferiscono, ch' ei fusse giustiziato in Leyden, essendo stato posto in una Botte piena di chiodi, dentro la quale fu rotolato per tutta la Città.*

Dicta Torques, & Numisma inquit *d. Pater Fontana d. pag.* 300. *Pesava una marca e mezza.*

Forma Tesseræ habetur apud allegatos *Justinianum pag.* 617. *Collectorem Gallum tom.* 3. *pag.* 299. *Philippum Bonannum d. n.* 54., *& in Generali Descriptione omnium Insignium penes eundem n.* 45. *pag.* 152.

Imago Equitis adest apud *d. Bonannum d. n.* 54. *Collectorem Gallum tom.* 3. *pag.* 299.

Quod parum duraverit Ordo, notant supradicti Scriptores.

Nequid vero omittamus, quod in Scriptoribus legimus, id subdimus, quod narrat laudatus *Comes Joannes in Koden Sapieha in allegato Corollario, & d. verbo Sancti Jacobi in Hollandia d. pag.* 287. post enim narratam Institutionem d. Ordinis Sancti Jacobi in Hollandia, inquit - *Hic ordo separavit se ab Hispanico sub Dionysio Rege Portugalliæ cum permissione Nicolai quarti, & Cælestini quinti. Per hoc differebant Equites a prioribus, quod habuerint filum aureum circa Crucem rubeam.*

Hucusque ad manus nostras nullus pervenit Scriptor, qui verbum faciat de huiusmodi separatione. Unde illam erroneam reputamus, & sic Nos declaramus infra in Discursu Ordinis Sancti Jacobi in Lusitania §. *Hinc insubsistens est.*

Cumque dictarum Provinciarum Dominium successionis jure ad Domum Austriacam transiverit, hinc *Abbas Justinianus in d. cap.* 48. *pag.* 619. Catalogum magnorum Magistrorum hujus Ordinis Sancti Jacobi in Hollandia sic describit, & pari modo habetur apud *d. Collectorem Gallum d. tom.* 3. *pag.* 301.

I. anno 1290. Florentius V. filius Guilielmi II. Comitis Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ fundator Ordinis Sancti Jacobi in Hollandia, post fundationem rexit annos *6*.

II. anno *1296*. Joannes filius Floren-

tii

tii V., rexit annos 4.

III. anno 1300. Joannes II. Hannoniæ Pronepos Florentii IV. Successor in Comitatu, rexit annos 4.

IV. anno 1303. Guilielmus III., dictus Bonus, filius Joannis II., rexit annos. 33.

V. anno 1337. Guilielmus IV. filius Guilielmi III. rexit annos 20.

VI. anno 1357. Ludovicus Bavarus Imperator jure ejus Uxoris Margaritæ Sororis Guilielmi Comitis Hollandiæ, rexit annos 20.

VII. anno 1377. Guilielmus V. Bavarus filius Margaritæ, & Ludovici, qui anno septimo sui Regiminis in furorem erumpens, sub custodia receptus, & detentus spatio annorum decem: 7.

VIII. anno 1384. Albertus Bavarus Frater Jacobi Institutor Ordinis Sancti Antonii in Hannonia, rexit annos 20.

IX. anno 1404. Guilielmus VI. filius Alberti, rexit annos 13.

X. anno 1417. Jacoba Bavara filia Guilielmi, rexit annos 19.

XI. anno 1436. Philippus dictus Bonus Nepos Alberti Bavari jure Filiæ Margaritæ Comitissæ Hannoniæ Uxoris Joannis Ducis Burgundiæ, rexit annos 31.

XII. anno 1467. Carolus dictus Bellicosus, sive Audax, filius Philippi, rexit annos 10.

XIII. anno 1477. Maria Valesia filia Caroli, Uxor Maximiliani Arciducis Austriæ Imperatoris, rexit annos 5.

XIV. anno 1482. Philippus III. filius Mariæ, & Maximiliani, rexit annos 24.

XV. anno 1506. Carolus V. Austriæ Imperator Philippi filius, rexit años 52.

XVI. anno 1558. Philippus II., & inter Hollandiæ Comites quartus filius Caroli V., rexit annos 40.

XVII. anno 1598. Philippus III. Hispaniarum Rex, & quintus Hollandiæ Comes filius Philippi II., rexit annos 22.

XVIII. anno 1621. Philippus IV. Hispaniarum Rex, & sextus Comes Hollandiæ, filius Philippi III., rexit annos 44.

XIX. anno 1665. Carolus II. Hispaniarum Rex VII. Comes Hollandiæ filius Philippi, qui rexit usque ad mortem secutam absque filiis, & cui successit

XX. anno 1700. Philippus V. Borbonius Hispaniarum Rex, qui cum se ab Hispanica Monarchia abdicasset, & in Ludovicum I. eius filium Primogenitum transivisset, post mortem d. Ludovici I. Coronam Regnorum ipse Philippus reassumpsit 6. Septembris 1724. cui nuper defuncto successit eius filius Primogenitus ex primo Thoro, nempe in regem Hispaniarum

XXI. anno 1746. Ferdinandus VI. Hispaniarum Rex natus 23. Septembris 1713. coronatus 10. Augusti 1746.

DISCURSUS CXIX.

SANCTI JACOBI IN LUSITANIA

Sect. I.

ARGUMENTUM

Comprobatur Equestrem Ordinem Sancti Jacobi in Lusitania esse eundem Ordinem, qui in Hispania est, & affertur ejusdem dismembratio ab Hispano.

T SUM-

SUMMARIUM

1. *Laudatur Reverendissimus Pater Magister Laghius Generalis totius Ordinis Carmelitarum.*
2. *Ordinem in Lusitania fuisse institutum sub Rege Dyonisio aliqui dicunt.*
3. *Contra fuisse & esse unum eundemque Ordinem cum Hispano* & n. 4.
5. *Reiicitur Comes in Koden Sapieha* & n. 6.
7. *Residentia Ordinis in Lusitania fuit Alcazar de Ozal, deinde* Palmelię.
8. *Vivit Ordo sub eodem Instituto & Votis, quę emittunt Equites Hispani.*
9. *Probationes pro admissione easdem faciunt, ut faciunt Hispani.*
10. *Tessera Figura qua sit*, & n. 11. 12. 13. & 14.
15. *Vestis figura, qua.*
16. *Figuram Crucis Lusitanię quis exponat?*
17. *Equitis Figuram qui referat.*
18. *Magnum Magisterium unitum fuit Corona Lusitana.*
19. *Adducuntur Documenta electionis in Generalem facta Reverendissimi Patris Magistri Aloysii Laghi.*
20. *Affertur Catalogus magnorum Magistrorum.*

DISCURSUS CXIX.

SANCTI JACOBI IN LUSITANIA

Sect. I.

Historicas super Ordine Sancti Iacobi in Regno Portugalliæ antequam Narrationes exponamus, in exordio præsentis Discursus repetimus quod in Calce Discursus 117. monuimus *sub n.* 52., penes Nos scilicet existere plura Documenta super hujusmodi Argumento, quæ dilucide explicant totius nostri Discursus materiam: quæ Documenta Nobis transmisit prælaudatus in antedicto nostro *Discursu* 117. Reverendissimus Pater Magister Laghius Prior Generalis totius Ordinis Carmelitarum, Vir suavissimis moribus prędirus, ac humanitate excellens, ceterisque Virtutibus ornatus; qui sui Ordinis per omnes Gradus gloriose transiens, laudabilissime exercuit munera & exercet; iamque usque de Mense Januarii 1742. à Sanctissimo Domino Nostro institutus fuit Vicarius Generalis: deinde in Capitulo Generali Romæ celebrato 23. Maii 1744. electus fuit Generalis, Præside eodem Summo Pontifice, seriesque ejusdem habetur in peculiari Libello Forolivii impresso Typis Alexandri Fabbri Anno 1744. qui Iterum impressus datur in Calce Discursus hujus *Sect.* 1.

Nosque addimus, quod completo prędicti Generalatus Sexennio, Iterum in Generalibus Comitiis Bononię habitis 26. Maii Anno Jubilæi 1750. idem Reverendissimus Pater Magister Aloysius Laghius electus fuit Generalis suæ Carmelitanæ Religionis.

Porro in nostro Discursu Sect. 1. cumulabimus quę scripta reliquerunt Auctores de hoc Lusitano Ordine, & dabimus Catalogum magnorum Magistrorum. In Sect. 2. inseremus ad litteram Documenta super eodem Themate italica lingua, sicut & Lusitana, quæ Documenta ad Nos ut supra transmissa, respondent interrogatoriis, quæ Nos proposuimus, & sciscitabamur.

Equestrem Militarem Ordinem Sancti Jacobi in Lusitania fuisse diverso

2. tem-

2. tempore, diversoque a fundatore Ordinis Sancti Jacobi in Hispania erectum, scribit *Joseph Micheli in Thesauro Militari*, de quo meminit *Abb. Justinianus Historie Cronologiche Dell' Origine degl' Ordini Militari Parte Seconda cap. 47. pag. 614. juxta impressionem Venetam Typis Combi, & La Nou. 1682.*

Proinde Institutionem tribuunt Regi Dionysio Lusitaniæ, ut innuit *Pater Mendo in Catalogo Ordin Eques. n. 53.*

At certum est, quod Ordo Sancti Jacobi in Lusitania in sui origine fuit unus, & idem, ac Ordo Sancti Jacobi in Hispaniis; habuit unum & idem principium, eosdemque fundatores, ut demonstrat *d. Justinianus ubi supra*, cui additur *Histoṛia Ordinum Monasticorum & Militarium Gallice scripta, & in Italicam Linguam translata à Parte Joseph Francisco Fontana Congregationis Matris Dei Tom. 2. cap. 40. pag. 292. juxta impress. Lucensem Typis Joseph Salani & Vincentii Giuntini 1737. d. Bonanni d. n. 53.*

3.

Circa autem annum 1295. Regnante in Lusitania Dionysio Rege facta est

4. separatio, reclamantibus in Castella Magistris Equitum Lusitanorum, qui plures, divitesque erant; & in eadem Lusitania constitutus fuit separatus magnus Magister independens ab Equitibus Hispanis, de qua separatione loquuntur Auctores prælaudati *Justinianus, Collector Gallus Histoire Des Ordres Militaires, ou Des Chevalieres Tom. 3. S. 53. pag. 304. juxta impress. Amsteladami Typis Petri Brunel 1721. d. Pater Fontana d. pag. 242. d. Justinianus* ubi supra *d. Bonannus d. n. 53.* & latius in Documento infra registrando *& in Sect. 1.*

Hinc insubsistens est quod scribit *Jo. Fridericus S. R. I. Comes in Koden*

5. *Sapieha & Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Corollario Ordin. Equestr. quod habetur in Calce Tractatus ejusdem Auctoris de Ordine Aquilæ Albæ impress. Coloniæ Typis Adami Cholini 1730. pag. 286.* in verbo Sancti Jacobi in Hollandia, *ibi - Ordo, quem Florus Quintus Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ instituit Anno Millesimo Ducentesimo Nonagesimo, habuit pro insigni Torquem ornatum sex Conchis Marinis cum dependente Figura Sancti Apostoli. Hic Ordo separavit se ab Hispano sub Dionysio Rege Portugalliæ cum permissione Nicolai IV. & Celestini V. Per hæc differebant Equites a prioribus, quod habuerint filum aureum circa Crucem rubeam: Interiit.*

Siquidem, posita separatione ab Ordine Hispanico ut diximus, corruit asserta separatio ab Ordine Hollandiæ, & sic pariter tollitur, quod asserit *Joseph Micheli in*

6. *Thesauro Militari pag 46.* asserens Ordinem fuisse fundatum a Rege Dionysio Anno 1310. patens enim est incongrue subdi fuisse confirmatum a Nicolao IV. & Celestino V., quia cum primus obierit Anno 1292. & alter 1294. iam tot annis præcessisset confirmatio Institutioni, quam ipse Anno 1310 præfixit, sicuti ratiocinatur *d. Abb. Justinianus pag. 614.*

Posita ergo separatione Ordinis Hispani à Lusitano tempore Regis Dionysii,

7. Rex iste statuit in Lusitania pro residentia eiusdem Ordinis Locum *Alcaçar Ozal*, deinde translatum ad locum *Palmellæ*, ubi adest principalis Conventus Sacerdotum, qui Sacramenta ministrant, Officia Divina celebrant, supplicesque D. O. M. preces porrigunt pro Sancta Fide pro

pro Rege, & Regno: *d. Justinianus pag 615. Collector Gallus d. Tom. 3. pag. 394. d. Pater Fontana d. Tom. 2. pag. 292. d. Hermant Histoire Des Religions ou Ordres Militaires Parte Prima cap. 19. Tom. 1. pag. 176. juxta impress. Rothomagen. Typis Io. Baptista Besogne 1726. d. Bonannus d. n.* 53.

Sub eodem Instituto, quo vivunt Equites Sancti Jacobi de Spatha in
8. Hispania, militant Equites eiusdem Ordinis in Lusitania: *d. Justinianus pag. 615.*

Eadem emittunt Vota Castitatis Coniugalis, Hospitalitatis Peregrinorum, Obedientiæ Magistro, parceque vivendi, et tutandi Ecclesiam contra Mauros: *d. Justinianus pag. 615.*

Et pro admissione ad Ordinem, easdem Equites admittendi Probatio-
9. nes faciunt, ut liquet ex Documentis, quę infra producimus.

Eadem Tessera utuntur, Cruce scilicet
10. rubea in modum Ensis: *d. Justinianus pag. 615.*

Cum hoc tamen discrimine secundum aliquos, quod in Hispania Equites
11. Crucem gerunt in forma Ensis liliati in duobus brachiis, & in summitate; & hoc, ut aiunt Scriptores Galli, in memoriam subsidii a Natione Gallica Hispanis prę stiti in expeditionibus contra Mauros: In Lusitania vero est quidem Crux in forma Ensis; *mais est aussi fleudelisse e por le bas: d. Hermant Tom. 1. pag.* 187.

Quæ tamen differentia non refertur ab omnibus Scriptoribus: unde *Pater*
12. *Andreas Mendo de Ordinibus Disq. 1. Quæst. 6. n. 137. sic inquit - Discrimen aliquod est in Cruce, quam Lusitani, & cæteri Hispani gestant; nam in illis Crux rubra non refert aciem gladii, sed ex inferiori cuspide est liliata.*

Scribunt alii, Lusitanos in d. Ense in Crucis modum apponere perpendicu-
13. lariter filum aureum: *d. Iustinianus pag. 615. Augustinus Paradisi Ateneo dell' Uomo Nobile Tom. 3. p. 4 cap. 39. sub n. 4. pag. 559. juxta impress. Ferrariæ Typis Societatis* 1740.

Sed circa hoc idem *Justinianus d. pag. 615.* subiungit - *L' Insegna e l' Abito di questi Cavalieri punto non divertiscano da quelli di San Giacomo*
14. *nella Castiglia: solo aggiunsero nel Portugallo un perfilo d' Oro alla Croce in figura di Spada, come nel principio: non si addurrà altro Abito, riferendosi a quello addotto nel Capitolo di San Giacomo di Veles. Il Mendo però, (loco superius allegato) nella Relazione dell' Insegna, ragguagliando che sia in figura di Croce gigliata nell' estremità; ma come sincero Scrittore adduce le Relazioni degli Autori per l' una, e l' altra opinione senza formare giudizio*: sic scribit *d. Iustinianus pag. 615.*

Et tandem Vestem Capitularem ha-
15. bent ut Hispani: *Iustinianus d. pag. 614. Hermant pag.* 187.

Figura d. Crucis Lusitanę prębetur pe-
16. nes *d. Iustinianum pag. 613. d. Bonannum n.* 43.

Figura Equitis d. alba Veste induti
17. & Cruce ornati habetur apud Patrem *Philippum Bonanni in Catalogo Ordinum d. n. 43. Collector. Gallum d. Tom. 3. pag.* 304.

Lusitani Reges munificentissimi fuerunt erga hunc eorum Ordinem; Privilegia, & Immunitates eidem concedendo, & Equites strenue se Bello gesserunt in Dei honorem, & Regum gloriam: *d. Iustinianus pag. 615.*

Continvavit Ordo sub peculiaribus magnis Magistris primo electivis us-

que

18. usque ad numerum sexdecim; deinde rexerunt Principes Administratores vigore Brevis Apostolici; & postmodum magnum Magisterium Pontificia Julii Tertii Auctoritate fuit Regiæ Coronę unitum, & statuti Reges perpetui Administratores, ut videre est in Catalogo registrato in Calce hujus Discursus: *Iustinianus pag. 615.*

Notizia delle Funzioni occorse in Roma per l' Elezione del Reverendissimo Padre Maestro Luigi Laghi in Priore Generale di tutto l' Ordine Carmelitano seguita l' Anno MDCCXLIV. Con l' Orazione recitata da Nostro Sig. Benedetto XIV. felicemente Regnante alli Padri Vocali. In Forlì nella Stamperia del Fabbri Impressore dell' Illustrissimo Pubblico Con Licenza de' Superiori.

QUantunque ne' nostri precedenti Decreti de 3., e 6. di Luglio disposto abbiamo la forma dell' Abito, che i Cavalieri dell' Ordine di San Gennaro ne' giorni, ne' quali Noi come Gran Maestro terremo le Cappelle, debban vestire; nondimeno perchè i detti Abiti apparischano con maggior lustro, e decoro, e perchè i Cavalieri vadano tutti uniformemente vestiti, sol distinguendosi i Novizj dai già Professi; ordiniamo, che quando i Cavalieri Novizj douran da Noi ricevere il Manto, e la Regia Collana, abbiano a comparir vestiti con il Giustacore, o sia Giamberga, con la Sottoveste, o sia Giamberghino, e con i calzoni di drappo d' argento col fondo bianco, i cui bottoni, ed occhielli sieno d' oro, con le calze bianche con i loro fiori ricamati d' oro, col cappello bordato parimente d' oro con sua piuma ponzò, e con la pilucca lunga alla naturale. Quando poi saran professi, cioè, ch' auran ricevuto il Manto, e la Regia Collana, debbano alle susseguenti Capitolari Funzioni intervenire col accennato Manto, e Collana, vestiti della medesima Giamberga, foderata però di color ponzò, e con il calzone di drappo d' argento, aggiungendovi una guarnizione d' oro ne' loro estremi, e cuciture, con il Giamberghino d' amoer ponzò parimente con sua guarnizion d' oro nell' estremo, con le calze di color ponzò co' loro fiori ricamati d' oro, col cingolo equestre con la spada, ove attaccherà i cordoni del Manto, col cappello bordato d' oro con piuma ponzò, e con la pilucca lunga alla naturale, nella quale conformità comandiamo, che si esegua. Rubricato dalla Real mano di Sua Maestà. Napoli 21. Settembre 1738.

V.

AFfinchè sia determinata la maniera, con cui gli Ecclesiastici, i quali da Noi saran promossi a' Cavalieri del Real Ordine di S. Gennaro, debbano ricevere dalle nostre mani la Croce, e la forma, con cui debbano portarla cotidianamente, e nelle funzioni Capitolari, dichiariamo, che i Cardinali, Arcivescovi, e Vescovi per esser aggregati all' Ordine, riceveranno da Noi la Croce, per il di cui effetto douran comparire nella Real Cappella i Cardinali per la prima volta con le loro Cappe Cardinalizie, e gli Arcivescovi, e Vescovi con i proprj loro abiti Prelatizj, e prestato da essi il solito giuramento, da Noi si conferirà ad essi la Croce col nastro ondeggiato a color ponzò, cui porteran sempre pendente dal collo. Nell' altre susseguenti funzioni pubbliche, e Capitolari dell' Ordine, interveniranno i Cardinali con i loro Abiti Cardinalizj, e gli Arcivescovi, ed i Vescovi con i cennati loro Abiti Prelatizj, portando la suddetta Croce pendente dal collo. Quando poi anderan di corto, oltre alla suddetta Croce pendente dal collo, porteranno eziandio su 'l petto dalla parte sinistra del Giustacore, e parimente a sinistra del Mantello la Croce ricamata col motto *In sanguine fœdus*, secondo i Cavalieri Laici dell' Ordine. Rubricato dalla Real mano di Sua Maestà. Napoli 23. Novembre 1738.

San-

Sanctissimi in Christo Patris Benedicti XIV. Pontificis Maximi Constitutio super gratiis spiritualibus Regali Ordini S. Januarii concessis. Neapoli 1741. Ex Typographia Francisci Ricciardi Typographi R. Palatii.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanæ Ecclesiæ benignitas spirituales gratias, & favores liberaliter impertire solet Catholicis Principibus, quorum eximia devotio, fideique sinceritas, & præclara Majorum virtutum merita in ejus conspectu clare noscuntur; & piis eorum votis annuens, quæ ad augendum divinum cultum, fovendamque Christianorum pietatem laudabiliter ab eis instituta sunt, Apostolicæ confirmationis præsidio munire non recusat, prout in Domino conspicit salubriter expedire.

Nuper siquidem exposuit Nobis dilectus filius noster Trojanus tituli S. Cæciliæ S. R. E. Cardinalis de Acquaviva nuncupatus nomine carissimi in Christo Filii nostri CAROLI Siciliæ, & Jerusalem, & Terræ citra Pharum Regis Illustris. & Infantis Hispaniarum, quod ipse CAROLUS, postteaquam de præfato Regno ex gratia, & liberalitate Sedis Apostolicæ a Nobis, & Sede prædicta meruit investiri, atque ea, quæ ad ejusdem Regni felix regimen, ac firmum præsidium conducerent, provide disposuit; volens religionem suam, ac pietatem erga Deum, per quem Reges regnant, & legum conditores justa decernunt, & piam animi devotionem erga gloriosum Martyrem, & Episcopum JANUARIUM, Neapolitanæ Civitatis, & totius Regni Patronum, illustri actu omnibus testatam facere, necnon aliquod præcipuum habere, unde gratis, acceptisque personis, optime de se, ac Regno meritis, Regiæ voluntatis testimonium posset provenire: ad laudem, gloriam Omnipotentis DEI, ad Catholicæ Religionis propagationem, & defensionem, ac Christianæ pietatis augmentum, unam laudabilem Confraternitatem, seu Societatem Nobilium Militum, ad instar alterius celebris Societatis, seu Militiæ Velleris Aurei nuncupatæ, pro sexaginta Fratribus, seu Militibus, vel etiam pro quocunque majori, vel minori eorundem numero, prout Primati ejusdem Societatis magis placuerit, una cum Cancellario, Cæremoniarum Magistro, Thesaurario, & Secretario, quorum Caput & Primas Ipse, & qui in dicto Regno Siciliæ ei legitime succederet, esse deberet, sub titulo, seu invocatione, & patrocinio ejusdem S. Januarii Episcopi, & Martyris, quibusdam præscriptis regulis, ac capitulis instituit. Ut vero præfatæ Societati ab eo, ut præfertur, institutæ spiritualium gratiarum dona, honor, firmitas, & decus valeat accedere, Nobis pro parte dicti Regis Caroli humiliter supplicavit, ut Apostolicis gratiis, & favoribus eam prosequi, & de nostra benignitate pro prædictæ Societatis, seu Militiæ majori stabilitate, ac spirituali directione, conservatione, decore, & ornamento opportune providere dignaremur.

Nos igitur, qui eundem Carolum Regem speciali dilectionis affectu ex visceribus charitatis prosequimur, & ejus commendabile institutum promovere in Domino desideramus, hujusmodi

modi supplicationibus inclinati, prænominatam Societatem, seu Militiam sub invocatione, & protectione S. Januarii Episcopi, ac Martyris, cum quibusdam laudabilibus regulis, ordinationibus, & statutis erectam, de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus & perpetuæ, ac inviolabilis firmitatis robur adjicimus.

Propterea eundem Carolum Regem, & dictam Societatem, seu Militiam specialibus gratiis, & favoribus prosequi volentes, Primati, Cancellario, Cæremoniarum Magistro, Thesaurario, & Secretario Societatis, seu Militiæ hujusmodi, nunc, & pro tempore existentibus, & præterea sexaginta Confratribus, vel etiam majori eorum numero, dummodo tamen numerum centum Fratrum, seu Militum, comprehensis etiam dictis Officialibus, non excedant, auctoritate prædicta concedimus, & impertimur; Ut Cancellarius ipsius Societatis pro tempore existens, in Episcopali, seu Archiepiscopali dignitate, prout in statutis ejusdem Societatis continetur, constitutus, seu Presbyter ad audiendas confessiones idoneus, per ipsum tamen Cancellarium ad hoc deputandus, vel per ipsos Confratres, eosdemque Officiales extra fines dicti Regni utriusque Siciliæ commorantes, ex approbatis tamen a locorum Ordinariis eligendus, ipsos, & eorum singulos ab omnibus, & singulis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure quavis occasione, vel caussa latis, seu inflictis, necnon ab omnibus eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam Apostolicæ Sedi qualitercunque reservatis (non tamen de reservatis locorum Ordinariis,) de quibus ore confessi, & corde contriti fuerint; de reservatis autem qualitercunque Sedi Apostolicæ semel in vita, & in mortis articulo, etiamsi mors secuta non fuerit; de aliis vero eidem Sedi non reservatis, quoties opus fuerit, in foro conscientiæ dumtaxat, absolvere, ac eis, & eorum cuilibet pro commissis debitam absolutionem impendere, & pœnitentiam salutarem injungere: necnon vota per eos pro tempore emissa (ultramarino Visitationis liminum BB. Apostolorum Petri, & Pauli, ac S. Jacobi in Compostella, necnon castitatis & religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare; necnon in mortis articulo, etiamsi mors non subsequatur, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam, & Apostolicam nostram benedictionem per se ipsum, vel per alium quemcunque idoneum sacerdotem, per singulos Fratres eligendum, impendere possit, ac valeat.

Insuper, ut liceat eisdem Primati, Officialibus, Confratribus Societatis, seu Militię prædictæ in privatis domorum suæ habitationis, in quacunque civitate, ejusque diœcesi existentibus, oratoriis, ad hoc decenter muro extructis, & ornatis, seu extruendis, & ornandis, ab omnibus domesticis usibus liberis, per Ordinarium loci prius visitandis, & approbandis, ac de ipsius Ordinarii licentia, unam missam pro unoquoque die (dummodo in iisdem domibus celebrandi licentia, quę adhuc duret, alteri concessa non fuerit)

 per

per quemcunque sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum, sæcularem, seu de Superiorum suorum licentia regularem, sine tamen quorumcunque jurium parochialium præjudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, aliisque solemnioribus anni festis diebus exceptis, in sua, ac familię, & in hospitum nobilium suorum præsentia, etiam per unam horam ante auroram, & iisdem per horam post meridiem, si aliqua urgente necessitate detenti fuerint, celebrari facere: nec non si forsan ad loca, & terras, ecclesiastico interdicto tam Ordinaria, quam Apostolica auctoritate suppositas, eos declinare contigerit, dummodo causam non dederint hujusmodi interdicto, nec eis specialiter interdictum sit, ac fecerint quantum in eis fuerit, ut in iis, propter quæ interdictum ipsum dicta auctoritate Apostolica pro tempore appositum fuerit, paritio fiat, & ea executioni debitę demandentur, ac per eos non steterit, quo minus pareatur, per quemcunque sacerdotem ab Ordinario approbatum in sua, & cujuslibet ipsorum familiarium, domesticorum, parentum, consanguineorum, pro tempore existentium, præsentia Missas, & alia divina officia in dictorum locorum, & terrarum ecclesiis, submissa voce, clausis januis, & non pulsatis campanis, ac excommunicatis, & interdictis exclusis, celebrari facere, illaque audire, & eis interesse; necnon tempore interdicti hujusmodi sacram Eucharistiam, & cætera Sacramenta recipere; ipsisque dicto tempore decedentibus, eorum corpora ecclesiasticæ sepulturæ, sine tamen funerali pompa, tradi possint, salvis juribus parochialium ecclesiarum.

Singulis autem anni diebus, & per eorum octavas, quibus ejusdem B. Martyris Januarii memoria recoli, & festum celebrari solet, nempe primo Sabbato mensis Maii, die decima-nona Septembris, & decimasexta Decembris, omnibus, & singulis Confratribus, seu Militibus, & Officialibus Societatis, seu Militię prædictæ, ubicunque existentibus, vere pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ecclesiam devote visitaverint, & pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, de Omnipotentis Dei Misericordia, & BB. Apostolorum ejus Petri, & Pauli auctoritate confisi, misericorditer in Domino concedimus.

Quodque unam, vel duas ecclesias, seu duo, vel tria altaria unius, vel diversarum ecclesiarum in partibus, ubi singulos eorum pro tempore residere contigerit, per eos, & eorum quemlibet eligendas, seu eligenda, quadragesimalibus, & aliis diebus Stationum ecclesiarum Urbis, & extra muros ejus, devote visitando; omnes & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones etiam plenarias, consequantur, quas consequerentur, si eisdem temporibus, & diebus Stationum Basilicas, & alias ecclesias Urbis, & extra ejus muros, ad id deputatas, personaliter visitarent.

Et demum tam quadragesimalibus, quam aliis anni temporibus, & diebus, quibus esus carnium, ovorum, casei, butyri, & aliorum lacticiniorum est prohibitus, eisdem ovis, caseo,

seo, butyro, & aliis lacticiniis, ac etiam, si necessitas, vel infirma corporis valetudo, ac alia quęcunque indigentia exegerit, carnibus de utriusque medici consilio, exceptis tamen diebus Majoris Hebdomadæ, die Cinerum, seu feria quarta in capite jejunii, vigiliis Natalis Christi Domini, Pentecostes, BB. Apostolorum Petri, & Pauli, Assumptionis B. Mariæ Virginis, & quatuor temporum, uti, & vesci, servata tamen lege jejunii per unicam comestionem, aliisque contentis in nostris literis novissime emanatis sub datum Romæ die 30. Maii 1741., quibus nullatenus per has pręsentes intendimus derogare, libere, & licite valeant, Apostolica auctoritate prædicta, earundem tenore pręsentium, de speciali gratia concedimus, & indulgemus.

Non obstantibus quibusvis Apostolicis, necnon in provincialibus, & synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, statutis, & consuetudinibus, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ac quibusvis suspensionibus, seu limitationibus similium remissionum, & facultatum, per Nos, & Sedem prędictam quomodolibet factis, & faciendis: quibus quoad pręmissa, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, (ne, quod absit, propter hujusmodi concessionem, & remissionem Confratres, ac alii prædicti reddantur procliviores ad illicita in posterum committenda,) quod si a sinceritate Fidei, unitate Romanę Ecclesiæ, ac obedientia, & devotione nostra, vel Successorum nostrorum canonice intrantium hujusmodi destiterint, aut ex confidentia ejusdem concessionis, vel remissionis aliqua commiserint; concessio, & remissio prædicta, ac quod illos præsentes literę eis nullatenus suffragentur. Cæterum quia difficile foret præsentes nostras literas ad singula loca, ubi opus esset, deferri; volumus, ut earum exemplis etiam impressis, manu tamen Notarii publici subscriptis, & Cancellarii ejus Societatis, seu Militię sigillo munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri decreti, confirmationis, concessionis, indulti, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB: Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo primo. Prid. Kal. Jul., Pontificatus nostri anno primo.

P. Card. Aldrovandus Prodat.

Pro D. Card. Passioneo.

Cajetanus Amatus.

Visa de Curia.

Loco ✠ Plumbi.

N. Antonelius.

J. B. Eugenius.

Bolla del Santissimo in Cristo Padre Benedetto XIV. Pontefice massimo sopra le grazie spirituali concedute al Real Ordine di San Gennaro: In Napoli 1741. per Francesco Ricciardo Impressore del Real Palazzo.

BENEDETTO VESCOVO SERVO DE' SERVI DI DIO

A perpetua memoria delle cose infrascritte.

EGli è costume della Chiesa Romana di concedere con benigna liberalità spirituali grazie, e favori a' Principi Cattolici, la di cui singolar divozione, e sincera fede, e gl' illustri meriti delle virtuose azioni de' loro Maggiori nel di lei cospetto risplendono; e compiacendo volentieri a' pii loro desiderii, tutto ciò, che da' medesimi in accrescimento del divin culto, e della pietà cristiana si è già lodevolmente instituito, non mai ricusa di rendere vie più stabile col vigore della conferma Apostolica, secondochè Ella scorge nel Signore essere espediente pel vantaggio spirituale.

Fu a Noi poco fa esposto dal diletto nostro figliuolo Trojano d' Acquaviva Cardinale di Santa Chiesa del titolo di Santa Cecilia in nome del nostro carissimo Figliuolo in Gesù Cristo Carlo illustre Re di Sicilia, di Gerusalemme, e delle Terre di quà dal Faro, ed Infante delle Spagne, che lo stesso Carlo, dopo di aver meritata da Noi, e dalla Sede Apostolica per di lei grazia, e liberalità l'investitura del menzionato Regno; e dopo altresì di aver egli providamente disposto quanto convenisse al felice governo, ed al fermo stabilimento dello stesso Reame: desideroso di far palese a tutti con alcun atto chiaro, ed illustre così la religiosa pietà verso Iddio, per cui beneficio regnano i Monarchi, ed ordinano ciocchè è giusto i legislatori, come pure la pia divozione del suo animo verso il glorioso Martire, e Vescovo S. Gennaro Padrone della Città, e di tutto il Regno di Napoli; e di aver anche alcuna ragguardevole cosa, con cui alle persone grate, ed accette a lui, e specialmente benemerite della Real Corona, e del Regno, potesse dare una publica testimonianza della sua real gratitudine; aveva con alcune determinate regole, e capitoli, a gloria dell' Onnipotente Iddio, per difesa, e propagazione della Cattolica Religione, e per aumento della Cristiana pietà, instituita già una lodevole Compagnia, o sia Ordine di Nobili Cavalieri, a simiglianza dell' altro celebre Ordine denominato del Toson d' Oro, sotto il titolo, o invocazione, e patrocinio di S. Gennaro Vescovo, e Martire per sessanta Confratelli, o sieno Cavalieri, o per qualunque altro di loro maggiore, o minor numero, che al Primate dell' Ordine fusse maggiormente piaciuto, insieme col Cancelliere, Maestro di Cerimonie, Tesoriere, e Segretario dello stess' Ordine: del quale Capo, e Primate il Re medesimo, e chiunque legittimamente gli succederebbe nel Regno di Sicilia, esser dovesse. Ed acciocchè il menzionato Ordine da lui già fondato potesse co' doni delle spirituali grazie rendersi maggiormente onorevole, fermo, e decoroso, ci ha esso Cardinale da parte dello stesso Re Carlo con umili suppliche richiesti, che ricolmandolo benignamente di Apostoliche grazie, e favori, ci degnassimo di opportunamente

namente provvedere alla maggior fermezza, spiritual direzione, ornamento, e conservazione dell'Ordine suddetto.

Quindi è, che Noi in modo speciale con viscere di paterna carità amando esso Re Carlo, e volendo promuovere nel Signore la riferita commendabile sua fondazione; abbiamo l'espressate suppliche volentieri accolte, e col consiglio di alcuni Venerabili nostri Fratelli Cardinali di Santa Chiesa in virtù delle presenti coll'Apostolica autorità approviamo, e confermiamo la prenominata Compagnia, ed Ordine sotto il patrocinio, ed invocazione di S. Gennaro Vescovo, e Martire, con alcune lodevoli regole, ordinamenti, e Statuti già eretto, aggiugnendo alla sua fondazione il vigore di una perpetua, ed inviolabile fermezza.

Perciò volendo Noi allo stesso Re Carlo, ed al menzionato Ordine compartire speciali grazie, e favori, colla medesima Pontificia autorità concediamo al Primate, al Cancelliere, al Maestro di Cerimonie, al Tesoriere, ed al Segretario dell'Ordine, presenti e futuri, comeppure a sessanta Confratelli, o Cavalieri di esso, o ad altro loro maggior numero, purchè questo però, compresivi i mentovati Officiali, non ecceda in tutto il numero di cento.

Che il Cancelliere dell'Ordine in qualunque tempo, essendo egli giusta gli statuti del medesimo Ordine constituito in dignità Vescovile, o Arcivescovile, ovvero un Sacerdote idoneo ad ascoltar le confessioni, da deputarsi a tal effetto dal medesimo Cancelliere, o da eleggersi dagl'istessi Confratelli, ed Officiali (qualora dimorino fuori de' confini del Regno delle due Sicilie) tra gli approvati però dagli Ordinarj de' luoghi, possa nel foro solo della coscienza assolver essi, e ciascun di loro da tutte qualsivogliano scomuniche, sospensioni, interdetti, ed altre ecclesiastiche sentenze, censure, e pene, dalla legge per qualunque causa, ed occasione imposte; come pure da tutti i loro peccati, eccessi, e delitti, quanto si vogliano gravi, ed enormi, anche alla Sede Apostolica in qualunque modo riservati (eccetto però i riservati agli Ordinarj de' luoghi) de' quali si saranno eglino confessati, e contriti di cuore: cioè da' riservati in qualunque maniera alla Sede Apostolica una volta in vita, ed in articolo di morte, anche se questa non sia seguita; e dagli altri alla Santa Sede non riservati ogni qualunque volta ve ne sia il bisogno, con imporre loro, nel darne la debita assoluzione, la salutar penitenza.

E che lo stesso Cancelliere, o Sacerdote possa eziandio non solo commutare in altre opere di pietà i di loro voti, a riserva de' soli voti di visitare i Luoghi delle Terre Sante d'oltramare, le Chiese de' Beati Apostoli Pietro, e Paolo, e di S. Giacomo in Compostella, o di castità, e di Religione; ma da se medesimo ancora, o per mezzo di qualunque altro idoneo Sacerdote, da elegersi da ciascun Confratello, dar loro in articolo di morte, ancorchè questa non succeda la Plenaria Indulgenza, e remissione di tutti i loro Peccati, e l'Apostolica Pontificia benedizione.

Accordiamo in oltre la facoltà, e licenza a' medesimi Primate, Officiali, e Confratelli, o Cavalieri di far celebrare in presenza loro, e delle loro famiglie, e nobili Ospiti, anche un'ora prima dell'aurora, ed un'ora dopo il mezzo giorno, concorrendovi

vi qualche urgente necessità, ne' privati Oratorj delle case di loro abitazione, poste in qualunque Diocesi, e Città, i quali decentemente fatti di fabbrica, ed ornati, o da fabbricarsi, ed ornarsi per l' avvenire, e liberi dagli usi domestici, sieno stati prima visitati; e approvati dall' Ordinario, e colla licenza del medesimo, una Messa in ciascun giorno (purchè però non sia stata conceduta ad altri la licenza di potersi celebrare nelle dette case, la qual duri tuttavia nel suo vigore) da qualunque Sacerdote approvato dallo stesso Ordinario, tanto secolare, quanto regolare con licenza de' suoi Superiori; senza pregiudizio alcuno però di qualsivogliano diritti appartenenti a' Parrochi, ed eccettuati anche i giorni della Pasqua di Resurrezione, della Pentecoste, della Natività di Nostro Signore Gesù Cristo, e gli altri festivi più solenni dell' anno.

E di più che accadendo portarsi eglino in alcuni Luoghi, o Terre, per autorità Pontificia, o degli Ordinarj sottoposte all' Ecclesiastico interdetto, possano i medesimi (quando però non abbiano data causa all' interdetto, non sieno specialmente interdetti essi, ed abbiano anche fatto quanto potevano dal canto loro, per far colla dovuta ubbidienza eseguire le cose, pel dicui non adempimento si trovi con autorità Apostolica imposto l' interdetto, nè sia per colpa loro mancato l' ubbidirvisi) far celebrare, in presenza loro, e de' loro familiari domestici parenti, e consanguinei, le Messe, e gli altri Divini Officj nelle Chiese de' medesimi luoghi, e terre, con voce però bassa, a porte chiuse, senza suono di campane, e senza l' intervento di alcuna persona scomunicata, o interdetta; colla facoltà non solo di sentir le Messe, di assistere a' Divini Officj, e di ricevere la Sagra Eucaristia, e gli altri Sagramenti, ma in caso ancora di lor morte ne' detti luoghi, di potersi dare a' loro Corpi Ecclesiastica sepoltura, senza però funebre pompa, e senza pregiudicio de' diritti delle Chiese Parrocchiali.

In tutti i giorni dell' anno, e per gli di loro ottavarj, ne' quali suol farsi divota memoria, e celebrarsi la festa del glorioso Martire S. Gennaro, cioè nel primo Sabbato di Maggio, e nei giorni diciannovesimo di Settembre, e sedicesimo di Decembre, a ciascun Cavaliere, ed Officiale dell' Ordine, il quale veramente pentito, Confessato, e Comunicato visiterà divotamente alcuna Chiesa, porgendo al Signor Iddio pie preci per la concordia de' Principi Cristiani, per l' estirpazione dell' Eresie, e per l' esaltazione della Santa Madre Chiesa; concediamo benignamente nel Signore, confidati nella sua Divina Misericordia, e nell' autorità de' suoi Santi Apostoli Pietro, e Paolo, la Plenaria indulgenza, e remissione di tutti i suoi peccati.

E che oltre a ciò, visitando essi divotamente una, o due Chiese, ovvero due o tre Altari di una, o più Chiese a loro elezione in quei luoghi, ove in qualunque tempo dimorino, ne' giorni quaresimali, e negli altri giorni delle Chiese di Roma, e di fuori le mura di essa; conseguiscano tutte, e qualsivogliano indulgenze, e remissioni de' peccati, anche plenarie, che guadagnerebbero, se di persona visitassero ne' medesimi giorni delle Stazioni le Basiliche, e le altre Chiese, a ciò destinate dentro, e fuori le mura di Roma.

E finalmente per ispecial grazia coll' autorità Apostolica in virtù delle presenti concediamo a' medesimi, che sia loro lecito, e libero il poter, tanto ne' giorni Quaresimali, quanto negli altri tempi, e giorni dell'anno, in cui è vietato l'uso delle carni, e de' latticinj, far uso, e cibarsi di vova, formaggio, butiro, ed altri latticinj; come pure delle carni ancora, se così la necessità, l' infermità del corpo, ed altro qualunque bisogno il richiegga, giusta il consiglio dell' uno e dell' altro Medico (eccettuati però i giorni della Settimana Santa, il giorno delle Ceneri, o sia il primo di Quaresima, le Vigilie della Natività del Signore, della Pentecoste, de' Santi Apostoli Pietro, e Paolo, dell' Assunzione della Beata Vergine Maria, e le Quattro Tempora) coll' obbligo di dover essi osservar la legge del digiuno di cibarsi una sola volta il giorno, ed il di più contenuto nelle ultime nostre Apostoliche lettere pubblicate in Roma sotto il dì 30. Maggio 1741., alle quali affatto colle presenti non intendiamo derogare.

Non ostanti qualsivogliano generali, o particolari Constitutioni Apostoliche, o fatte ne' Provinciali, e Sinodali Concilj, come pure qualsivogliano ordini, statuti, e consuetudini, ancorchè da Pontificia conferma, o da altra valevole solennità corroborate; e non ostante qualunque sospensione, o limitazione di simiglianti facoltà, ed indulti, da Noi, e dalla Santa Sede comunque fatta, e da farsi; alle quali cose tutte, come a qualsivoglia altra in contrario, solo per questa volta specialmente, ed espressamente deroghiamo intorno a quanto si è quì premesso, restando quelle in tutto l'altro nel primo intiero lor vigore. Acciocchè però i Confratelli, e gli altri di sopra menzionati col motivo di questo indulto e concessione (il che sia sempre lontano) non si rendano in avvenire più facili, e proclivi a fare illecite operazioni; vogliamo, che qualora essi o si apparteranno dalla sincerità della Fede, dalla Unità della Romana Chiesa, e dall' ubbidienza, e divozione nostra, o de' nostri Successori canonicamente eletti, ovvero confidati nel presente indulto commetteranno alcuna colpa; questo in nessun conto affatto lor suffraghi. Del resto essendo difficil cosa il far capitare ovunque bisogni le nostre presenti Apostoliche lettere, vogliamo, che le lor copie, anche poste in istampa, quando sieno sottoscritte da pubblico Notajo, e dal Cancelliere dell' Ordine col suo suggello avvalorate, abbiano lo stesso credito e vigore, che aurebbono le originali medesime, se ivi fossero presentate. Niuno adunque si faccia lecito di trasgredire la presente nostra Constitutione, decreto, conferma, concessione, indulto, e volontà, o di temerariamente contraddirvi; dovendo esser noto a chiunque aurà un tale ardimento, ch' egli incorrerà nell' indignazione dell' Onnipotente Iddio, e de' suoi Santi Apostoli Pietro, e Paolo. Data in Roma appresso S. Maria Maggiore l'anno dell' Incarnazione del Signore 1741. a' 30. di Giugno, primo anno del nostro Pontificato.

P. Card. Aldrovandi Prodat.
Per D. Card. Passioneo.
Gaetano Amato.

V. D. C.

Luogo ✠ del Suggello.

N. Antonelli.

G. B. Eugenj.

RITUA-

RITUALE PER DARSI L' ABITO E LA REGIA COLLANA DA SUA MAESTA' A' CAVALIERI DEL REAL ORDINE DI S. GENNARO.

NElla Cappella Reale sederà Sua Maestà Gran Maestro su'l Trono, al cui lato vi sarà un Banco senza spalliera coverto di Tapeto per sedersi i Cavalieri dell' Ordine, e dirimpetto al medesimo altro simile Banco per i quattro Ministri dell' Ordine, cioè Cancelliere, Maestro di Cerimonie, Tesoriere, e Segretario.

Si celebrerà la Santa Messa dal Cancellier Prelato, dopo la quale vestito egli con i Pontificali, e seduto su 'l Faldistorio in mezzo dell' Altare, deposta la Mitra, e Sua Maestà seduta su 'l Trono, formerà la seguente benedizione su 'l Bacino, che li sarà presentato da un Paggio, in cui vi sarà il Manto, la Regia Collana, e la Spada col Cingolo equestre del Cavalier Novizio, se non si ritroverà armato in altr' Ordine.

℣. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

℟. *Qui fecit Cœlum, & Terram.*

℣. *Dominus vobiscum.*

℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS

D*Eus invictæ virtutis Triumphator, & omnium rerum Creator & Sanctificator, intende preces nostras, & hoc indumentum militaris gloriæ Ministro tuo ferendum, ore tuo proprio bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris, & hunc servum, qui ipso utetur, tibi devote, & laudabiliter servientem, gratum efficere digneris. Per Dominum nostrum.* ℟. *Amen.*

Il Cavalier Novizio affistito da due Cavalieri dell' Ordine già professi, adorerà l' Altare, e si porterà da Sua Maestà, e stando in ginocchioni, uno de' Patrini Cavalieri esporrà a Sua Maestà il di lui desiderio di ricevere l' Abito, e la Regia Collana.

Sua Maestà gli dimanderà, se egli è armato a Cavaliere: se risponderà di sì, non si farà la seguente funzione segnata ; se di nò, si continuerà nella seguente maniera.

„ Sua Maestà percuoterà con la sua
„ spada, che le sarà presentata dal
„ suo Cavallerizzo Maggiore, al Ca-
„ valier Novizio tre volte gli omeri,
„ e ghela darà poi a baciare per la
„ parte della Croce: indi i due Ca-
„ valieri Patrini cingeranno al Ca-
„ valiere la sua Spada col Cingolo
„ equestre, ed il Prelato Cancel-
„ liere, accostandosi vicino al Trono
„ di Sua Maestà, e stando all' inpie-
„ di, dirà.

„ *Accipe gladium hunc in nomine Pa-*
„ *tris ✠, & Filii ✠, & Spiritus*
„ *San ✠ cti, & utaris eo ad defen-*
„ *sionem Sanctæ Ecclesiæ Romanæ,*
„ *Regis Nostri Caroli Borbonii Su-*
„ *premi Principis, & Magistri Or-*
„ *dinis, & tuam, ad confusionem*
„ *inimicorum Crucis Christi, ac Fi-*
„ *dei Christianæ, & quod maximè*
„ *ferentis animi præstantia commen-*
„ *dat, illo neminem injuste lędas,*
„ *quod ipse præstare dignetur, qui*
„ *cum Patre, & Spiritu Sancto*
„ *vivit, & regnat Deus in Sæcula*
„ *Sęculorum.*

Il Cavaliere risponderà, *Amen.*

Il Segretario dell' Ordine dimanderà al Cavalier Novizio, se voglia giurare l'osservanza de' Statuti dell' Ordine. Egli risponderà di esser prontissimo, e si porterà co' due Cavalieri Patrini

ni dal Prelato, il quale anticipatamente si sarà condotto sù l' Altare, e starà seduto nel suo Faldistorio; e posta il Cavalier Novizio sopra il Libro degli Evangelj la mano destra, leggerà il seguente giuramento in ginocchioni coll' assistenza del Segretario, stando Sua Maestà seduta sul Trono.

Io N. N. giuro, e prometto a Dio Trino, ed uno, alla sempre Vergine Maria, ed a San Gennaro di esser fedele a Sua Maestà, Capo, Sourano, e Gran Maestro del Real Ordine di San Gennaro, ed a suoi Serenissimi Successori, che saran Capi di quest' Ordine in tutte le occasioni, nelle quali si tratterà dell' onore, vita, e Stato di Sua Maestà, e dell' Ordine, facendo ciocchè dee fare un buon Cavaliere. Prometto di difendere sempre a tutto mio potere la Santa Fede Cattolica Romana, sollevare, e difendere le Vedove, i Pupilli, e le persone miserabili dall' oppressioni con parole, e con opere, per quanto mi sarà permesso. Osserverò inviolabilmente tutte le Leggi, e Statuti dell' Ordine, così prescritte, come da prescriversi. Porterò di continuo la Croce dell' Ordine, secondo dispongono i Statuti: e Voi Santissima Trinità, Beata Vergine, e San Gennaro udite questi miei Voti, siate presenti al profferire di questa mia ultima volontà.

Dopo di tal giuramento si porterà il Cavalier Novizio ad inginocchiarsi avanti a Sua Maestà, ove i due Cavalieri Patrini lo vestiranno del Manto, interponendovi la mano anche Sua Maestà, ed il Prelato Cancelliere accostandosi vicino al Trono di Sua Maestà, dirà:

Accipe hanc Vestem immaculatam, quam securus perferas ante Tribunal Dei. Suscipe jugum Domini suave, & onus leve, quo non gravari, sed acquiescere animus debet.

Presenterà di poi a Sua Maestà il Tesoriere dell' Ordine la Regia Collana, e 'l Prelato dirà al Cavalier Candidato.

℣. *Credis ne hoc esse vivificæ Crucis signum, in quo Christus pependit, ut sua morte nobis vitam conciliaret?*

Risponderà il Cavaliere, *Credo*:

℣. *Et hoc est Ordinis Beati Januarii signum, quod semper tuo pectori adhæreat.*

Il Cavaliere bacerà la Croce, e Sua Maestà gli porrà la Regia Collana, nel mentre, che il Prelato verrà dicendo.

Suscipe hoc signum in nomine Sanctissimæ Trinitatis, Beatæ Mariæ Virginis, & Sancti Januarii Martyris, in Fidei, & Christiani nominis incrementum; pectori tuo ideo Crucem commendamus, ut tuo sit cordi proximior; & dextera fortiter dimicans illam defendas, & defensam tota zelo reverearis.

Bacerà il Cavaliere la mano a Sua Maestà Gran Maestro, dal quale verrà abbracciato; e si leverà, facendoli una profonda riverenza, ed abbracciando tutt' i Cavalieri dell' Ordine ne' loro luoghi, si ritirerà nel suo.

Frattanto il Prelato intuonerà sù l' Altare il *Salmo* 47.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis in Civitate Dei nostri, &c. che verrà cantato da Musici.

Seguendo le ingiunte preci.

Kyrie Eleison, Christe Eleison, Kyrie Eleison, Pater noster, segreto.

℣. *Salvum fac servum tuum.*

℟. *Deus meus sperantem in te.*

℣. *Mitte ei Domine auxilium de Sancto.*

℟. *Et de Sion tuere eum.*
℣. *Nihil proficiat inimicus in eo.*
℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*
℣. *Esto ei Domine Turris fortitudinis.*
℟. *A facie inimici.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

D*Eus qui justificas impium, & non vis mortem peccatoris, Majestatem tuam suppliciter deprecamur, ut hunc famulum tuum de tua misericordia confidentem cœlesti protegas benignus auxilio, & assidua protectione conserves, ut tibi jugiter serviat, & nullis tentationibus à te separetur. Per Christum Dominum nostrum* ℟. Amen.

Dopo di chè intuonerà il Cancellier Prelato il *Te Deum*, col quale rimarrà terminata la funzione.

RITUALE PER DARSI LA CROCE DA SUA MAESTA' AGLI UFFICIALI DEL REAL ORDINE DI S. GENNARO.

DOpo celebrata la S. Messa dal Cancellier Prelato, due Cavalieri Professi dell' Ordine condurranno nel mezzo l' Ufficiale, ed unitamente adorato l' Altare si porteranno da S. M., avanti la quale l' Ufficiale s' inginocchierà, ed uno degli assistenti Cavalieri esponerà a S. M. il di lui desiderio di ricevere la Croce. Il Segretario dell' Ordine rivolto al medesimo, gli dirà, se egli è disposto di fare il solito giuramento annesso alla sua Carica: Egli risponderà d' esser prontissimo.

Dopo di ciò si porterà l' Ufficiale co detti due Cavalieri assistenti dal Prelato, il quale starà seduto nel suo Faldistorio vestito con i Pontificali, e posta sopra il Libro degli Evangelj la mano destra, farà con l' assistenza del suddetto Segretario il seguente giuramento inginocchioni, stando S. M. seduta sul Trono.

Io N. N. giuro, e prometto a Dio Trino, ed Uno, alla Beatissima Vergine Maria, ed al Glorioso San Gennaro di bene, e fedelmente servire Sua Maestà nel mio impiego, a cui si è degnata di promuovermi. Sarò sempre fedele alla Maestà sua Capo, Sovrano, e Gran Maestro, ed a' suoi Serenissimi Successori, che saran Capi di quest' Ordine in tutte l' occasioni, che si tratterà dell' onore, vita, e Stato di S. M. Prometto di difender sempre la S. Fede Cattolica Romana, le Vedove, i Pupilli, e le Persone miserabili dall' oppressioni con parole, ed opere, per quanto mi sarà permesso, ed in tutto il di più, che stà disposto nelle Costituzioni rispetto alla mia carica, io complirò secondo l' obbligo di fedelissimo Vassallo di Sua Maestà.

Si presenterà in un bacino da un Paggio la Croce al Prelato, il quale dirà:

Benedic Domine Iesu Christe hanc Crucem tuam, per quam eripuisti Mundum à Dæmonum potestate, & superasti passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in prævaricatione primi hominis per ligni vetiti sumptionem. Per Christum Dominum nostrum. ℟. *Amen.*

S' inginocchierà l' Ufficiale avanti S. M. ed il Prelato accostandosi vicino al Trono Reale, e stando all' inpiedi, dirà all' Ufficiale.

Credis

Credis ne hoc esse vivificæ Crucis signum, in quo Christus pependit, ut sua morte nobis vitam conciliaret?

Egli risponderà: *Credo.*

℣. *Et hoc est Ordinis Beati Ianuarii signum, quod semper tuo pectori adhæreat.*

L'Ufficiale baccerà la Croce, e S. M. gliela porrà al collo, nel mentre che il Prelato verrà dicendo:

Suscipe hoc signum in nomine Sanctissimæ Trinitatis, Beatæ Mariæ Virginis, & Sancti Ianuarii Martyris, in fidei, & Christiani nominis incrementum; pectori tuo ideo Crucem commendamus, ut tuo sit cordi proximior, & dextera fortiter dimicans illam defendas, & defensam toto zelo reverearis.

L'Ufficiale sarà ammesso al bacio della mano di S. M. Gran Maestro, e facendoli una profonda riverenza si ritirerà nel suo luogo nel Banco destinato.

Frattanto il Prelato si porterà su l'Altare, ed intuonerà il Salmo 47. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis &c.*, che verrà cantato da Musici, seguendo le seguenti preci.

Kyrie Eleison, Christe Eleison, Kyrie Eleison, Pater noster, segreto.

℣. *Salvum fac servum tuum.*

℟. *Deus meus sperantem in te.*

℣. *Mitte ei Domine auxilium de Sancto.*

℟. *Et de Sion tuere eum.*

℣. *Nihil proficiat inimicus in eo.*

℟. *Et filius iniquitatis non appponat nocere ei.*

℣. *Esto ei Domine Turris fortitudinis.*

℟. *A facie inimici.*

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiscum.*

℟. *Et cum spiritu tuo.*

O R E M U S

Deus qui justificas impium, & non vis mortem peccatoris, Majestatem tuam suppliciter deprecamur, ut hunc famulum tuum de tua misericordia confidentem cœlesti protegas benignus auxilio, & assidua protectione conserves, ut tibi jugiter serviat, & nullis tentationibus à te separetur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. *Amen.*

Dopo di che intuonerà il Cancellier Prelato il *Te Deum*, col quale rimarrà terminata la funzione.

DISCURSUS CXXII.

JESU CHRISTI
QUI ETIAM DICITUR
ASCENSIONIS JESU CHRISTI
IN LUSITANIA

ARGUMENTO

Et Summario ob sui brevitatem non indiget.

Ascensionis Jesu Christi Ordo institutus fuit opera Franciscanorum in Portugallia, uti legitur in Chronicis ejusdem Regni *Prælud. 4. n. 1.* & notat *Wadingus tom. 1. suor. Annalium ad Annum 1213. n. 14.*, & refert *P. Petrus Antonius Venetiis in Viridario Seraphico tom. 2. cap. 20.*

Hæc omnia recensentur *à Patre Lucio Ferraris* in suo Volumine, cui Titulus - *Prompta Bibliotheca Canonica Juridico - Moralis - Theologica tom. 6. litt. R. verbo Religiones Regulares Art. 5. n. 409. pag. 710. juxta impress. Bononiensem anno 1746.*

DISCURSUS CXXIII.

JESU CHRISTI IN LUSITANIA

SECT. I.

ARGUMENTUM

Latè exponitur series Institutionis Ordinis Jesu Christi in Lusitania peractæ à fa. me. Pontifice Maximo Joanne XXII. cum assignatione Bonorum, quæ fuerant Ordinis Templariorum extincti.

SUMMARIUM

1. *Templariorum Ordine extincto, illius Bona fuerunt reservata dispositioni Sedis Apostolicæ.*
   Et Clemens V. illa cessit Ordini Sancti Joannis Hierosolymitani.
2. *Non tamen Bona in Regnis Aragonum, Castellæ, Portugalliæ, & Majoricarum.*
3. *Portugalliæ Bona ad instantiam Dionysii Regis per Successorem Clementis V. hoc est per Joannem XXII. fuerunt applicata pro novo Ordine Militari erigendo.*
4. *Militia nova fuit constituta in Castro Marino Silvensis Diœcesis in Regno Algarbiæ.*
5. *Nova Militia fuit instituta in honorem Dei, & Catholicæ Fidei exaltationem, & Fidelium tutelam, & depressionem Infidelium à Summo Pontifice Joanne XXII. die 14. Martii 1319. in d. Castro Marini, quod decrevit Caput esse Ordinis*, & n. 28., & 29. *Idem Pontifex assignavit Ecclesiam Parochialem dicti Castri cum suis Juribus, & pertinentiis.*
6. *Ordo Militiæ Jesu Christi, jussit Summus Pontifex, quod hæc Militia appellaretur. Sub Regula Sancti Benedicti, & Cisterciensis Ordinis, & Constitutionibus Calatravensibus viveret, cum Privilegiis eorundem*, & n. 7., & 8.
7. *In Magistrum Ordinis assignavit Ægidium Martini Equitem Professum, & Magistrum Ordinis S. Benedicti de Avis*, & n. 8.
9. *Alia Bona idem Summus Pontifex donavit, & assignavit d. Ordini, & quæ.*
10. *Rex Dionysius, mediantibus ejus Procuratoribus d. Castrum Marinum donat Deo, Ordini, & Papæ cum mero, & mixto imperio.*
11. *Iidem Procuratores Regis gratam habuerunt donationem factam Ordini Bonorum Templariorum, quam institutionem approbat Rex*, & n. 23.
12. *Summus Pontifex constituit Abbatem Monasterii de Alcobassa Cisterciensis Ordinis Ulissiponen. Diœcesis in Visitatorem, & Correctorem Ordinis tam in capite, quam in membris.*
13. *Dictus Abbas, vel ejus Locum tenens, vel loco vacante Administrator Monasterii, recipiat à Magistro novi Ordinis Juramentum Fidelitatis nomine Summi Pontificis, & Ecclesiæ Romanæ, & idem Juramentum ad Sanctam Sedem Apostolicam quantocitius transmittat.*
14. *Magister antequam recipiat Administrationem, debet præstare Juramentum personale Regi, & homagium*, & n. 15.
14. *Magister antequam recipiat Administrationem debet præstare Juramentum personale Regi, & Homagium*, & n. 15.
16. *Novus Magister quomodo eligebatur.*
17. *Durante vacatione Magistralis Sedis, quomodo gubernabatur Ordo.*
18. *Formula Juramenti præstandi à Magistro.*

Quo-

Quolibet triennio visitare limina Apostolorum jurabunt Magistri, vel per se, vel per Nuntium, & 20. 21. & 22.

23. *Rex Dionysius ratificat Institutionem Ordinis à Summo Pontifice factam, ubi reiiciuntur contrarium sententes.*

24. *Militaris hic Ordo fuit institutus à Pontifice Joanne XXII. anno* 1319.

25. *Exponitur electio ad Pontificatum à Joannis XXII.*

26. *Cur in Nomenclatura Summorum Pontificum non expungitur nomen Antipapæ.*

27. *Explicantur Scriptores asserentes Regem Dionysium fuisse hujus Ordinis Institutorem.*

Rex Dionysius cur obtinuerit à Summo Pontifice, quod Ordo sub Titulo Jesu Christi institueretur.

28. *Ordinem hunc fuisse institutum anno* 1319. *constat ex Bulla Joannis* XXII., *& explicantur contrarium tenentes*, & n. 29.

30. *Sedes Ordinis, quę prius erat in Castro Marini, translata fuit ad Castrum de Thomar.*

31. *Cur d. Castrum fuerit nuncupatum* Thomar, & n. 32.

33. *Defenditur Ordo militaris S. Benedicti de Avis.*

34. *Castrum Marinum adhuc durat sub possessione Ordinis.*

35. *Parochialis Ecclesia S. Mariæ in d. Castro spectat ad Ordinem Sancti Jacobi.*

36. *In d. Castro Marini adest Comenda hujus Ordinis Jesu Christi.*

37. *Ordinem Jesu Christi sub Regula Calatrava posuit Joannes XXII.*

38. *Episcopus Visen., seu Lamacen. anno* 1449. *vigore Comissionis Eugenii IV. reformavit hunc Ordinem Jesu Christi, & nova Statuta, & Regulas edidit, sub quibus hodie vivit*; & n. 39. & 40.

40. *Paulus III. abstulit ab Abbate Alcobassę Superioritatem quoad Ordinem Jesu Christi.*

41. *Ordo Jesu Christi licet non teneatur ad observantiam Regulæ Calatravensis, & subiectionem Ordinis Cisterciensis, gaudet tamen Privilegiis omnibus ejusdem Ordinis Calatravensis*, & n. 42.

DISCURSUS CXXIII.

JESU CHRISTI IN LUSITANIA

SECT. I.

TRes, ut diximus, in Lusitaniæ Regno Equestres Militares Ordines de præsenti florent; hoc est, Sancti Benedicti de Avis, Sancti Jacobi, & Jesu Christi. De duobus primo nominatis egimus in Discursibus præmissis, *ut Discur.* 15. *n.* 1., *& Discur.* 33. *n.* 1. *tom.* 1. Nunc historicam hujus referemus originem. Cum in Concilio Viennensi sub Clemente V. Summo Pontifice anno 1311., & 1312. Apostolica auctoritate Templariorum Equitum Ordo fuerit abolitus, ob causas, quas adducemus in Discursu de eodem Ordine, ac reditus & Bona, quę idem Ordo in omnibus fere Catholicorum Regum Ditionibus late possidebat, Sedis Apostolicę Dispositioni fuerint reservata, Clemens V. eadem Apostolica Auctoritate hujusmodi Bona Ordini Hospitalis Hierosolymitani donavit, concessit, & incorporavit, exceptis tamen Bonis illis, quæ in Regnis Castellę Aragonum, Portugalliæ, & Majoricarum sita erant, super quibus peculiares causas

1.

2.

sas Summo Pontifici aperiendas asserunt præfati Reges tenere; unde Summus Pontifex Clemens V. eisdem Regibus peremptorium terminum assignavit ad deducendum, comprobandumque veritatem allegatarum causarum, ut Resolutionem

3. Apostolicam acciperent. Qua propter Successive clar. mem. Dionysius Sanctæ Elisabethæ Reginæ Maritus, Portugalliç, ac Algarbiorum Rex, mediantibus illius Procuratoribus, tam coram d. Clemente V. quam illius Successore Joanne XXII. causas, & rationes adduxit, propter quas si fieret unio Bonorum dictorum suorum Regnorum eidem Ordini Hierosolymitano, evidens præjudicium, damnumque, ac dispendiorum periculum eisdem Regnis suis oriretur. Potissimum Procuratores prælaudati Regis Dionysii exposuerunt Pontifici graves iniurias, innumera damna, & alia multiplicia, & enormia mala, quæ perfidi Saraceni Fidei hostes antiquis, & successivis temporibus intulerant, & inferre non cessabant in Dionysii Regis Ditionibus. Demumque insinuarunt, quod ad relata damna, & ingentia mala de medio tollendum, efficax remedium parari poterat, si nova institueretur Militia Pugilum Christi, qui dimissis vanitatibus seculi, Sanctæ Religionis spontanei Professores circa zelum veræ Fidei essent accensi, quorum ope, & prompto pręsidio iniuriis, damnis & malis liberius obviari salubriter posset, non solum ad resistendum hostium congressibus, sed etiam ad impetus, & conatus coercendos: Quæ Militia in Castro

4. Marino Silvestris Diœcesis in Reguo Algarbiæ munitissimo sane loco, ac inexpugnabili locaretur, idemque Castrum cum mero, & mixto imperio Dionysius Rex munificentissime eidem novæ Militiæ elargiri paratus erat. Attentis ergo tam rationalibus causis, pio Regis proposito annuit Summus Pontifex d. Clementis V. Successor, nuncupatus Joannes XXII. ad Dei honorem, & Catholicę Fidei exaltationem, tutelam Fidelium, & depressionem infidelium, novam Militiam, & Ordinem Auctoritate Apostolica fundavit, & ordinavit die 14. Martii anno Domini 1319. instituit

5. in prædicto Castro Marino, quod ipsius Ordinis caput esse decrevit, eidemque Parochialem ejusdem Castri Ecclesiam, una cum omnibus Juribus, & pertinentiis donavit, concessit, & annexit, voluitque ut novus Ordo Pugilum Christi, novaque Mi-

6. litia, *Ordo Militiæ Jesu Christi* perpetuis futuris temporibus nuncuparetur; mandavitque, ut novus hic Ordo Regulam servaret Sancti Benedicti, & Cisterciensis Ordinis, & Constitutionum Ordinis Calatravæ, eamque Equites profiterentur, sicque omnibus Calatravensis Ordinis privilegiis, liberalitatibus, ac Indulgentiis frueretur: & ob hoc in novi Ordinis

7. Magistrum assignavit Ægidium Martini Equitem Professum, & Magistrum Ordinis S. Benedicti de Avis, illum eximendo à Magisterio prisci Ordinis Calatravensis de Avisio, illique Ægidio curam, & gubernationem, ac administrationem dicti novi Ordinis

8. Militaris Jesu Christi plenarie committendo; ita ut d. Ordo, & Magister pro tempore, ac Fratres ejusdem Ordinis illis gaudeant privilegiis, liberalitatibus, & Indulgentiis, quibus Magister, & Fratres Calatravenses gaudent.

Obiter hìc notamus quod refert clar. me. *Em. Petra ad Constitutiones Apostolicas tom. 3. ad constit. V. Innocentii*

nocentii IV. incipiens Religiosam *n. 5.*

Congregatio Monachorum Silvestrinorum instituta fuit año 1231. a Silvestro Guzzolino Nobili Auximano Monacho Vallis Umbrolæ sub Regula S. Benedicti; ejus tamen Institutum amplexati sunt, atque eo nunc reguntur Equites dicti Jesu Christi in Lusitania, ut mihi specialiter constat ex quadam Epistola magni Magistri ejusdem Ordinis data anno 1677. Procuratori Generali Silvestrinorum.

Huic Ordini Militiæ Jesu Christi idem 9. Summus Pontifex Joannes XXII. concessit, donavit, incorporavit annexuit, & in perpetuum applicavit *Castrum Album Langrouiam Thomarium, & Almourol, nec non omnia alia Castra, Fortalitia, & Bona mobilia, & immobilia universa, & singula quęcumque, & in quibuscumque consistentia, tam Ecclesiastica, quam mundana, nec non omnes Actiones, Jura, Jurisdictiones, Imperium merum, & mixtum, honores, homines, & vassallos quoslibet, cum Ecclesiis, Capellis, & Oratoriis quibuscumque, ac suis Juribus, terminis, & pertinentiis universis, quacumque Ordo quondam Templi Portugalliæ, & Algarbii Regnis tenebat, habebat, & habere debebat quacumque sint, & in quibuscumque consistant, & quocumque nomine censeantur, & ad eum quacumque ratione vel causa debebant, vel poterant pertinere; Decernens irritum, & inane, si secus super prædictis Castris a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsan esset hactenus, vel contigerit imposterum attentari. Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari Parte Seconda cap. 32. pag. 629. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevalieres &c. tom. 3. Impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. pag. 316.*

Regis Dionysii Procuratores, ejusdem 10. Regis Procuratorio nomine, vigore specialis mandati Procuræ, prænominatum Castrum Marinum, pura, & irrevocabili Donatione, Deo, & dicto Ordini, ac Papę pro antedicto Ordine novæ Militiæ Jesu Christi, & Magistro cum effectu donarunt pleno jure, cum omni jurisdictione, mero, & mixto Imperio, cum omnibus Juribus, & pertinentiis suis. Similiter antedictam Donationem, & Cessionem omnium Castrorum, Fortalitiorum, Terrarum, & Locorum, ac Bonorum quocumque nomine censeantur, quæ dictus quondam Ordo Tem-11. plariorum tenebat, novo Ordini, ut supra factam, ratam, & gratam habentes dicti Regis Procuratorio nomine, pro omni suo jure donaverunt, & dederunt libere eidem novo Ordini: *Andreas Guarini in Libello Origine, e Fondazione di tutte le Religioni, Militie de' Cavalieri impress. Vicentiæ Typis Dominici Amadii 1614. pag. 20. Mendo Disq. 1. quæst. 11. n. 195.*

Præterea dictus Summus Pontifex Joan-12. nes XXII. Abbatem Monasterii de Alcobaça Cisterciensis Ordinis Ulisyponensis Diœcesis pro tempore, Visitatorem, & Correctorem, tam in capite, quam in membris dicti novi Ordinis constituit.

Itidemque jussit, quod idem Abbas pro 13. tempore, vel ejus Locum tenens, vel loco vacante, Administrator Monasterii a Magistro dicti novi Ordinis pro tempore recipiat Juramentum Fidelitatis nomine dicti Summi Pontificis, & Ecclesiæ Romanæ, juxta formam in Pontificia Bulla præscrip-

tam

tam, ejusdemque Juramenti præstiti seriem quantocius comode poterit ad Sanctam Sedem Apostolicam idem Abbas trasmittere teneatur.

Ac pariter injunxit Summus Pontifex, 14. ut pro tempore novi Ordinis Magister, vel ipso absente illius locumtenens, antequam administrationem bonorum susciperet, si Rex in aliquo Regnorum Portugalliæ, seu Algarbii fuerit personaliter, se præsentet, & dicto Regi Juramentum personale præstet, & homagium sub forma expressa in Bulla Pontificis; & dictus Rex requisitus a dicto Magistro idem Juramentum, & Homagium infra decem dies tenetur recipere; alias si Rex recipere non curaret dictum juramentum, & homagium, postea Magister libere Officium Magisterii hujusmodi exerceret. Si verò Rex absens sit a dictis Regnis, tum Magister Juramentum, & Homagium præstaret Locumtenenti Regis.

Quod si non adesset Magister Ordinis, Locumtenens ipsius, aut ille qui habuerit Bonorum administrationem, præstabit Juramentum, & Homagium Regi, vel ejus Locumtenenti, absente Rege a dictis Regnis.

Itidem inferiores Præceptores hujus Ordinis Militiæ Jesu Christi, & eorum Locumtenentes, si sint absentes a prænominatis Regnis, antequam incipiant administrare Bona, teneantur offerre Juramentum, & Homagium dicto Regi, si fuerit Rex in d.d. Regnis, alioquin ejus Locumtenenti intra prænominatum tempus, quo tempore elapso, sive sint recepta, sive non dictum Juramentum, & Homagium, possent antedicti inferiores Præceptores, vel eorum Locumtenentes libere Bona administrare absque Regis licentia.

Pariter Magister ipse, aut Præceptor 15. Major, seu ejus Locumtenens, tenetur accedere ad Curias Regis, & ei, & suis Hæredibus, ac Successoribus facere, quæ Ordo Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani in Regnis prædictis consistens, sibi, & prædecessoribus suis facere consueverat, reservando omnia jura, & servitia favore Regis præstanda à novo Ordine eo modo, & forma, quæ Ordo Hospitalis Regi præstabat.

Tandem præscribit d. Summus Pontifex, quod quoties per cessionem, seu de- 16. cessum ipsius Magistri Ordinis, vel quocumque alio modo, idem novus Ordo careret Magistro, a Fratribus Ordinis juxta morem, qui servatur in Calatravensi Ordine, eligatur in novum Magistrum aliqua Militaris, & Religiosa Persona eundem novum Ordinem expresse professa, quæ absque alia confirmatione, pro confirmata eo ipso Apostolica auctoritate habeatur. Interimque, durante vacatione per obitum dicti Magistri, vel alio quocumque modo, Milites, 17. & Fratres ejusdem novi Ordinis bona ejusdem novi Ordinis administrarent, juxta observantias d. Calatravensis Ordinis, usque ad electionem novi Magistri.

Porro Ordinis Magister pro tempore, injunxit Pontifex, ut Juramentum 18. *præstaret sub sequenti forma. Ego N. Magister Domus Militiæ Jesu Christi ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro, Sanctæ Apostolicæ Ecclesiæ Romanæ, & Domino meo P. P. suisque Successoribus canonice intrantibus, non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione, consilium vero, quod mihi credituri sunt per se, aut per nuntios suos, sive per literas ad eorum*

torum damnum me sciente nemini pandam: Papatum Romanum, & Regalia Sancti Petri, adiutor eis ero ad retinendum, & defendendum; salvo meo Ordine, contra omnem hominem Legatum Apostolicæ Sedis in eundo, & redeundo, honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuvabo. Vocatus ad Synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditione: Apostolorum Limina singulis triennis visitabo aut per me, aut per meum Nuncium, nisi Apostolica ab
19. *solvat licentia: Possessiones vero ad domum meam, & Ordinem prædictum spectantes non vendam, nec donabo, nec impignorabo, nec denuo infeudabo, vel aliquo modo alienabo inconsulto Romano Pontifice. Sic me Deus adiuvet, & hac Sancta Dei Evangelia.*

De hac peculiari obligatione Magistri
20. hujus Ordinis, vigore Bullæ Pontificiæ, visitandi quolibet triennio Apostolorum limina, relatis præcise verbis meminit *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Disert. Historiques &c. sur la Chevalerie &c. lib. 1. Differt. 10. pag. 225.*

Rerum series hactenus expositarum ha-
21. betur in dicta Bulla dictæ fa. me. Joannis XXII. data Avenione 14. Martii anno Domini 1319 Pontificatus sui anno tertio, quæque impressa habetur, tam latino, quam Lusitano idiomate in principio Voluminis, cui titulus .. *Diffinçoes & Estatutos Dos Cavalleyros, e Freyres da Ordem de nosso Senhor JESU CHRISTO com a Historia de Orige. & Principio della Offericidos Ao Moito Alto, e Poderoso Rey D. Joan Nosso Senhor.*

Gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi.

Lisboa Occidental, na Officina de Pascoal da Sylva Impressor de sua Magestade MDCCXVII. Com todas as licenças necessarias & Privilegio Real.

Dictorum quippe Statutorum novissima impressio est antedicta; nam antiqua Statuta, & Diffinitiones hujus Ordinis impressa sunt Ulissipone 1611.

De eadem Bulla, ejusque dispositione
22. passim agunt ultra prealegatos *Andream Guarinum, & Abbatem Justinianum, & Collector. Gallum, Augustinus Paradisi, Atheneo dell' Uomo Nobile parte 3. cap. 3. sub num. 14. Graveson Histor. Ecclesiast. in continuatione Tabular. tom. 9. pag. 500. juxta impress Romæ Ludovici Tinassi, & Hieronymi Mainardi 1722. Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. quæst. 11. à n. 194. Franciscus Sansovinus della Origine de Cavalieri lib 2. pag. 42. a tergo impress. Venetiis Typis Hæredum di Marchio Sessa 1570.*

Præfatámque Ordinis Militiam JESU
23. CHRISTI à dicto Summo Pontifice institutam gratam habens Rex Portugalliæ Dionysius, donationes, & cessiones castrorum, & bonorum à Procuratoribus Regiis, & nomine Regis factas approbavit, & ratificavit d. Rex, ut iniunxerat Pontifex, sicuti liquet ex ratificatione Regis, quæ per extensum refertur in principio memorati voluminis Statutorum, tum latino, tum Lusitano idiomate: juxtaque dictæ Papalis Bullæ tenorem, hujus Ordinis fundationis tempus, modusque refertur in narratione, quæ habetur *in d. Volumine Lusitano Statutorum Prima Parte Da Reformac ad da Regra, e Estatutos da Ordem de Christo: Tit. 1. pag 1. usq. ad 4.*

Corruuntque Opiniones nonnullorum Scriptorum, qui asserverunt Ordinem fuisse institutum a Rege Dionysio sub annis 1316., & 1320., de quibus memi-

meminit *Pater Paulus Morigia Historia dell' Origine di tutte le Religioni, e dell' Origine ancora delle Religioni Militari lib. 3. cap. 4. pag. 251. a tergo. Mendo de Ordin. Militar. d. Disq. 1. quaest. 11. n. 194. Petrus Franciscus Bergamaschi Prior Cambiani* in Volumine - *Breve Notitia del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aureati pag. 62. juxta impress. Taurini typis Dominici Paulini impress. Rev. Camera Apostolica 1695.* Volumen cui Titulus - *Li Sovrani del Mondo tom. 4. sub tit. degli Ordini di Cavalleria pag. 227. juxta impress. Venetam Sebastiani Coleti & Joannis Malachini 1720. Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equest. n. 56. Istoria degli Ordini Monastici &c. & Militari ex idiomate gallico in nostrum italicum translata per Patrem Joseph Franciscum Fonna Mediolanensem Congregationis Matris Dei tom. 6. cap. 8. à pag. 75. cum seqq. juxta impressionem Lucę Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1738. Ludovicus Moreri in suo magno Dictionario de Ordine Jesu Christi*, & alii infra allegandi.

24. Constat quippe ex recensita Bulla fundatum fuisse Militarem hunc Ordinem anno 1319. ab antedicto Summo Pontifice Joanne XXII. Hic est ille Pontifex, qui cum ab obitu Clementis V. Apostolica Sedes spatio annorum duorum, mensium trium, dierum septendecim vacasset, electus fuit Romanus Pontifex. Vocabatur autem ante electionem Jacobus de Ossa Cardinalis Episcopus Portuensis,

25. natione Gallus, Patria Carducensis ex ignobili Patre sutore veteramentario natus. Quidam Scriptores Itali asserunt Cardinales compromissum fecisse de eligendo illo in Pontificem, quem d. Cardinalis Jacobus de Ossa nominasset, ipsumque seipsum nominasse, suadente Neapoleone Ursino. Verum hoc Italorum Scriptorum figmentum esse, quod falsi convincitur, bene probat *Pater Ignat. Amat. de Graveson Historia Ecclesiastica tom. 5. Colloq. 2. pag. 122.* evidenti ratione; tum quia idem Card. Jacobus de Ossa creatus Pontifex in Encyclicis litteris de sua electione disserte testatur, se a Cardinalibus concorditer nemine discrepante in Summum Pontificem electum, timore ac tremore concussum, vehementer haesitasse; tum quia si verum fuisset, se ipsum elegisse, dubio procul Ludovicus Bavarus Imperator, ejusdem Pontificis infensissimus hostis, caeterique Imperatori adhaerentes, id fartius obicere non cessassent; & tamen certissimum est, de hoc verba non fecisse. Idem ergo canonice in Pontificem electus, nuncupatur Joannes XXII. ab omnibus passim; licet juxta Ordinem hujus nominis Pontificum dicendus esset Joannes XXI.

26. In hujusmodi autem Pontificum Nomenclatura, diversitus hęc non semel occurrit, & summi practicavere Pontifices, ut confusio, quae suboriri posset, tolleretur ab Constitutiones, quas hic vel ille Antipapa edidit: si enim nomen Antipapae a Catalogo expungeretur, & legitimus Pontifex cum nomine Antipapae incederet, maxime non interveniente notabile temporum distantia, confundi utique possent Constitutiones Antipapę cum Constitutionibus legitimi Pontificis, quemadmodum cum *Papebrochio in Conatu Historico Chronologico explicat Pater Graveson d. Historia Ecclesiastica Tom 4. Parte 1. Colloq. 2. pag. 82.*

Atque ita pręalegati Scriptores fundationem hujus Militaris Ordinis Re-

gi

gi Dionysio tribuentes, accipi, & intelligi debent, ipsum potissime Promotorem fuisse apud Summum Pontificem, atque Intercessorem, ut non alio nomine ac titulo institueretur novus Ordo, quam Divini Reparatoris nostri IESU CHRISTI, qui sicut Alphonso Henriques Primo Portugal.

27 liæ Regi Crucifixus apparens, Lusitani Imperii felix Divino suo ore patefecit exordium verbis illis: *Volo in te & in semine tuo Imperium mihi stabilire, ut deferatur nomen in exteras Gentes*: Ita etiam secunda vice eadem forma Regi Dionysio apparens, fausta undique novo Militari Ordini, & per eum Lusitaniæ Regno incrementa nunciavit; de qua Iesu Christi Crucifixi prædicto Regi Dionysio apparitione notat d. *Abbas Iustinianus Parte Secunda cap. 51. pag. 628. d. Petrus Franciscus Bergamaschi pag. 62.*

Pari modo cum in Bulla Summi Pon-

28. tificis Joannis XXII. litteralis sit expressio temporis, quo fuit expedita, & ab eodem Summo Pontifice fundatus Equester Ordo nempe anno 1319. deteguntur erroneæ Scriptorum assertiones, quod Ordo fuerit institutus Anno 1316. de quo *Pater Mendo super allegatus* nell' anno 1317. ut refert *Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari Parte Seconda cap. 51. pag. 628., aut anno 1318., ut tradit Dominus Jo. Fridericus Comes in Koden Sapieha Eques Aquila Alba in Regno Poloniæ in Corollario celebriorum in Christianitate Ordinum enumerante in verbo Jesu Christi Ordinem Portugallium pag. 288. Quod Corollarium est in calce ejusdem Auctoris in tract.* cui Titulus - *Adnotationes Historica de Origine &c. Ordines Equitum Aquila Alba impress. Colonia Typis Adami Cholini anno 1730., vel 1720.,* ut inquit *Pater Mendo, & Pater Morigia locis superius allegatis, quemadmodum etiam d Pater Philippus Bonanni d. Catalogo Ord. Equest. n. 56.*

Stante quidem expressione Bullæ sub data anni 1319. assertiones prædictæ scribentium, vel innixæ sunt æquivocatione Amanuentium, aut Typographorum, vel intelligendæ sunt de præcedentibus tractatibus ad funda-

29. tionem, vel de nova confirmatione obtenta, non autem de ipsa effectiva Ordinis fundatione, quæ juxta Bullam Pontificiam peracta fuit, ut sæpius dictum est, anno 1319.

Tempore fundationis hujus Ordinis do-

30. mus, & Conventus principalis, & sedes sita fuit in caput Ordinis in Castro Marino, ibique Magister residebat, sed mutatis temporum circumstantiis, & ita in illis locis cessante bello, quia Mauri expulsi fuerunt à d. loco, & demum deficientibus rebus necessariis, Magister cum consilio Ordinis (sine tamen auctoritate Pontificis) & alias Lusitaniæ Regni, partes transtulit, & demum in Villa Thomar, & modo ibi fixe residet Ordinis Conventus, ideoque Episcopus Lamacen. olim Visen. in reformatione Ordinis, quam auctoritate Apostolica anno 1449. perfecit, approbavit in Capitulo antiquam Regulam, dictamque confirmavit translationem ad locum Thomar, declaravitque, quod dictus Conventus; Thomar caput esset Ordinis, eo modo, & forma, qua in exordio Ordinis erat in Castro Marino, ut videre est in dicto volumine -- *Diffiniçoens, & Statutos dos Cavalleiros, e Freyres da Ordem Nosso Senhor Jesu Christo Parte Prima tit. 2. Das Mudanças, qua bonvena Ordem pag. 5. §. Eos o principa &c.*

pa &c. & tit. 4. pag. 14. Como, o Convento de Thomar he Cabeça e Ballio da Ordem de Christo eo Dom Prior do d. Convento Preluto della: Justinianus d. Parte Seconda cap. 51. pag. 628. Istoria degli Ordini &c. à Patre Joseph Francisco Fontana tom. 6. d. pag. 75.

31. Iacet Castrum de Thomar in amenis feracibusque agris Nabar fluminis vulgo *Rio Eridago*, septem distans leucis à Scalibe, seu Præsidio Julio lusitana lingua *Santarem*. idemque de Thomar Castrum plusquam 800. constat habitatoribus, quos inter plures enumeratur familiæ nobiles: duo in eo adsunt Regularium Conventus, Monialium vnus, ac Hospitale. Castro in hoc Prçlatus Militaris hujus Ordinis residet in nobili Conventu, qui caput est totius præclari Equestris Militaris Ordinis *Jesu Christi*. Locum prçfatum Alphonsus I. Lusitaniæ Rex Militari Templariorum Ordini dono dedit: Quamobrem opera ac studio Galdini Paez Templariorum Magistri Locumtenentis in Lusitania anno 1180. munitissima Arx constructa fuit, & populi incrementum accepit. Sub tutela gloriosissimi

32. Martyris Sancti Thomæ Cantuariensis Castrum constitutum erat, à quo Sancto Thoma nomen etiam sumpsit, postea nuncupatum *Thomar*, ut notat *d. Abbas Iustinianus Parte Secunda cap. 51. pag. 628.* Et revera facilime potuit invehi modica nominis alteratio; nam cum latine dicatur Thomas, Lusitano idiomate dicitur vel Thome, aut Thomar; hinc per solam ultimæ Litterç mutationem, hoc est immutata Littera S. in Litteram R. & scriptis, ac pronunciatione formatum fuit uocabulum Thomar.

Hinc ex recensitis patet abolitionem Ordinis Templariorum solummodo tribuisse erectionem Ordinis Jesu Christi in Lusitania, nec ullo modo subsistit id, quod scriptum reliquit *Pater Honoratus a Sancta Maria Excalceatus in suis Disertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie ancienne, & moderne impress. Parisiis Typis Petri Francisci Giffart 1718. Lib. 1. Differt. 10. Art. 2. pag. 225.* quod scilicet erectioni hujus Ordinis Jesu Christi in Lusitania motivum præbuit etiam destructio

33. Ordinis Militaris in Lusitania Sancti Benedicti de Avis; eo quia ejus splendor perierat ibi .. *Il à sete fonde sur les rovines de l' Orde d' Avis, e des Templiers, la Premiere de ces deux Chevalerie ayant perdu son lustre e la seconde etam supprimee: Dominus Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires Tom. 2. cap. 7. pag. 100. juxta impress. Retomagen Typis Ioannis Baptista Besogne 1726.* ibi *L' Ordre d' Avis ayant deja degenere da Zele de ses prçmiers fundatores:* Siquidem etiam de illo tempore, summopere florebat Militaris Equester Ordo Sancti Benedicti de Avis, qui de præsenti quoque, summopere in Lusitania corusçat, super quibus videatur noster *Discursus super dicto Ordine Sancti Benedicti de Avis* sub titulo *De Avis Tom. pr. Disc. 33. sect. 4. n. 36 & seqq.*

34. Cœterum Castrum Marinum a Rege Dionysio Religioni donatum non desiit esse ejusdem Ordinis, sed durat illius possessio in Ordine, ac hodie est una ex magis antiquis Commendis, cujus redditus consistunt in juribus Regiis. & redditibus temporalibus solum, quç ad Regem pertinebant, tam ex terra, quam ex aqua: *d. Ps tit. 2. §. Eperque pag. 5.*

Sic pariter notandum, quod donatio Paro-

35. Parochialis Sanctæ Mariæ in d. Castro Marino, non habuit effectum favore Ordinis Jesu Christi; fortasse quia etiam de illo tempore spectabat ad Ordinem Sancti Jacobi de Spatha, unde de hoc Pontifex non fuerat instructus, ita etiam de præsenti d. Ecclesia spectat ad Ordinem Sancti Jaco-
36. bi; sicque hodie in Castro Marino adest Commendator Ordinis Christi in Villa, & Prior Ordinis Sancti Jacobi in Ecclesia: *d. Pi tit.* 2. §. *Eposto pag* 5.

Similiter notandum, quod cum, ut di-
37. ximus, Pontifex Joannes XXII. in prędicta Bulla hunc Ordinem Jesu Christi jusserit militare sub Regula Calatravæ, sub ea duravit usque ad annum 1449.; nam tunc Episcopus
38 Joannes Episcopus Viten. olim Episcopus Lamacen. vigore commissionis Summi Pontificis Eugenii IV. ad instantiam Henrici filii Regis Joannis I. qui Henricus tunc temporis erat administrator ejusdem Ordinis Jesu Christi, Ordinem reformavit, novasque Regulas, & Statuta edidit, quę una
39. cum aliis editis in Capitulo Generali sub Rege Emanuele tento anno 1503. ad hæc usque tempora observantur.

Cumque orta fuerit dubitatio apud d.
40 Regem Emanuelem Equites, & Fratres ejusdem Ordinis, an positis antedictis novis Legibus, adhuc tenerentur ad observantiam Regulæ Ordinis Calatravensis, Julius II. ad petitionem ejusdem Regis Emanuelis anno 1505. hanc sustulit dubitationem; nam confirmavit Statuta edita ab Episcopo Visen:, ac aliqua facta a Rege Emanuele, quoad Divina officia, & decrevit, et statuit, quod Prior, Equites, & Fratres, . cæteræque Personę Ordinis Iesu Christi non tenerentur ad observantiam Constitutionum regularium Calatravensis Ordinis, & ab ipsis liberavit d. *Volumen* continens *Deffiniçoens & Estatutos dos Cavalleiros, e Freires da Ordem de Nosso Senhor Jesu Christo Parte Prima Tit.* 2. §. *Nesse modo pag.* 7.

Subindeque Paulus III. anno 1542.
41. abstulit ab Abbate de Alcobaço superioritatem, quam vigore Bullæ Fundationis Joannis XXII. habebat in Conventu hujus Ordinis Jesu Christi *d. Volumen Parte Prima Tit.* 2. *d.* §. *Nesse; modo vers. Et Paulo III. pag.* 7.

At licet liber sit hic Ordo Jesu Christi, illusque Personæ ab observantia Regulę Calatravensis, & a subiectione
42. Abbatis Cisterciensis de Alcobaça; nihilominus idem Ordo Jesu Christi, & Personæ ejusdem gaudent omnibus Privilegiis Ordinis Calatravensiis, hocque vigore cap. 2. Regulę reformatæ, ut supra diximus ab Episcopo Viten. expresse approbatæ à Summo Pontifice Julio II. d. anno 1505., ut videre est in *d. Volumine Parte Prima tit* 2. §. *Nesse modo vers. Esem Embargo pag.* 7.

DISCURSUS CXXIII.

SECT. II.

ARGUMENTUM

Fuse traditur series qualitatis Crucis, & onus illam deferendi.

SUMMARIUM

1. ORdo hic est vera Religio, veluti institutus à Summo Pontifice cum Votis substantialibus.

2. Con-

bus late agimus in Discursu XIII. Sect 2. ad quam Nos remittimus.

42. *Dignitates habet hic Ordo, & quot, enumerantur numeris sequentibus* n. 43. 48 49. 50., 51.

43. *Prior Conventus de Thomar qua polleat jurisdictione*, & n. 44. 45. 46., & 51.

47. *Innuuntur tamen limitationes in Provinciis ultramarinis.*

52. *Quis Ordo observetur in praecedentia.*

53. *Commendatores semper praecedunt Equites, licet sint magis antiqui professione.*

54. *Si agatur de duobus, qui professionem emiserint eadem die, semper praecedit, qui Professionem emisit in Conventu de Thomar.*

55. *Equites Professi licet non possideant* Tençam, *tenent sua Privilegia, & sua antianitate frui debent quoad Equites modernos licet Tençam possidentes.*

56. *Matricula nominum omnium Equitum servari debet in Tribunali Ordinis, & in Ecclesia Conceptionis, ut sciatur Antianitas.*

DISCURSUS CXXIII.

SECT. II.

Ordo hic Equestris Militaris vera Religio est, non solum respectu 1. Religiosorum Conventus de Thomar, qui sub Clausura vivunt, sed etiam respectu Fratrum Commendatorum, & Equitum ejusdem Ordinis; unde ex se proprius Ordo est nulli alii subiectus, tenetque suam Regulam, fuitque institutus à Sancta Sede Apostolica sub votis substantialibus, Obedientiae, Castitatis, & Paupertatis, & vivebant in commune, ut cautum habetur *in Statuto Ordinis contento in allegato Volumine Parte Prima tit. 6. De Como esta Ordem he verdadeira Religiar. com Obrigaçar de tre Votos substantiaes pag. 16. d. Abbas Justinianus d. parte Secunda cap. 51. pag. 629. D. Hermant d. tom. 2. cap 7. pag. 102.*

Itaque Ordo Jesu Christi constat Religiosis Fratribus, Commendatariis, & Equitibus. Fratres Religiosi Clerici vocantur a Lusitanis, idiomate Lu-2. sitano *Frades de Tomar*, degentes in Monasterio de Thomar, & sub Clausura in Habitu Regulari, ut notat *P. Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq 1. quaest. 11. n. 19, & n. 199. Abb. Justinianus Parte Secunda cap. 51. pag. 631. Augustinus Paradisi Ateneo dell' Uomo Nobile Parte Terza cap. 3. n. 15. pag. 207.* idemque vitae contemplativae magis incumbunt; Equites autem activae. *Statut. Ordinis Parte Prima tit. 25. pag. 94. d. Pater Mendo d. Disq. 1. quaest. 11. n. 195.*

Ejusdemque Militaris Religionis Tutelare 3. Festum, quod Lusitani vocant *Orago*, est dies decima quarta Septembris, qua Ecclesia Cattolica diem festum Exaltationis Sanctissimae Crucis celebrat: unde Vicarius Ecclesiae Sanctissimae Virginis Conceptionis in Regia Cappella Ulisiponensi Magistro, Commendatariis, ac Equitibus praesentibus, indutis Toga alba, Missam canit solemnem cum Indulgentia Plenaria; ita enim loquitur *Statutum Parte Prima tit. 30. da Dia do Orago d' esta Ordem pag. 52., & 55. O Dia da Orago desta Ordem seja a quatorze de Setembro dia da Exaltaçar da S. Cruz. e a Festa se celebrata na Capella Real de Lisboa, e se dirá Missa Solenne pelo Vigario da Igreja de nosta Senhora da Concejçar a que estarà presente, o Mestre estando*

por moum sim; quia hoc faciens cum hoc intentu, & incedens sine Habitu, ne agnoscatur ut Religiosus
12. (vel faciat in spretum Habitus, vel ex pœnitentia illum sumpsisse, vel tractando de illum relinquendo sine Magistri licentia) incurrit ipso facto
13. sententiam Excommunicationis sine monitione, & processu: *Statutum d. Parte Prima tit. 9. §. 1. pag.* 18. *& seq.*

Imo Fratres Commendatores, & Equi-
14. tes, neque in eorum Domibus stare possunt sine Cruce patente in Vestibus exterioribus; & arma vestiendo super illis deferre debent patentem Habitum. Magister, & Dignitates solummodo deferre poterunt ante pectus: Statutum clare loquitur: *Esò o Mesore, & as Dignidades da Ordem o poderar trazer no meyo dos peyeros*: *Statutum Ordinis d. Parte Prima tit. 9. pag.* 18.

Forma Crucis est, ut vocant patentis,
15. seu apertæ. Duplex siquidem figura Crucis patentis exhibetur à *Patre Philippo Bonanno in calce Catalogi Ordinum Equestrium pag.* 142., ubi in Tabella breviter, sed utiliter pro eruditione Equitum elementa traduntur quoad Cruces Ordinum Equestrium agnoscendas, & cujuslibet Crucis figura graphice exponitur delineata una cum suo proprio nomine, suaque specificatione: unde in prædicta Tabella pagina 142 Prima Crucis patentis forma adest in secundo loco primæ lineę, altera Crucis patentis figura est in ultima linea primo loco: hæc verò Crucis patentis forma est adamussim forma Crucis,
16. qua utitur Militaris Ordo JESU CHRISTI, ut videre est in pręallegato Volumine Statutorum hujus Ordinis, ubi eleganter cęlata habetur. Conspici quoque potest in omnibus monetis, quas Portugalliæ Rex cu-
17. dit, tum aureas, quas *Moedas de Ouro*, tum argenteas, quas *Cruzados* appellant: semper enim ex una nummorum parte adest Crux patens Ordinis *Jesu Christi* cum lemmate Constantiniano per girum scripto. IN HOC SIGNO VINCES. Rursus in Voluminibus Auctorum, qui de Ordinibus Equestribus Militaribus scripserunt, delineata habetur hæc Crux patens Ordinis JESU CHRISTI, ut apud *d. Andream Guarinum* in Libello
18. *Origine, e Fondazione di tutte le Religioni, e Militie di tutti li Cavalieri con le Croci, e segni &c. pag.* 20. *impress. Vicentiæ Typis Dominici Amadii anno* 1614., quem Libellum Nobis tradidit Vir Nobilis, & hujus Civitatis Patricius Comes Antonius filius bo. mem. Ludovici Orceoli.
19. *Abbas Instinianus Historie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari Parte Seconda cap.* 51. *pag.* 627. *&* 630. *d. Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordinum Equest. n.* 56. *& in figuris omnium Insignium, quæ sunt in calce d. Catalogi pag.* 152. sub. n. 51. *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires ou des Chevaliers tom.* 3. *pag.* 316. *impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. ubi nominat Crucem illam Patriarchalem: sic quoque nominat Volumen *Li Sourani del Mondo sub tit. Ordin. di Cavalieri pag.* 279. *tom.* 4., *& tom.* 4. *pag.* 419. *sub n.* 51. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques &c. sur la Chevalerie post Dissert. in tit. Explication des Armas &c. pag.* 465. *sub n.* 46. *impress. Parisiis Typis Petri Giffart anno* 1718. ubi etiam ejusdem figuram referens subdit, hanc Equites deferre catenulæ appensam

 trino

trino ductu constructæ: *Io. Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieba Ord. Aquilæ Albæ in Polonia Eques in Corollario enumerans Ordines Equestres pag. 222. post ejusdem Auctoris Adnotationes Historicas d. Ord. Aquilæ Albæ impress. Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730. Quoad materiam cognoscendi per lineas colores cujusque Crucis, & discrimina eorundem, & nomina, vide quę indicavimus in *Discursu de Ordine Alcantarę sub* §. *Commutatus autem fuit*.

20.

Crucem hanç prædicta forma structam, merito Lusitani gloriantur, cæteras inter Militarium Ordinum Cruces magis consimilem esse veræ Cruci, in qua *Vita Mundi pependit, in qua Christus Dominus triumphavit, & Mors mortem superavit in aeternum, qua Vita mortem pertulit, & morte vitam protulit*. Statutum enim Ordinis *Parte Prima Tit.* 18. *pag.* 25. sic inquit .. *Pella Excellentia desta Orden ser de JESU CHRISTO nosso Senhor, & pella Insignia da Cruz que tem, que entre todas as das Ordens Militares mais se assemela, & pareçe a em que elle padeçeo;* quod Statutum damus in calce Discursus *sub Litt. A.* Summaque ratione Nobiles Lusitani pręclaro adscripti Ordini huic *IESU CHRISTI*, Pauli Apostoli verba *ad Galatas* 6. iterato repetere valent: *Nobis absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri IESU CHRISTI*.

21.

Et quoniam Militaris hic Ordo est Domini nostri JESU CHRISTI, & inter cæteros Militares Ordines est præcipuus, ideo summi Duces Exercituum Regiæ Majestatis Lusitaniæ Regis magni Magistri, & perpetui Administratoris Ordinum Militarium & Equestrium in Lusitania, prædicta Insignia in eorum extollunt Vexillis, Crucem scilicet Ordinis ex una parte, & stemma Regum Lusitanorum ex altera parte, juxta formam, quæ cęlata habetur penes *Justinianum d. cap.* 51. *pag.* 63. idemque IESU CHRISTI Ordo omnibus aliis Ordinibus Militaribus Equestribus in Regnis Lusitaniæ Regis præcedit, sic disponente *Statuto Ordinis Parte Prima Tit.* 13. §. 1. *pag.* 73. ibi .. *He de nosso Senhor IESU CHRISTO eta Principal das Militares ea Insignia de sua Bandeira he, a que trazem hoje, os Capitaes Mores, & Generares de sua Magestade Mestre e Governador como Rey destes Reynos, ordenamos, que preceda as outras Militares, que nelles ha, assim, ea Bandeyra, e em todos os actos Militares rompimento de Batalhas, como em qualquer outro acto, emqe deve haver honta estima e prudencia.*

22.

Revera Habitus proprius hujus Ordinis est Scapulare illud album ex lana absque serico, constans Palmis quatuor cum dimidio in longitudine, uno autem in latitudine, ea forma confectum, quam exprimit Statutum, scilicet. *O Bentinho desta Ordem, que todos os Freyres Commendadores, & Cavalleyros sar obrigados trazer, que o proprio Habito della &c. sem seda alguma de comprimento de quatro palmos, & meyo, e de suum de largo, e que seja aberta para se vestir sobre ombros a metade para as espadoas e outra para os peytros.* Debet autem deferri die ac nocte *sobre a Camiça, ou tam perto de si de noyte, que lhe possa chegar com a mar*: & in parte retinenda ad Pectus Crux Ordinis aderit Statutum Ordinis *d. Parte Prima Tit.* 8. *pag.* 17.

23.

Prosequitur Statutum circa Habitum, quod

24.

quod *os Commendadores*, & *Caval* 25. *leyros poderar trazer* Habitus de auro, modestos tamen, & citra jactantiam, & superbiam: *Evetà a Cruz deteyra com seus Braços*, & *puntas como as de panno*, & in hac forma ex panno, & auro servabitur *Crux na Meça das Ordens*, & *outta em Thomar, e em nosta Senhora la Luz*: *Statutum Ordinis d. Parte Prima tit.* 9. §. 1. *pag.* 18., & *seq.*

Postremo notamus, quod Crux Novi- 26. tiorum erit minor illa Professorum, & Novitii debent deferre Crucem directam. *sem puntas na Cabeça*, e *Braços*: & si Novitius detulerit Crucem Professorum, Habitu privabitur, & inabilis remanebit ad sumendum Habitum: *Statutum Ordinis d. Parte Prima tit.* 8. §. 1. *pag.* 17.

Toga autem Capitularis est alba ex la- 27. na ab humeris ad terram usque longe demissa, & sub collo duobus funiculis albis illa connectitur, & ad pectus antedictę formæ Crux adest, ut sancitur in *Statuto Ordinis Parte Prima tit.* 9. *Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' origine degli Ordini Militari, e di tutte le Religioni Cavalleresche*: *Pater Bonannus Parte Secunda cap.* 51., *pag.* 630. *in Catalogo Ordin. Equest. n.* 56.

Vestes vero debent esse nigræ, & mo- 28. destæ, & ut loquitur *Statutum enar haverar nelles descompostura*, *nem louçainda que nar seja honesta*, *e decente a tal lugar*: & qui contra fecerit, plectetur pœna arbitrio Magistri: *Statutum Ordinis tit.* 31. §. 2. *pag.* 56. *d. Sansovin. della origine de' Cavalieri lib.* 2. §. *Cavalieri di Cristo pag.* 42. à tergo.

Hujus Togæ forma videri potest in 29. figura Equitis ea induti, quam exhibet *d. Abbas Justinianus d. Parte Secunda cap.* 1. *n.* 630. *d. Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 316. *Pater Philippus Bonannus in d. Catalogo Ordin. Equestrium n.* 56.

Cæterum prędicta Uota substantialia declarantur in hoc, quod cum Obedientia sit specialis Virtus debita præcepto Superioris ob Dei reveren- 30. tiam, sitque pręcipuus Religionis actus, plusquam Sacrificium laudatus; hujus virtutis Obedientiæ effectus principaliter consistit in obediendo Magistro, & Gubernatori Ordinis in his rebus, quę Regularem observantiam concernunt, & finem Sanctæ Religionis, cęterisque rebus, quæ non sint contra Deum, contra Ordinem: unde qui peccat contra hanc Obedientiam, verus Religiosus non erit, ut sic disponendo declarat præfatum *Statutum d. Parte Prima Tit.* 7. *Emque se declarar os tres Votos substantiaes desta Ordem* §. 1. *da Obedientia pag.* 16. & *Parte Prima Tit.* 21. *pag.* 40. *d. Justinianus d. Parte Secunda cap.* 51. *pag.* 629.

Respectu vero Voti Castitatis, antiquitus Ordinem profitentes Castitatem vovebant puram, & absolutam, quę impediebat, & annullabat Matrimo- 31. nium; sed postmodum ex Sedis Apostolicæ Dispensatione limitatum fuit d. Votum ad Castitatem Coniugalem: unde Commendatores, & Equites hujus Ordinis solum Conjugalem Castitatem profitentur, & possunt Matrimonium legitime contrahere: idem *Statutum Ordinis Parte Prima Tit.* 7. §. 2. *da Castidade pag.* 16. & declaratur a Prælato in actu traditionis Habitus, & refertur *in d. Statuto d. Parte Prima Tit.* 21. *pag.* 41. *Pater Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 11. *n.* 199. *d. Justinianus d. Parte Secunda cap.* 51. *pag.* 829. *Bonannus d. n.* 58.

Hinc Quando Frater Comendator, aut Eques fit comprehensus, *no peccado do amabcebabo* (hoc est concubinatus] prima vice condemnabitur

32\. *a estar seis Mezes no Convento de Thomar*, & iejunabit *todas as sestas Feyras dos ditos seis Mezes a Pan, & aqua*, et in die Jejunii *tomarà a disciplina que pareçer* Domino Priori. Secunda vice *bunt anno:* tertia vice privabitur Beneficiis, & semper Magister poterit augere pœnas; & pro tempore, quo in Conventu morabitur, se alet ex Reditibus Beneficii, si illud possederit. Et quoad Commendatores, & Equites, pro prima vice per Mensem in Conventu morabitur, & jejunabit *quartas Feyras*: secunda vice per duos Menses: & pro tertia vice punietur arbitrio Magistri, & in Conventu morantes sumptibus se alent: *Statutum Ordinis Parte Prima tit.* 25. §. 3. *pag.* 50.

Sic paupertatis Votum in isto Ordine

33\. a principio fuit Votum absolutum Paupertatis; sed justis postea de causis ex Apostolicæ Sedis dispensatione indultum fuit, quod Fratres Commendatores, & Equites hujus Ordinis disponere possint de eorum bonis, tam acquisitis quocumque modo, & via, quam acquisitis ex reditibus Beneficiorum, Commendarum, & ex stipendiis, Annona scilicet civili, ut loquuntur Lusitani *Tença*, ac ex quibuscumque aliis bonis Ordinis, cum hoc tamen, quod intra duos annos solvant tres quartas partes redituum unius anni Beneficiorum, Commendarum, bonorum Ordinis, & stipendiorum Ordinis, vulgo *Tenças, d. Statutum Ordinis Parte Prima tit.* 7. §. 3. *Da Pobreza pag.* 16., & 17. *d Justinianus d. Parte Secunda cap.* 51. *pag.* 629.

Unde ex dispensatione fa. mem. Papæ

34\. Alexandri VI. Equites, & Fratres Ordinis (solvendo pro Fabrica, & ut dicunt *Obras do Convento os tres quartos do que rendem em humanno as Commendas Tenças, ou Beneficios, que da Ordem Tiverem, em dous annos*) possunt proprium possidere, & testari de omnibus Bonis, tam de illis, quæ antecedenter possidebant, quam de illis, quæ postea acquisiverunt cum Reditibus Ordinis: & si ab intestato morerentur, succedent eisdem sui Hæredes, ac si Religiosi non essent. Si autem nollent solvere *os ditos tres quartos*, non fruuntur d. Gratia, sed subiecti remanent antiquis Statutis Ordinis. Verum Rex super solutione prędictæ Taxæ opportune providit; sic enim Prælatus in traditione Habitus rem explicat, quod scilicet Rex *Temprovido como todas paguen e se arrecadem, os ditos tres quartos sem haver nisso falsa*, ut habetur *in Statuto Ordinis Parte prima Tit.* 21. *Como se ha de lançaro Habito pag.* 41. *d. Justinianus Parte Secunda cap.* 51. *pag.* 629.

In hoc igitur Ordine solum tria vota, Obedientiæ, Castitatis, & Paupertatis respectu Commendatorum, & Equitum obligant ad mortale in his, in quæ hodie juxta Apostolicas Dispensationes relatas in Ordinis *Statuto Parte prima Tit.* 3. §. 51. robur habent. In ceteris autem

35\. obligationibus in Regula contentis, & statutis, non obligant ad lethale, ut declaratur *in eodem Statuto Parte prima Tit.* 29. *Da qualidade do Peccado que encorrem os que nar guardatem a Regra, & Estatutos da Ordem pag.* 51. & 53.

Super materia verò dictorum trium Votorum, eorumque explicatione, seu modificatione, perpendi possunt ea,

ea, quæ cumulavimus in Nostris Discursibus *De Voto Castitatis*, *de Voto Paupertatis*, *de Voto Obedientiæ*.

Professi in hoc Ordine ultra dictorum 36. Votorum vinculum, aliis obstringuntur obligationibus à Regula, & Statuto Ordinis infra enumeratis, ut in *Parte prima tit* 21. *pag*. 41. *d. Justinianus d. Parte Secunda cap*. 51. *pag*. 629. quæ enunciantur in primo actu traditionis Habitus: tenentur deferre con- 37. tinuo *O Bensinho da Ordem*, & in omnibus Vestibus foris Crucem, taliter quod nunquam *sejais visto sen ella*: *d. Statutum*, *& Justinianus ubi supra*.

Secundo tenentur quotidie recitare Horas Dominæ nostræ, *eno fin das Matinas a Antifona*, *Verso*, *e Oraçar da Cruz*, *e hum Pater noster*, *& Ave Maria*, *ou o que se contem no Titulo* 14. *d'essa Parte prima*: *Justinianus d. Parte secunda cap*. 51. *pag*. 629.

Tertio debent confiteri, & Communione refici quatuor anni vicibus, Natali, Pascha, Pentecostes, & in die Exaltationis Sanctæ Crucis mense Septembris, *qua perficietis in Conventu*, *si ibi moram trahimini*, *& si fitis foras*, *poteritis eligere Confessarium Secularem*, *aut Regularem*, juxta formam traditam *Parte prima tit*. 11., *&* 12. *Justinianus d. cap*. 51. *pag*. 629.

Quarto tenentur jejunare omnibus sextis Feriis cujuslibet Hebdomadæ, ut dicitur in *tit*. 16. *Parte prima*.

Quinto. Si habebunt Commendam, tenentur celebrare facere quolibet anno Missas quatuor pro Fratribus, & Equitibus Ordinis defunctis. Si autem solum habebunt *Tença*, tenentur ad celebrare faciendum duas Missas, ut dicitur in *Statuto tit*. 14. *Parte prima*: *Justinianus d. cap*. 51. *pag*. 629.

Sexto tenentur *ter Vestido*, *o Manto branco nos dias de Nosso Senhor*, *e de Nossa Senhora aos Officios Divinos declarado tit*. 9. *Parte prima*.

Septimo tenentur statim ac Habitum receperint, Professionem emittere sub pæna in casu omissionis, si Commendam, aut Tensam teneant, quod ipso jure illis priventur, & ut dicitur *Tit*. 25. *Parte prima*.

Octavo. *Quando passardes por esta Villa de Thomar viteis pazer oraçar a Igresa deste Convento e tamar a bençar do Dom Prior*: *d. Statutum*, *& Justinianus* ubi supra.

Nono debent tenere semper Librum Regulæ, & Decretorum hujus Ordinis, ut sciant obligationes proprias toto vitę tempore servandas: *d. Statutum*, *& Justinianus* ubi supra.

Decimo Habitum tradens interrogat, an venerit voluntate, & proposito servandi prædicta *per serviço de Deos*, *e salvaçar de vossa Alma*. Quo Novitio affirmative respondente, ille qui Habitum imponit, dicat. *Eu em nome del Rey nosso Senhor Governador*, *& perpetuo Administrator desta Ordem*, *cujus vezes*, *& poderes para isso tenho*. *Vos recebo a ella*: & genuflexo Novitio Equite, ille, qui Habitum imponit, dicat. *Qui incepit in se Deus ipse perficiat*: *tome*, *o Bensinho*, *e lancelho*, *e sopra elle o Manto bianco*, *com a Cruz de Novizo dizendo*: *Induat Te Domine &c*. cum cœteris Orationibus relatis *in Statuto Parte prima tit*. 21. *pag*. 40. cum seq.

Circa autem recensitas obligationes, 38. quod non obligent ad lethale transgressores, vide quæ diximus supra in §. *In hoc igitur*.

Ut autem cuncta, quæ de isto Ordine JESU CHRISTI in Portugalliæ Regno

gno scripta reliquerunt Auctores, qui ad nostras pervenere manus in medium deducamus, hìc referimus quod legimus apud prælaudatum *Dominum Joannem Fridericum Comitem in Kodèn Sapieha in allegato Corollario in verbo Jesu Christi Equites pag. 287.* inquit enim, quod cum Jesu Christi Equites Joannes XX. (sic per errorem Typograghi scriptum esse XX. cum esset XXII., ut constat ex annis fundationis hujus Ordinis) Pontifex instituerit circa annum 1317.

39. isti portabant Crucem rubicundam auro circumdatam, prout Viri Proceres in Urbe gestant, subditque laudatus Scriptor. *Quod voluit Pontifex eundem incorporare Portugallico similis Nominis, sed hoc non est subsecutum, durat hucusque*: Quoad hunc Ordinem Jesu Christi Pontificium, vide super eo infra *Nostrum Discursum*.

40. Hic Ordo Jesu Christi, juxta solitum aliorum Militarium Ordinum, habet Milites, Equites, & Ecclesiasticos, iisque constat gradibus, ut prænotavimus in § *Isteque Ordo*. Hinc vigore Statuti hujus Ordinis, Fratres Clerici

41. locum habent ad studia in Universitate Conimbriæ, ut studiis commode incumbere possint, quemadmodum tenent Ordines Sancti Jacobi, & Sancti Benedicti de Avis, ut exinde Viri inservire valeant Officio Judicis, Conservatoris Ordinum &c. Sancitur ergo, quod in Collegio Religiosorum dictæ Universitatis octo adsint Collegiales Fratres dicti Ordinis Christi Domini, qui ætate vigesimum secundum annum non excedant, quando inceperint studere. Sint autem sex Canonistæ, & duo Theologi, & ob hanç causam solventur pro quolibet *cinquenta mil Reis de renda* Commendarum, prout soluunt Commendatores pro Seminario, quę summa tradetur Rectori Collegii. Porro dicta octo loca Tribunal Ordinis, *e tendo ja Estudantes em Canones, ou Theologia, os que se proverem tantos quantos annos tiverem na sciencia, que professarem poderar terem de Idade alen dos 22. annos*, & cum Decreto d. Tribunalis Ordinis, *se lhe ordenerà, o trajo, que har de trazer*. Sic disponit Statutum Ordinis *Parte Tertia tit. 19. pag. 123.*

De Ecclesiasticorum Classe, & Clericis Fratribus non solum individue quoad istum Ordinem *Jesu Christi*, sed & quoad alios Ordines Militares, iisdem enumeratis, late agimus in nostro *Discursu 13. Sect 2. per totam*; ubi eorundem Clericorum originem, munera, ac obligationes, Collegia in Universitatibus pro Scientiarum studiis suse perpendimus: unde ne pluries idem repetamus, remissive Nos habemus ad prædictum nostrum Discursum.

Suis constat Dignitatibus hic Ordo:

42. (præter enim magnum Magistrum, qui Superior omnium est, & quorum Catalogum in calce hujus Discursus referemus, una cum præcipuarum rerum ab eis gestarum Epitome) primum inter eas locum obtiet Dom

43. Prior Conventus de Thomar, ad quem generalis cura in spiritualibus omnium Personatum Ordinis in Capitulis Generalibus, Congregationibus, Congressibus, Difinitorio, cœterisque actibus pretinet. Ipse solemnes Missas celebrare debet, & recitare Preces Capituli, cum assistentia Sacristæ, & respondere primus propositioni, quam facit Magister nomine totius Congregationis Capituli, recipere Juramentum Fidelitatis, quod Magister emittit Pontifici, & Sanctæ Sedi Apostolicæ, ac Congregationes facere Ulyssipone in Ecclesia Im-

Immaculatæ Conceptionis, aut in Ecclesia Dominæ nostræ, quam vocant *Da Luz* in medio sex annorum, quod sexennium assignatur pro celebratione novi Capituli. In Capitulo Generali locus d. Dom Prioris habetur juxta verba Statuti: *he na ponta do estrado, a mar direita, em huma Almofada de veludo*: ita loquitur Statutum Ordinis de prædictis omnibus. *tit.* 31. §. 6., *&* *tit.* 34. *Parte prima pag.* 56., *&* 74.

44. Cum hic Ordo ex concessionibus Pontificiis, & Regalibus potiatur omnibus Decimis Ecclesiasticis cunctorum Regnorum, Provinciarum, Insularum, & locorum, quæ ultramare Regiæ Coronæ Lusitanę subiecta sunt, & subiici possunt, ut notat *d. Pater Mendo de Ord. Militar. Disq.* 1. *quæst.* 10. *n.* 197.

45. Idem Prior Major jus habet ex approbatione Calisti IV. Summi Pontificis anno 1455. nominandi ad omnia Beneficia Curata, & simplicia sita in terris, Provinciis, & Regnis ultramarinis, ac Insulis vacantia, jam instituta, & imposterum instituenda: *d. Pater Andreas Mendo de Ordinibus Militaribus Disq.* 1. *quæst.* 10. *n.* 197. *Justinianus d. Parte prima cap.* 51. *pag* 631. *Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 317.

46. Ex Bulla dicti Pontificis habet quoque auctoritatem fulminandi inibi Censuras, apponendi interdicta, cæterasque Ecclesiasticas pœnas, & omnem spiritualem jurisdictionem, prout habent Episcopi in eorum Diœcesibus: *d. Pater Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 10. *n* 197. *d. Justinianus*, *&* *Collector Gallus* ubi supra.

47. Subdit tamen *d. Mendo n.* 198., quod prædictæ concessiones favore Ordinis in amplissimis illis Provinciis ultramarinis, temporis decursu non parum sunt immutatæ, ac diminutæ, & quidem ob urgentem rationem, quod cum in tam variis Indiarum Orientalium Provinciis, amplissimisque Regnis Lusitanorum Imperio subiectis pro bono Animarum Regimine, Sacramentorum Confirmationis, & Ordinis collatione, cœterisque Episcopalibus Muniis, necesse fuerit Episcoporum & Archiepiscoporum variis Urbibus Sedes erigere, & hoc perfici non potuerit, si perdurassent relata Induita à Sede Apostolica concessa huic Militari Ordini, opus fuit, ut dictæ Concessioni Pontificię saltem in pluribus derogaretur, nam alias nihil Jurisdictionis, nihil annuorum fructuum remanebat pro Dote Episcopatuum, ut ratiocinatur *Mendo ubi supra*. Magnitudo tamen, splendorque hujus Ordinis ex dictis satis constat.

48. Secunda Dignitas est Commendator major, qui in Capitulis, cœterisque actibus omnes alias pręcedit Dignitates, & in absentia Dom Prioris Majoris in locum, & pręfecturam succedit, in Capitulis Generalibus locum suum tenet *na ponta do Estrado a parte exquerda em almafada de veludo*: *Statut. tit.* 31. §. 6. *pag.* 56. *&* *tit.* 34. §. 1. *pag* 74. Ad ipsum Commendatorem majorem spectat ultima Capituli die respondere Magistro in sui, & Capituli nomine. Ipse defert *o estoque do Mestre esello*, ac una simul cum Claveiro custodire, *o Cofre dos Votos para Diffinitores*, *&* *Visidadores*, quousque Magister petat ut aperiatur. Cum ipso Magistro Vota regit, & examinat. Una cum Dom Priore majori, & Diffinitoribus electis à Capitulo facere debet Diffinitiones Ordinis, ut Magister illas jubeat revideri & recognosci, & cum Magistri licentia, debet congregare Diffinitorium pro causis, quę succe-

succedunt ab uno Capitulo Generali ad aliud in absentia Præsidis. Huic Commendatori Majori committit Magister Habitum tradere, ac Professiones Equitum recipere absente Dom Priore Majori: *Statutum Parte prima tit.* 34. §. 1. *pag.* 75. Potest idem Commendator Major *trazer ol abito, no mejo do peyro*. Huic Dignitati annexæ sunt Commendæ Dominæ Nostræ de Conceptione Villæ de Ega, Dominæ Nostræ do Pranso Villæ de Donnes, *& cem mil Reis na Vbitena da Casa da India*: *d. tit.* 34. §. 1. *pag.* 75.

49. Tertia Dignitas *esto Clavejro*, cujus officium versabatur in tenendis clavibus Conventus, quando Fratres Commendatores in Conventu vivebant, & ad quem sp ctabat *la roba, & cama dos, que moriar sem terpago a terça a Ordem, no tempo que nar Casavar*. Nunc ad eum spectat in Capitulo Generali una cum Commendatore majori servare, *o sofrè dos Votos, que tomarem para Diffinidores, & Visitatores, & aputar as eleyşoes* cum Magistro, & Commendatore Majori; & absentibus Commendatore Majori, & Præside Diffinitorii, potest cum licentia Magistri convocare *junta de Diffinidores* pro Causis, quę oriuntur in intervallo temporis ab uno ad aliud Capitulum.

Potest *trazer o Habito no meyo dos peyros*: absente Commendatore Majori alias Dignitates præcedit, & primum locum tenet. Olim huic Dignitati annexę erant Commendę decem mil *Reis da Mina*, & Commenda da *Raynda, & Montalvar*: ita postmodum mediante Sedis Ausonicæ dieta fuit dissoluta unio dd. Comendarum, solumque pro Claverio remansit illa *de Montaluar*, quæ reddit annuos fructus *de trezentos mil Reis*, sed Breve dismembrationis redditur satis disputabile: unde statuentes de secunda Ordinis Dignitate sic disposuerunt: *Et subeleçemos, que se peça ao Mestre proveja ao Claveyro em huma Commenda da Ordem de quatrocentos mil Reis alenda, que sem de Montalvar as quaes ficarar em perpetuo ambas unidas a Claveria paraque ao todo tenna esta Dignidade setecentos mil Reis de renda*, ut legitur *in Statuto Parte prima tit.* 34. §. 2. *pag.* 75., & 76.

50. Quarta Dignita est Sacrista Conventus de Thomar, qui semper est Religiosus. Ad illum spectat custodire, & servare *as causas offereçidas ao Culto Divino*. Huic Magister committit tradere Habitum, & acceptare Professiones absentibus Priore, & Commendatore majoribus. Mortuo Magistro *tem, o estoque Bandeyra, e Sello da Ordem*: *Statut. d. Parte prima tit.* 34. §. 3. *pag.* 76.

51. Quinta Dignitas est *O Alferes*. Ad hunc pertinet levare *ter a bandeyra nas Procissoes, Missas, & Capitulos, e nos actos da guerra, quando o Mestre for nelle*, & solum in Capitulo Generali locum tenet *à byxa do Claveyro*, debetque deferre ante Vexillum: & in Statuto sancitur *Se peça ao Mestre, que una a esta Dignidade una Commenda de lote quelbe parecer, e larguerà a tença, que tem, com o Officio de Alferes, a qual se estinguerà, e fidarà sò com a Commenda, que selbe annexar*, ut in *Statut. d. Parte prima tit.* 34. §. 4. *pag.* 76.

62. Hinc sequitur, quod præcedentiæ inter Fratres, & Commendatores, & Claveyros sic disponunt. Dignitates superius enumeratæ, semper omnes præcedunt *nos actos da Ordem nos lugares, & attentos auindequemao, antigos sejar*. Ideoque Dom Prior ad

manum

manum dexteram Magistri stabit, & *logo o Sacristar despost os Religiosos, & Freyres Clerigos per suas ancianias*, Commendator Major ad sinistram, deinde Clavarius, subinde *o Alferes, e se seguitar os Commendadores, & Claveyros*, & quando fient Processiones, ibit Dom Prior ad dexteram Magistri, & antecedent Sacrista, Religiosi, & Fratres.

Ad sinistram Claverius, Commendatores, & Equites, & Magister *no couce*, & ante ipsum incedet Commendator Major, *como estoque*, & ante ipsum *o Alferes com bandeyra*: *Statutum Parte prima tit.* 35. *pag.* 77.

53. Commendatores semper præcedunt in actibus Ordinis Equites, licet isti sint magis Professione antiqui: *d. Statutum Parte prima tit.* 35. §. 1. *pag.* 77.

54. Si autem Equites v. g. duo, ambo professionem emiserint eadem die, unus in Conventu de Thomar, & alius extra, semper præcedet qui in Conventu de Thomar professionem emisit: *d. Statutum Parte prima tit.* 35, §. 2. *pag.* 77.

55. Equites professi in isto Ordine, licet non possideant Tençam, tenent sua Privilegia, quia tenere, vel non tenere Tença *nao lhes tira a qualidade de serem Religiosos, que verdadeiramente sao* ad omnes effectus, ut sunt Commendatores, & cœteri Tençam possidentes: quapropter intrare debent in Capitulum, & præcedere, & sua antianitate frui, quamvis non habeant, a *Tença*, respectu Equitum magis modernorum, licet Tençam teneant: *Statutum Parte prima tit.* 35. §. 3. *pag.* 78.

56. Ut sciri possit cujusque Equitis antianitas, cautum est in Statuto, quod translatum autenticum Matriculę servetur in Tribunali Ordinis, aut in Ecclesia Conceptionis: *d. Statutum Parte prima tit.* 35. §. 4 *pag.* 78.

DISCURSUS CXXIII.

SECT. III.

ARGUMENTUM

Cum in Statuto hujus Ordinis cautum sit in quolibet Sexennio celebrandum esse Capitulum Generale, hic exponitur series Actuum, & Cæremoniarum in Capituli celebratione.

SUMMARIUM

1. *Capitulum Generale quolibet Sexennio celebrari debet in loco Thomar, & intimatur a Rege magno Magistro cum expressione diei, qua incipere debet.*
2. *Celebrari debet de Mense Maii in Aula Capitulari.*
3. *Quomodo debeat esse ornata Aula, instructa, & disposita.*
4. *Prima die debet celebrari Missa de Exaltatione S. Crucis, in qua quomodo stabunt Capitulares.*
5. *Juramentum tactis Sanctis Evangeliis quomodo emittat Rex*, & n. *6.*
7. *Diffinitorium eligitur.*
8. *Venia petitur secunda die post celebratam Missam.*
9. *Tertia die celebratur Missa Sancti Benedicti, & confirmatur Diffinitorium.*
10. *Diffinitorium durat usque ad nonum Capitulum.*
11. *Capitulum facit Mandatum Procura Regi, ut plura facere possit.*
12. *Preces deinde recitantur.*
13. *In medio Sexennii habenda est Congregatio Ulysipone.*
14. *In Capitulo Generali quatuor eliguntur Visitatores.*
15. *Tribunal Ordinum vocatur* Mesa das

das Ordres.

16. *Visitatores, seu Vicarii pro administratione Sacramentorum, quomodo, & quando statuantur* & n. 17.

18. *Visitatores electi in antecedenti Capitulo debent in subsequenti rationem reddere.*

19. *In actu Visitationis, super quibus debeant Visitatores interrogare*

20. *In Capitulo debent legi Definitiones, & recognosci debet, an Librum Definitionum teneant Comendatores.*

21. *Contra non venientes ad Capitulum, quomodo procedatur.*

22. *Capitulis tùm generalibus tùm particularibus solum Persona Professa interesse possunt, & quando admittatur extraneus.*

23. *Expensa pro Visitatoribus quomodo taxentur.*

24. *Hic Ordo gaudet Privilegiis Templariorum, Calatrava, Alcantara, & de Avis.*

25. *Privilegia huic Ordini concessa enumerantur.*

26. *Bellica gesta Lusitanorum adducuntur.*

27. *Ut Commendas lucrentur, debent Equites docere se servitia in Africa praestitisse.*

28. *Commendae hujus Ordinis quot sint*, & n. 29. & 30.

31. *Petens admitti in hunc Ordinem in Gradu Militis, probare debet se Nobilem ex Patre, Avo, & Avia paterna, sic etiam ex parte Matris.*

33. *Sic etiam probare tenetur Puritatem Sanguinis a maculis Sanguinis Judaici, Maurorum, Gentilium, Haereticorum, & illorum qui crimen commiserint lasae Majestatis*, & n. 34.

35. *Probare debet se natum de legitimo Matrimonio, & quod annos quinquaginta non excedat, nec sit minor annis decem & octo.*

36. *Se esse bonis moribus ornatum, absque are alieno.*

Et si Uxoratus, an consentiat Uxor, ut suscipiat hunc Ordinem.

37. *Quod non subiectus alia Religioni, nec Voto Peregrinationis Sancta.*

38. *Se esse sanum corpore.*

39. *Ut quis recipiatur in Classe Clericorum, debet probare se esse purum sanguine tam ex parte Patris, quam Matris, & Aviarum.*

40 *Se esse de legitimo Matrimonio natum, nullum sacrilegium, vel delictum commisisse.*

41. *Nullam aliam Professionem in alia Religione emisisse.*

Nulla deformitate laborare, & sanum esse corpore.

42. *Regula probanda Nobilitatis & Puritatis Sanguinis, videri possunt in nostris peculiaribus Discursibus.*

DISCURSUS CXXIII.

SECT. III.

Cautum habetur *Statuto hujus Religionis Parte prima tit. 31. pag. 53.*, quod sexennio quolibet inconcusse celebretur Capitulum Generale in loco *de Thomar*, Capite, & Ballia Ordinis; ideoque ad dictum Capitulum Magister convocat Commendatores, & Equites Professos mediantibus suis literis. Rex ergo scribit Domino Priori Literas, Commendatoribus, & Equitibus tenoris, de quo in *d. Statuto pag. 54., & seqq.* in quibus litteris exprimitur dies, qua habendum est Capitulum

Porro Capitulum celebrabitur in fine sexennii de Mense Maii: celebrabitur autem in Aula Capitulari, in qua adest Sedes ornata, ac disposita eo modo, quo exprimitur Lusitano idio-

idiomate in eodem Statuto, videlicet
3. *un Strado no topo della, de tres graos aleatifado, & estar, un docel de brocado com Cristo crucifigado no meyo datayxo do docel, no topo do estrado estarà buna a deyra de brocado coperto com hum panno do mesmo, e com huma almofada do mesmo brocado aos pes para o Mestre*; & altera Sedes *de veluto verde* pro Domino Priore, & Scamna pro Fratribus Commendatoribus, & Equitibus, juxta eorum antianitatem: *Statutum Parte prima tit.* 31. *pag.* 56. ubi subditur, *& lembra, o Diffinitorio a sua Magestade, que como Mestre, & Governador seja servido, nesta dia, & nos mais, que bade durar o Capitolo, bonorar esta Ordem tendo vestido, o Manto dela*.

In prima die Missam de Exaltatione
4. Sanctæ Crucis in Regali Capella celebrat Decanus ejusdem Capellæ, & ad Evangelium in hac, & aliis diebus, Commendator major sumpto *o Estoque*, illoque *evaginato*, sic retinebit usque ad finem Evangelii.

Sic *os Alferes* ad Evangelium in omnibus diebus stabit *com a Bandeyra am as maos iunto ao Altar* à cornu Epistolæ.

Deinde finita Missa, omnes Fratres Commendatores ad Capitulum se conferent, & ad sua loca pergent, in suaque Sede sedente Magistro, ad illius dexteram accedet Dom Prior Major, quem Rex sedere faciet, *no coxim que starà nas pontas do estrado da mas direita*. Ita à sinistris sedebit Commendator major, Sacrista, in scamno sedebit à dextris Clavarius, in secundo loco à sinistris post Sacristam sequuntur Religiosi Conventus de Thomar, & post istos, *os Freyres, & ligarios da Ordem*.

Post Clavarium sequentur Commendatores, & Equites juxta eorum antiquitatem vestiti, *em seus Mantos brancos Cruzes nos peytos, & Espadas nas cintas*: *Statutum Ordinis Parte prima tit.* 31. §. 2. *pag.* 55. & seqq.

Sedentibus omnibus, Magister exponet motiva celebrandi Capitulum, hoc est Ordinis reformationem. Deinde Dom Prior Major surgit, & cum eo omnes de Capitulo, cum *as cabeças discubertas, & responderà per todos dizendo. Que beya amao, ao Mestre, em nome de toda à Ordem pela honra, & mercè que lhefaz, em querer tratar de sua reforma, & conservalla em seus costumes antigos, & privilegia*.

Postmodum d. Prior Major Missale cum
5. Cruce porriget Magistro, qui præscribit Juramentum hoc modo, legente Cancellario Ordinis Juramenti formulam, quæ habetur in ipso *Statuto Parte prima tit.* 31. *pag.* 57. Magister enim tenens manum super Cruce, & Libro, omnibus genuflexis repetet, & tandem Magister signabit, propria manu accepto à Secretario calamo, præscriptum Juramentum: *Statutum Parte prima tit.* 31. *pag.* 57., & seqq. Et licet Juramenti tenor habeatur in fine Discursus post Catalogum magnorum Magistrorum, cum tamen nonnulla in hac formula Juramenti præstandi in celebratione Capituli adsint diversa verba, idcirco integram formulam apponimus, in qua continetur pro-
6. missio: *A nosso Senhor o Papa N., & seus Successores canonicamente eleytos, & prometto obedeçer a suas cartas, & mandados, como obediente filho da S. Madre Igreia, e assim juro a estes Santos Evangelios, que corporalmente toco com minhas maos, que farey, & cumpritey com todo*

meu

nem poder as causas abayso referidas: Primeiramente farei pagar aos Religiosos do Convento da d. Ordem, os tres quartos, & as meyas annatas, que os Commendadores a Bulla do Papa Alexandre VI. das ditas meyas annatas, & tres quartos Nar irrey, nem passerei contra os Breves, & Bullas da d. Ordem dos Commendadores Cavalleiros, & Freyles della senar for para tem da d. Ordem, no espiritual, & temporal.

Manterey, & farei manter aos Religiosos do Convento segundo manda a Regra, & sustentarey suas rendas, & Daçoes, que lhes tem feyro aos Senhores Reys de Portugal, & Devotos da d. Ordem.

Darei as Commendas da d. Ordem aos Freyres della segundo seus mereçimentos, & os manterey nellas guardan do todos seus Fyreitos Privilegios, liberdades, usos, & Estatutos.

Nar alhenarey os Ben da dita Ordem em homens Seculares, nem em outras Pessoas & os que estar alhenados farey quanto puder por os tornar a Juris da Ordem.

Guarderey vos Vassallos, & Familiares da dita Ordem, seus Privilegios, liberdades, & franquezas.

Reparerey quanto puder, & farey reparar os Castellos, & Casas da d. Ordem, & nao terej mais Freyres, que quantos puder bem manter, & mandereis tudo o que neste Capitolo, que hora celebrô lor asentado, & approvado.

Hujusque Juramenti actum Rex subscribit: vide *Statutum Ordinis Parte prima tit. 31. pag. 57., & 58.*

Deinde Dom Prior Preces recitat relatas in eodem *Statuto ubi supra pag. 58., & seq.* Quibus expletis, idem

7\. Prior promulgat, quod Magister jubet deveniri ad electionem Diffinitorum, qui debent esse Commendatores, & Equites Professi, ut ipsi cum ipso, & Commendatore Majore continvent reformationem Ordinis: *d. Statutum d. pag. 60., & 61.*

Secunda die, celebrata per Priorem Mis-

8\. sa de Spiritu Sancto, Magister sedens sedere faciet Dom Priorem; & successive omnes de Capitulo veniam petent à Magistro, ac devenietur ad electionem Diffinitorum, & Visitatorum modo, & forma traditis *à Statuto ubi supra pag. 61.* Sed non suffragium feretur per Procuratorem: *Statutum d. tit. 31. §. 1. pag. 55., & 56.*, neque dare poterit Votum absenti, ut eligatur Diffinitor, neque Visitator: *Statutum* d. *tit. 31. §. 5. pag. 56.*

Tertia die Dom Prior Major Missam

9\. de Sancto Benedicto celebrabit, & deinde Magister confirmabit electionem undecim Diffinitorum. & quatuor Visitatorum, qui præstabunt Juramentum præsente Magistro: *d. Statutum Ordinis pag. 61., & 62.*

Diffinitorium autem usque ad novum

10\. Capitulum durat: idem *Statutum §. 9. pag. 69.*

Capitulum deinde Mandatum Procuræ

11\. Regi faciet, ut plura facere possit circa Ordinis Bona: *Statutum d. loco allegato pag. 63., & 64.*

Tandem recitabuntur preces relatæ in

12\. allegato *Statuto pag. 67.* fitque Processio, finisque Capitulo imponitur: *Statutum* ubi supra *pag. 69.*

In medio successive sex annorum d.

13\. Dom Prior Congregationem habebis Ulyssipone in d. Ecclesia Conceptionis Dominæ nostræ *da Luz* pro novo Capitulo celebrando. Hæcque Congregatio fit cum Diffinitorio, & aliis Personis ejusdem Ordinis ad arbitrium *consultando primerio com ò mestre*: *d. Statutum* ubi supra *Parte pri-*

te Prima Tit. 31. §. 8. *pag* 69.

Quatuor ut diximus in Capitulo Ge-
14. nerali eliguntur Visitatores, qui sint ex illomet Ordine, non autem extra hunc Ordinem. Tribunal autem Ordinum, quod nuncupant *A masa de*
15. *Ordens*, nominabit quatuor Fratres Vicarios, aut Beneficiatos pro Visitatione Sacramentorum perficien-
16. da, juxta *Statuti* seriem ibi. *A masa de Ordens nomerà quattro Freyres ou Beneficiados para visitarem os Sacramentos, & escreverem & Visitaçoes, & quando faltar por algum muyto iusto Impedimento nao haver Capitolo Geral, ò mestre farà eleygar de Visitadores das Pessoas de Ordem, com pareçer dos Diffinidores*, & dicti Visitatores Juramentum præstabunt de bene, & fideliter exercendo eorum Officium. Itaque
17. Vicarii, aut Beneficiati visitabunt Sacramenta, Visitatores visitabunt Personas Ordinis, Castra, Villas, Muros, Turres, Fontes, Pontes, Domos, & omnia Comendarum Loca, & Ecclesias, ad terminos Instructionis, quę ei dabitur a Diffinitorio: *d. Statutum Parte Prima Tit.* 32. §. 1., *& seq. pag.* 71. *& seqq.*

Debent Visitatores electi in praeceden-
18. te Capitulo, in novo Capitulo rationem reddere Visitationum peractarum de vita, & moribus Personarum visitatarum, nec non de Commendis, Ecclesiis, Domibus, & Castris &c. *d. Statutum Ordinis Parte Prima Tit.* 31. §. 3. Ac legi in Capitulo Visitationes peractas: *Statutum* ubi supra §. 4. *pag.* 55.

Quæ autem Interrogatoria facere de-
19. beant Visitandis in actu Visitationis; videri possunt in *Statuto Parte Prima Tit.* 32. *pag.* 71.

In dicto Capitulo legi debent Diffini-
20. tiones Ordinis, omnesque Fratres Commendatores, & Equites deferent Librum, & Deffinitiones Regulę in Capitulo, ut recognoscatur, an apud se retineant: Commendatores vero *O Tombo das suas Commendas*: *Statutum Ordinis d. Parte Prima d. Tit.* 31. *pag.* 55.

Fratres Commendatores, & Equites qui
21. ad d. Capitulum non veniunt (nisi fuerint ex justa causa impediti ægritudinis aut alterius iter impedientis, illi autem qui habuerint impedimentum per Procuratorem præsentare facient Capitulo dict. impedimentum, & causas eorum indispositionis] plectentur pęna solvendi a *quinzena parte da Renda do Beneficio, Commenda, ou Tença qua siver como abito, enque sara executando tanto, que saltar irremisivilmente.* Sicut etiam illi, qui impedimentum habentes, illud per legitimum Procuratorem in Capitulo præsentare non fecerint, plectentur multa, *a metade da pena serà para as de Spazas da Visita da Ordem, e outra para a Fabrica do Convento de Thomar*: *d. Statutum Ordinis Tit.* 31. §. 1. *pag.* 54.

Notandum verò, quod cum in Ca-
22. pitulis tum Generalibus, tum Particularibus non possint interesse nisi Personæ Professæ Ordinis, non autem extraneæ, Sancta Sedes Apostolica concessit Magistris illius Ordinis, et aliorum militarium Ordinum, quod possent in antedictis Capitulis, & Congressibus assistere dictæ aliæ personæ doctæ, licet essent ex alia militia, & non ex illa in qua assisterent: *diffinimos & Ordenamos*, inquit Statutum, *que a Mest d. Ordens somente possa assistir nos Capitulos, & mais Juntas desta Ordem postoque os ministros della thenar differentes habitos*: vide *Statutum d. Tit.*

Tit. 31. §. 6. *pag.* 56.

Cæterum Visitatorum, & aliorum Officialium in Visitationibus expensæ taxabuntur in Diffinitorio, licet quando fit Visitatio mensæ Magi-
23. stralis à d. Mensa fiant. In Visitationibus Commendarum particularium aliarumque rerum Ordinis, *satar a causa dos Commendadores Freyres Cavaleyros, et oltras pessoas, qua, os possuirem, et tiverem*: *Statutum Ordinis Parte Prima Tit.* 32. *pag.* 71.

Pluribus hic Ordo gaudet Privilegiis à
24. Summis Pontificibus eidem immediate concessis, vel per communicationem impertitis, itemque Indultis à Regibus Lusitanis; gaudent namque Privilegiis Templariorum, Calatravę, Alcantaræ, & de Avis: *Statutum Ordinis Jesu Christi Parte quarta tit.* 1. *pag.* 125. ubi enumerat Privilegia concessa Templariis à d. *pag.* 25. *usque ad* 128.

Concessa Ordini Calatravę *à pag.* 129. & *seqq.*

Concessa directe eidem Ordini Jesu Christi *à pag.* 130. & *seqq.*

Enumerat idem Statutum Privilegia concessa huic Ordini à Regibus Lusitanię à *pag.* 131., & *seq.*

Præclara sunt ab hujus Ordinis Equi-
25. tibus Gesta, quibus merito sibi & Summorum Pontificum, ac Lusitanorum Regum Privilegia compararunt, de quibus in pręsenti Discursu; & a Scriptoribus summopere extolluntur, adeo ut *Joannes Ludovicus Gothofredus in Archontologia Cosmica pag.* 7. *n.* 19. de his Equitibus scriptum reliquerit, quod Virtuti ipsorum
26. debetur, quod Imperium Lusitanum usque in Orientem, & in Africa, Brasilia, aliisque Regionibus versus Occidentem propagatum fuit, de quo *Pater Mendo Disq.* 1. *quæst.* 11. *n.* 200. *de Ordin. Militar.* ubi plures Scriptores allegat; & Nos addimus *Abb. Justinianum d. Parte Secunda cap.* 51. *pag.* 631. *Patrem Bonanni in Catalogo Ordin. Equest. n.* 56. *Li Sourani del Mondo Tom.* 4. *Impress. Venetiis* 1720. *Typis Sebastiani Coleti et Jo. Malachin pag.* 278. *ibi* .. *I Servigi che quest' Ordine prestò alla Religione dal principio della sua Instituzione non cedono punto a quelli de' primi Ordini d' Europa. I suoi Cavalieri dopo haver distrutti quasi tutti gli Infedeli nel Regno con molte Battaglie vinte, portarono le loro Arme, e le loro conquiste di là dal Mare e a tutta Africa.*

Ad Bellicum quippe robur Equites glo-
27. riosi spes lucri impellit: siquidem Regulis hujus Ordinis cavetur, quod ad Commendas non admittantur, nisi prius virtutis specimen prabuerint triennii cursu in præsidiis Centæ Tanger, & Marzaga, ut notat *Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 11. *n.* 199.

Hunc Equestrem Militarem Ordinem
28 Commendas possidere numero quatuor centum quinquaginta quatuor inquit *Pater Andreas Mendo de Ordinibus Militar. Disq.* 1. *quæst.* 112. 197. *Abb. Iustinianus d. Parte Secunda cap.* 51. *pag.* 631. ubi quod annuum fructum reddunt, *mezzo mil-*
29. *lione di Ducati, e di vantaggio*: *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 318.

Distincte vero Bona, & omnes, & singulæ Commendæ tum novę, tum antiquæ, sive ad Magistralem Mensam spectantes, sive ad Regem pertinentes, vel de Jure Patronatus Bragantiæ Domus, aut ad ipsum Ordinem libere spectantes enumerantur integre *a Statuto Ordin. Parte Quarta Tit.* 2. *à pag.* 134. *usque ad* 168. ubi reperitur per extensum earundem Elenchus, & revera plurimæ sunt,

Qui

Qui materiam Commendarum Ordinum 30. Equestrium, ac etiam specifice hujus Militaris Ordinis *Jesu Christi*, cum ipsis legalibus Regulis discussam recognoscere desiderat, nostros adeat *Discursus de Commendis*, qui plures sunt.

Cum autem, ut in §. *Isteque Ordo sect.* 31. *secunda* praenotavimus, Militaris Jesu Christi Ordo Militibus, & Equitibus, ac Clericis constet, ut quis in gradu Militis adscribi possit huic Or- 32. dini necesse est, ut sit, & probet se esse Nobilem ex Patre, & Avo, & Avia paterna, & Matre, Avo, & Avia materna; sic enim sancitum est in *Statuto Ordinis Parte prima tit.* 18. *pag.* 25. ibi: *devem ser Nobres Fidalgos Cavaleiros, ou Escudeyros limpos ser macula alguma &c.* Sine mistura sanguinis Judaici, Mauro- 33. rum, Gentilium, Haereticorum, 34. vel illorum, qui crimen laesae Majestatis commiserint. Insuper probare 35. debet se natum de legitimo Matrimonio, probare debet suam aetatem, quod non excedat annos quinquaginta, nec sit minor decem & octo; 36. sit bonis moribus, absque crimine, absque aere alieno, & si sit Uxoratus, quod Uxor contenta sit, ut ille Ordinem hunc ingrediatur. Quod non 37. sit professus in alia Religione, vel Voto Peregrinationis Hierosolymitanae, 38. vel Sancti Jacobi addictus; se esse sanum corpore, prout latius videre est in *d. Statuto*, quod registramus in calce hujus Discursus *Lit. A. & B.* post Sect. quartam.

Ut quis recipiatur in Classe Clericorum, 39. debet probare, se esse sanguine purum tum ex parte Patris, quam Matris, Avorum, & Aviarum ex utraque parte, absque ulla mistura sanguinis Mauri, vel Judaei, se de legitimo Matrimonio natum, se nul- 40. lum delictum, aut sacrilegium commisisse, ob quod justitiae sit obstrictus, nullum Votum emisisse eundi Hierosolymam, vel Compostellam ad Divum Jacobum, vel Romam petendi, in nulla alia Religione Professionem emisisse, nulla deformitate 41. notari, sanumque esse quemadmodum disponit *Statutum in calce Discursus sub lit. D.*

Et quoniam in probanda Nobilitate San- 42. guinis, & Puritate procedendum est cum regulis Legalibus, poterunt legi ea, quae lato calamo cumulabimus in nostris Discursibus super *Nobilitate, ac Sanguinis Puritate*, ubi materiam enucleabimus.

DISCURSUS CXXIII.

SECT. IV.

ARGUMENTUM

Traditur Praxis servanda ad conficiendum Probationes necessarias pro admissione ad Habitum hujus Ordinis. Adducitur modus sumendi Habitum, & emittendi Professionem.

SUMMARIUM.

1. *Petens admitti ad hunc Ordinem debet obtinere Rescriptum a Rege magno Magistro, & Perpetuo Administratore clausum, & Tribunali Ordinis directum.*
2. *Mensa mandat justificari expositae nomina Patris, Avi, Avorum, Aviarum, & locum nativitatis &c.*
3. *Tribunal secrete exquiret, an sit Uxoratus, an sit purus sanguine.*
4. *Fit electio Commendatoris, vel Equitis qui jurare debent de servando secreto rei, quam examinant.*
5. *Fit examen Testium cum interrogato.*

gatoriis expressis in Statuto.

6. *Testes examinandi debent esse puri Sanguinis.*

7. *Testes jurare debent de servando secretum.*

8. *Si Testes ab Equite, & Commendatore vocati recusent se submittere examini, debent informare Tribunal, & a Rege obtinere Decretum, ut contra dd. Testes procedatur.*

9. *Probationes pro Clerico petente admitti ad Habitum facienda sunt juxta Documentum datum sub* Lit. C.

10. *Admittendi in gradu Militis debent esse corpore bene dispositi, & ad Bellum apti.*

11. *Non debent esse minores decem & octo annis, nec excedere ætatem quinquaginta annorum.*

12. *Probationes facienda extra loca in quibus residet Tribunal Ordinis in Regno, vel extra, quomodo sint faciendæ.*

13. *Traditur quomodo sint facienda Probationes, & explicantur qualitates, quas debent habere Testes, Commendator, Eques, & Scriba per totum n. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. & 22.*

23. *Praxis recognoscendi probationes factas traditur*, & n. 24. 25., & 26.

27. *Habitum Ordinis nemo potest sumere sine Commissione Magistri.*

28. *Habitus hujus Ordinis non potest a magno Magistro concedi, nisi illis, qui Bello Africa inservierint per duos annos in Triremibus, ac Navibus, ut dicitur* di Alto Bordo, *vel in India per triennium cum notabili facto.*

29. *An possit dispensari super dictis servitiis.*

30. *Antequam quis admittatur ad Habitum, debet armari, a quibus, & quomodo* & n. 31.

32. *Habitus quomodo tradatur.*

33. *Ad Conventum de Thomar pergit Novitius.*

34. *Pralatus de Thomar illi facit tres interrogationes.*

35. *Magister gratiam Habitus faciens commoranti in Africa, aut in India, vel locis transmarinis committit traditionem Habitus cui voluerit, cum hoc tamen, ut in termino trium annorum transmittantur Documenta ad Thomar Conventum de peracta traditione Habitus, alias arbitrio punietur.*

36. *Habitu sumpto, debet ille talis, si ætatem habeat, Professionem emittere renunciando Anno & Diei Novitiatus, sub pœna Commendatori, vel Pensionario amissionis Commendæ, vel Pensionis pro rata temporis.*

37. *Professio quomodo emittatur* & n. 38.

39. *Formula Professionis qua sit?*

40. *Professionem recipiens, qua dicat.*

41. *Notarius Ordinis de peractis conficit Instrumentum.*

42. *Extra Regnum commorantes Habitum recipientes, debent junctim Professionem emittere.*

43. *Quam Indulgentiam consequantur in die, qua emittitur Professio.*

44. *Adducitur Decretum factum à Capitulo Generali, ut supplicetur Sanctissimus, quatenus dignetur non concedere Indulta creationis horum Equitum inscio magno Magistro.*

45. *Pro intelligentia talis Decreti remittitur Lector ad ea, qua tradimus infra in Discursu sequenti de Ordine Jesu Christi Pontificio.*

46. *Traditur Catalogus magnorum Magistrorum.*

DIS-

DISCURSUS CXXIII.

SECT. IV.

NUnc superest ut modum, & practicam methodum tradamus, quæ servatur in conficiendis legitime & valide probationibus necessariis, quasque superius enumeravimus pro admissione ad Habitum hujus Equestris Ordinis.

Cupiens itaque admitti ad hunc Militarem Equestrem Ordinem Jesu Christi, debet preces porrigere Regiæ Majestati Regis Lusitaniæ magni Magistri, & Gubernatoris, ac perpetui Administratoris dicti Ordinis, obtentoque Rescripto, Secretarius per cujus manum factum fuit rescriptum gratiosum Regis, tale rescriptum non tradet Parti, sed in Littera clausum, transmittet ad Tribunal, & ut dicit *Mesa manderà per carta cerrada a mesa à portaria da tal mercè*, idest mandatum Regis in scriptis, *e mao entregarà à parte*, subinde mensa antequam quidquam exequatur, *manderà ao Justificante faça memoria, que darà nelle, emque declare os nomes de seus Pays, & Avos, & emque terra nascerar, e viverar, & assim onde o Justificante nasceo, & viveo, & asque pertencerem ao lugar aonde residir a mesa de Ordens commetterà a hum Commendador, ou Cavaleyro tal, qual se etender, que com sa consciençia, & pureza de vida como convem a materia, tan grave o farà, & antes de fazer a Commissao se informerà à mesa com todo, o segredo (sendo Commendador, o Cavaleyro casado) se sua Mulher, tem limpeza de sangue porque nunca se commetterar, se nao à Commendador, ou Cavaleyro, que for limpo de todas ac raças, & qualidades, que se requerem, & o mesmo sua Mulher, & da mesa selhe manderà desfitar à dinhero que pareçer necessario para se tirarem as inquisiçoes, e para oque toca ao Secretario que passar a portaria se pedirà à sua Magestade que mande passar provicar come Rey, paraque, assim ò faça: Statut. Parte prima tit. 19. Do modo que se ha de fazer as Provenças &c. tit. 1. pag. 26.*

1. 2. 3.

Successive Commendator, aut Eques, qui fuerit ad dictum effectum nominatus, & vocatus *à Meça*, hoc est à Tribunali, ipse sedebit in eo *da mao esquerda*, illi tunc exponetur relevantia rei gerendæ, idemque fiet Fratri ab eadem Mensa nominando, qui debet, una cum Equite, scribere acta: qui juramentum præstabunt de bene & veraciter exercendo eorum officium, & de secreto servando, ita & taliter, quod justificantes, nec eorum *Patres, nem Parentes saybao dellanada*, sub pena, quod si contrarium facerent, incurrent in pœnam amissionis *dita Commenda da Tença, ou Beneficio, ou porçar que tiverem como Habito, e se proceder contro elles com as mais panas, qua pareçer à mesa: Statut. Parte prima Tit. 19. Do modo, que se har da façer as Provenças pag. 27.*

4.

Recepta à Commendatore, vel Equite Commissione eidem facta per Tribunal Ordinum, cum Interrogatoriis dandis Testibus, quæ interrogatoria exprimuntur in *Statuto Ordinis*, & Nos damus in calce hujus *Discursus sub lit. A., & B.* pro confectione Probationum necessariarum pro Candidato justificare prætendente, ipse Commendator, vel Eques, informationes ex se capiet Personarum, quæ bene justificantem possunt cognoscere, &

5.

& tanto que estiver in teytado manderà recado ao Freyre que com ella ha de escrever, para die, & hora certa, & ambos irao tirar as tes rem unbas, que ao Comendador, ou Cavaleyro, parecer, & as perguntarar pelos ditos Interrogatorios: debent
6. vero isti Testes esse sanguine limpidi, integræ fidei, nec admodum viles, & ut in *Statuto* dicitur, *as quaes Testhemunos nar ferar reças de Mouro nem Judeo, e serar pessoas timoratas, & de qua se presuma que dirao a verdade, & nar sarao tam vis que por esse respeyto fiquem seus Testemunhos,*
7. *com pauco credito*. Dictique Testes juramentum prętabunt de servando secretum super his, *de que lhes for perguntado*. Si vero aliqui ex Testi-
8. bus renuant testimonium perhibere, informabit *d. Tribunal de Mesa*, & à Rege petet Decretum, ut contra eosdem testes testificari recusantes, procedatur, & ad testificandum obligentur, ut in *Statut. Parte prima tit. 19. S. 3. pag. 27.*

Quod si agatur de admittendo ad Ha-
9. bitum Clericum, probationes faciendę sunt juxta normam, quæ habetur in calce *sub Lit. C.*

Præter autem probationes quoad No-
10. bilitatem, & qualitatem Personæ, probanda est quoque Ætas prætendentis, illius corporis valetudo, & ad Bellum aptitudo; cum enim hujus Militiæ finis sit certare contra Inimicos Crucis Christi Domini cum armis, & viribus corporalibus, ideo non recipiuntur ad Ordinem qui non sunt corpore bene dispositi ad Bellum, & non sint *alejados*, nisi sint redditi tales in servitiis ejusdem Religionis: itemque requiritur, quod non sint minores decem & octo annorum, nec excedant ætatem quin-
11. quaginta annorum: *Statutum Ordinis Parte prima tit. 19. S. 12. pag. 33.* Quoties autem Probationes faciendę sunt extra loca, in quibus resi. det Tribunal Ordinum, sive intra Regnum, sive extra Regnum, sequens methodus observatur.

Tribunal Ordinum, hoc est *Mesa de*
12. *Ordens* iniunget justificanti, ut deponat pecuniam, *que lhe pareçer necessarie conforme a distancia, & lungares onde houverem de ir fazer asin quiriçoes*: Comissionem vero ad faciendum has Probationes, alicui Commendatori, aut Equiti, qui moretur, aut vivat *na Comarca onde se houuerem de fazer as inquiriçoes*, qui Eques, vel Commendatarius illis polleat requisitis, quæ enumerata sunt superius, cui Commendatario, vel Equiti addetur ò *Freyre, que com bello ha de escrever*, qui secum feret *as proviçoes, emque eitar ascritos, os nomes, das Pessoas, perque se houver de perguntar, & ao Freyre, se darà Juramento de fazer ò Officio bem, verda deiramente, & com segredo, paraque nao descubra a parte, nem a parente, sen à que vay*: & videatur Provisio, hoc est Comissio, quæ datur in Calce litt. B. D.

Statimque ac d. Frater pervenerit ad
13. locum, in quo vivit Commendator aut Eques, tradet eidem Fratri Commissionem, qui Fratri præstabit Juramentum de servando secreto, aliisque superius adductis: idem *farà fermo assinado por ambos: Statutum Parte Prima Tit. 19. S. 5. pag. 28.*

Commendator vel Eques secretam capiet informationem, ut premisimus, qua capta, interrogabit Testes, *que se parguntar*. Nullus autem ex Testibus nominabitur a Justificante, neque illius parente *dentro do tercey-*
14. *ro grar Como a cima sed ux no S. 4. Nem Criado seu, au val, nem Fami-*

Familiar de Casa.

Et Commendator, aut Eques, qui examinabit Testes a parte nominatos, *o parente seu, ou tomar peytas, por respeyto das Inquiriçoes, que tirar tendo lhe provado*, privabitur Commenda *ou Tença* quam tenet: Frater autem qui secretum revelabit, *au Tomar peytas*, privabitur Beneficio aut Portione, quam possidet Ordinis & *o mais que pareçer a mesa.* Et quoniam evenire potest, quod aliqui

15. *pornao descobrirem os defeytos des Justificantes nao queyrar, testemunhar quando forem chiamadas, o Commendador, ou Cavaleyro, qua fizer, a diligencia, os podera obligar a isso com pena, de dinheyro e sua Magestade manderà passar Proviçar [Como Rey alèm, do que o Commendador ou Cavaleyro darà conta a mesa de Ordens, quando em tudo forem consumazes, & ao quizerem testhemunar.*

Verum si in *Comarca*, scilicet loco in

16. quo faciendę sunt probationes prædictæ, nullus adfuerit Commendator, aut Eques pollens qualitatibus superius expressis *a meça de Ordens*, nominabit Commendatorem, aut Equitem *de outra Comarca que mais perto fique ficando distancia, mais perto della, do que o lugar, onde estiver a Mesa de Ordens, nar o havendo ou tendo distancia igual a mesa manderà o Commendador au Cavaleyro do lugar donde residir, como a Freyre que com elle ha de escrever, à que se dara Juramento na forma, que se diz no §. 2. deste Titulo.*

Si autem Probationes faciendæ sint in

17. Regno Castellæ, *se mandara tirar por Commendador, ou Cavaleyro com Freyre.*

Si faciende sint *fora dos ditos Reynos,*

18. *& nas partes Ultramarinas a mesa de Ordens, as commetterà a quem lhe pareçęr, conformandose sempre como as Diffiniçoes, & modo, que uellas se dà podendo ser de: Statutum Par. prima tit. 19. §. 5. & 6. pag. 28., & 29.*

Profecto Fratres, qui ire debent ad conficiendum, & scribendum has probationes, debent esse Viri sanę Conscientiæ, ac qualificati; unde *Statutum* sic loquitur: *seyao Pessoas de importancia, e consideraçao, para se delles fiar materia tam grave a mesa de Ordens nomearà, quando se houverem de ir fazer as inquiriçoes a quelles, de que tiverem mais satisfaçao, & informaçao, & que o forar com pu-*

19. *reza, & sà conscientia, o que se deyxa a arbitrio da mesa, que conforme ao procedimento, que tiverem accuparà quando lhe pareçer, & premiarà aos que ò mereçerem, com os Beneficios simplices da Ordem para assim os obtigar mais: d. Statutum Parte pr. §. 9. pag. 30.*

Quando Tribunal *à Mesa*, scilicet d' *Ordens* mittit aliquem Commendato-

20. rem, aut Equitem ad conficiendas prædictas Probationes extra locum *onde ad mesa residir*, vel committit Commendatario, vel Equiti commoranti in aliqua Comarca, quique teneantur exire à loco suæ Residentię, statuetur statim salarium, quod qualibet die tam ille, quam Frater consequi debet. Circa quod Magister conficere faciet Taxam certam, & convenientem, & cum decreto super eadem, *& para te lhes dar toda ajuda & favor, quando ò pedirem as Justiças Seculares, & gesalbados, & cavalgaduras, & tudo o mais pelos lugares por onde forem sepedirà à sua Magestade, que mande passar (como Rey) a Provisao necessaria: Statut. d. Par. pr. tit. 19. §. 10. peg. 31.*

Commendator, aut Eques habens commissionem ad conficiendum probatio-
21. nes talis pro suscipiendo Habitu, non poterit in testem examinare nullum *que seja Parentedo Justificante dentro do terceyro grar por direyto Canonico non criado nem familhar actual do Justificante, nem pessoa que lhe seja nomeada por elle nem parente, seu ou criado sol pena que fazendo o contrario o provando se será privado da Commenda, ou Tença, que tiver, & a mais, que pareçer ao Mestre, e na mesma pena incorrerà, se tomar peytas, de qualquer pessoa, que seja por respeyto das inquiriçoes que escrever ao freyre, que tomar peytas, pelo mesmo respeyto será privado do Beneficio, ou porçar, que tiver da Ordem, & no mais, que ao mestre pareçer*: *Statut. Par. pr. tit.* 19. §. 4. *pag.* 27.

Porro, licet juxta Regulas Juris, in ore
22. duorum vel trium stet omne verbum, sicque tres testes contestes sufficiant ad constituendam probationem rei illius, quam quis prætendit; nihilominus in re tam gravi, prout est illa concernens Probationes requisitas ad susceptionem Habitus in isto Ordine, subdit Statutum, *& a que nar sabem tres as veges outros o sabem*: proinde idem *Statutum* disponit, quod *sempreque houver lugar senar tirar nestas inquiriçoes menos de seis Testimunhas e da hi para cima se poderar tirar as mais, que ao que as tirar paraçer conforme a noticia, & fama da Pessoa, & conhecimento que della houver, & achando se algum nomar de alguma inabilida. de (majormeate tendo no sangue) farà toda diligencia humana por elcançar a verdade assim pelo que toca a honra da Ordem, como do Justificante sobre, o que selhe encarrega a conscientia*: *Statutum Parte pr. tit.* 19. §. 7. *pag.* 29.

Confectis Probationibus super rebus
23. hactenus recensitis, si sit in loco ubi resideat *à mesa das Ordens*, Commendatarius, vel Eques, qui eas confecit, illas ad mensam deferet, præsentibus Præside, ac Deputatis (qui semper erunt ad minus tres ultra Præsidem) illasque tradet Præsidi, vel illi, qui suum officium exercebit, & ex aula exibit. Judex ergo *das Ordens* juxta morem antiquum antedictas Probationes leget, iisque lectis *Estando emforma*, suffragia præstabunt super illis; & si Persona Justificantis fuerit approbata, sententia proferetur, & Scriba Cameræ *do des pa cho da mesa* illam regiltabit, eamque sententiam adscribent Preses, Deputati, Judex Ordinum, qui fuerint præsentes (quique ad minus sint tres Judices) super qua sententia expedientur Commissiones pro illa Cameræ Ordinis, & deferantur Magistro Gubernatori, ut illas subscribat.

Quod si agetur de Probationibus confectis extra d. Locum, ille talis qui has confecit, numerabit paginas earun-
24. dem probationum, & actum conficiet super illarum Clausura, eumque actum ipse subsignabit una cum Fratre, *& cerrarà as inquiriçoes, & as sellarà com seu cinète, & as entregarà ao Freyre, que trarà as proprias sem ficar la treslado algum no lugar, onde set irarem, ò qual se entregherà na mesa ao Presidente, na forma acima*.

Commendator autem, aut Eques Commissarius Epistolam scribet, in qua exponet id, quod respectu Justificantis invenit, & quod probationes clausas transmittit, quam Epistolam clausam mittet. Consignatis ergo dd. Probationibus, illæ in Tribunali legentur,

gentur, ut dictum est supra, & super eis sententia proferetur.

Quoties duo Judices sint in sensu 25. conformes, tamen necesse est, quod aliæ peragantur diligentię, licet plures ex iisdem Judicibus contrarium sentiant, adhuc novæ faciendæ sunt diligentiæ.

Si autem persona prętendens in ante- 26. dictis Processibus non fuerit approbata ex defectu *de Limpezada no sangue, ou outro impedimento que de inabilite, se darà conto ao Mestre en segredo*: *Statutum Parte Prima tit.* 19. §. 8. *pag.* 30.

Postquam Probationes necessarię confectæ sunt, illæque pro legitime factis recognitæ fuerunt, reliquum est, ut 27. Prætendens legitime armetur Eques, Habitum sumat, & Professionem emittat. De singulis infra distincte agemus, & Theorico practicas adducemus. Sed prænotamus, quod nemo sumere potest habitum sine Commissione Magistri, juxta Breve Gregorii XIII. Anno 1575. de quo *Statutum Ordinis Parte Prima Tit.* 21. §. 4. Et quoniam, ut subditur in §. 5. aliqui impetrant Litteras a Sancta Sede, quod in Lusitania, vel extra tradatur Habitus hujus Ordinis, statuit, quod Magister impetret Breve a Summo Pontifice, ut dictę litteræ impetratę sine consensu Magistri sint nullæ, & nullius effectus, & possint spoliari Habitu, qui sic obtinuerunt.

Pariterque prænotamus, quod ex *d. Sta-* 28. *tuto Ordinis Jesu Christi Par. Secunda tit.* 2. *& tit.* 3. *pag.* 80. *&* 81. ad terminos Brevis Gregorii XIII. expedit. anno 1575. non potest Magister Gubernator concedere habitum hujus Ordinis nisi Personis, quæ Bello Africę inservierint duorum annorum spatio, *ou nas Gales ou Navios* de alto Bordo, *ou na India tres com algum feyto nota*: *vel Eporque muitas vezes succede haver pessoas benemeritas, que tem servido na Paz à que convem dar habitos, e sarà grande embaraço pedir dispensação para cadahum e se deve suppli-* 29. *car à Sua Santitade haya por bem de conceder Breve para ó Mestre, os poder dar, derogando nesta parte ao d. Breve de Gregorio XIII.*

Ille qui fuerit electus in Commendatorem aut Equitem Ordinis, antequam 30. in Ordinem admittatur, debet armari Eques; unde ad effectum, ut armetur Eques, debet obtinere Commissionem manu Magistri signatam, & per Cancellariam Ordinis expeditam, directamque Commendatori aut Equiti, qui debet illum armare. Hanc autem Commissionem debet illi Commendatori, vel Equiti præsentare, qui Comendatarius, vel Eques cum duobus aliis Equitibus poterit talem armare Equitem in Civitate Ulysipone in Ecclesia Conceptionis in Regali Capella, vel in Ecclesia Sanctissimæ Virginis nuncupatę da *Luz*. Si autem fit actio in d. Ecclesia Conceptionis, Vi- 31. carius Arma benedicet, aut alius Frater ex illis Domus. Si in Regali Capella, Arma benedicet aliquis Capellanus Frater Ordinis, si aderit, & si non aderit alius Frater Ordinis ad hoc vocatus: *Statutum Parte Prima Tit.* 3. *pag.* 34. *& pag.* 35. *& seq.* Actio peragetur sic: *Padrinho* assistentibus duobus Equitibus omnibus vestitis *am seus mantos brancos*, & ita cum aliis Commendatoribus, & Equitibus præsentibus Frater similiter *vestido ó manto branco* qui debet arma benedicere: arma autem debet esse Ensis *posta em num prato hum murtias, & humas esporas* Unus autem ex Equitibus deferet Ensem evaginatum, & Frater cum stola

stola incipiet benedictionem cum precibus enumeratis *in d. Statuto pag. 36. & seq.*

Armatus Eques debet sumere habitum

32. Religionis: sumet autem habitum a Magistro, ad quem spectat habitum tradere, quoque nolente tradere, committit opus Dom Priori majori de Thomar, & in ejus absentia Commendatori majori, aut Sacristæ Domus, & illis absentibus alteri Equiti, qui nomine Magistri cæremoniam perficient. Porro ad d. effectum obtineri debet Comissio a Rege perpetuo Administrante, qua Commissione & manu Magistri signata, & in Cancellaria Ordinis expedita, tali functioni traditionis habitus faciendæ a Commendatore majori, aut alio Equite, assistet Frater Conventus si aderit, aut alius Sacerdos, qui ad sinistram Equitis sedebit, Equitis inquam, repræsentantis Personam Magistri, qui Sacerdos in æquali Sede sedebit: *d. Stat. Parte Prima Tit.* 21. *Como seha de lançar ò Habito ao Cavalleyro gag.* 39.

Ille porro, qui habitum sumere debet,

33. ibit ad Conventum de Thomar, Comissionem obtentam præsentabit Priori Majori, vel ejus locum tenenti in Capitulo, illamque alta, & intelligibili voce legere faciet in Capitulo per Scribam matricolæ, statimque interrogabit *se ten Manto branco, & sebe seu proprio, e le darà sobre isto Juramento, o que farà aos Commendadores Cavaleyros, & Freyres, quando forem Tomar, o Habito, e nao tendo, seu o nar admiterà mas Jurando, que he seu, o mandarà confessar por hum Religioso da Ordem e depis de Confessado na Missa major do dia (que dirà per si, ou per outrem) lhe darà à Communhar*: *d. Statut.* §. 1. *d. pag.* 39.

Subinde Novitius genibus flexis, *com*

34. *hos Pedrinhos que o a companharem*, Prælatus interrogabit: Quid petat; & ipse respondebit, *a misericordia de Deos, & a juda desta Santa Ordem*: & Prælatus jubebit illum surgere: & deinde Prælatus alloquitur dicendo, quod antiquitus quando Equites in Conventu vivebant communiter, plures occasione traditionis Habitus monitiones, ac interrogationes, sed modo mutatis moribus, solum Novitio tres faciunt interrogationes, quibus respondere tenetur: Primo an sit confessus, & Sancta Communione refectus, ut recipiat Habitum in Gratia: cui respondet. *Qua sim.*

Secundo. An emiserit Votum ingrediendi in aliam Religionem magis arctam, quam hæc, *porque (postoque tendo feyto tal Voto, entrando, e fazendo professar nesta possais licitamente ficar nella e conforme a direyto figueis absoluto do Voto simplex, que de centes foz estes esique derogado confazer Voto solemne nesta Ordem) seria peccado mortal se que brantasfers o tal Voto aoque esta Religiao nar ha de dar consentimento, nem favor, e por isso vos pergunto se tendes feyto o tal Voto.* Respondeat in veritate.

Tertio. An emiserit Votum *de serviço temporal como he ira Jerusalem, ou a Roma, ou a Santiago, ou a outros semelhantes lugares, porque (ainda que fiqueis desobrigado de todos elles fazendo professar nesta Ordem que he Voto solemne e perpetuo) se toda via os quizeres cumprir ha de ser con licença do Mestre tem a qual nar podeis da qui por diante sahir do Reyno e para effeyto somente da saberdes isto vos faço essa pergunta*: Respondebit *ventarem.*

Posito quod nullum obstet impedimentum,

tum, deinde Prælatus declarat Novitio asperitates Religionis, & obligationes ejusdem, faciendo Professum in illa teneri ad tria Vota substantialia, Obedientiæ, Castitatis, & Paupertatis: *Statutum Par. pr. tit. 21. pag. 34., & 39.*

Quando Magister *fizer mercè do Habito*
35. illius Ordinis alicui in Africę, aut Indiæ partibus commoranti, aliisque ultramarinis locis, mandabit tradi Habitum per Viros à Majestate sua nominatos, quando non adest Persona Ordinis, cui committatur, cum hoc tamen quod in termino trium annorum transmittantur documenta ad Conventum de Thomar; & si non transmittentur, Mensa Ord. poterit condemnare pœnis arbitrariis; condemnabit autem pro modis culpæ: *Statut. Par. pr. tit. 22. §. 3. pag. 44.*

Ut diximus, statim sumpto habitu, debet
36. ille talis Professionem emittere, si ætatem profectam habeat, renunciando anno, & diei Novitiatus: & quidem si fuerint Commendatarii, vel Tençam habentes, sub pęna quod si de tempore illam profecerint, amittunt fructus Commendæ, aut Tençæ usque ad dict. tempus, quo professionem emittent, qui fuctus applicabuntur fabricæ Conventus de Thomar: *Statutum Parte pr. tit 22. que os tomar o Habito façar logo professar pag. 44. & tit. 23. pag. 45.*

Et major Prior quolibet anno, tempore Nativitatis D. N. J. C. debet ad tribunal Ordinis transmittere Notulam eorum tum Commendatorum, tum Equitum, qui non emiserunt Professionem: *Statutum d. Par. pr. tit. 22. §. 1. pag. 45.*

Recepto Habitu Ulysipone juxta ea quæ
37. disponit *Statutum Par. pr tit. 21.* statim petere debent Conventum ad emittendam Professionem, ad quem effectum obtinebunt Commissionem à Magistro per organum Tribunalis Ordinis, & Cancellariæ organum ex ipsius Magistri manu signatam, sine qua Commissione non admittentur ad Professionem, ut in *Statuto Par. pr. tit. 23. Do modo em que se farà à Profissar pag. 45.*

Cum d. ergo Commissione Novitius
38. Conventum petet, illamque Dom. Priori Majori præsentabit, vel illi cui Magister direxerit actum recipiendi Professionem, & coacto Capitulo ad hunc actum, illam alta, & intelligibili voce legere faciet, iniungetque, ut confiteatur Religioso Ordinis; & in die faciendæ Professionis, Prælatus aut Religiosus Conventus Missam Majorem celebrabit, & Communionem ei tribuet: & d. Prælatus, aut ille qui Missam celebrabit, Alba, & Stola indutus in plano Altaris Sede posita, in illa sedebit, sedente etiam Commendatore Majori, aut Equite, cui directa fuerit commissio. Magister Novitiorum Novitium Professionem facere debentem pręsentabit; Novitius autem indutus Habitu Novitii genua flectet, ac ille, qui Professionem recipere debet, interrogabit, quid petat: Eoque respondente, ipsum petere *astabelecimento, & firmeza da nossa Santa Ordem*, cui respondet Professionem recipere debens, illum Novitium fuisse receptum in Religionem, de qua oportet instructum fuisse, sicut, & Religionem de eo; sed adhuc esse liberum, ac posse ad secularia Vota transire: quod si cupit in ea profiteri, ut in ea perpetuo maneat, subjunget *Eu em nome del Rey nosso Senhor Governador, e perpetuo Administrator desta Orden cuias vezes, e poder para isto tenho, e os Irmaos Freyres della por Vos conhosermos por bom, & tal, que podereis ben servir à Deos, &*

& à Orden Vos receberemos a ella pro Irmao Freyre Cavaleyro, & aceytaremos vossa Profissa.

Deinde Novitius respondet: *Prazme ser Freyre Cavaleyro desta Ordem de Nosso Senhor Jesu Christo que tenho provada, & com sua ajuda, & favor, quero nella fazer Profissar*: Statim vero scriba Matriculæ leget Instrumentum Renunciationis anni Novitiatus; quo lecto Novitius genua flectet, & posito *O Bentinho, & Manto em hum prato grande de prata, ou Mesa*, quæ Sacerdos benedicet Orationibus appositis in *Statut. d. Par. pr. tit. 23. pag. 46.*

Subinde recipiens Professionem accipit manibus suis manus Profitentis; hic cartam suę Professionis clare, & distincte legit sequenti forma.

39. *Eu Frey N. Cavaleyro professo da Ordem de Nosso Senhor Jesu Christo faço Profissao a Deos, & a Vos Fr. N. Prelado deste Convento em nome del Rey nosso Senhor como Governador, & Perpetuo Administrator da dita Orden, cuja pessoa, por sua Comissao representais, de Obedientia, Castidade conjugal, & Pobreza, conforme aos Estatutos desta Ordem, a tè minha mora à sua Magestade, & à todos os Mestres, & Governadores, que ao diante em minha vida canonicamente ad Ordem vierem, & prometto de viver, & morrer nella, guardando inteyramente seus Estatutos, & diffiniçoes, por cuja fe, & testimunho fiz, & assinei esta Carta de minha mao neste Convento de Thomar, à tantos dias de tal mez, & anno.*

40. Et recipiens Professionem *despirà logo o Bentinho, & Manto de Noviço, ao Cavaleyro* dicendo: Exuat te Dominus hominem veterem cum actibus suis. Amen. Et vestiet *O Bentinho, & Manto de Professo dizendo*: Induat te Dominus novum hominem &c. Et ulterius dicet: *Eu em nome del Rey nosso Senhor Governador, & perpetuo Administrador da dita Orden cujas vezes, & poder para isso tenho, Vos recebo, & aceyto à profissao*: Et Professus surget, & ponet cartam super Altare, & ad suum locum redibit, & genua flectet, & Sacerdos stans dicet Orationes, & Preces, quæ habentur in *d. Statuto Par. pr. tit. 23. pag. 47.*

41. Notarius vero Ordinis ponet dictum Professum in Matricula Professorum cum expressione sui nominis, ejus Patris, & Officii, aut Dignitatis, quam tenet, & ejus Patriæ, cum die, mense, & anno, quo Professionem emisit, & in Matricula Novitiorum notabit, quod ipse transivit ad Professos, & Instrumentum conficiet, & Processum cum tenore Litterarum Magistri, per quem jussit armari Eques, tradi Habitum, & recipi Professionem signatas per d. Prælatum, cum Testibus, qui fuerunt præsentes, & Copiam ei tradet per ipsum solum signatam cum sigillo Conventus, dictasque cartas, & Alvara Prælatus reponi faciet in arca, & loco ad hoc destinato: *Statutum d. Par. pr. tit. 23. pag. 48.*

42. Similiter commorantes extra Regnum, quando ad Habitum recipiuntur, debent junctim Professionem emittere: sed cum isti commorantes in Indiis, cæterisque ultramarinis partibus non possint accedere ad Conventum de Thomar, ut professionem emittant, neque post annum, & diem, neque post multos annos, quia sunt dd. locorum Incolæ; idcirco statim ac illis dabitur commissio ad sumendum Habitum, transmittetur alia commissio ad emittendum Professionem, eo modo quo fit à comorantibus in Lusitania, quæ commissiones omnes dirigentur

gentur à Rege, cui ipsi placuerit: quod si nullus adsit ex Ordine, deputabitur Dignitas Ecclesiastica, tenebiturque transmittere fidem de receptione habitus de Professione, emissa talemque Fidem transmittere in termino trium annorum, ut in Libro Matricolæ reponatur: *d. Statut. Par. pr. tit. 23. §. 2, pag. 48. Statut. Par. pr. tit. 24. Da Indulgentia que se ganha na Profissão pag. 49.*

43. Vigore antiquæ Regulæ Ordinis hujus statutum est, quod iste gaudeat privilegio, quod tenet Ordo de Avis; ideoque qui in hoc Professionem emittunt vere confessi *fiquem absolutos das culpas, & peccados como o dia emque receberão o Santo Baptismo, e porque isto fique tem duvida attentamos, que o Mestre mande impetrar de Sua Santidade Indulgentia Plenaria, para os Commendadores, & Cavaleyros desta Ordem, que contridos, & confessados fizerem nella Profissão:* sic inquit *Statutum Ordinis Jesu Christi Par. pr. tit. 24. pag. 49.*

44. Diximus sub numero 27. quod nemo potest hujus Ordinis Habitum sumere sine commissione Magistri: ne ulla super hunc Ordinem ignoretur Notities, hic transcribimus quæ in novissimo *Statuto Par. pr. tit. 21. §. 5.* subduntur, scilicet: Quoniam aliqui impetrant Litteras à Sancta Sede, quod in Lusitania. vel extra tradatur Habitus hujus Ordinis, statuit, quod Magister impetret Breve à Summo Pontifice, ut dictæ Litteræ impetratæ sine consensu Magistri, sint nullæ, & nullius effectus, & possint spoliari Habitu, qui sic obtinuerunt.

45. Super hujus Decreti tenore videantur, quæ dicemus in nostro Discursu de Ordine *Jesu Christi Pontificio à n. 18.* usque *ad n. 31.* inclusive.

Catalogus Magistrorum Ordinis Equestris JESU CHRISTI in Lusitania.

46. In Fundatione hujus Militaris, & Equestris Ordinis constitutus fuit Magister, qui veluti caput ejusdem Ordinis ipsum regeret, cujus officium vita durante perdurabat; quo defuncto alius canonice eligebatur, ut disponit Summi Pontificis Bulla superius relata præsenti Discursu. Sed postmodum ex Concessione Julii III. anno 1550. unitum est Regiæ Coronæ Lusitaniæ, ut infra patebit.

I. Primus itaque Magister fuit Don Ægidius Martins, qui Magisterium suscepit Año Domini 1319. & antecedenter erat Eques Ordinis Sancti Benedicti de Avis, in quo expresse Professionem emiserat, ejusdem Ordinis Divi Benedicti de Avis erat Magnus Undecimus Magister, cui Magisterio renunciavit, & ab eodem per Summum Pontificem Joannem XXII. factus fuit Primus Magister hujus Ordinis Jesu Christi, ut diximus in Catalogo Magnorum Magistrorum Ordinis Sancti Benedicti de Avis, quem Catalogum retulimus *in Discursu 33. sect. 4. sub num 11. De præfato Ordine Sancti Benedicti de Avis.* Catalogus magnorum Magistrorum hujus Ordinis in allegato Volumine *Diffinições & Estatutos dos Cavalleyros e Freyres da Ordem de Nosso Senhor Jesu Christo d. Parte Prima a pag. 8. usq. ad 14. & Tit. 5. eadem pag. 14. Pater Mendo de Ord. Militar. Disq. 1. quest. 11. n. 195. Abb. Bernardus Justinianus Historie Cronologiche Dell' Origine Degl' Ordini Militari, e di tutte le Religioni Cavalleresche Parte Seconda cap. 51. pag.*

pag. 632. Collector Gallus Historie Des Ordres Militaires, ou des Cavaliers &c. Tom. 3. sub numero 56. pag. 319. Post gubernium vix annorum trium obiit 13. Novembris anno 1321. tumulatus in Capella majori Sanctæ Mariæ de Olival de Thomar: *Statutum Ordinis, Justinianus, & Collector Gallus* ubi supra.

II. Secundus Magister electus fuit Dom Joannes Laurenço anno 1321. qui Romæ Orator fuit ad Pontificem pro erectione Ordinis, quem diligenter rexit spatio annorum quinque: *Statutum Ordinis: Justinianus, & Collector Gallus prædicti*: mortuus est anno 1326. *Statutum Ordinis* ubi supra, sicut, *& Justinianus, & Collector Gallus.*

III. Tertius electus Magister fuit Dom Martinus Gonsalves Leitao anno 1326. Hic octo annis rexit Ordinem, & gloriose contra Infideles pugnavit: *Statutum Ordinis; Justinianus, & Collector Gallus* superius allegati: obiit anno 1335. *idem Statut. Ordinis, & Auctores* superius allegati.

IV. Quartus Magister fuit electus anno 1334. Don Stephanus Leitao Frater Germanus prædicti Martini: *Statutum, Justinianus, & Collector Gallus* ubi supra; qui annorum novem spatio Ordinem gubernavit, obiitque anno 1344. *Ordinis Statutum, Justinianus,* & *Collector Gallus* supra allegati.

V. Quintus Magister electus fuit anno 1344. Don Rodriques Anes: *Statutum Ordinis, Justinianus*, & *Collector Gallus* ubi supra, & post Gubernium Ordinis quatuordecim annorum cursu, Magisterio renunciavit, ut referunt *Statutum Ordinis*, & Auctores superius allegati, *Justinianus*, & *Collector Gallus*.

VI. Sextus Magister electus fuit anno 1358. Don Nunus Rodriquez: *Statutum Ordinis* ubi supra, *Justinianus, pag. 633. Collector Gallus Tom. 3. pag 319.* Tempore Regiminis hujus Magistri anno 1366. Principalis Conventus Ordinis, è Castromarino ad Villam de Thomar translatus fuit, ibique celebratum fuit Capitulum Generale, cui præfuit Abbas Alcobaçæ. Magisterium Ordinis annis quindecim tenuit, obiitque anno 1372. *Statutum Ordinis, Justinianus,* & *Collector Gallus* ubi supra.

VII. Septimus Magister anno 1373. Don Lopez Dias de Sousa Nepos Reginæ Eleonoræ Uxoris Regis Don Ferdinandi, fuit à Rege Ferdinando nominatus; sed cum esset in juvenili ętate, Summus Pontifex noluit eum in Magisterio confirmare: unde spatio annorum trium vacavit Magisterium. Pervento autem dicto Lopo ad ętatem vigintiquinque annorum, illum tandem confirmavit, & spatio quadraginta sex annorum Magisterii exercuit Officium, obiitque anno 1417. in loco nuncupato Covilhao, ac Don Henriques illius immediate Successor, transferre fecit ad locum de Thomar in Capella Dominæ nostrę. Videatur *Statutum Ordinis* loco superius allegato: *Justinian. d. pag. 633. Collector Gallus tom. 3. pag.* 320.

VIII. Octavus Magister, seu hujus Ordinis Gubernator anno 1419. circiter Don Henriques filius Regis Joannis I. Hic Don Henriques sumopere decorem, & incrementum Ordinis zelavit, & potissime Sanctam Christianam Fidem in tot longinquas Regiones, Terra, Marique

que extendit, illarumque Terrarum reditus Ordini applicavit, & incorporavit. Isto Magistro ex Summi Pontificis Eugenii IV. commissio, ne directa Episcopo Lamacen. Ordinis hujus Regula reformata fuit; & post Ordinis Gubernium spatio circiter quadraginta annorum, obiit anno 1460., & tumulatus fuit in Monasterio nuncupato da Batalha, sicuti videre est in *d. Statuto Ordinis* ubi supra, & apud *Iustinianum d. Par. secunda cap. 51. pag. 631. & 633. Collectorem Gallum d. pag. 320.*

IX. Nonus magnus Magister anno 1460. electus fuit Don Fernandus filius Regis Duarti: *d. Statutum Ordinis; Iustinianus, & Collector Gallus* ubi supra. Multas dictus Fernandus in Insulis fundavit Ecclesias: decem annorum cursu rexit Ordinem: mortuus est anno 1470. *d. Statutum, Iustinianus, & Gallus Collector* locis supra allegatis.

X. Decimus magnus Magister anno 1470. electus fuit Don Didacus Dux Visen. filius d. Fernandi, qui cum esset Juvenis paucorum annorum, Ordinis regimen tenuit illius Mater Donna Beatrix vigore Bullæ Apostolicæ, consentiente Rege Aphonso V. donec ipso ad perfectam ætatem peruento, Magisterii Gubernium assumpsit, quod usque ad mortem retinuit: *d. Statutum Ordinis, Iustinianus, & Gallus Collector* superius allegati.

XI. Undecimus magnus Magister anno 1485. electus fuit Don Emmanuel Dux Bejæ, filius prælaudati Ferdinandi filii Regis Duarti: *d. Statutum Ordinis; Pater Mendo d. Disq. 1. quæst. 11. n. 196.* ac pręallegati *Iustinianus, et Gallus Collector.*

Hic Don Emmanuel postea fuit Lusitaniæ Rex: plurimum ille Ordinem auxit, reditibus Commendas fundavit: *d. Statutum Ordinis, Iustinianus d. pag. 631., et Collector Gallus:* ubi quod præcipue triginta fundavit Commendas pro Equitibus, qui in Africa morarentur ad defensam Arcium acquisitarum, & ad propagationem Christianæ Religionis, quas inter adest illa nuncupata *Sanctæ Mariæ de Africa*, & alia de *Agnim*, nec non tres alię in Indiis erectæ unitæ Domui Comercii pro manutentione Equitum. Multa celebravit Capitula, quorum ultimum fuit anno 1503. pro bono Ordinis regimine: rexit Ordinem triginta sex Annorum cursu: *d. Statutum, Iustinianus, et Collector Gallus.*

XII. Duodecimus magnus Magister fuit Rex Don Joannes III. prædicti Emmanuelis Regis Filius. Huic Regi Joanni III. Administrationem concessit Adrianus VI. ac postmodum Julius III. eidem concessit Administrationem Magisterii Ordinum Sancti Jacobi, & Sancti Benedicti de Avis, sed solum ipsius Regis vita durante,

Verum anno 1550. idem Julius III. in secundo Pontificatus sui anno dicti Magisterii dictorum trium Ordinum Administrationem perpetuo univit Coronæ Regni Lusitanię, atque ita in hoc Equestri Ordine duodecim fuerunt magni Magistri, & postmodum ex d. Bulla Apostolica transivit in Coronam Lusitanam perpetua Administratio hujus Ordinis, & sic successerunt infrascripti Reges: *d. Statutum Ordinis* ubi supra: *d. Mendo d. Disq. 1. quæst. 11. n. 196. d. Comes Io. Fridericus in Koden Sapieha in d. Corollario pag. 288. Iustinianus pag. 632.*

632. *Collector Gallus d. pag* 320. Idem autem Joannes III. anno 1523. se transtulit ad Conventum de Thomar, & anno 1529. reformationem edidit, mutando Clericos Conventuales in Religiosos Habitus, auxitque Ædificiis, & Reditibus Conventum, curavitque, ut Summus Pontifex multos crearet Episcopos in Insulis ex isto Ordine Jesu Christi.

Pro Justitiæ administratione tam quoad hunc Ordinem, quam quoad duos Ordines, novum Tribunal erexit, nuncupatum *Da Mesa da Conscientia*, & ob id vocatur pariter *Ordinum*, quod Tribunal fuit confirmatum à Summo Pontifice Pio IV. quo quidem Tribunali discutiuntur Negotia, quæ concernunt Bona, Ecclesias, ac Personas eorum Ordinum. Regnavit d. Joannes, & Ordinem rexit annis triginta sex: *Statutum Ordinis*, *Iustinianus*, *&* *Gallus Collector* supra allegati.

XIII. Decimus Tertius Magister, & Administrator Secundus Anno 1557. fuit Rex Sebastianus, Nepos ex filio Joannis Tertii: *Statutum Ordinis, Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 11. *n.* 196 *Iustinianus pag.* 633. *Collector Gallus d. Tom.* 3 *pag.* 320., & ob juvenilem ætatem dicti Sebastiani, gubernavit Regina Catharina illius Avia, donec Sebastianus Rex ad legitimam ætatem pervenit, idemque Rex adeo hujus Ordinis Habitum amore prosequebatur, ut publice voluerit Eques ejusdem Ordinis armari in Monasterio Sancti Vincentii in Regno Algarbiorum anno 1573. antequam in Africam transierit, ubi infelici illo certamine occubuit. *Statutum Ordinis, Iustinianus pag.* 632. Præterea d. Sebastianus semper in pectore Magnam Ordinis Crucem gessit, cui addidit postmodum Sagittam, in venerationem Sagittæ Martyris Sancti Sebastiani, eidem Regi à Summo Pontifice missæ, ac cum dicto Stemmate astitit Capitulo Generali tento in in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Marvilla Scalabii, Lusitanice *Santarem*; Decrevitque, quod omnes trium Ordinum Commendæ nonnisi illis conferantur, qui contra Infideles Bello pugnassent; super quibus adsunt Summorum Pontificum Bullæ.

XIV. Decimus quartus Magister sub Titulo Administratoris tertii anno 1578. fuit Rex Henricus Patruus dicti Regis Sebastiani, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis: *Statutum Ordinis*, *d. Mendo Disq.* 1. *quæst.* 11. *n.* 196. *Iustinianus d. pag.* 633. *Collector Gallus Tom.* 3. *pag.* 320. Hic Rex Henricus, licet brevi tempore gubernaverit Ordinem, decrevit tamen, quod Religiosi Conventus Ordinis recitarent Horas Canonicas, juxta Breviarium Romanum, veluti magis aptum servitio Ecclesiarum, non obstante, quod hic Ordo Jesu Christi bis centum annos ante fuerit institutus cum usu Breviarii Cisterciensis, & usque ad hæc tempora d. Conventus Religiosi utuntur Breviario Romano: idem Rex Henricus obiit anno 1580.

XV. Magister Decimus quintus, & sub titulo Administratoris quartus, fuit anno 1580. Philippus I. Rex Hispaniarum, Successor in Regno Lusitaniæ, & in Magisterio Ordinum. Circa vero hunc Regem Philippum, qui in Nomenclatura magnorum Magistrorum, seu Administratorum

rum in Militaribus Regni Portugalliæ Ordinibus, à Lusitanis appellatur Philippus I., ab Hispanis nuncupatur Philippus II. retenta diminutione, & respective additione numeri cœteris Philippi nomen habentibus, juxta modum texendi sic Catalogum, ut infra patebit. Videantur ea, quæ tradidimus in Catalogo magnorum Magistrorum Ordinis Sancti Benedicti de Avis relato in nostro *Discursu super d. Ordine Sancti Benedicti de Avis Tom. pr. Disc. 33. sect. 4. n. 31.* ubi distincte in hoc sensum Hispanorum, & sensum Lusitanorum exponimus.

XVI. Decimus Sextus magnus Magister, & sub titulo Administratoris Quintus, fuit Philippus II. filius d. Philippi I. qui in dicto Regno Lusitaniæ, ac in Magisterio Ordinis anno 1598. successit. Hic Philippus, antequam Capitulum Generale celebraret, visitare fecit Ordinem, & à Sede Apostolica statim obtinuit Breve, cujus vigore Commendatores solvere tenentur ex Commendis quandam pecuniarum summam pro Fabrica, quam vocant nova, pro Ecclesiasticis Ordinis, cum suis annexis, ut tollerentur Lites, & iurgia cum Ordinariis. Fontem, ducta per spatium, ut dicitur *d' huma Legoa*, altis arcubus Aqua, in Conventu de Thomar erexit. Statim ac anno 1619. ad Lusitaniæ Regnum pervenit Ulyssipone, injunxit Mensæ, hoc est Tribunali Ordinis, ut pararet necessaria pro Capitulo Generali in loco de Thomar, quod Capitulum ibi incepit 16. Octobris, & die 18. ejusdem mensis d. anno 1619. complevit, in quo Capitulo omnium celeberrimo confecta, & firmata fuerunt Statuta, & Regulæ, cum quibus hodie etiam regitur Ordo.

XVII. Magnus Magister, & Sextus Gubernator fuit Rex Philippus III. filius Philippi II. Hispaniarum Regis, qui Ordinis Regimen sumpsit Anno 1621., ac tenuit spatio decem novem annorum. Antedictus Philippus III. sic nominatur à Lusitanis filius Philippi II. ut in d. Statuto Ordinis. ab Hispanis vero appellatur Philippus IV. filius Philippi III. quorum sensum sequitur *Justinianus, & Collector Gallus* locis supra allegatis: unde repetimus, quod videantur ea quę Nos annotavimus in Catalogo magnorum Magistrorum *Ordinis de Avis*, quem registramus in Discursu super *d. Ordine de Avis*.

XVIII. Magnus Magister, & septimus Perpetuus Gubernator, & Administrator fuit Rex Joannes IV. Lusitaniæ Rex inauguratus anno 1640. *d. Statutum Ordinis, d. Iustinianus pag. 632. & seq. Collector Gallus* ubi supra. Hic Rex approbavit, & confirmavit Statuta, & Decreta facta in ultimo Generali Capitulo præcedente, injunxitque, quod publicarentur, & Typis mandarentur, ut executioni traderentur debitę.

XIX. Magnus Magister, & octavus Perpetuus Administrator, & Gubernator fuit Alphonsus VI. Rex Lusitaniæ dicti Joannis IV. Regis Filius, qui regimen assumpsit anno 1656. *Statutum Ordinis* ubi supra, *Iustinianus, & Collector Gallus pariter* ubi supra. Dictus Alphonsus Rex, licet Bello cum Hispanis implicatus, solicite tamen curavit, Commendas Ordinis benemeritis assignare, & Nobili Ordinis

dinis Cruce insignire Viros, qui pecuniarum summas tribuere pro Bello, tunc in Regni defensam fervente: rexitque spatio annorum undecim: *Statutum Ordinis, Iustinianus, & Collector Gallus* ubi supra. Regis hujus Alphonsi VI. Vitæ series habetur in Volumine Lusitano Idiomate, cui Titulus *Catastrofe de Portugal*, quam legimus tempore, quo Ulyssiponæ morabamur.

XX. Magnus Magister, & Nonus Gubernator, & perpetuus Administrator fuit Rex Petrus Secundus frater dicti Alphonsi Sexti, qui Petrus anno 1667. Administrationem Regni, & Ordinis suscepit, & aliquos Religiosos Ordinis ad Episcopatus Ultramarinos nominavit. Hic statuit, ut quando concederetur Ordinis Habitus alicui, cum dispensatione super aliquo defectu, quo talis dispensatus laboraret, non exprimeretur causa hujusmodi Dispensationis, ne eodem tempore quo eidem honoris signum tribuebatur, dedecoris monumentum remaneret. Idem Rex Petrus de mense Octobris anno 1704. transivit per Villam de Thomar, & Conventum Ordinis petiit, una cum Carolo VI. Imperatore semper Augusto, qui Imperator Carolus VI., antequam in Imperiali Throno sederet, tunc temporis in Lusitania morabatur, cum Titulo Caroli III. succedere prætendens in Regnis Hispaniarum. Dictus ergo Rex Petrus II. noluit habitare in d. Conventu Ordinis dicens, quod hoc melius Hospitium pro suo Hospite, hoc est Carolo VI. relinquebat.

XXI. Magnus Magister, & decimus Gubernator, & perpetuus Administrator hujus illustris Ordinis est Regia Majestas Joannis V. Lusitaniæ Regis, qui Petro II. ejus Patri in Regno Lusitaniæ, & Magistratu Ordinis successit 9. Novembris 1706. Hic comitantibus Serenissimis illius Germanis Fratribus, ac Eminentissimo Cardinale Nunno da Cunha anno 1714. d. Conventum de Thomar adivit, & trium spatio dierum ibi moram traxit, & insigni, qua emicat Pietate, ac Religione, semper Divinis interfuit Officiis, tum in Ecclesia, tum in Choro, ubi sedit in Sede ibidem existente, Sede pro magno Magistro statuta, tandemque Regulæ, & Statutorum Ordinis zelator, jussit, quod iterum Statuta Typis mandarentur, prout demandata fuere, & sunt superius allegata, & comprehensa in Volumine sub Titulo - *Diffiniçoens, & Estatutos dos Cavaleyros, e Freyres da Ordem de Nosso Senhor Iesu Christo, ex Parte pr. à pag.* 8. *ad* 14., *& tit.* 5. *eadem pag* 14. huc usque relata desumpsimus. Et repetimus quod in nostro Discursu in Tomo Pr. il 33. n. 37. diximus sect. 4., & in hoc Tomo Discur. 119. quod Optimus hic Rex meritissime Titulo Fidelissimi fuit à Regnante Summo Pontifice Benedicto XIV. decoratus.

XXII. Magnus Magister, & undecimus Gubernator, & perpetuus Administrator Ordinis est Joseph I. fidelissimus Lusitaniæ Rex, filius Joannis V. Portugalliæ Regis sub die 31. Junii 1750. in ætate annorum LXI. defuncti, qui Rex Joseph Primus nunc Lusitanam Monarchiam feliciter moderatur.

Reliquum est, ut quoad Gubernatores, per-

perpetuosque Administratores Ordinis, qui etiam hodie vocantur Magistri, nonnulla annotemus; & primo, quod sicuti Magistri obstringebantur præstare Juramentum Fidelitatis Sanctæ Sedi Apostolicæ, ita pari modo ad idem Juramentum tenentur Reges Gubernatores. Cautum proinde est in *Statuto Ordinis. Par. pr. tit. 5. pag. 14., & 15.* quod vacante Magisterio Ordinis, in memoriam revocetur novo Gubernatori, & Administratori perpetuo prædicta obligatio emittendi Juramentum fidelitatis Summo Pontifici, ac Ecclesiæ Romanæ in manibus Prioris Conventus de Thomar, aut illius, qui locum ejusdem tenuerit, præsentibus Diffinitoribus Ordinis, Secretario Diffinitorii, qui fidem de præstito Juramento faciat, & Conventui enunciet, & sine tali præcedente Juramento Magister, & Gubernatores nullam poterunt Jurisdictionem exercere. Verba prædicti Statuti Lusitano Idiomate super dic. Juramento præstando sunt – *Ao Papa & Igreja Romana nas maos de Dom Prior do Convento de Thomar, ou de quem seu lugar tiver, estando presentes os Diffinidores da Ordem, eo Secretario do Diffinitorio, que fara auto de Juramento, & o enunciarà ao Convento, e quem sem elle, nao poderao os Mestres, & Governadores exercitar Jurisdiçao alguma.*

Secundo hic referimus dicti Juramenti Formulam, quæ in eodem Statuto, Lusitano pariter Idiomate habetur, ut sequitur.

A Forma do Iuramento he a seguinte.

Eu N. Rey de Portugal, e dos Algarves, como Governador, & perpetuo Administrador, que sou da Ordem, & Cavallaria de nosso Senhor Iesu Christo prometto obediencia a nostro Senhor o Papa N., & a seus Successores canonicamente eleitos, & prometto obedecer a suas Cartas, e Mandados como obediente Filho da Santa Madre Igregia.

E assim o juro, aos Santos Evangelhos, que corporalmente toco, com minhas maos, que farey, e comprirey, com todo meu poder as cousas abayxo declaradas.

Primeyramente, farey pagar aos Religiosos do Convento da dita Ordem, os tres quartos, & as meas annatas, que os Commendadores, & Freyres della sao obrigados pagar conforme à Bulla do Pape Alexandre VI. das ditas annatas, & tres quartos.

Nao irey, nem passarey contra os Breves, & Bullas da dita Ordem dos Cavaleyros, Commendadores, & Freyres della se nao fora para ben da dita Ordem, no espiritual, & temporal.

Manterey, & farey manter os Religiosos do Convento, segundo manda a Regra, & sustentarey suas Rendas, & Doaçoes, que lhes tem feyto os Senhores Reys de Portugal, & Devotos à dita Ordem.

Darey as Commendas da dita Ordem, aos Cavaleyros della, segundo seus mereçimentos, & os manterey nellas guardando todos seus Dreytos, Privilegios, Libertades, Usos, e Statutos.

Nao albearey os Bens da d. Ordem, em homens Seculares, nem em autras pessoas, & os que estao albeados farey quanto puder, por os tornar à Iurisdiçao da Ordem.

Guarderey aos Vassallos, & Familhares da dita Ordem seus Privilegios, Libertades, e Franquezas.

Repararey, quanto puder, e farey reparar os Castellos, & Casas da dita Ordem, & nao terey mais Freyres, nem

nem Cavaleyros, que quantos puder ben manter, com as rendas da Orden.

Tertio loco annotamus, quod Insignia Magistralia hujus Ordinis sunt *Estoque, Bandeyra, & Sello*, itaque teneri debent in Capitulo Generali. *O Sello estera sempre em poder do Canchelier das Ordens, que o terrà à bom recado*, & eo utetur pro expeditionibus opportunis, & necessariis, & ut exprimit: *Statutum*, scilicet *paracom elle sellar as Cartas, Proviçoes, Alvaras, & mais Paeis, que pela Cancellaria dellas passarem das cousas, que pertençem à Orden*, sic *Statutum Ordinis* idiomate Lusitano, disponit *Parte prima tit.* 33. *pag.* 73.

Statutum Ordinis Jesu Christi. Parte Prima Tit. 18. *Das Persoas, que devem ser recebidas a esta Ordem, & das suas qualidades pag.* 25.

„ PElla excellentia desta Orden „ ser des Iesu Christo nosso Se„ nhor, & pela Insignia da Cruz „ que tenque entre todas as das „ Ordens Militares mais se asse„ melha, & pareçe à emque elle „ padezeo, merece ser muyto vene„ rada, & respeytada peloque os „ que à ella forem recebidos, devem „ ser Nobres, Fidalgos, Cavalyros, „ ou Escudeyros, limpos sem ma„ cula alguma em seus nascimentos, „ nem outros impedimentos, & de„ feytos, que se apontar à bayxo, „ nos interrogatorios perque seha „ de perguntar, quando se habilita„ rem, & os Papas Pio V., & Gre„ gorio XIII. no anno de 1572. „ prohibirao que nenhuma Pessoa, „ que descendesse de Mouros, Judeo „ ou fosse filho de Mecanico, ou „ Mecanica nem Nero de Avo, & „ Avo Mecanicos, podiao ser rece„ bidos ao Habito desta Ordem, o „ que ordenamos, & diffinimos, „ que assim se cumpra, e guarde in„ violavelmente, sem dispensazaon, „ nem remissaon alguma, por ser tan„ to necessario à authoridade, & re„ putazaon da Orden, & conforme, „ ao que el Rey Dom Filippe II. de „ boa memoria Governador, & per„ petuo Administrador dessa Ordem, „ com estas considerazoes resolveo, „ & mandou por sua carta assina„ da de sua Real mao de 28. de „ Fevereyro de 1604. de que o co„ pia he à seguinte.

Carta de Sua Magestade de 28. de Fevereyro 1604.

„ Desejando au, que as Diffinizoes „ Estatutos, & Estabelecimentos das „ tres Ordens Militares deste Reyno „ se cumpram, e guardem inteyra„ mente, & em particular os que „ tratam da qualidade, & limpeza, „ que haon de ter as Pessoas, que „ houverem de ser recebidas aos Ha„ bitos dellas, pelo muito, que com„ vem ao Servizo de Deos, & meu „ conservaremse na estimazaon, & re„ putazaon, em que sempre forao „ tidos &c. tenho assentado, que „ da qui em diante se naon dispense „ com nem huma Pessoa na qualida„ de da limpeza de sangue, para ha„ ver o Habito de alguma das ditas „ tres Ordens, & se getuarde nisso „ inviolavelmente affirmado regi„ mento, que el Rey meu Senhor, „ & Pay, que Deos tem, mandou „ fazer, e paraque de todo, se cer„ re a porta, que em contrario dis„ so, se hia abrindo Hey por bem, „ & mando, que na Mesa da Consciencia,

,, scientia se naon admittar, por via
,, alguma petizoes sobre semelhantes
,, dispensazoes, nem seme consultem,
,, & que vos, o cumprais assim, &
,, ordeneis, que no liuro das Lem-
,, branzas do dito Tribunal, se re-
,, gistre essa minha Carta, e fique
,, nelle, em lembranza, paraque se
,, naon possa nunca, ir em parte
,, nem em todo, contra o que por
,, ella mando.

Ex Volumine cui Titulus Lusitano Idiomate Diffinizoens, & Estatutos dos Cavaleiros, e Freyles da Ordem de Nosso Senhor Jesu Christo. Com à Historia da Origem, & principio della impressa Ulyssipone Occidentali, Typis Paschalis da Silva anno 1717. Parte prima tit. 19 como se haon de fazer as Provanças sub §. 10. *pag.* 31.

Interrogatorios porque se ha de perguntar nas Inquirizoes.

1. ,, SE conhece ao Pertendente N.
,, que idade tem cujo filhohe, se
B. ,, conhecem, ou conhoceraon seu
,, Pay, & May, como se chiamua.
,, on, o se chiamaon. Donde fora,
,, on naturaes, & onde viveraon,
,, & os quatro Avos de ambas as
,, partes, & como se chiamoon, au:
,, donde eraon Naturaes, & onde
,, moraraon: ou moraraon, & respon
,, dendo on, se lhes pergarà, como o
,, saben.

2. ,, Se saon Parentes do dito N. e dizen-
,, do que sim, declare en que
,, grao.

,, Se por consanguinidade, ou affinida.
,, de, e tendo parentesco, a tè., ò
,, terceyro grao, naon o admittiraon
,, a testimunhar.

4. ,, Se he Amigo do dito N., ou ini.
,, migo criado chegado a sua Casa,
,, se lhe fallaraon, ou ameazraon,
,, ou subornaraon, ou recebeo, ou
,, se lhe prometteo algua cousa,
,, porque diga, o contrario da ver-
,, dade, & sendo criado actual, o
,, naon perguntarà.

,, Se sabe, que he nobre, & o foraon
,, seus quatro Avos, nomeando, à
,, cada hum delles per si, & decla-
,, rem, porque rezaon, o sabem.

,, Se he nascido de legitimo Matrimo.
,, nio.

,, Se he infamado de algum caso gra-
,, ve, & de tal maneyra, que sua
,, opiniaon, & fama esteja abatida
,, entre os homens bons.

,, Se he filho, ou neto de herege, ou
,, da quem commetteo crime de le-
,, sa Magestade.

,, Se tem raza algua de Mouro, ou
,, Judeo, ou se he disso infamado.

,, Se he filho, o neto de Official me
,, canico.

,, Se foy Gentio, ou seu Pay, & May
,, & Avos de ambas as partes.

,, Se tem dividas à que Ordem fique
,, obrigada, ou tem algum crime,
,, porque esteja obrigado à Justiza.

,, Se he casado, & se sua Mulher, he
,, contente de elle entrar nesta Reli.
,, giaon.

,, Se he professo em algua outra Reli.
,, ligiaon, & qual, & se fez Voto
,, de ira Jerusalem, ou Santiago.

,, Se he doente de algua doenza, que
,, lhe seja impedimento, a servir a
,, Orden.

,, Se passa de cincoenta annos, ou he
,, menos do dezoyto.

,, E a tudo o que as testemunhas de.
,, clararem, se lhes perguntarà, co-
,, mo, & de que maneyra os sa.
,, bem escrevendo, o que depuze-
,, rem a cadahum d' esses interroga.
,, torjos muy clara, & distintamen-
,, te

,, E estas provanzas tanto, que foram
vistas

,, vistas na Mesa de Ordens, semet-
,, teraon em hum cofre de ferro de
,, tres chiaves, que estarà na dita
,, Mesa, das quaes terà hua, o Pre-
,, sidente outra, o Deputado mais
,, antigo, outra o Escrivaon da
,, Camera do despacho da Masa aon-
,, de estaraon sempre em segredo,
,, paraque nenhua pessoa possa saber,
,, o que nellas se contem, & em
,, quanto à Presidentia estiver vaga,
,, terrà a chave do Presidente, o De-
,, putado, que se seguir ao mais an-
,, tigo: *Statutum Parte pr. tit. 19.*
,, *pag. 33., & seq.*

Statutum d. Parte Prima Tit 19. Como se haon de fazer as Provansas sub d. §. 10. pag. 32.

Treslado da Privisaon, que se hà de passar, quando as inquirizoes se forem fazer, fora donde estiver a Mesa de Ordens.

,, DOm N. & como Governador,
,, & perpetuo Administrador,
C ,, que sou do Maestrado Cavallaria,
,, & Ordem de N. Senhor Jesu
,, Christo, fazo saber a Vos Com-
,, mendador, ou Cavalleiro N. que
,, porser necessario saberse da qua-
,, litade N. Justificante & a que ti-
,, veraon N. & N seu Pay, & M y,
,, & a que tiveraon N. & N. seus
,, Avos Paternos, & a que tiveraon
,, N. & N. seus Avos Maternos,
,, que se diz serem naturaes dessa
,, tal parte Vos mando que sendo-
,, vos esta presentada por Frey N.
,, Freyre professo dessa Ordem, que
,, perante vos escrevera, & vos da
,, rà Juramento, na forma, que
,, lhe foy dado nessa Mesa tireis por
,, testemunhas as Pessoas que hovver
,, mais antigas, & que razaon ten-
,, haon de os conhecer, & saber
,, de suas pessoas, & qualidades, e
,, que naon sejaon por via algua
,, suspeytas, ao Iustificante nem a seu
,, pay may, & avos, o que ireis in-
,, quirendo a tè que sejais satisfeyto,
,, por seis Testimunhas, ao menos
,, coneses, & lhes perguntareis pe-
,, los Interrogatorios atraz escritos,
,, sobre cada hum delles may par-
,, ticularmente, dandolhes primeyro
,, Juramento aos Santos Evangelhos,
,, que naon desubraon, a pessoa al-
,, guna, o paraque foraon pergun-
,, tadas: porque cumpre a meu ser-
,, vizo haver em semellhantes dili-
,, gentias, todo, o segredo possi-
,, vel, & o mesmo segredo, quar-
,, dareis, & ò Freyre, que esses au-
,, tos processar, & os Instrumentos,
,, que de seus ditos fizerdes trarà
,, o dito Freyre a essa Messa de Or-
,, dem, sem em vosso poder, nem
,, seu ficar treslado algun. E sendo
,, caso que algunas das testemunhas
,, declarem, que os a cima nomea-
,, dos, ou algun delles naon saon
,, naturares dessa dita parte, & no-
,, me urem a parte certa donde
,, sejaon. Mando vos, que sendo den-
,, tre nesta Comarca vades, à tal
,, parte noncada pelas ditas teste-
,, munhas, & nella fazais esta dili-
,, gencia, na forma que nesta se de-
,, clara, & (sendo fora della, em
,, limite, que fique mais perro, do
,, que o lugar em que reside a Me-
,, sa de Ordens) ireis a tal parte,
,, & fareis a diligencia, na forma,
,, que eue a hovvereis de fazer, se
,, fora na Comarca onde viveis.

Statutum d Parte Peima T. 19. Como se haon de fazer a Provanzas, para tomorem, o Habito §. 11. pag. 33. Domodo que se haon de fazer as Inqi-

Inquiriçones aos Clerigos para tomaram o Habito.

„ E Por quanto as inquirizoes dos
„ Clericos, que se habilitaon pa-
„ ra o tomarem o Habito, para
„ entrarem nas Igrejas da Ordem,
„ & outros Beneficios, se costuma-
„ raon a tegora, a fazer por ordem,
„ do Juiz das Ordens, & os interro-
„ gatorios, naon saon tantos como
„ nos Commendadores, & Cavaleyros,
„ se usarà do estylo, que a tegora
„ se usou, com declarazaon, que
„ quando o Juiz das Ordens com-
„ metter as inquirizoes fora do lu-
„ gar onde estiver as committa ao
„ Juiz do Ordem da Comarca que
„ as tire, quer seja em limite desta
„ Orden, quer de outra, & (naon
„ o havendo) aon Vigarios geraes
„ dos Ordinarios (se alli onde se
„ forem fazer os houuer) & quando
„ os naon haja, aos Vigarios da
„ Vara, ou a quem a Mesa da Or-
„ den parecer.

Interrogatorios para a habilitaçaon dos Freyres das Ordens Militares.

„ DE que qualidade he o Justifi-
„ cante da parte de seu Pay,
„ May, & Avos de ambas as par-
„ tes.
„ Se tem, ou teve algum Officio, de
„ que seja obrigado a dar conta ou
„ tem algumas dividas, que naon
„ possa pagar, por donde à Ordem
„ fique obrigada.
„ Se tem commettido algum delito,
„ ou sacrilegio, perque seja obriga-
„ do à Justiza,
„ Se da parte de seu Pay, & May,
„ & Avos de ambas as partes tem
„ alguma raza de Judeo, ou Mouro.
„ Se seu Pay, & May foraon casados,
„ & nessa fama viveraon, & de en-
„ tre elles de legitimo Matrimonio
„ nasceo, o Justificante.
„ Se tem feyto algum voto de ir à
„ Roma, Ierusalem, ou Santiago,
„ se he professo em alguma Reli-
„ giaon.
„ Se he saon, tem aleyjaon, nem dis-
„ formidade.
„ Se he de boa vida, & costumes, &
„ dà de si bom exemplo.

DISCURSUS CXXIV.

JESU CHRISTI ET MILITIÆ S. DOMINICI

ARGUMENTUM

Exponitur series Belli Sacri Crucesignatorum, contra Hereticos Albigenses, praeeunte Divo Dominico Prædicatorum Fundatore, qui cum jam instituisset suorum Religiosorum Ordinem, ac etiam Monialium, erexit quoque Ordinem Militarem circa annos 1217. vel 1220. sub Titulo Iesu Christi Militiæ. Refertur Victoria de Albigensibus reportata; quas Regulas Fundator injunxerit his Militibus; quæ Vota emittant; quam Tesseram deferrent.

SUMMARIUM

1. *Albigensium Haresis debaccabatur circa annum 1176.*
2. *Nomen sumpsit à Civitate Albia Metropoli Albigensium.*
3. *Albigensis Haresis capita apud quos Scriptores enumerentur.*
4. *Sanctus Dominicus laboravit in profliganda Haresi Albigensium.*
5. *Innocentius III. Sacrum Bellum indixit contra illam, electo Belli Duce Simone Comite Monfortio, Cruce signatorum Exercitu collecto.*
6. *Hic Triumphum de Albigensibus repor-*

reportavit, in quo certamine praibat Sanctus Dominicus Crucifixi effigiem manu tenens, & Militibus ostendens.

7. *Novem Anni insumpti sunt in Bello Albigensium, quibus verbo, precibus, & miraculis pro fide Catholica laboravit Sanctus Dominicus* & n. 8.

9. *Crucifixi Effigies, quam manu tenebat Sanctus Dominicus, adhuc servatur in Sacra Inquisitione Tolosæ cum magna veneratione, & frequentia Miraculorum.*

10. *Milites antedicti vocantur Familiares Inquisitoris.*
Scholares Sancti Petri Martyris.
Crucem in Veste gerunt, & quam.

11. *Divus Dominicus, ut magis coerceret Albigensium Hæresim, hinc atque hinc furentem, instituit Tertium Ordinem Militarem, & Ecclesiasticum, nuncupatum* Militiam Jesu Christi *sub annis* 1217. *vel* 1220.

12. *Milites Jesu Christi dicebantur Sodales.*
Constitutiones, & Leges huic Ordini præscripsit.

13. *Vota Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis Conjugalis emittebant. Finis hujus Militiæ erat pugnare contra Hæreticos Armis quoad Milites, & quoad Ecclesiasticos cum Orationibus.*
Reicitur Comes in Koden Sapieha *erronee ponens annum fundationis.*

14. *Hi Equites tenentur quotidie quasdam Preces recitare, & quas.*

15. *Ordo hic fuit confirmatus à variis Pontificibus,* & n. 18.

16. *Diuus Dominicus fuit canonizatus Sanctus a Gregorio Nono.*

17. *Post mortem Divi Dominici fuit additus Titulus Ordini Christi Militia, & Militia Sancti Dominici, vel Fratres Militiæ Sancti Dominici* & n. 18.

19. *Admitti petentes in hunc Ordinem, debebunt probare per examen vitæ, & morum integritatem, esse Catholicos, offensas, & inimicitias dimisisse, & ante assumptionem Habitus condidisse suum Testamentum.*

20. *Matrimonium contrahere poterant Equites.*

21. *Uxores illorum jurabant, & in scriptis promittebant, quod non impedivissent Maritos ad Opus hoc perficiendum, dimicando usque ad Sanguinis effusionem.*

22. *Viduæ recipiebantur in Sodalitate a S. Dominico instituta.*

23. *Unica tantum vice poterant nubere.*

24. *Tessera Ordinis Crux est liliata, ad instar Constantinianæ, colore albo, & nigro bipartita, ut est Habitus Dominicanorum.*

25. *Crucis forma, à quibus Scriptoribus referatur.*

26. *Vocabantur etiam Equites Laborum.*

27. *Habitus Equitum est Vestis alba super Pallio nigro. Figura Equitis cum d. Veste & Cruce habetur apud Scriptores.*

28. *Equites suum eligebant Magistrum, cui obediebant.*

29. *Huic Ordini fuerunt aggregati Viri Principes, & conspicui,* & n. 30. & 31.

32. *Joannes de Austria in Ecclesia Sanctæ Catharinæ Barchinone per manus Patris Thomæ Roccabem Provincialis Dominicanorum fuit d. Ordini adscriptus.*

33. *Cessante Bello pene cessavit hæc Militia, & hodie d. Crux defertur ex motivo devotionis.*

34. *Post cessationem Belli, & exterminatis Hæreticis Albigensibus, & post mortem Divi Dominici Ordo mutavit nomen, & dictus est Ordo Fratrum, & Sororum de Pænitentia Sancti*

cti Dominici, *& fuit variis Privilegiis ditatus à Summis Pontificibus* & n. 35. & 36. & 37.

36. *Additus fuit Ordo Tribunali Sancti Officii*, *& Crux datur Familiaribus ejusdem*, *ac aliis Viris dignis*.

38. *Crux hæc*, *non in linea Equestri*, *sed causa devotionis confertur à Patre Generali Dominicanorum*.

39. *Patres Generales Dominicanorum ex privilegio Regum Hispaniarum dicuntur Magnates*, *& Proceres*, *& ut dicimus* Grandi di Spagna.

40. *Dictus Ordo confertur ab Inquisitoribus Ordinis Dominicanorum*, & n. 41.

42. *Exponitur Narratio integra super qualitate Ordinis*, *& an sint plures Ordines*: & n. 43. 44. 45. 46. 47.

48. *Exponuntur Sodalitates*, *& quæ sint earundem immunitates*, & n. 49. *&* 51.

52. *Catologus Reverendissimorum Patrum Generalium Ordinis Sancti Dominici exponitur*.

DISCURSUS CXXIV.

JESU CHRISTI ET MILITIÆ S. DOMINICI

Duodecimo Ecclesiæ currente Seculo, & præcise circa annum 1. 1676. infamis Albigensium Heresis debaccabatur, quæ pessima fuit Waldesium Hæresis soboles, & in quam veluti in sentinam Hæresum colluvies fluxerat. Albigenses autem Heretici 2. nomen sumpsere à Civitate Albię, vulgo Alby, quæ est Metropolis Albigensium, Tolosæ vicina, & Archiepiscopatus Albiensis, qui in Occitania, Gallicè *Languedoc* erectus fuit 3. Octobris 1668., cum quinque Suffraga-3. neis. Execrabilis Albigensium Hæręsis capita plurima sunt, quæ referre horrescit animus, & legi poterunt apud *Jacobum Bosium*, *Storia della Sacra Religione di S. Gio. Gerosolimitano Parte pr. lib.* 14. *pag.* 500. *Patrem Ignatium Hyacintum Amat. de Graveson Histor. Eccles. tom.* 4. *Par. Secunda à pag.* 503. *cum seq. juxta impressionem Romæ Typis Francisci Gonzagæ* 1718.

Ad hęc Monstra obtruncanda omnem movit lapidem Magnus ille Ecclesiæ 4. Heros, Divus Dominicus Ordinis Prędicatorum Fundator: siquidem ab Innocentio III. Pontifice Maximo, sacro contra Albigenses Hæreticos indicto Bello, & Cruci signatorum collecto Exercitu, cui plures d. Summus 5. Pontifex Indulgentias, & Privilegia impertivit, huic exercitui Viri Principes, Præsules, & Ecclesiastici se inscripserunt, & ejusdem Sacri Belli Dux electus fuit Simon Comes Monfortius, qui insignem de Albigensibus Victoriam, Triumphumque reporta-6. vit, præeunte Sancto Dominico, qui velut alter Moyses, intensissimis ad Deum precibus inter graviora discrimina vacabat, & Crucifixi effigiem, quam manu gerebat, Militibus ostentabat.

Novem annis in Hæresis confutationem, 7. in Predicationem, & Fidei defensionem strenue, & intrepide incubuit, verbo, precibus, & miraculis Catholicam Religionem propugnavit invictissimus Catholicæ Fidei Inquisitor Divus Dominicus. Videatur *Pater Graveson tom.* 5. *colloq.* 3 *per totum à pag.* 161. *cum seqq. juxta d. Impressionem Romanam*; *Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell'origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap.* 40. *pag* 586. *Ludovicus Paramo de origine Officii Sanctæ Inquisitionis*

tionis lib. 2. tit. 1. cap. 3. pag. Nobis 105.

8. Dicta Crucifixi Effigies, quam manu gerebat Dux strenuissimus Sanctus Dominicus pro Militari Vexillo miracula illa renovavit, quæ in Constantini Imperatoris Sacro Labaro patrata sunt; nam Hostium tela Vexilli hærebant Hasta, sed nequaquam damnum inferebant illi, qui illud ferebat, ut prosequitur *d. Justinianus d. pag. 586.* ubi subditur, quod eadem San-

9. ctissimi Crucifixi effigies adhuc servatur in Sancta Tolosæ Inquisitione, summa quidem veneratione, & miraculorum frequentia.

10. Ex antedictis liquet, quod Milites, qui opem ferebant, veluti ex Inquisitionis Familia, familiares in aliquot italiæ Provinciis Crucesignati vocantur: in aliis Sancti Petri Martyris Scholares communiter nuncupantur, Crucemque in extima Veste gestant ex purpureo serico filo aureo per oram ornatam: *d. Parancus* ubi supra.

11. Hinc ad magis coercendos Hæreticos Albigenses, qui eorum Hæresi, non solum Tolosæ Regiones infecerant, sed & etiam ad Lombardiæ partes, & Hispanias extendere Diabolo suadente satagebant, idem Divus Dominicus, jam Prædicatorum, & Monialium duos Ordines instituisset, tertium quoque Ordinem in Militarem, & Ecclesiasticum pro Masculis, ac Fœminis bipartitum, tertiaque sub Regula constituendi motivum interim sumpsit sub annis 1217., vel 1220.

12. Cœtum, quem instituit *JESU CHRISTI* Militiam nuncupavit, eosque Sodales JESU CHRISTI Milites: huic Ordini, & Equitibus Constitutiones, & Leges præscripsit. Siquidem Obedientiæ, Paupertatis & Castitatis conjugalis Vota emittebant, & finis Militiæ fuit ad Hæreticos insectandos Armis, ad

13. instar eorum Militarium Ordinum institutorum ad profligandos Armis Etnicos, & Barbaros; & respectu Ecclesiasticorum, ut ipsi orationibus militarent; & errantes ad viam salutis revocarent: *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. quæst. 2. §. 13. n. 36. Parancus loco superius allegato: Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Par. Seconda cap. 4. pag. 585. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 3. pag. 262. Pater Philippus Bonannus Catalog. Ordin. Equestr. n. 55. Pater Ignatius Hyacintus Amat de Graveson Histor. Eccles. tom. 5. colloq. 6. pag. 521., juxta impressionem Romæ, Typis Francisci Gonzagæ 1719. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie Ancienne, & Moderne lib. 1. Dissert. 10. art. 3. pag. 228. & seqq. juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart anno 1718., & in Tabulis Alphabeticis, & Chronologicis pag. 512.* asserit incertum esse tempus institutionis: *Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Castellanus Trocensis &c. Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Polonia in Corollario celebriores in Christianitate Ordines continente in Verbo JESU CHRISTI Militaris Ordo pag. 289.* ubi ponit errate fundationem sub anno 1200. Nam de illo tempore non erat adhuc approbata Dominicana Religio, impresso post Volumen ejusdem Auctoris sub Titulo - *Adnotationes Historicæ de Origine &c. Ordin. Equitum Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ impress. Coloniæ apud Adamum Colinum* 1730.

Inter Regulas à Sancto Institutore præscrip.

14. scriptas adest obligatio Cruce hac signatis quotidie recitandi certas Orationes Dominicales, ac Salutationes Angelicas Horis Canonicis, nec non aliquorum Jejuniorum: *d. Justinianus d. pag.* 585. *d. Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 262.

Ordinem hunc fuisse approbatum à Ro-
15. manis Pontificibus constat, nam de confirmatione Innocentii III. testatur *d. Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 2. §. 13. *n.* 36. *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 289 *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 229. ab Honorio III. Gregorio IX., Innocentio IV., Honorio IV., Joanne XXII., Bonifacio IX., Eugenio IV., Sixto IV., Alexandro VI. refert *Iustinianus d. cap.* 4. *pag.* 585. *d Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 262., *& seq.* Equites Societatis Christi nuncupati fuere: *d. Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 263.

Hic Ordo à Divo Dominico, ut supra
16. dictum est, institutus, sub inclito nomine *Militiæ JESU CHRISTI*, postquam Sanctus Institutor cumulatus meritis obdormivit in Domino, &
17 à Gregorio IX. Pontifice maximo in Sanctorum numerum fuit relatus, additamentum accepit in Titulo, & in tanti fundatoris honorem nuncu-
18. patus fuit *Christi Militia, & Militia Sancti Dominici*, ut notat *d. Ludovicus à Paranco de origine Officii Sanctæ Inquisitionis lib.* 2. *tit.* 1. *d. cap.* 3. *a pag.* 103., & ita nominant Scribentes de illo, ut videre est apud *d. Abbatem Justinianum d. pag.* 585., ubi quod appellantur etiam *Fratres Militiæ Sancti Dominici*: *Bonannus d. n.* 55.

Qui admitti ad hunc Ordinem cupie-
19. bant, probare tenebantur per rigorosum Examen eorum vitæ, morumque integritatem, verumque erga Catholicam Fidem zelum, omnique debito satisfecisse, offensas, & inimicitias dimisisse: tenebantur prætereà ante Assumptionem Habitus Testamentarias eorum Bonorum Tabulas scripsisse, ut ita prompti essent pro Christiana Religione mori: *d. Abbas Justinianus d. cap.* 40. *pag.* 585. Ma-
20. trimonium contrahere poterant hi Equites: *d. Pater Honoratus à Sancta Maria lib.* 1. *Dissert.* 10. *art.* 2. *pag.* 228., *& seq. ubi in Annot. sub lit. A.* allegat *Favin. Tambur. della Roque, Justinianum.*

Demum illi, qui Uxorem habebant,
21. vel suscepturi erant, tenebantur eorum Uxores inducere ad iurandum, ac in scriptis promittendum, se non impedituras eorum Maritos, sed potius exhortaturas eosdem ad opus tam Sanctum perficiendum, usque ad sanguinis effusionem, dimicando contra Sanctæ Ecclesiæ Hostes: si vero in Viduitate remansissent dictę Uxores, ipsis volentibus, aggregabantur Sororum Sodalitati ab eodem Sancto Dominico institutæ: *d. Justinianus d. cap.* 40. *pag.* 585.

Quoad castitatem coniugalem, notan-
23 dum quod nubere solum poterant unica vice: unde in Tesseram hujus Ordinis præscripsit Crucem liliatam, ut
24. est Crux Constantiniana colore albo, & nigro bipartita, quemadmodum dicto duplici colore albo, & nigro constat Habitus Ordinis Dominicanorum: *Fernandes de Castillo Histor. lib.* 1. *cap.* 49. *d. Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 2. §. 13 *d. Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap.* 40. *pag.* 585. *d. Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 262, *& tom.* 4. *pag.* 421. *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 289. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 229.

Crucis forma cęlata habetur apud *d. Abbatem*

25. *Abbatem Justinianum d. cap. 40. pag. 584. d. Patrem Bonannum d. n. 55. & in Generali Collectione Insignium n. 50. pag. 52. d. Collectorem Gallum d. tom. 3. pag. 262. d. Patrem Honoratum à Sancta Maria in addit., & Correct.* d. sui Voluminis *Dissert. Historiques, & Critiques sur la Chevalerie pag. 465. sub n. 49., & tom. 4. in explicat omnium Stemmatum pag. 421. sub n. 67.* Et quoniam Crux super Habitu albo habebat Labarum Constantinianum, fuerunt quoque vo-
26. cati *Equites Laborum: d. Justinianus d. pag. 585.*

Habitus erat vestis alba super Pallio nigro:
27. *d. Mendo d. Disq. 1. quæst. 1. §. 13. n. 36. d. Bonannus d. n. 55. Collector Gallus tom. 3. pag. 262.* Figura Equitis dicta Cruce, & Toga induti habetur apud *d. Bonannum* ubi supra, *& Collectorem Gallum d. pag. 262.* Equites ex ipsis suum eligebant Ma-
28. gistrum, cui obedientiam præstabant: *d. Mendo d. Disq. 1. quæst. 2. §. 13. n. 36. idem Bonannus n. 55.*

Huic Militiæ nomen dedere Viri Princi-
29. pes, quos inter clar. me. D. Comes de Monfort, Dux Leopoldus VII. Austriæ, cum Ditionis suæ, ac Alemaniæ Nobilibus, Dux Burgundiæ Eudo, Dux Henricus Navarræ, Archiepiscopi, & Episcopi Bijonæ Lymosin, Guido Comes Bigorti frater D. Comitis Simeonis, Almericus Comes di Monforte, Guilelmus Comes de Giuliae, de quibus meminit *d. Justinianus, d. pag. 586. d. Pater Honoratus à Sancta Maria lib. 1. Dissert. 10. Art. 3. pag. 229.*

Militiam hujusmodi Religioso Domini-
30. canorum Zelo in varias, non Europæ solum Provincias, sed extra quoque Indiarum Regiones extensam fuisse testatur idem *Justinianus d. pag. 586. d. Collector Gallus tom. 3. pag. 262.*

Quod in Aragoniæ Regnum anno 1665.
31. invectus fuerit hic Ordo in Gradu considerabilis Militiæ, cui adscripti fuerunt Viri præclari, & Principes, quos inter Don Joannes de Austria
32. Philippi IV. filius, qui Joannes in Ecclesia Sanctæ Catharinæ in Civitate Barchinonensi solemniter per manus Patris Thomæ Roccaberti Provincialis Dominicanorum, receptus fuit, testatur *Pater Ascanius Maria de Crispi Neapolitanus in suis Negotiis Manuscriptis*, quem sequitur *d. Justinianus d. pag. 587. Collector Gallus d. tom. 3. pag. 263.*

Cessante autem Sacri Belli occasione, &
33. temporis decursu, hæc quoque Militia pene cessavit; adeo ut hodie tradatur Crux non in Tesseram Equestrem, sed ex motivo devotionis, ut notando prosequitur *d. Justinianus d. pag. 587. d. Collector Gallus pag. 263.* Et quod mortuo Sancto Domi-
34. nico, & exterminatis penitus Hæreticis Albigensibus, cum ille Ordo haud amplius necessarius videretur, mutato nomine, & instituto, dictus est *Ordo Fratrum, & Sororum de Pænitentia Sancti Dominici* à Summis Pontificibus haud paucis Privilegiis
35. exornatus, totidem verbis scribit *d. Pater Gravesun d. pag. 521. tom. 3. d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag. 229 d. Comes in Koden Sapieha d. Corollario d. pag. 289.*

Restaurata tamen remansit Apostolica
36. Auctoritate, ac Catholicorum Regum, & addicta Sacro Tribunali Sancti Officii, ac Locorum Inquisitoribus; idcirco ejusdem Tribunalis Ministri hujus Ordinis Cruce decorantur, quæ pariter confertur aliis di-
37. gnis Viris, & illa ornati variis spiritualibus, & temporalibus Privilegiis gaudent; idem *Justinianus d. pag.*

pag. 587. *d. Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 262.

Cæterum Jus conferendi honorariam 38. hanc Crucem, quæ devotionis gratia, siquidem non in linea Equestri confertur, spectat ad Patrem Generalem inclyti Ordinis Dominicanorum, quia Pater Generalis ex Privilegio Catholicorum Hispaniarum Regum, inter Hispaniarum Magnates, & 39. Proceres adnumeratur, & ut dicitur *Grande di Spagna del primo Ordine*, sicut refert *d. Justinianus d. pag.* 587.

Confertur quoque à Patribus Domini- 40. canis Inquisitoribus, ut liquet ex Litteris Patentibus collationis hujus Ordinis, per Inquisitorem Avenionensem anno 1644. expeditis, & ex Pergameno desumptis, tenoris, ut sequitur - *Frater Joannes Ferrandus Ordinis Fratrum Prædicatorum Doctor, & Professor Theologus Inquisitor Generalis Sanctæ Fidei in Civi-* 41. *tate, & Legatione Avenionis Dilecto nobis in Christo Filio Nobili Joanni Fleury Domino de Fontaine Parisiensi salutem in Domino sempiternam. Exigit Justitia, & demandata Nobis Sancti Officii ratio, ut quos pius, & fervidus erga Matris Ecclesiæ propagationem Fideique augmentum zelus arctius commendat, congruis honoribus prosequamur. Qua propter te Dilectum Nobilem Dominum Joannem Fleury, de cujus Doctrina, meritis, Fideique integritate, & ardentissimo erga Romanam Ecclesiam studio satis omnibus constat, Ordinis Militaris JESU CHRISTI, ac Sanctissimi Patris Nostri Dominici, atque Divi Petri Martyris Equitem Torquatum, tenore præsentium instituimus, & creamus ex facultate Nobis in hoc per Sanctam Sedem Apostolicam concessa, dantes tibi facultatem gestandi Crucem albam videlicet, & nigram, floribus liliorum terminatam, & deauratam in collo, Pallio, insignisque suis, una cum privilegiis omnibus, prærogativis, immunitatibus, honoribus, & cæteris quibuscumque huic Sacræ Militiæ concessis, tam per Summos Pontifices, quam per alios Orbis Monarchas, ut sic illustris hujusce Ordinis, & frequentius recorderis, quod te prioribus Donis pro Comilitonibus suis afficere dignatus fuit. Sic enim addetur gratia Capiti tuo per Torquem collo tuo; sic vere torquatus duplicatis honoribus congeminata sorte cumulaberis; sic erunt compedes ejus in protectionem fortitudinis, & laudem Virtutis, & torques illius in stolam gloriæ. Hic in præsenti gratia, mox in futuro cælestis plenitudinis indeficienti pabulo recreandus.*

Datum Avenione in Palatio nostro Sancti Officii anno Incarnationis Verbi millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto, & die decima mensis Novembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Innocentii Divina Providentia Papæ Decimi anno ejus primo: sigillentur.

Frater Ioannes Ferrandus Inquisitor Generalis Sanctæ Fidei qui supra: Mandato, & jussu ejusdem Admodum Reverendi Patris Inquisitoris Generalis Secretarius *Sancti Officii*.

Quæ Patentes Litteræ habentur penes *d. Collectorem Gallum d. tom.* 3. *pag.* 264., *& seqq.* ubi etiam in Gallicum idioma translatæ habentur.

Porrò cuncta, quæ occasione agendi 42 de hoc Ordine *Jesu Christi* cumulant Scribentes, quæque rem hanc involvere videntur, hic recensebimus, & pro nostrarum conditione virium, dilucidare curabimus. Præmittimus, quod prædictus *Collector Gallus pag.* 262. scribit, quod censent aliqui Ordinem

dinem Equestrem Sanctæ Mariæ Rosarii fuisse unitum huic Ordini *JESU CHRISTI*, & eodem tempore institutum: sed Nos agemus in Discursu peculiari de *d. Ordine Sacro Mariæ Rosarii*. Scribit pariter *Collector Gallus*, quod in memoratis patentibus litteris, sigillum cum cordulis sericis albi nigrique coloris adest, cera nigra appositum, quo sigillo Crucifixi effigies aderat, ad cujus pedes genuflexus conspicitur Divus Dominicus, supraque scutum cum binda, tribusque stellis, nec non aliis crescentibus. In vertice Stemma Equitis aderat pariter aureo collare, tribus Coronis super impositis, in quarum medio locatus est Ensis evaginatus, & Fax accensa, dictæque Coronæ catenulæ innitebantur, & ab ea Crux liliata, cum sacro Hieroglifico Christi nomen continente in medio Crucis. Rursus in iisdem Patentibus Litteris mentio expressa fit verbis sequentibus *Ordinis Militaris Crucis JESU CHRISTI, ac Sanctissimi Patris nostri Dominici, ac Divi Petri Martyris*. Demum *d. Collector Gallus d. pag.* 267. ponit Statuta dicti Ordinis, & quidem sub hoc Titulo - *Regula, & Statuta Equitum Sacri Imperii Crucis JESU*.

43. Sed in dictis Statutis mentio non fit Collaris, vel Torquis circumdantis Stemma memorati Equitis: tantummodo habetur, quod Fratres servientes hujus Ordinis deferre debent in Pallio Crucem pro parte albam, & pro parte nigram liliatam, & collo crucem argenteam, ut dicitur *Smaltata*, coloris pro parte albam, & pro parte nigram, ad discrimen Equitum Nobilium, Doctorum, & Commendatorum magnę Crucis, qui deferunt auream, & ut dicitur *Smaltata* albi coloris, cum sequenti Epigraphe *In hoc signo vinces*. Neque pariter in his Statutis exprimitur, quod hic Ordo nomen gerat Sancti Dominici, neque Sancti Petri Martyris, exprimiturque tantum, quod ultra Assembleas extraordinarias habebuntur Assembleæ ordinariæ (super quibus non cadet dispensatio) certis Solemnitatibus in ipso Statuto enumeratis, quas inter exprimitur Festum Sancti Dominici, & Sancti Petri Martyris, quibus diebus sacraque Capella Sacra peragi debent. Postremo in iisdem Statutis decernitur, quod in eodem Ordine adsit magnus Magister Restaurator, & qui totum regat Ordinem, qui magnus Magister potest immediate Equites in Ordinem admittere, vel mediante illius Delegato.

Ponit simili modo *d. Collector Gallus tom. 3. pag.* 269. id quod ex *Patre Jo. Maria Cannepano* in suo Volumine, cui Titulus -- *Scudo inespugnabile de' Cavalieri di S. Fede della Croce di S. Pietro Martire* impresso *Mediolani* 1579. scriptum reliquit Pater Heliot de Equitibus, scilicet, qui vocantur Equites Fidei JESU CHRISTI, & Crucis S. *Petri Martyris*, quorum Statuta refert d. *Cannepanus*, una cum Indulgentiis, ac Privilegiis à Summis Pontificibus, ut asseritur, concessis.

44. Multiplex hactenus recensita rerum series non levem, ut diximus confusionem ingerit: videtur enim per antedicta comprobari alios adesse Ordines diversos ab Ordine memorato JESU CHRISTI, quem Divus Dominicus instituit: siquidem diversimode de Titulo inscribantur; dicuntur quippe Ordo Militaris Crucis Jesu Christi, Sancti Dominici, & Sancti Petri Martyris, Ordo Sacri Imperii Crucis Jesu; Ordo Equitum Sanctę Fidei, & Sancti Petri Martyris. Diversa

versa assignantur Stemmata, hoc est Christi Domini Crucifixi Effigies, & coram ea genuflexus Divus Dominicus: Crux liliata Monugramma Constantinianum in medio tenens, Regulæ demum diversitatem Ordinum demonstrant assertorum Equitum gradus habentium Nobilium, & non Nobilium, Crucem albi nigrique coloris, ac argenteam gerentium, ad tradita per *d. Collectorem d. tom.* 3. ubi supra.

At de facili tolluntur æquivoca, prædictæque narrationes dilucidantur: quatenus enim spectat ad tenorem Litterarum dictæ Creationis in Equitem à dicto Patre Inquisitore in Civitate Avenionensi factam, ex earundem lectura patet ad litteram, quod ille Dominus de Fleury recipitur in Ordinem Militiæ Jesu Christi. Proinde nullum authenticum Documentum producitur, quo comprobatur nova fundatio Ordinis diversi ab Ordine Militiæ JESU CHRISTI. Nulla Summi Pontificis confirmationis Bulla, vel Decretum, neque Scriptor de illo anno allegatur: unde cætera verba stemmatis alteratio, in substantia continent additamenta indulta, juxta locorum, & temporum circumstantias, ex Pio Patrum Inquisitorum arbitrio, ut arguit *d. Collector Gallus d. pag.* 268., sicque de plano sequitur, non plures, sed unum eundemque esse Ordinem *JESU CHRISTI* à Divo Dominico institutum.

Respectu vero Statuti superius relati, 45. cum hic recurrant animadversæ ponderationes, & nullum produci authenticum Documentum, neque Auctorem, qui de illo scripserit, concludendum, illud esse suppositium, ut prosequitur idem *Gallus Collector d. tom.* 3. *pag.* 268.

Et quatenus spectat ad Equites *Fidei Iesu Christi*, & Crucis Sancti Petri Martyris, de quo videantur quæ innuimus in *Discursu Jesu Christi*, qui est superius in ordine il XC. urgent motiva antecedenter ponderata, quod nulla de illo Equitum cœtu probatio adducitur innixa alicui Documento, alicui Decreto, alicui confirmationi, vel Scriptori de illo loquenti, præter *d. Patrem Jo. Mariam Cannepanum*, qui cum in dicto suo Volumine plures enumeret Summorum Pontificum Bullas loquentes de Equitibus Crucesignatis ad præliandum contra Albigenses, de quibus in hujusce Discursus initio, nullaque adsit Bulla mentionem faciens de his Equitibus Sanctæ Crucis, & Sancti Petri Martyris, credibile hinc redditur, quod illis temporibus memorati Equites penitus essent incogniti, ut ratiocinatur *d. Collector Gallus d. pag.*, à quo nihil aliud in substantia eruitur, quam quod alias in Diœcesibus Mediolanen., Hipporedien, & Vercellen. nonnulli gradum hunc affectarunt, sed id simplicem constituebat Societatem piam utriusque sexus, cujus Alumni Votum emittebant deferendi Crucem in honorem D. N. I. C. ad Fidei Catholicæ exaltationem, & Hæreticorum destructionem, ipsamque vitam profundendi in Fidei defensionem, ad requisitionem Inquisitorum, eorumque Vicariorum, pro rebus ad S. Inquisitionem spectantibus, ut fert Formula Voti; & Voti verba habentur apud *d. Collectorem Gallum dic. pag. &c.*

Rursus in Ditione Mediolanensi alia pariter habebatur Societas Nobilium Virorum Sanctæ Inquisitionis Officialium, qui antedictum emittebant Votum: sed de præsenti nil aliud peragunt, quam Juramentum inserviendi Sacræ Inquisitioni, & de ad illam defe-

deferendi omne id, quod eidem præjudiciale judicabitur.

Hos autem super vestem, aliquam gessisse Crucem non constat, ac tantummodo, quoties de Ordine Inquisitoris reum aliquem capiunt, vel ad Inquisitionis Tribunal deferunt, Crucem gerunt octangularem, ut Equites militantes, albam tamen, & nigram, non autem liliatam, de qua supra. Atque ita asserti Equites, de quo *d. Pater Cannepanus*, nil aliud sunt, quam Sanctæ Inquisitionis Officiales, qui sane in Orbe Catholico, & præcipue in Hispaniis, viri sunt Nobiles, ac conspicui, qui nobili huic ministerio adscribi satagunt, ut prosequitur *d. Collector Gallus d. pag.*, ubi advertit, quod Volumen memorati *Patris Cannepani* fuit ab Inquisitione suspensus, & prohibitus.

Ex hucusque in hoc Discursu narratis, & respective legendis in alio nostro

47. Discursu *Sanctę Mariæ Rosarii* in sua Sede registrando, liquet, quod solum prænominati duo Ordines JESU CHRISTI, & SANCTÆ MARIÆ ROSARII, revera à Sancto Dominico instituti fuerunt; unde de plano sequitur, quod cœteri asserti Ordines, de quibus meminimus retro à §. *Porrò cum seqq.*, vel fuerint nuda additamenta iisdem duobus Ordinibus, vel nullatenus Militares Ordines fuerint, sed solummodo piæ Sodalitates ad preces fundendas Deo Optimo Maximo, & Religionis Opera exercendum, prout tales revera sunt que ad hodierna tempora, quotquot adsunt in variis Civitatibus Sodalitates illæ sub Sanctissimæ Crucis Titulo aggregatę Sancto Officio Inquisitionis, & sub spirituali Regimine inclyti Ordinis Sancti Dominici, quibus adscriptis datur Crux rubea, vel alterius coloris, & ob id vocantur Confraternitates Crucesignatorum, quæ Crux gratia devotionis geritur, cum participatione spiritualium Privilegiorum, & Indulgentiarum, magno Animæ lucro, quę Indulgentiæ plurimæ sunt, & legi possunt in peculiari libello Ferrarię impresso, & de quibus meminit D. Eminentissimus *Petra* ad Constitut. 17. Innocentii IV. sub n. 8., & 9. tom. 3.

Plura quoque loca sunt, in quibus hu-

48. jusmodi pię Sodalitates Crucesignatorum florent. Dicta Confraternitas concessa fuit Reipublicæ Sancti Marini septima Septembris anno 1536. Adest in Civitate Ferrariæ, Faventiæ, Imolæ, Senogalliæ, Bononiæ, in Castro Bononiensi Centi, & Plebis. Videatur *Cardinalis Albitius de Inconstantia in Fide cap. 29.*

Circa quas Sodalitates, eorumque Confratres Crucesignatos, dicimus, quod iidem sunt Ministri Sancti Officii, sed gaudent solummodo Privilegiis spi-

49. ritualibus, juxta Bullam Clementis VII. in ordine *la* 27. *tom* 1. *Bullar.* subduntur Jurisdictioni Episcoporum, à quibus eorum Confraternitates, ubicumque istæ sint, possunt visitari: bon. me. *R. P. D. Dandini Patricius Cesenatensis* in Romana Curia dum vivebat doctus, & eruditus Prælatus *De suspectis de Hæresi cap.* 4. *Sec.* 2. *n.* 12., *&* 13. *Eminentissimus Petra ad Constit. Apostolicas ad Constit.* 17. *Innocentii IV. n.* 11.

Nisi in contrarium vigeat consuetudo:

50. *d. Dandinus d. cap.* 4. *n.* 12., *&* 13. *Cardin. quippe Albitius de Inconstan. in Fide cap.* 29. *n.* 118. inquit Sacram Congregationem resolvisse, non esse circa Visitationem quidquam innovandum per Episcopos, si constet per prius Episcopos easdem Confraternitates non visitasse.

At quod dicta conclusio patiatur difficultatem

cuitatem bene advertit laudatus *Cardinalis Petra d. n.* 11, ubi subdit, quod difficultatem ipsam agnovit ipsemet allegatus Cardinalis *Albitius:* nam, ut possit prejudicari Episcopo in tali jure visitandi, requiritur longævum tempus, cum titulo putativo, & patientia Episcoporum. Simplex enim possessio cum patientia præsertim unius Episcopi, nequit præjudicare possessioni, & semper competit Visitatio saltem auctoritate delegata, ut de loco exempto, & quatenus Episcopus sit in possessione, certo certius est manutenendus, quia tunc concurrit assistentia Juris, & possessio.

51. Non possunt tamen Episcopi cogere dictos Confratres ad redditionem rationis, nisi cum interventu Inquisitoris, ut prosequitur *Dandinus* ubi supra, allegando dic. *Albitium* loco prędicto, ubi plura enumerat Decreta Sacrę Congregationis Sancti Officii, circa hanc materiam Visitationis Episcoporum harum Confraternitatum: sic etiam *d. Eminentissimus Petra d. n.* 11.

52. *Sequitur series Chronologica Magistrorum Generalium Sacri Ordinis FF. Prædicatorum, a S. Dominico anno Domini 1215. sub Innocentio Papa III. instituti, nec non Romę apud S. Sabinam anno 1216 die 22. Decembris ab Honorio Papa III. confirmati.*

1. SAnctus Dominicus Institutor anno 1215., rexit Ordinem an. 6. obiit Bononiæ 5. Augusti 1221.
2. F. Jordanus Teutonicus electus Parisiis anno 1222., rexit Ordinem an. 14. naufragio periit 13. Feb. 1236.
3. S. Raymundus de Peñafort, electus Bononię 1238., rexit Ordinem an. 2. sponte cessit, obiit Barcinone 6. Januarii 1275.
4. F. Joannes Teutonicus electus Parisiis anno 1241., rexit Ordinem an. 13. obiit Argentinæ 4. Novemb. 1252.
5. Beatus Humbertus Burgundus elect. Budæ 1254., rexit Ordinem annos 9. sponte cessit, obiit Valentiæ in Galliis 14. Julii 1274.
6. F. Joannes de Vercellis elect. Parisiis 1264., rexit Ordin. an. 20., obiit apud Montem Pesulanum 24. Novem. 1283.
7. F. Munio Zamorensis elect. Bononiæ 1285. rexit Ord. anno 6. dein cessit jussu Nicolai Papæ IV. 1291. obiit Romæ 19. Feb. 1295.
8. F. Stephanus Bizontinus Burgundus electus Romæ 1292. rex. Ordin. an. 3. obiit Lucæ 25. Nov. 1295.
9. F. Nicolaus Boccasinus de Sarvisio elec. Argentinę 1296. rex. Ordin. an. 3. ad Purpuram assumptus, dein. Benedictus Papa II. sedit an. 8. dies 6. obiit Perusiæ 7. Julii 1304.
10. F. Albertus Clavarus Genuensis elect. Massilię 1300. rex. Ordi. an. 3. obiit Anagnię 28. Augusti 1300.
11. F. Bernardus de Lazico Burdegalensis elect. Coloniæ 1301. rex. Ord. an. 3. obiit Trevisiis 17. Sep. 1303.
12. F. Aymericus Placentinus elect. Tolosæ 1304. rex. Ord. an. 7. sponte cessit 1311. obiit Bononiæ 12. April. 1327.
13. F. Berengarius Rutenensis elect. Carcassonæ 1314. rex. Ord. an. 5. demum Archiepiscopus Compostellanus creatus obiit Cordubæ 1. Sep. 1325.
14. F. Herveus Natalis Aremoricus elect. Ludguni 1318. rex. Ord. an. 6. obiit Narbonæ 9. Augusti 1323.
15. F. Barnabas de Vercellis elect Burdigalæ 1324. rex. Ordin. an. 8 obiit Parisiis 18. Januarii 1333.
16. F. Ugo de Vansteman in Campania Gallus elect. Divionæ 1333. rex. Ord. an. 8. obiit Avenione 8. Aug. 1341.

F. Ge,

17. F. Gerardus Sancto Domarensis Gallus elect. Carcassonæ 1341. rex. Ord. an. 3. ad Purpuram assumptus obiit Tolosæ 27. Julii 1345.
18. F. Petrus de Palma Gallus elect. Parisiis 1343. rex. Ordin. annos 2. obiit Parisiis 1. Martii 1345.
19. F. Guarinus de Giaco Gallus elect. Brivæ 1346. rex. Ordin. an. 2. obiit in Monte Pesulano 8. Aprilis 1348.
20. F. Joannes Morlandinus Gallus elec. Barcinonæ 1349. rex. Ordin. annos 2. ad Purpuram assumptus 1351. obiit Avenione 23. Feb. 1353.
21. F. Simon Lingoniensis Gallus elect. apud Coltras 1352. rex. Ordin. an. 14. ad Episcopatum Nanneten. assumptus: obiit Nannetæ 7. Junii 1375.
22. F. Elias Tolosanus Petracoriensis electus Avenione 1367. rex. Ordin. ante Schisma, & an. 10. post obiit Avenione 20. Junii 1390.
23. Beatus Raymundus de Capua elect. Bononiæ 1380. sub obedientia Urbani VI. rex. Ordin. an. 19. obiit Nurimbergæ 5. Octob. 1399.
24. F. Thomas de Firmo elect. Urini 1401. rex. Ord. an. 13. obiit Genuæ 7. Augusti 1413.
25. F. Leonardus de Datis Florentinus elect. Florentiæ 1414. rex. Ordin. an. 21. ad Purpuram vix assumptus obiit Florentię 16. Martii 1426.
26. F. Bartholomæus Texerius Gallus elect. Bononiæ 1426., rex. Ordin. an. 24. obiit Lugduni 15. Octob. 1449.
27. F. Petrus Roschinus Gallus elec. Lugduni 1450. rex. Ord. dies 15. obiit ibidem 16. Maji 1450.
28. F. Guido Hamochettus Gallus electus Romæ 1451. rex Ord. an. 1. obiit Neapoli 18. Novembris 1452.
29. F. Martialis Auribelli Avenionen. el. Nannetæ 1453. rex. Ord. an. 8. dein cessit jussu Pii II. 1461. sed iterum elect. Novarræ 1465. rex. Ord. an. 8. obiit Aven. 21. Settembris 1473.
30. F. Conradus Altensis elec. Senis 1461. rex. Ord. an. 3. dein sponte cessit: obiit Astæ 15. Decembris 1470.
31. F. Leonardus de Mansuetis Perusinus post mortem Auribelli elec. Romę 1474. rex. Ord. an. 6. obiit Romæ 25. Junii 1480.
32. F. Saluus Casetta Panormitanus elec. Romæ 1481. rex. Ord. an. 2. obiit Romæ 15. Septembris 1483.
33. F. Bartholomæus Comatius Bononiensis elec. Romæ 1484. rex. Ord. mens. 10. obiit Perusiæ 4. Augusti 1485.
34. F. Barnabas Saxonus de Neapoli elec. Venetiis 1486. rex. Ord. mens. 1. obiit ibidem 29. Julii 1486.
35. F. Joachinus Turrianus Venetus, elec. Venetiis 1487. rex. Ord. an. 13. obiit Romę 1. Augusti 1500.
36. F. Vincentius Bandellus de Castronovo elect. Romæ 1501. rex. Ordin. an. 6. obiit Montisalti in Calabria 22. Augusti 1506.
37. F. Joannes Clereus Nortmannus electus Ticini apud Insubres 1507. rex. Ordin. mens. 4. obiit ibidem 9. Augusti 1507.
38. F. Thomas de Vio Cajetanus elect. Romę 1508. rex. Ordin. an. 10. ad Purpuram assumptus 1517., obiit Romæ 9. Septembris 1534.
39. F. Garzias Aloaysa Hispanus elect. Romæ 1515. rex. Ordin. an. 6. ad Oxomensem Episcopatum, deinde ad Purpuram assumptus obiit Villemantę 21. Aprilis 1546.
40. F. Franciscus Silvester Ferrariensis elect. Romæ 1525. rex. Ordin. an. 3. obiit Rhedonibus 24. Septembris 1528.
41. F. Paulus Butigella Ticiensis elect. Romę 1530. rex. Ordin. an. 1. obiit Neapoli 9. Octobris 1531.
42. F. Joannes de Fenario Gallus elect. Romæ

Romæ 1532 rex. Ordin. an. 6. obiit Tolosę 6. Julii 1538.

43. F. Augustinus Recuperatus Faventinus elect. Romę 1539. rex. Ord. an. 1., obiit Romę 20. Decemb. 1540.

44. F. Albertus Casaus Hispanus elect. Romæ 1542. rex. Ordin. an. 2. obiit Vallisoleti 16. Novembris 1544.

45. F. Franciscus Romæus Beatinus elec. Romę 1546. rex. Ordi. an. 6., obiit Romę 20. Julii 1552.

46. F. Stephanus Usurmaris Genuensis, elect. Romæ 1553. rexit Ord. an. 4. obiit Romæ 3. Martii 1557.

47. F. Vincentius Justinianus Chiensis elec. Romæ 1558. rex. Ordin. an. 12. ad Purpuràm à S. Pio V. assumptus. 1570. obiit Romæ 28. Octob. 1582.

48. F. Seraphinus Caballus Brixiensis in Italia elect. Romę 1571. rex. Ord. àn. 7. obiit Hispali 21. Novembris 1578.

49. F. Paulus Constabilis Ferrariensis elect. Romæ 1580. rex. Ordin. an. 2. obiit Venetiis 17. Septembris 1582.

50. F. Sixtus Fabri Lucensis elect. Romæ 1583. rex. Ord. an. 6. jussu Sixti V. cessit: obiit Romæ 16. Junii 1583.

51 F. Hyppolitus Maria Beccaria Pedemontanus elect. Romæ 1589. rex. Ordin. an. 11. obiit Neapoli 3. Augusti 1600.

52. F. Hieronymus Xavierre Cæsaraugustanus elect. Romæ 1601 rex. Ordin. an. 6. ad Purpuram assumptus à Paulo V. 1604. obiit Vallisoleti 17. Septembris 1608.

53. F. Augustinus Galaminus Brissichelensis elect. Romæ 1608. rexit Ordin. an. 3. ad Purpuram assumptus à Paulo V. 1611. obiit Auximini 30. Augusti 1639.

54. F. Seraphinus Sicchus Ticiensis elec. Romæ 1612. rexit Ordinem an. 16. obiit prope Avenionem 27. septembris 1628.

55. F. Nicolaus Rodulphius Florentinus elect. Romę 1629. rexit Ordin. an. 15. dein jussu Urbani VIII. cessit 1645. obiit Romæ 28. Maii 1650.

56. F. Thomas Turcus Cremonensis elect. Romæ 1644. rex. Ordin. an. 5. obiit Romæ 5. Decembris 1649.

57. F. Joannes Baptista de Marinis Genuensis elect. Romę 1650. rex. Ord. an. 19. obiit Romę 6. Maii 1669.

58. F. Joannes Thomas Roccaberti Hispanus elect. Romę 1670 rex Ordin. an. 6. ad Archiepiscopatum Valentinum assumptus 1676. obiit Inquisitor Generalis Matriti 13. Junii 1699.

59. F. Antonius de Monroy Mexicanus elect. Romæ 1677. rex. Ordin. an. 9. ad Archiepiscopatum Compostellanum assumptus 1685. obiit Compostellæ 7. Novembris 1715.

60. F. Antonius Cloche e Sto Severi Oppido apud Vascones Gallus elect. Romæ an. 1686. rex. Ordin. an. 34. obiit Romæ 26. Feb. 1720.

61. F. Augustinus Papia Sardus electus Romæ an. 1721. rex. Ordin. annos 4. à Benedicto XIII. ad Purpuram assumptus: obiit Romę 26. Februarii 1730.

62. F Thomas Ripoll Barchionensis electus Bononiæ 1725. feliciter moderatus est Ordinem.

63. F. Antonius Bremond natus in Civitate Massiliæ decimo Augusti 1692.

DISCURSUS CXXV.

JESU CHRISTI PONTIFICIUS

ARGUMENTUM

Idem Summus Pontifex Joannes XXII. qui Ordinem Jesu Christi in Lusitania instituit, hunc alium quoque consimilem Avenione pariter instituit.

stituit. Hic nonnulla tanguntur de primo Ordine, & plura adducuntur de alio Ordine: quæ sit hujus Tessera, sub qua Regula militet: an sit aggregatus primo; an suas habeat Leges. Pontifex per speciale Indultum Habitum hujus concedit. Nullum infertur præjudicium Ordini Lusitano. Datur formula Indulti Pontificii.

SUMMARIUM.

1. *Ordo Jesu Christi Pontificius, sicut & Lusitanus institutus fuit à Pontifice Joanne XXII.* & n. 2. & 3, ac 6.
4. *Institutionis tempus quale fuerit; in illud assignando non concordant Scribentes,* & n. 5. 6., & 7.
5. *Plures Ordines fuisse videntur.*
Ordo Pontificius dicitur institutus circa annum 1317.
Tessera est Crux rubicunda auro circumdata.
6. *Ordo Lusitanus fuit institutus à Rege Dionysio anno 1318. Habitus ejus, & Tessera qualis erat.*
6. *Ordo quod fuerit institutus Avenione anno 1320. à Joanne XXII. quod ultra non auditur.*
7. *Duo solum Ordines sub Titulo Jesu Christi instituit Joannes XXII.*
8. *Sub æquivocis, quod plures Ordines fuerint instituti, asseritur, quod amplius non audiatur ille, qui fuit Avenione fundatus.*
9. *Equites Pontificii non gerunt eandem Tesseram, nec easdem observant Constitutiones, ut aliqui asseruerunt* & n. 10.
11. *Crux Equitum Pontificiorum est Crux plana, auro circumdata,* & n. 32.
Lusitanorum Equitum est Crux potentiata.
12. *Equites Pontificios militare sub Regula Sancti Augustini scripsere aliqui.*
13. *Lusitani Equites militant sub Regula Sancti Augustini, & Constitutionibus Cisterciensium.*
Equites Pontificii nulli Regulæ subjacent.
14. *Ordinem hunc d. Summus Pontifex incorporare volebat cum Ordine Lusitano, sed unio non fuit insta,* & n. 18.
Tesseram Ordinis Pontificii Romæ in Aulius Principum, & Cardinalium in signum Nobilitatis deferunt.
15. *Ordo Pontificius nullam dependentiam habet ab Ordine Lusitano, nec connexionem, nec de Commendis, vel de illius Honoribus participat.*
16. *Figura Equitis Pontificii habetur apud* Collectorem Gallum, & Bonannum.
17. *Ordinem hunc plures Summi Pontifices amplificare studuerunt.*
19 *Ordinem Pontificium esse aggregatum Lusitano, tenent alii Scriptores.*
20. *Opinio negans, & affirmans concordatur, distinguendo qualitatem unionis,* & n. 21. 22. 23., & 24.
25. *Pontifex quando per se exornat, vel committit Ordinario, ut ille talem admittat ad Professionem coram eodem, in Indulto tali nullum verbum facit de Commendis, vel Bonis Ordinis Lusitani.*
26. *Indulti formula adducitur.*
27. *Vigore Indulti creati Equites dicuntur Equites di* Breve, *vel Equites* ex Devotione.
28. *Summus Pontifex dum creat Equites, vel committit creari utitur sua auctoritate, quæ maxima est.*
Nullus Ordo Equester subsistit, sine Papæ auctoritate. Papa potest cujuscumque Ordinis Habitum conferre ubique locorum.
29. *Maxime in Lusitania, quæ gloriatur semper obsequi Papæ Vicario Christi.*
30. *Papa creat Equites Hierosolymitanos*

nos per totum Orbem.

31. *Suis Indultis Papa creando Equites Jesu Christi, nullum infert præjudicium Equitibus Lusitanis.*
Ibidem respondit Decreto Capituli Generalis relato in Discursu Ordinis Lusitani Sect. 4. n. 44.

32. *Equitum Pontificiorum Tessera est Crux rubea auro circumdata.*

33. *Figuram qui referant.*

34. *Equites Pontificii nullam Togam deferunt.*
Figura Equitis cum d. Cruce ad pectus, apud quos conspiciatur.

35. *Equites isti nullis ligantur legibus, non Votis, non probant Nobilitatem.*

36. *Gradus Equitis pendet à Gratia Pontificis.*
Pontifex, vel facit immediate, vel mediante Commissione Ordinario directa, ut admittat ad Professionem.
Equites di Brevetto *vocantur, vel ex* Devotione.

37. *Equites creati Auctoritate Apostolica gaudent Fori Privilegio.*

38. *Quando gaudeant exemptione à Collectis.*

39. *A Represaliis exempti sunt.*

40. *Romanus Pontifex est magnus Magister, & datur Catalogus.*

41. *Formula creationis horum Equitum per Breve.*

DISCURSUS CXXV.

JESU CHRISTI PONTIFICIUS

1. HOrum Equitum Institutorem fuisse concordant Scribentes Joannem nuncupatum XXII., qui Militarem JESU CHRISTI Ordinem in Lusitaniæ Regno fundavit, & de quo Equestri Ordine in Regno Lusitaniæ videri potest noster *Discursus* præcedens, ubi *in* §. *Constat quippe* ostendimus, dictum Joannem vocatum XXII. debere dici XXI., ac exponimus, quid de illius ortu, ac ad Summum Pontificatum electione scripserint Historici.

2. Sicut autem citra dubium est, quod idem Joannes XXII. nuncupatus, peculiari Bulla Avenione data ad preces Dionysii Portugalliæ, & Algarbiorum Regis, Equestrem Militarem Ordinem JESU CHRISTI in eadem Lusitania erexit, ut Armis contra Infideles certarent, & pro Fide Catholica ex causis in eadem Pontificia Bulla expressis, quasque Nos in præfato nostro Discursu ennarravimus; ita pariter clarum est, quod alium etiam Equitum Cœtum ferè consimilem, extra Lusitaniam creavit, quibus Cru-

3. cem rubeam auro circumdatam pro Tessera præscripsit, eodemque nomine Equitum JESU CHRISTI appellari jussit, ut tradunt Pater *Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq.* 1. *quæst.* 2. §. 26. *n.* 57. *Abb. Justinianus Historie Cronologiche dell' origine degl' Ordini Militari &c. Parte Seconda cap.* 35. *de' Cavalieri di Gesù Cristo pag.* 552. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Equitum n.* 57. *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom.* 3. §. 57. *pag.* 322. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Storia degl' Ordini Monastici, e Militari tom* 6. *Quarta Parte cap.* 8. *pag.* 79. *juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1738. Gallico idiomate scripta, & in Italicam Linguam translata per *Patrem Joseph Fran. Fontana Mediolanensem Congregationis Matris Dei.*

4. Sed quo potissimum anno Summus Pontifex hos Equitum Ordines crearit, Auctores non referunt, vel cum discor-

discordia referunt: sive enim loquantur de uno, sive de altero Ordine, diversa assignant creationis tempora; ajunt enim, fuisse institutos anno 1317., 1318., 1319., & 1320., ita ut secundum hos Scriptores, sciri non possit, quis ex istis Ordinibus sit prior in tempore; nec hoc dilucidari potest ex dicto eorundem Auctorum, asserentium Summum Pontificem desideravisse hunc Ordinem unire alteri: & licet adhuc ignoretur quis fuerit praexistens, nihilo tamen minus credimus Nos fuisse institutos hos Ordines, vel uno, eodemque tempore, vel unum brevi tempore post alium. Jam enim quoad Ordinem Lusitaniae, ex Bulla dicti Summi Pontificis Joannis XXII. liquido constat, fuisse institutum anno 1319. ut diximus in peculiari *Discursu* super eodem Ordine Portugallico, ubi notavimus, quod diversitas illa temporum, quae ab Auctoribus huic Ordini tribuitur, referenda omninò est ad primos tractatus super creatione, & fundatione Ordinis, vel ad novam respective confirmationem ejusdem Ordinis jam fundati d. anno 1319. 14. Martii. Sequitur ergo non potuisse creari, nisi vel uno ac eodem tempore, & sic eodem anno 1319., vel paulo post, quemadmodum aduertit *d. Abbas Justinianus* ubi supra.

Alias stando assertioni Auctorum, qui dictos diversos annos assignant fundationi Ordinum sub Augusto Nomine JESU CHRISTI, dicendum esset, eundem Pontificem spatio quatuor annorum, quatuor instituisse Ordines, prout tres enumerat fuisse creatos sub annis 1317., 1318., 1319., & 1320. *Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Castellanus Trocens. &c. Eques Aquila Alba in Regno Poloniae in Corollario celebriorum in Christianitate Ordinum in verbo JESU CHRISTI pag.* 287. *& 288. impress. post suum Tractatum*, cui Titulus: *Adnotationes Historicae de Origine &c. Ordinis Aquilae Albae in Regno Poloniae impress. Coloniae apud Adamum Cholinum* 1730. ubi *d. pag.* 287. haec habet in margine paginae 1317. Romae: in corpore autem paginae sic habet: JESU CHRISTI *Equites à Ioanne Vigesimo Pontifice instituti creduntur circa annum millesimum trecentesimum decimum septimum. Portabant Crucem rubicundam auro circumdatam. Multi Praelati, Principes, & Cardinales Romae spectantur similibus ornati Crucibus. Voluit Pontifex eundem incorporare Portugallico similis nominis, sed hoc non est subsecutum.*

Idem *Comes in Koden Sapieha pag.* 288. in margine paginae sic habet 1318. *Portugallia*: & in corpore paginae sic inquit: *IESU CHRISTI Ordo Portugalliae, quem Dionysius Rex instituit anno millesimo trecentesimo decimo octavo. Equites nigro habitu induti gestabant ex triplici Torque aureo dependentem Crucem rubeam (aliqui atram dicunt) imposita alia Crucula argentea. Officium eorum erat, ut in Baetica Mauros oppugnarent. Ioannes vigesimus secundus anno millesimo trecentesimo decimo nono Ordinem approbavit: Iulius vero Tertius supremum Magisterium* Portugalliae *Coronae adiunxit anno millesimo quingentesimo quinquagesimo.*

Idem *Comes in Koden Sapieha pag.* 288. *& seq.* in margine haec verba habet 1320. *in Italia*: in corpore autem *d. pag.* 288. sic loquitur. Ordo Equitum institutus Avenione anno 1320. per Joannem XXII. Pontificem Maximum: *Ultra non auditur.*

Tan-

Tandem *Laurentius Vigilius de Nicollis in Praxi Canonica, seu Jus Canonicum tom. 2. Lit. S de Sum. Trinit., & Fide Catholica §. Notitia, & Series Ordinum Equestr. Militarium sub n. 54. pag. 739. juxta impress. Joannis Iosephi Mayr Typis Salisburgi 1729.* sic inquit .. *Postquam igitur sua Constitutione Milites Iesu Christi appellatos in Lusitania approbasset, similes in Italia eadem Cruce rubra auro circumdata insignivit, illosque pariter Iesu Christi Equites appellavit: annum institutionis referunt fuisse 1317.*

At Nos putamus, revera duos solum fuisse à d. Summo Pontifice institu-
7. tos Equestres Ordines *JESU CHRISTI*, scilicet illum ad preces Dionysii Lusitaniæ *Regis*, de quo in particulari nostro *Discursu* egimus, & alterum extra Lusitaniam, super quo in præsenti loquimur *Discursu*: & fortasse sumpsit æquivocum dictus Dominus Comes à relatione Scriptorum, quorum aliqui creationem dictorum duorum Ordinum ponunt sub anno, ut diximus 1317., alii 1318., alii 1319., & alii 1320., ac institutiones asserunt fuisse factas Avenione, ubi tunc Pontificia Sedes retinebatur. Quorum Scriptorum dicta intelligi debent ut pluries diximus, de prævijs Tractatibus ad eandem fundationem Ordinis, vel de successiva nova confirmatione ejusdem Ordinis jam erecti.

Et sub prædictis æquivocis, quod plures
8. extiterint Ordines in Italia, & Avenione fundati, inquit, quod ille fundatus Avenione amplius non auditur.

Hinc insubsistens est asserere, quod hi
9. Equites eadem Insignia gestant, easdemque servant Constitutiones & Leges, quas servant Equites Ordinis JESU CHRISTI in Lusitania, prout scriptum reliquere *Pater Andreas Mendo de Ord. Militar. d. Disq. 1. quæst. 2. §. 16. n. 57.* ubi sic inquit .*Joannes XXII. instituit Ordinem Christi, eumque fovit, & extendit Paulus V. Habitum hujus Ordinis concedunt Summi Pontifices, eademque est Tessera, & Constitutiones ac in Ordine Christi in Lusitania*, Ac *Joseph de Michieli Thesauro Militari* ibi *Traen la mesma Insignia que los de Portugal, osservan las mismas Constituciones y leyes*: & deinde Insignia describit, testando ea esse Crucem in Brachiorum extremitate, ut dicitur *rincotriare*, ac ut vocant Galli *Crucem potentiatam*, dictamque Crucem includi circulo splendoribus micante. Siquidem prædicti duo Scriptores hallucinantur: & Primo Crucis forma per *d. Joseph. de Michieli* de-
10. scripta differt à Cruce, qua utuntur Equites Ordinis JESU CHRISTI in Regno Portugalliæ, quæ nullo includitur circulo splendoribus micante, sed constat coloribus albo, & rubeo simpliciter, ut ostendimus in nostro *Discursu* super dicto Ordine Lusitano.

Rursus, Crux Equitum creatorum à
11. Summo Pontifice est Crux rubea, plana, auro circumdata, sicuti præmisimus *in §. Horum Equitum*, & Crux Equitum Lusitanorum non est Crux plana, sed Crux patens, ut Galli appellant *Potentiata*, partim alba, & partim rubea. Tandem sæpe dictus *Joseph Michels* subdit, Equites à Summo Pontifice creatos milita-
12. re sub Regula Sancti Augustini ibi .. *y militan de baxo la Regla de S. Augustin:* Certum autem est, quod Equites Lusitani Ordinis, ex præscripto Joannis XXII. militant sub Regula Sancti Benedicti, & Con-

Constitutionibus Cistercienfibus, ut 13. expositum est in antedicto nostro Discursu super eodem Ordine Lusitano, concludimusque Equites à Summo Pontifice creatos nulli Regulę subiacere, & solummodo per Pontificiam aggregationem præclara tituli communicatione gaudere; & ita detectis ejusdem *Iosephi Michaeli* æquivocis, ratiocinatur *d. Iustinianus d. cap.* 35. *pag.* 553.

Scribit proinde laudatus *Collector Gal* 14. *lus d. Tom.* 3. *pag.* 322. *Dominus Comes in Koden Sapieba in allegato Corollario pag.* 287. quod idem Pontifex Joannes XXII. dictorum Equitum Cœtum à se creatum incorporare volebat Portugallico Ordini similis nominis; sed hæc unio inita non fuit; unde separatim durat hucusque hic Cœtus Equitum, præcipue in Urbe Roma, in Cardinalium, Principum, & Prælatorum Aulis, & sic hac insigniti Tessera, illam in Nobilitatis signum deferunt: *Iustinianus*, & *Collector Gallus*, ubi supra, citra ullam obligationem, vel dependentiam ab Ordine JESU CHRISTI in Lusitania florente, cum 15. quo iidem Equites Pontificii nullam connexionem habent: & ita, cum nullum sustineant onus, in nihilo pariter de Commendis, Bonisue ad Ordinem Lusitanum spectantibus, vel de illius honoribus participant in præjudicium, ut præcise de prædictis respective loquuntur *Iustinianus* ubi supra, & *d. Collector Gallus* ubi supra.

Figura Equitis Ordinis Iesu Christi a 16. Summo Pontifice creati refertur *a d. Collectore Gallo d. Tom.* 3. *pag.* 322. *Philippo Bonanno d. Catalogo n.* 57.

Plures Summos Pontifices, & præcipue 17. Paulum V. Militiam hanc Equestrem amplificare studuisse, testantur *Pater Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 2. §. 26. *n.* 57., & *Aub. Iustinianus d. cap.* 35. *pag.* 553.

Diximus in antecedentibus Paragraphis 18. §. *Alias*, & §. *Scribit*, quod Pontifex Fundator voluit hunc Ordinem incorporari Ordini Portugallico similis nominis; sed hęc incorporatio non evenisse subiungunt Scriptores ibidem allegati.

Diversimode tamen scribunt alii, asserentes 19. Fundatori Ordinis placuisse, hos Equites aggregatos esse Ordini Lusitano solum Pontificiæ aggregationis intuitu, absque dependentia ab Ordine Lusitano, & absque ullo onere ejusdem Lusitani Ordinis, ad tradita per *d. Iustinianum d. pag.* 553. *dict. Pater Fontana d. tom.* 6. *pag.* 79.

Perpensa autem in prędictis Auctoribus 20. Narrationum serie, utraque concordatur Opinio: negantes siquidem unionem, intelligendi sunt de vera, & totali unione unum & idem corpus efficiente: asserentes autem unionem, intelligendi sunt de partiali unione, quoad aliquos effectus, juxta theoricas in jure nostro notorias, quod aggregatio incorporativa, aggregatum, & unitum efficiat participem omnium jurium, & qualitatum corporis, cui unitur, & aggregatur per speciem cujusdam alluvio21. nis, adeo ut personæ aggregatę, vel loca unita iisdem perfruantur privilegiis, quibus potitur Corpus, vel Collegium, aut locus, ad quem facta fuit aggregatio, sicuti videre est apud bo. me. pręclarum Magistrum nostrum *Ansaldum in Annotat.* & *Addit. ad suas Decisiones ad Decis.* 3. *n.* 15. & *seq.*

Aggregatio autem limitata, ac facta, 22. non per viam incorporationis totalis, sed partialis, juxta consimiles termi-

terminos unionis duorum Capitulorum, de qua *Spada Tom. 3. cons. 40.* limitatum producit effectum.

Quod autem prællegati Auctores intelligi debeant de unione partiali, ex ipsorum verbis constat. *Abbas Justinianus d. pag* 553. sic scribit. *Ne tampoco sono capaci di Voto, Commende, o di altre prerogative, o di Beni di quella Religione ec usando la Croce più per fregio di Nobiltà, e Marca di honore, che con obbligazione alcuna dipendente dall' Ordine di Christo nel Portugallo, fuorche per l' aggregazione Pontificia: d. Pater Fontana pag.* 79. tenens esse aggregatos illis Lusitaniæ, subiungit: *con condizione però, che non potessero alle loro Commende aspirare.*

23

24

Hinc Summus Romanus Pontifex, quoties Viros Nobiles, vel Italos, vel quoscumque Exteros, hujus Equestris Ordinis Jesu Christi Tessera exornat, vel committit ex. gr. Ordinario loci, ut ille talis admittatur ad Professionem emittendam coram eodem, in suis indultis nullum verbum facit de Commendis, aut Bonis spectantibus ad consimilem Ordinem Lusitanum, sed solum mentionem facit *de Privilegiis, Immunitatibus, Exemptionibus, & Prærogativis, quibus alii Militiæ hujusmodi Equites, etiam qui Habitum a Rege Portugalliæ &c. susceperunt.* Ut videre est in Indulto, quod damus in calce. Res ergo transit per viam concessionis, ad instar Communicationis Privilegiorum Lusitanici Ordinis.

25

26

Concluduntque antedicti Scriptores *Justinianus, & Pater Fontana*, ut diximus, quod hujusmodi Equites vocantur Equites *di Brevetto*, hoc est, creati per Breve Pontificium, aut Equites Habitus ex Devotione.

27

Liquet ex hactenus recensitis, duos esse Pontificium, & Lusitanum Equestres Ordines, sub eodem Titulo Augustissimi Nominis *Jesu Christi*, ab eodem Summo Pontifice fundatos, cum qualitatibus superius enumeratis. Dum Summus Pontifex Viros Nobiles admittit ad Ordinem Jesu Christi, procul dubio in hoc proprio jure utitur, & potestate, utroque Ordine inspecto; in Pontificio nulla cadit inspectio, in Lusitano autem, etiam si constaret expresse in Indulto de eo loqui, explorati juris est, nullum Ordinem Equestrem, cujuscumque qualitatis legitimum dici posse, nisi in illo condendo Papalis concurrat auctoritas: unde fatendum, Ordines omnes subiectos esse Pontifici, ipsumque suo jure posse ubique locorum cujuslibet Ordinis Habitum Equestrem conferre, ad tradita per *Petrum Franciscum Bergamaschi in suo Volumine*, cui Titulus *Breve Notitia Istorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aureati pag. 25. juxta Impress. Taurini, Typis Dominici Paulini 1695.*

28

Quod citra dubium est in Lusitania, quę revera dicitur Caput, & Corona Europæ, stabile Christi Domini Imperium, cujus Vicario semper obsequi gloriatur felix Lusitania; & meritissime Rex Lusitaniæ præfulget Titulo Regis Fidelissimi, ut exposuimus in præcedenti Discursu.

29

Et ob hæc Sumus Pontifex Nobilissime Equestris Militaris Religionis Sancti Joannis Hierosolymitani Habitum indulget per totum Catholicum Orbem.

30

Faveant ergo Nobilissimi, & eruditissimi Ordinis Jesu Christi Equites Lusitani percurrere utrumque nostrum Discursum, præcedentem, & hunc; & quę in præsenti narrata sunt, æqui bonique

31

bonique faciant, nullumque præjudicium hujusmodi *Indultis* eorum Equestri Ordini irrogari recognoscunt, sed potius gloriose augeri, & illius Privilegia tanti à Summo Pontifice æstimari, ut volens aliquos decorare, de illis mentionem facit, sicuti in simili videmus, quod si Summus Pontifex ditare aliquem cupit, & exornare Privilegiis, concedit ex. gr. Privilegia talis Ordinis, ut Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, Ordinis Societatis, quod patefacit Privilegia esse conspicua, & ita credimus cessare motivum Decreti editi in Capitulo Generali postremo, quod retulimus in præcedenti *Discursu de Ordine Jesu Christi in Lusitania*, *sub sect.* 4. *n.* 44.

Horum Equitum à Summo Pontifice creatorum, de quibus loquimur, Tessera est Crux rubea auro circumdata, ut diximus, cujus Tesseræ figuram refert *d. Justinianus d. cap.* 35. *pag.* 553. *Bonannus d. n.* 57., *& in Generali collectione omnium insignium n.* 52. *Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 322.

32.

33

Nullam peculiarem Togam deferunt Equites, sicut scribit *d. Bonannus n.* 57. qui figuram exponit Viri Nobilis, ad pectus d. Crucem gerentis; sic etiam habetur apud *d. Collectorem Gallum d. tom.* 3. *d. pag.* 322.

34.

Nullis hic Cœtus Equitum legibus astatur, nulla emittunt Vota Equites: *d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. pag.* 739. Neque ad constructionem Processus super Nobilitate tenentur, ut hoc ornamento decorentur: *Justinianus*, *& Collector Gallus* superius allegati : *d. Pater Joseph Franciscus Fontana d. p.* 79.

35.

Sed Nobile munus Equestris Gradus à liberali Pontificis manu proficiscitur, qui litteris Apostolicis in forma Brevis, aut immediate creat Equites, vel alicui, puta Ordinario loci, committit, ut talem JESU CHRISTI Equitem ad Professionem admittat, armet, eique Equestrem Dignitatem conferat, ut tradit *d. Justinianus d. cap.* 35. *pag.* 553. ubi quod vocantur *Cavalieri di Brevetto, o di Abito di devozione*: *Pater Bonannus d. n.* 57. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis allegata pag.* 739. sic inquit. *Diplomate Pontificio creantur*, *& pro libito Pontificis inter hujus generis Equites quisque conscribitur*: *d. Pater Ioseph Franciscus Fontana d. tom.* 6. *cap.* 8. *pag.* 79.

36.

Cœterum Equites Christi facti auctoritate Apostolica gaudent Privilegio Fori, nec requiritur in eorum creatione *Exequatur* Regium, sed sufficit creatio Auctoritate Apostolica, ut allegato Sacræ Congr. Immunitatis in *Saponarien. seu Salernitana* 11. *Iunii* 1627. *lib.* 1. *Decret. Paulutii pag.* 52. *&c.* refert *Andreas Ricci in Synopsi Decretorum*, *& Resolut. Sacræ Congr. Immunitatis in Verbo Equites Militiæ Christi n.* 1., *&* 2.

37.

Equites præfati, qui emiserunt Professionem, gaudent exemptione ab Impositionibus, & Collectis Communitativis, ut in *Tudertina* 31. *Martii* 1648. *lib.* 4. *Decr. Paulutii pag.* 48. *à tergo*, *de qua d. Riccius in d. Verbo Equites Militiæ Christi n.* 4.

38.

Ac gaudent privilegio Exemptionis pro Bonis Commendæ. nisi sint de comprehensis in impositionibus de Ordine Sanctissimi impositis: *Urbinaten.* 24. *Ianuarii* 1645. *Libro* 3. *Decret. Paulut. pag.* 244 *à tergo relat. à d. Riccio* ubi supra *n.* 3.

Suntque exempti à Represaliis: *Anagnina* 11. *Februarii* 1648. *lib.* 4. *Decret. Paulutii pag.* 40. à tergo, & de ea meminit *d. Riccius in d. Verbo Equites*

39.

quites *Militiæ Christi n.* 5.

Cum itaque hujus Equestris Gradus collatio, unice in Summo Romano Pontifice resideat, atque ita hujus Cœtus Equestris supremum Caput sit Romanus Pontifex, hic Catalogum eorundem texemus, incipiendo à Joanne XXII. illius Fundatore: cumque alii etiam adsint Equestres Ordines, quorum similiter caput Summus Pontifex existit, & de illis Ordinibus suo loco loquemur, in præsenti Catalogo apponemus etiam notam fundationum hujusmodi Ordinum, cum specificatione nominum Pontificum, ne bis, terque eadem nomina, & Catalogum integre repetamus. Pene consimilis Catalogus habetur apud *d. Collector. Gallum d. Tom.* 3. *à pag.* 323.

Primus ergo sit Joannes XXII. nuncupatus, qui juxta Ordinem illius nominis Pontificum dicendus XXI. anno 1319. fundavit Ordinem hunc JESU CHRISTI. Summum Pontificatum rexit spatio annorum 19. mensium 3. dierum 28. *Abbas Justinianus d. cap.* 35. *pag.* 564. *Pater Ignatius Hiacintus Amat de Graveson Histor. Ecclesiast. tom.* 8. *Parte secunda in Tabulis Chronologicis pag.* 44. *juxta impress. Romæ Typis Tinassi* 1721.

II. Benedictus, vulgo dictus XII. sed juxta Ordinem illius nominis Pontificum dicendus XI. electus Pontifex Romanus 20. Decembris anni 1334. Ecclesiam rexit spatio annorum septem, mensibus quatuor, & diebus sex: obiit 25. Aprilis anno 1342. *d. Iustinianus d. pag.* 564. *Graveson d. pag.* 48.

III. Clemens VI. creatus Pontifex 7. Maii anno 1342. sedit annos circiter undecim: obiit 4. Decembris 1352. *Iustinianus*, & *Graveson* ubi supra.

IV. Innocentius VI. electus Summus Pontifex die 18. Decembris 1352. sedit annos decem, obiitque die 12. Septembris 1362. *Iustinianus*, & *Graveson* ubi supra.

V. Urbanus V. electus Summus Pontifex die 23. Septembris anno 1362. sedit annos novem: obiit 9. Decembris 1370. *Iustinianus*, & *Graveson* prææallegati.

VI. Gregorius XI. consecratus fuit Pontifex Maximus die quinta Januarii anno 1371. sedit annos septem: obiit die 17. mensis Martii anno 1378. Hic Pontifex Pontificiam Sedem Romam revocavit; ab Urbe enim Avenionem in Gallias transtulerat Clemens V. natione Gallus, ibique plures alii Summi Pontifices natione Galli Pontificiam Sedem retinuerant, ut Joannes XXI. vulgo dictus XXII. Benedictus XI. vulgo dictus XII. Clemens VI. Innocentius VI. Urbanus V. *Iustinianus*, ubi supra; *d Graveson pag.* 45.

VII. Urbanus Sextus electus Summus Pontifex die octava Aprilis anno 1378., & Romæ sedit spatio annorum undecim, mensium sex, dierum septem: obiit die 15. Octobris anno 1389. Tempore Pontificatus hujus Urbani VI. dirum, & lacrimabile Schisma vexavit Ecclesiam; nam Cardinales ab ejus obedientia recedentes, in Pontificem elegerunt Clementem VII., & dum Urbanus VI. Romæ sederet, Clemens VII., & post ipsum Petrus de Luna, vulgo dictus Benedictus XIII. sedebat Avenione. Hocque funestum Schisma spatio annorum fere quinquaginta duravit, sublatumque fuit in Concilio Generali anno 1414., in quo electus fuit Pontifex Martinus V., & alii tres abdicati

cati, qui de Pontificatu contendebant pertinaciter, hoc est Gregorius XII. Joannes *XXII.*, vel ut alii volunt *XXIII.*, & Petrus de Luna, vulgo dictus Benedictus *XIII.* Sedit Romæ Urbanus VI. per annos undecim, dies septem, obiitque mense Octobris 1389. *Justinianus* ubi supra *pag.* 564. *Graveson d. tom.* 8. *Par. secunda pag.* 45., & 46.

VIII. Bonifacius Nonus successit Urbano Sexto die secunda Novembris anno 1389. Seditque spatio annorum quatuordecim, & Mensium undecim, & obiit an. 1404. *Justinianus d. pag.* 564. *Graveson d. Tom.* 8. *Parte Secunda pag.* 46.

IX. Innocentius Septimus, elapsis ab obitu Bonifacii Noni quindecim diebus electus est Pontifex Maximus die decima septima Octobris anno 1404., & postquam sedisset spatio annorum duorum, & diebus, 21., obiit die sexta mensis Novembris anno 1406. *Justinianus d. pag.* 564. *Graveson d. Tom.* 8. *Parte Secunda pag.* 46.

X. Gregorius Duodecimus successit Innocentio Septimo anno 1406. Seditque annis duobus, Mensibus sex, & quinque diebus: *Justinianus d. pag.* 564. *Graveson d. Tom* 8. *Parte Secunda pag.* 46. ubi subdit, quod cum dictus Gregorius XII. ad retinendum Pontificatum contra solemne præstitum ab eo Juramentum, data opera, uteretur tergiversationibus, & collusionibus cum suo Pontificatus æmulo *Petro de Luna*, dicto Benedicto XIII. Cardinales in Concilio Generali Pisano anno 1409. congregati, tam ipsum Gregorium XII. quam ejus æmulum Benedictum XIII. exauctorarunt, eosque Schismatis fautores, ac pertinaces declararunt, eis inhibentes, ne quis eorum pro Summo Pontifice se gereret.

XI. Alexander V. post exauctoratum Gregorium XII. electus fuit a Cardinalibus in Concilio Generali Pisano Pontifex Maximus. Hic ad abolendum Schisma, quod Pseudo Pontifices Gregorius XII., & Benedictus XIII. de industria fovebant, strenue navavit operam; sed illud extinguere non potuit, utpote inopinata morte è vivis sublatus die quarta Maji 1410. regnavit octo mensibus: *Justinianus pag.* 564. *Graveson pag.* 46.

XII. Joannes vulgo dictus XXIII., qui tamen juxta seriem Romanorum Pontificum, qui Joannis nomine donati sunt, dicendus esset XXII. suffectus est in locum Alexandri V. sed ad extirpandum Schisma, quod novum in dies suscipiebat incrementum est Pontificatu abdicatus, post regimen annorum quinque, ipso consentiente in Generali Concilio Constantiensi, quod celebratum est anno 1414. *d. Justinianus d. pag.* 564. *Graveson* ubi supra *pag* 47.

XIII. Martinus V. sic vulgo dictus, qui tamen juxta seriem Romanorum Pontificum, qui Martini nomine fuerunt insigniti, dicendus est Martinus III. Dictus Martinus V. electus fuit in d. Concilio Generali Constantiensi Pontifex Maximus die undecima Novembris anni millesimi quadringentesimi decimi septimi. Sub ipso tandem extinctum est diuturnum Schisma, quod inceperat anno millesimo trecentesimo septuagesimo octavo, & duravit usque ad annum millesimum quadringentesimum vigesimum nonum, quo pseudo Pontifex dictus Clemens VIII. se Martino V. legitimo Pontifici subiecit. Sedit

Marti-

Martinus V. annos tredecim, menses tres, ac dies duodecim, & obiit Romæ die 22. mensis Februarii anno millesimo quadringentesimo primo *d. Justinianus pag.* 564. *Graveson d. pag.* 47.

XIV. Eugenius IV. electus fuit Pontifex Maximus die tertia mensis Martii año millesimo quadringentesimo trigesimo primo. Hic Pontifex Concilium Generale Basiliense transtulit Ferrariam, deinde Florentiam, ubi tandem utriusque Ecclesiæ Grecę, & Latinæ unio feliciter peracta est: sedit annos sexdecim minus diebus octo, & obiit die 24. mensis Februarii anno millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo: *Justinianus d. pag.* 564. *Graveson d. pag.* 47.

XV. Nicolaus V. anno 1447. electus fuit Pontifex. Hic restauravit Ecclesiæ Pacem, quam non parum turbaverant Schismatici, creando Antipapam dictum Felicem V., qui tandem suum umbratilem Pontificatum, quem per novem annos post injustam Eugenii IV. Papæ depositionem gesserat, ad pedes Nicolai V. abiectus, ultra abdicavit anno 1449. Sedit Nicolaus V. annos octo, & dies aliquot; hoc est secundum d. *Justinianum* dies decem, & novem, obiitque die 24. mensis Martii anno 1455. *d Justinianus d. pag.* 564. *Graveson* ubi supra *pag.* 48.

XVI. Callistus III. electus fuit Pontifex Maximus die octava Aprilis 1455. sedit annis tribus, & mensibus quatuor, obiitque die octava mensis Augusti 1458. *Justinianus d. pag.* 564. *Graveson pag.* 48.

XVII. Pius II. coronatus est Pontifex Maximus die 19. mensis Augusti año 1458. Sedit annis sex minus quinque diebus; obiitque die 14. Augusti anno 1464. *d. Justinianus pag.* 564. *Graveson pag.* 48.

XVIII. Paulus II. successit in Pontificatu Pio II., sedit annos septem, obiitque die 16. mensis Julii anno 1471. *Justinianus d. pag.* 564. *Graveson pag.* 48.

XIX. Sixtus IV. in locum Pauli Secundi electus fuit Summus Pontifex anno 1471. Ecclesiam rexit usque ad annum 1484. quo è vita migravit, postquam sedisset annos tredecim: *d. Justinianus d. pag.* 564. *Graveson pag.* 48.

XX. Innocentius VIII. successit Sixto IV. electus Pontifex anno 1484. sedit annos septem, menses decem, dies 27., & obiit die 25. mensis Julii anno 1492. *Justinianus d. pag.* 564. *Graveson pag.* 48., & 49.

XXI. Alexander VI. creatus est Pontifex anno 1492., rexit Ecclesiam annis undecim, obiit enim die 28. mensis Augusti 1503. *d. Justinianus pag.* 564. *Graveson pag.* 49. Hic Summus Pontifex fundavit Ordinem Equestrem Sancti Georgii, super quo loquimur in particulari Discursu.

XXII. Pius III. successit Alexandro Sexto die 22. mensis Septembris anno 1503. post regimen dierum 26.: obiit enim die 18 Octobris ejusdem anni 1503. *d. Justinianus d. pag.* 564. *Graveson d. pag.* 49.

XXIII. Julius II. successit Pio tertio anno 1503. seditque usque ad diem 21. Februarii anni 1513. quo obiit: *d. Justinianus d. pag.* 564. *Graveson pag.* 49.

XXIV. Leo Decimus electus fuit Summus Pontifex 15. Martii anno 1513. nascentem impii Lutheri Hęresim profligavit; sedit annos novem, obiitque die prima Decembris

bris anno 1521. *d. Iustinianus d. pag.* 564. *Graveson d. pag.* 49. Hic Summus Pontifex fundavit Ordinem Equestrem Sanctorum Petri, & Pauli, de quo legi poterit noster Discursus de illo agens.

XXV. Adrianus VI. electus fuit Summus Pontifex die nona Januarii 1522. sedit annum unum, menses octo, dies sex, obiitque die 14. Septembris anno 1523. *d. Iustinianus pag.* 564. *Graveson d pag.* 49.

XXVI. Clemens VII. electus est Summus Pontifex anno 1523. seditque spatio annorum decem, & mensium decem, & septem dierum, obiitque vigesima quinta Septembris 1534. *Iustinianus d. pag.* 564. *Graveson d. pag.* 49.

XXVII. Paulus III., electus Pontifex Maximus die 13. mensis Octobris anni millesimi quingentesimi trigesimi quarti: sedit annos quindecim, obiitque die decima mensis Novembris anno 1549. Hic convocavit Concilium Generale Florentinum, quod inceptum est anno 1545. *d. Iustinianus d. pag.* 564. *Graveson pag.* 49. Hic Summus Pontifex erexit Ordinem Equitum Sancti Georgii Ravennę, de quo vide nostrum Discursum super eodem.

XXVIII. Julius III. electus fuit Summus Pontifex die octava mensis Februarii anno 1550., sedit annos quinque, & dies 46., obiitque die 23. Martii 1555. *Iustinianus d. pag.* 564. *Graveson pag.* 51.

XXIX. Marcellus II. electus fuit Romanus Pontifex die nona Aprilis 1555., obiit die trigesima d. mensis Aprilis ejusdem anni, Pontificatus sui die vigesimo secundo: *d. Iustinianus d. pag.* 564. *Graveson d. pag.* 51.

XXX. Paulus Quartus, electus est Pontifex Maximus die 23. mensis Maii 1555. sedit annos quatuor, obiitque die 18. mensis Augusti anni 1559. *d. Iustinianus d. pag.* 564. *Graveson d. pag.* 51.

XXXI. Pius Quartus, postquam Sedes Pontificia ab obitu Pauli IV. per quatuor menses, & sex dies vacasset, electus fuit Summus Pontifex die vigesima tertia mensis Decembris anno 1559. sedit annos quinque, menses undecim, & dies quindecim; obiitque die nona mensis Decembris anni 1565. Sub hoc Pontifice Synodus Generalis Tridentina finem accepit anno 1563. *d. Iustinianus d. pag.* 564. *Graveson d. pag.* 50. Hic Summus Pontifex fundavit Ordinem Equitum Piorum Partecipantium Calcaris aurei.

XXXII. Sanctus Pius V. electus fuit Pontifex Maximus die septima Mensis Januarii anni 1566. Sanctissime Ecclesiam rexit usque ad annum 1572. quo ad vitam immortalem transiit Kalendis Maii: *Iustinianus d. pag.* 564. *Graveson d. pag.* 51.

XXXIII. Gregorius XIII. die 13. Maii anno 1572. electus fuit Pontifex Maximus; sedit annos duodecim, obiitque die decima Mensis Aprilis anni 1585. *d. Iustinianus d. pag.* 564. *Graveson d. pag.* 51.

XXXIV. Sixtus Quintus die 24. Mensis Aprilis anni 1585. electus fuit Summus Pontifex, obiitque die 27. Augusti anno 1590. Pontificatus vero sui anno sexto per quatuor Menses, & tres dies inchoato: *d. Iustinianus d. pag.* 564. *Graveson d. pag.* 51. Hic Pontifex fundavit Ordinem Equitum Lauretanorum Participantium.

XXXV. Urbanus VII., electus fuit Sum-

Summus Pontifex die 15. Septembris anni 1590., brevissimus fuit ejus Pontificatus; unde sedit per dies dumtaxat duodecim, & ad Deum migravit die 27. Mensis Septembris anno 1590. *d. Justinianus d. pag.* 564. *Graveson. d. pag.* 51.

XXXVI. Gregorius XIV. successit Urbano Septimo, electus Summus Pontifex anno 1590. Sedit Menses dumtaxat decem, & dies decem, obiitque die 15. Octobris anno 1591. *d. Justinianus d. pag.* 564. *Graveson d. pag.* 51.

XXXVII. Innocentius IX. electus est Summus Pontifex anno 1591. Sedit duos tantummodo Menses, obiitque die 30. Decembris anni 1591. *d. Justinianus d. pag* 564. *d. Graveson d. pag.* 51.

XXXVIII. Clemens VIII. die trigesima Mensis Ianuarii 1592. electus Summus Pontifex. Sedit Annos tredecim & triginta tribus diebus, obiitque die tertia Martii 1605. *Iustinianus d. pag.* 564. *Graveson pag.* 53.

XXXIX. Leo XI. electus fuit Pontifex Maximus die prima Aprilis 1605. Sedit per viginti septem dies, & mortuus est die 27. ejusdem Mensis, & anni, & sic Ecclesiæ ostensus magis, quam datus, ut loquitur Elogium, quod legitur in ejus Sepulchro in Vaticana Ecclesia: *d. Iustinianus d. pag.* 564. *Graveson d. pag.* 52.

XL. Paulus V. electus fuit Pontifex Maximus die 17. Maii anno 1605. Sedit annos quindecim, Mensibus octo, diebus duodecim. Obiit die 28. Januarii 1621. *d. Iustinianus d. pag* 564. *Graveson dicta pag.* 52. Hic Summus Pontifex restauravit Militiam CHRISTI, & fundavit Ordinem JESUS & MARIÆ.

XLI. Gregorius XV. electus fuit Pontifex Summus die nona Mensis Februarii 1621. Sedit annos duos, Menses quinque, obiitque die octava Mensis Julii anno 1623. *Iustinianus d. pag.* 564. *Graveson d. pag.* 52.

XLII. Urbanus VIII. creatus fuit Summus Pontifex die sexta Mensis Augusti anno 1623., sedit annis 20. Mensibus 11., diebus 22., obiitque die 29 Mensis Julii anno 1644. *Iustinianus* ubi supra *pag.* 565. *Graveson pag.* 52.

XLIII. Innocentius X. postquam ab obitu Urbani VIII. vacasset Sedes Mense uno, & diebus octodecim, electus est Pontifex Maximus die 15. mensis Septembris anno 1644. Sedit annos decem, Mensibus tribus, & diebus duobus supra viginti, & obiit die 7. Januarii 1655. *Justinianus pag* 565. *Graveson pag.* 52. & 53.

XLIV. Alexander VII. post inter Pontificium trium Mensium ab obitu Innocentii X. electus est Pontifex Maximus die 7. Aprilis 1655. Sedit annis duodecim, Mense uno, diebus quindecim, obiitque die 22. Maii anno 1667. *d. Iustinianus pag.* 565. *Graveson pag.* 53.

XLV. Clemens IX. postquam ab obitu Alexandri VII. Sedes Pontificia vacasset diebus 28. electus est Romanus Pontifex die 20. Mensis Junii anno 1667., sedit annis duobus, mensibus quinque, diebus 20. obiitque die nona Mensis Decembris anno 1669. *Iustinianus d. pag.* 565. *Graveson d. pag.* 53.

XLVI. Clemens X. post inter Pontificium mensium quatuor, & dierum 20. a morte Clementis Noni, electus est Pontifex Maximus die

die 29. Mensis Aprilis, año 1670. sedit annis sex, mensibus duobus, & diebus 22., obiitque die 22. mensis Julii anno 1676. *d. Justinianus pag.* 565. *Graveson d. pag.* 53.

XLVII. Innocentius XI., cum Apostolica Sedes vacasset duobus Mensibus post obitum Clementis X. electus est in Pontificem Maximum die undecima Septembris anno 1676. sedit annis duodecim, Mensibus decem, diebus novem, obiitque die 31. Mensis Julii anno 1689. *d. Justinianus d. pag.* 565. *Graveson d. pag.* 53.

XLVIII. Alexander VIII. electus est Pontifex Maximus die 6. Mensis Octobris anno 1689. sedit anno uno, Mensibus tribus, diebus viginti quatuor, obiitque Kalendis Februarii anno 1691. *d. Justinianus d. pag.* 565. *Graveson pag.* 53., & 54.

XLIX. Innocentius XII. postquam ab obitu Alexandri VIII. Sedes Apostolica vacasset per Menses quinque, & dies duodecim, electus fuit Romanus Pontifex die 12. Mensis Julii anno 1691. sedit annis novem, mensibus duobus, diebus quindecim, obiitque die 28. mensis Septembris anno 1700. *Graveson* ubi supra *pag.* 54.

L. Clemens XI. postquam ab obitu Innocentii XII. sedes vacasset mense uno, & diebus viginti septem, electus est Pontifex maximus die 23. mensis Novembris anno 1700. sedit annis viginti, mensibus tribus, diebus viginti quatuor, obiitque die decima nona Martii anno 1721. *d. Graveson pag.* 54.

LI. Innocentius XIII. postquam ob obitu Clementis XI. vacasset Sedes mense uno, & diebus novemdecim, electus est Summus Pontifex die octava mensis Maii anni millesimi septingentesimi vigesimi primi, coronatus die 18. ejusdem mensis d. anni 1721. *d. Graveson d. pag.* 14.

LII. Benedictus XIII. electus fuit Summus Pontifex die 29. Maii 1724. Coronatus quarta Junii d. 1724.

LIII. Clemens XII. electus Summus Pontifex 12. Julii 1730. coronatus 16. ejusdem mensis Julii d. anno 1730.

LIV. Benedictus XIV. electus Summus Pontifex die 17. Augusti 1740. coronatus 22. Augusti d. 1740.

Dilecto filio Ioanni Petro Theodoro de Belac Laico Nobili Oloren. Diœ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

„ Dilecte fili, salutem &c. Religio„ nis zelus, vitæ &c. Nos indu„ cunt, ut tuæ dignitati libenter
41. „ consulamus. Hinc est, quod
„ Nos volentes Te, qui ob meliori„ ris vitæ frugem in Militia Jesu
„ Christi Sancti Benedicti, seu alte„ rius Ordinis una cum dilectis filiis
„ illius magno Magistro, seu Admi„ nistratore, & Fratribus Militibus
„ sub regulari habitu virtutum Do„ mino famulari desideras, in tuo
„ laudabili proposito hujusmodi con„ fovere, Teque præmissorum merito„ rum tuorum intuitu specialibus &c.
„ volentes, & à quibusvis &c. cen„ sentes, supplicationibus tuo nomine
„ &c. inclinati, Tibi, ut à Venerabili
„ Fratre Episcopo Tullen., cui ad hoc
„ plenam per præsentes facultatem
„ tribuimus, accitis, & in hoc sibi
„ assistentibus uno, seu duobus di„ ctæ, quatenus verò non adsint, alterius

„ terius Militiæ, Fratribus, quem, „ vel quos duxeris eligendum, seu „ eligendos, habitum per Fratres „ Milites Militiæ prędictæ gestari so. „ litum suscipere, illumque publice „ gestare, ac in illius manibus pro- „ fessionem per eosdem emitti con- „ sueram expresse etiam in continenti „ post habitus huiusmodi susceptio- „ nem emittere regulares, nec non „ postquam habitum hujusmodi su „ sceperis, & professionem emiseris, „ ut præfertur, omnibus, & singulis „ privilegiis, immunitatibus, exem- „ ptionibus, & prærogativis, quibus „ alii Militiæ hujusmodi Equites, e- „ tiam qui habitum à Rege Portu- „ galliæ dictę perpetuo Administrato- „ re per Sedem Apostolicam deputa- „ to susceperunt, & professionem „ prædictos in illius manibus emise- „ runt, de jure, usu, & consuetu- „ dine, aut alias quomodolibet u- „ tuntur, fruuntur, & gaudent, ac „ uti, frui, & gaudere possunt, & „ poterunt, quomodolibet in futu- „ rum, pari modo uti, frui, & gau- „ dere libere, & licite valeas, Au- „ ctoritate Apostolica, tenore præ- „ sentium concedimus, & indulge- „ mus; Non obstantibus Constitutio- „ nibus, & Ordinationibus Aposto- „ licis, ac memoratæ Militię etiam „ &c. consuetudinibus, stabilimentis, „ usibus, & naturis, privilegiis quo- „ que, indultis &c. Apostolicis eidem „ Militię, ejusque magno Magistro, „ seu Administratori, & fratribus „ Militibus, aliisque Superioribus, „ & personis sub quibuscumque teno- „ ribus, & formis, ac alias in con- „ trarium pręmissorum &c. innovatis. „ Quibus omnibus, & singulis, il- „ lorum tenore &c. derogamus, cœ- „ terisque contrariis, quibuscumque. „ Datum.

„ Dilecto filio Ludovico Stanislao de „ Tremoville Laico Nobili Parisien. „ Diœ.

BENEDICTUS PP. XIV.

„ Dilecte fili, salutem &c. Religionis „ Zelus, vita &c. Nos inducunt, ut „ tuę &c. desideras &c. ut à Vene- „ rabili Episcopo.

DISCURSUS CXXVI.

JESU CHRISTI SEU SOCIETATIS JESU CHRISTI

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

ANno 1459. Pius II. Pontifex maximus Equestrem Ordinem instituit sub titulo *Societatis Jesu*, ut illius Equites contra Turcas pugnarent, cui strenui Milites se adscripse. runt: unde legimus, quod Guillelmus della Torretta, qui tunc temporis pro Galliarum Rege in Exercitu ejusdem Regis in Italia gloriose militabat, cum votum in Equestrem hanc Societatem ingrediendi emisisset, recursum habuit Toretta ad Summum Pontificem Pium II., ut apud Carolum VII. Franciæ Regem agere dignaretur, pro licentia, dimisso illius servitio, assumendi præfatam Societatem, & emissum Votum adimplendi, prout de facto Summus Ponti. fex Epistolam Regi scripsit datam Mantuæ 3. Octobris 1459., in qua Pontifex testatur eum elegisse dictum Torrettam in propagatorem hujus novi Ordinis. De d. autem Epistola meminit *Leibnizius*, refertque in suo Codice

dice Gentium, & omnia hæc exponit *Historia Gallico idiomate scripta Ordin. Monasticorum, Religiosorum, & Militarium in nostram Italicam Linguam translat. à Patre Ioseph Francisco Fontana Congregationis Matris Dei tom* 8. *cap.* 58. *pag.* 381., & *seq. juxta impreß. Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

DISCURSUS CXXVII.

JESUS, ET MARIÆ IN URBE

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget.

De quo tempore, & à quibus Militaris, & Equester hic Ordo fuerit institutus, satis non liquet, ut inquit *Abbas Justinianus in Historia Chronologica Ordin. Equestr. Parte Secunda cap.* 35. *pag.* 563. Fuisse institutum tempore Joannis XXII. videtur tenere *Joseph Micheli in Thesauro Militari*: sed eum involute loqui observat *d. Justinianus*. Fundatum fuisse à Paulo V. anno 1615. scriptum reliquit eruditus *Dominus Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Castellanus Trocensis &c. Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Corollario Ordines in Christianitate existentes continente, in verbo Jesus Maria pag.* 289. *impreß. in calce Tract. cui Titulus Adnotationes Historicæ de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ impreß. Coloniæ apud Adamum Cholinum anno* 1730., *in quo Corollario* ubi supra subdit, quod hic Ordo jam desiit.

Sic etiam institutum fuisse à Paulo V. asserit *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie Ancienne, & Moderne lib.* 1. *Dissert.* 1. *Art.* 1. *pag.* 140. *juxta impreß. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart* 1718., sic quoque *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom.* 4. *pag.* 252. *juxta impreß. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721.

Nihilo tamen minus hujus Equestris Militaris Ordinis institutores fuisse tres conspicuos Viros, ex antiquis Monumentis colligi testatur prædictus *Justinianus*. Atque ita non improbabiliter asseri potest, fuisse restauratum tempore Pontificatus Pauli V. Scriptores siquidem uno ore notant, Ordinem floruisse in Apostolico Solio sedente Paulo V. *Pater Ioseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei in Historia Ordin. Monastic. &c. & Militarium Gallice scripta, & per d. Patrem Fontanam in Italicum idioma translata tom.* 8. *cap.* 58. *pag.* 384. *juxta impreß. Lucæ Typis Iosephi Salani, & Vincentii Giuntini anno* 1739.

Hoc certum, quod pro tuitione Ditionis Ecclesiasticæ, ac ab Hostium incursionibus defensione contra Infideles, & Hæreticos fundatus fuit, & erectus hic Ordo Militaris, & quod tempore Pontificatus san. me. Pauli Papæ V. florebat, ut concordant Scribentes superius allegati, *Iustinianus, & Collector Gallus* ubi supra, & *Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 140. *d. Pater Fontana d. pag.* 384.

Ordinis Tessera Crux erat forma octangulari ad instar Crucis Religionis Sancti Joannis Hierosolymitani, sed coloris cœrulei, auro tamen circumdata,

data, & in ejusdem Crucis centro venerabile conspiciebatur Nomen JESU aureum ex una parte, & ex alia Sanctissimæ Virginis Mariæ, quæ Crux deferebatur pendens *dalla Bottoniera*, ut concorditer scribunt omnes prædicti Auctores: in colore quidem cœruleo significare voluerunt colorem Vestis, quo pingitur Imago Sanctissimæ Virginis Mariæ, qui color est cœruleus. Hincque Equites vocabantur *Equites Jesu, & Mariæ: d. Fontana pag.* 384. Formaque ejusdem Crucis impressa habetur apud *d. Iustinianum pag.* 562. *P. Philippum Bonan. in d. Catalogo Ordin. Equestrium n.* 58., *& in Catalogo omnium Insignium sub n.* 53., *& in d. Collectore Gallo d. tom.* 4. *pag.* 252. *& seq:*

Toga Capitularis Equitum est alba ex lana, & serico undulata, & sic capripilicio, & ut dicimus *Ciambellotto*, cui assuta erat Crux Ordinis e parte sinistra confecta, ut dicitur, *di raso bianco il bordo*, & Nomen Jesu, ut dicitur, *di ricamo d'oro*: allegati Auctores, dictusque *Fontana pag.* 384.

Figura vero Equitis tali Toga induti visitur in *d. Catalogo Equestrium Ordinum Patris Bonanni n.* 58. *Collectore Gallo d. Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom.* 4. *pag.* 252. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel anno* 1721.

Prędicta Crux communis erat omnibus Equitibus, hoc solum intercedente discrimine, quod Servientes Armorum deferebant in Veste alba *di Saja*, ut Nos vocamus; Capellani vero solum supra Pallium: *Iustinianus d. pag.* 563.

In hujus Ordinis erectione statutum fuit fundare Commendas numero triginta tres in memoriam triginta trium annorum Domini nostri JESU CHRISTI: *Iustinianus d. pag.* 563. *d. Collector Gallus pag.* 253.

Suis constabat Gradibus hęc Religio: aderat siquidem gradus magnæ Crucis, hoc est apud eosdem Equites Prior: aderant pariter Servientes Armorum, & Capellani, quibus omnibus totique Ordini præerat magnus Magister: *d. Iustinianus*. Hic magnus Magister eligebatur hoc modo. Ex numero Equitum Priorum in Concistorio Eminentissimorum Cardinalium à Summo Pontifice tres seligebantur præ cœteris magis digni; deinde in Capitulo Generali Ordinis, quod Romę congregabatur, & ad quod Pontificis Monitorio pro magni Magistri electione vocabantur Equites Status Ecclesiastici; Equites autem, qui non erant ex Statu Ecclesiastico, monebantur ad interessendum, sed interesse non tenebantur: eidem ergo tres selecti proponebantur, & unus ex illis in magnum Magistrum eligebatur, & confirmabatur, ut inquit *Iustinianus d. pag* 562., *& seq. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 252., *& seq. Pater Bonannus d. n.* 8. *d. Pater Fontana d. pag.* 384.

Qui magnus Magister Crucem Ordinis magnam gerebat in pectore, ut dicitur, *di Raso*: *d. Iustinianus pag.* 563. *d. Collector Gallus pag.* 253.

Auctoritate pollebat magnus Magister, conferendi ex gratia Justitiæ Crucem tribus Equitibus in qualibet Provincia, quamvis in ipsis sufficientes Nobilitatis probationes deficerent, dummodo tamen Commendam fundarent reditus annui scutorum bis centum, quæ Commenda ab ipso Fundatore sua vita durante possidebatur, & post illius mortem ad Religionem devolvebatur, & tunc à Religione conferebatur Equitibus jure Antianitatis: *d. Iustinianus pag.* 563. *d. Collector d. pag.* 252., *& seq. d. Pater Fontana*

na d. pag. 384.

In casu autem mortis unius ex prædictis tribus Equitibus in qualibet Provincia ut supra creatis à magno Magistro, poterat hic consimilem alium creare, ut prosequitur *d. Justinianus d. pag.* 563. *d. Collector Gallus d. pag.* 253. *d. Fontana pag.* 385.

Ut quis in hunc Ordinem in gradu Equitis ex iustitia reciperetur, tenebatur conficere Probationes generosæ Nobilitatis, eo modo, & forma, quæ fiunt in Ordine Sancti Joannis Hierosolymitani, idest Melitensis: *Justin. d. pag.* 563. *d. Fontana pag.* 385.

Quæ Probationes confici debebant per manus Commendatoriorum, de quibus infra: *d. Iustinianus d. pag.* 563. *d. Fontana pag.* 385.

Sic ex justitia aggregatus Eques huic Ordini, si esset ex Statu temporali Ecclesiastico, non autem extra Statum Pontificium, tenebatur propriis sumptibus Equum cum Armis manutenere, ut dicitur *Corsaletto, e Lancia*; Servientes vero Armorum, loco lanceæ, ut dicitur *il Moschetto*: *d. Iustinianus d. pag* 563. *d. Collector Gallus pag.* 253. *d. Fontana d. pag.* 385.

Pari modo Equites hujus Ordinis, qui erant e Statu Pontificio, vigore Brevis Summi Pontificis, fruebantur exemptione à quocumque foro, tum in causis Civilibus, tum Criminalibus, quarum cognitio spectabat ad magnum Magistrum: Equites vero extra Statum Ecclesiasticum jurisdictioni Principum Naturalium eorundem, ut notat *d. Iustinianus d. pag.* 563. *d. Fontana d. pag.* 385.

Vassalli autem Status Ecclesiastici tenebantur ire Romam pro electione magni Magistri; alii autem ad id non tenebantur. Omnes quidem Status Ecclesiastici, sicut & extra Statum vovebant defendere S. Ecclesiam, & Statum Ecclesiasticum: *d. Fontana pag.* 385.

Commendatores dictarum Commendarum triginta trium vocabantur magnæ Cruces, in quorum Commendatorum numerum in casu mortis alicujus, jure antianitatis succedebant alii Equites. Præsidebant isti Commendatores Provinciis, ipsisque commissa erat residentia in una ex Civitatibus earundem Provinciarum, vel deputare poterant, loco eorundem, alium Equitem eorum Locumtenentem. Ipsi negotia Religionis administrabant, dependenter tamen à Concilio Ordinis, ad quod, in magnis spectabat proferre iudicium: *d. Iustinianus pag.* 563. *d. Fontana* ubi supra.

Iidem reditus Ordinis exigebant, nec non, ut dicitur, *i Passaggi*: *Justinianus d. pag.* 563. *Fontana loco praal. legato*.

Ipsi Equites armabant, cunctaque omnia peragebant ex suprema Concilii Commissione, cui exactam eorundem Administrationis rationem reddere tenebantur: *d. Iustinianus d. pag.* 563.

Quilibet ex ipsis plenariam auctoritatem habebat sibi eligendi Capellanum pro celebratione Missæ in Ecclesia existente in Provincia: *d. Iustinianus d. pag.* 563.

Diximus, quod hic Ordo a Summo Pontifice erectus sub suo vivebat Magistro, qui eligebatur ab Equitibus eo modo, & forma, quam supra descripsimus; hoc est cum prælectione dictorum trium Priorum facta a Summo Pontifice, ex quibus tribus propositis, Capitulum deinde unum eligebat in magnum Magistrum: cumque hinc substantialiter Supremum jus resideat in Summo Pontifice, loco Catalogi magnorum Magistrorum, stabit Catalogus Summorum Pontificum; & sic videri poterit Nomen-

menclatura, quam adducimus in calce *Discursus de Ordine JESU CHRISTI Pontificio*.

Valde probabile est, quod hujus Ordinis institutio nullum effectum habuerit; vel si habuit, brevi tempore duraverit, ut inquit sæpe allegatus *Pater Fontana tom. 8. pag. 385.*

DISCURSUS CXXVIII

S. JOANNIS BAPTISTÆ HIEROSOLYMITANI

SECTIO I.

ARGUMENTUM

Recensentur variæ Scriptorum assertiones circa antiquitatem originis hujus Religionis Hierosolymitanæ.

SUMMARIUM

1. *Plures assertiones enumerantur circa antiquitatem originis Ordinis Hierosolymitani*, & n. 2. 3. 4. 5., & 6.
6. *Reiiciuntur dictæ Scriptorum assertiones. Ex illis potest deduci exemplariter Institutio.*
7. *Ordinis hujus Institutio præfiguratur in* Apocalypsi cap. 19.
8. *Institutor Ordinis fuit Beatus Gherardus.*
9. *Gherardum alii dicunt fuisse Palæstinum Eremitam Fratrem Laicum Montis Carmeli.*
10. *Reiicitur opinio de duobus Gherardis.*
11. *Alii tenent d. Gherardum fuisse Fratrem Conversum Ordinis Augustiniani.*
12. *Alii dicunt fuisse Episcopum.*
13. *Gherardus prædictus fuit Natione Gallus, Tolosanus, ex Familia* Didier, *vel* Tom.
14. *Alii dicunt esse naturalem de Marriguez, hoc est de Maritima Colonia in Provincia.*
Gherardus fuit Nobilis Sanguine.
15. *Illum fuisse Amalphitanum ex antiqua Civitate Scala in Regno Neapolis, in Principatu citeriori, magis probabile est.*
16. *Gherardus fuit Institutor Ordinis. Exponitur prima constructio Ordinis Hierosolymitani facta à Gherardo in Hospitali, sub Titulo Sancti Joannis Hierosolymitani.*
17. *Eodem tempore fuit ædificatum Monasterium, & Hospitale S. Mariæ Magdalenæ pro Fœminis in Hospitali recipiendis, cui præerat Agnes Nobilis Fœmina Romana.*
Hæc fuisse sub Regula Sancti Augustini, ab aliquo prætenditur.
Ejus figura, apud quos reperiatur.
18. *Idem Gherardus se separavit à Jurisdictione Abbatis Sanctæ Mariæ de Latina, & novo constructo Xenodochio prope Salomonis Templum, sub Titulo Sancti Joannis Baptistæ, ibidem cum suis munus Hospitalaris impensius exercebat.*
Illius Fratres nomen habebant Fratrum Hospitalariorum Sancti Joannis Hierosolymitani, & n. 20. 21., & 22.
19. *Sancta Civitas Hierusalem fuit recuperata à manibus Barbarorum à Duce Buglioneo anno* 1099., *& perpenditur, qua die hæc Victoria evenerit.*
20. *Circa finem undecimi Sæculi Gherardus suam Religionem Hospitalariam perfecit*, & n. 21., & 22.
Institutum omnium primus confirmavit noster Paschalis II.
23. *Locus Fundationis Hospitalis, & Religionis Hierosolymitanæ, secundum Auctores, fuit Cœnaculum, in quo Salvator*

DISCURSUS CXXVIII.

S. JOANNIS BAPTISTÆ HIEROSOLYMITANI

SECTIO I.

Non defuerunt eruditi cæteroquin Auctores, qui nimis fortasse de antiquitate soliciti, Religionis hujus 1. Nobilissimique Militaris Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani Originem, jam inde usque à vetustissimis Seculis repetentes, scriptum reliquerunt, exordium metiendum de tempore Samuelis Prophetæ, quo Hospitale Hierosolymitanum constructum fuit;

fuit. sicuti simpliciter hac opinione relata, scribit *Jacobus Bosius in Historia dictæ Sacræ Religionis, & Equestris Militiæ Sancti Joannis Hierosolymitani lib. 1. sub lit. D. pag. 7. juxta tertiam impressionem Typis Hieronymi Albrizzi Venetiis* 1695.

Alii Carmelitæ asserunt ab ipsis Machabæis 2. [illegible] manuscripto in Melitæ Archivio existente, ac in Bibliotheca Cœnobii Cæsaraugustani Carmelitarum ad litteram refert *Marcus Antonius Alegre de Casanate in Paradis. Carmel. decor. Stat. 4. Ætat.* 13. *cap.* 2. ibi - *Initium hujus Reli-* 3. *gionis fuit, si gravissimo ejusdem Monumento fideliter ex Malta Archivio educto, manuque fidelissimi Militis Malitæ exarato adhibenda erit fides, Cœnobium, seu Xenodochium quoddam Hierosolymis, à tempore Machabæorum erectum pro sublevandis necessitatibus ægrotantium militum, vel sepeliendis iisdem in Bello occisis. Cum igitur sub regimine Joannis Hircani Equitis Nobilissimi, ingenuique Prophetæ Judæ Machabæorum Ducis Successoris Civitas Sancta ab Antigono Epiphane tetra obsidione premeretur, coactus est Hircanus reconditi Thesauri, in monumento David, partem unam exhibere, ut obsessi respirare ab inimico aliquando possent,* 4. *& partem pro ædificando Cœnobio* (sic loquitur manuscriptum citatum) *seu Xenodochio, ad imitationem Sancti Judæ Machabæi largiter expendere, ubi ægroti curarentur, & cura pro mortuis sepeliendis susciperetur ab aliquibus inibi degentibus Viris. Xenodochium hoc Hircani, ut vetustissima tradunt Militaris hujus Ordinis monumenta, usque ad tempora pervenit Christi, qui illud sua pluries sacravit sacratissima præsentia, multaque miranda ferunt, & eximia Charitatis, & Amoris Opera, cum suis Apostolis operatum esse in eo. Hujus Cœnobii, seu Xenodochii pia in pauperes exercitamenta, usque ad tempora Titi, & Vespesiani perdurarunt, & capta à Tito Civitate defecere, ut postea tempore dante, in Cœnobio duo Carmelitarum Sexus utriusque, quod credimus, ut asseritur, dira illa Titi persecutione transacta, erigerentur. Ea propter interim Peregrini undique visendi Sa-* 5. *cri Sepulchri Servatoris JESU studio ibi confluentes, dire à Barbaris vexati, pressi fame, ærumnis afflicti, sine Domo, sine Protectione, & umbraculo, hac, illacque errantes misere peribant. Quorum misertus pro cordis sui affectu pius quidam post multa tempora Religiosus Vir* (*quem vetustissima Historia Girar vocant, nostra Gerardum*) *ad imitationem antiqui illius Judæ, & devotissimi Hircani Cœnobii, seu Xenochii, e duobus illis Cœnobiis, Virorum uno, & altero fœminarum, jampridem erectis à Carmelitis, & injuriis Barbarorum pene depopulatis, quæ prope Christi Sepulchrum fuerant erecta, duo Xenodochia Gerardus ille, qui Procuratoris vices pro Abbate Carmeli in Cœnobio Sanctimonialium gerebat, struxit; cui nomen uni dedit Sancti Joannis Baptistæ; alii autem pro reficiendis Mulieribus erigebatur Sanctæ Mariæ Magdalenæ. Fertur ab aliis insignitum esse primum nomine Sanctæ Mariæ de Latina &c.* Hactenus transcripta habentur etiam apud *Patrem Jo. Baptistam de Lezana Matritensem Carmel. in Annal. Ord. Beatiss. Virg. de Monte Carmeli tom. 3. ad annos Christi* 1118. *pag.* 541., *& seq. juxta impress. Romæ Typis Mascardi* 1653. *d. Jacobus Bosius pag.* 7.

 Scri-

Scribunt alii, emersisse temporibus Julii Cęsaris Romanæ Reipublicæ Dictatoris, & Antiochi Principis Antiochiæ, ac Hierusalem, qui d. Xenodochium iterum reædificavit, expresso Christi Domini jussu, licet nondum in terris nati: ajunt enim, Christum Dominum in somnis apparuisse d. Antiocho, & Sacerdoti Melchiat, illisque jussisse, ut thesauri, quos d. Melchiat rupto Sepulchro David impiè extraxerat, expenderentur in Fabrica, & restauratione antedicti Hospitalis Hierosolymitani, cujus primum Rectorem fuisse dicunt Zachariam Prophetam Patrem S. Joannis Baptistæ, juxta ea quæ refert *d. Bosius d. pag.* 7.

Incæpisse hunc Ordinem putant alii *tempore Apostolorum, eo quod tunc invenitur in* Hierusalem *honestus Conventus nigro* Habitu *propter mortem Christi, vestimento suo exteriori Cruce impressa, non ad militandum, & bellandum, sed potius ad orandum, & à Bellatoribus mala patiendum instructus; qui quidem Ordo non duravit, sed pereunte Civitate* Hierusalem *per Titum, & ipse periit:* ita scribit *Arnoldus Bosius libr.* 1. *Specul. Historiar. cap.* 19. cujus verba habentur etiam apud *d. Patrem Lezanam Tom.* 3. *ad Annum Christi* 1108. *pag.* 539.

Ex recensitis tamen Narrationibus, veluti res disparatas continentibus, vera hujus Militaris Equestris Religio- 6. nis origo nequaquam sumi potest, nec argui non interrupta successio. Hinc easdem expositiones parvi pendunt Historici, quos inter *d. Bosius* in supra allegatis locis; *Hieronymus Marulli Commendator hujus Hierosolymitanæ Religionis in Volumine Vite de' Gran Maestri della Sagra Religione di S. Giovanni Gerosolimitano pag.* 4. *juxta impress. Neapolis Typis Octavii Beltrami* 1636. Unde solummodo asseri potest, quod hic Hospitalariorum Equitum Militaris Ordo, exemplariter a prædictis potuit emanare, & institutionem per imitationem sortiri.

Sed antequam historice referamus Originem, ut cuncta cumulemus, rem prænarremus oportet; hujus nempe 7. Hierosolymitanæ Religionis Institutionem, celeberrima Divi Joannis Apostoli, & Evangelistæ Prophetica illa visione, quam *in Apocalypsi cap.* 19. describit, pręnunciatam, & pręfiguratam fuisse. Sic varii Scripturæ S. Expositores Interpretesque sentiunt, quos inter *Nicolaus de Lyra in Apostilla super Glossa Ordinaria in d. cap.* 19. *Apocalyps.* qui hæc habet. *Et Exercitus, qui sunt in Cęlo, idest Templarii, & Hospitalarii, quorum tunc Ordines fuerunt instituti ad militandum contra Adversarios Christi. Georgius Cdero in Partitionibus Theologicis Tabula* 261. *super d. cap.* 19. inquit - *Non iniuria verbum vocabatur Dei, quem Exercitus Cæli, hoc est Hospitalariorum, Templariorum, & Theutonicorum Militum sequebantur Ordines, in Equis albis, in Iustitia, & Sanctitate. Idemque Georgius in Tabul* 195. subdit, hoc duxisse *à Petro Aureolo*; prædictaque in decus, & laudem hujus Ordinis habentur etiam apud *Iacobum Bosium in d.* Historia *Religionis Hierosolymitanæ d. libr.* 1. *pag.* 9.

Nunc veræ originis, verique exordii, ac genealogicæ Historiæ seriem expo- 8. namus. Sane in comperto est, & documentis constat, Nobilissimæ hujus, Militarisque Religionis Fundatorem, & Institutorem fuisse Beatum Gherardum, sanguine non minus, quam Sanctimonia Nobilem: ex qua vero

vero Natione fuerit, sub Judice lis est, quam indecisam relinquunt Scriptores, quos inter *Bosius in d. Historia lib. 2. pag. 54. Abb. Iustinianus Historie Chronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari Parte Prima cap. 21.* Sunt quippe, qui sustinent d. Gherardum fuisse natione Palæstinum, ut vi-
9. dere est apud *Alegre de Casanate in Paradiso Carmel. cap. 3.* Illumque Gherardum fuisse Eremitam, seu Fratrem Montis Carmeli, & quidem Fratrem Laicum, comprobare nititur doctus *Pater Lezana d. Tom. 3. sub Anno Christi 1118. pag. 539. cum pluribus seqq.* ea facti animadversione, quod cum Carmelitę circa Institutionis hujus Religionis tempora in Hierusalem, nonnulla haberent Cœnobia, & d. Gherardus per Sanctum Brocardum, seu Bertoldum Priorem Montis Carmeli, fuerit ad Eremiticam Vitam admissus in statu Fratris Laici, tandemque missus in Hierusalem Procurator Monialium Sororum ejusdem sui Ordinis, non longe à Sepulchro Domini distantium, summa in Pauperes, & Peregrinos Sacra Loca visitantes charitate motus, vetera Carmeli Ordinis, a Saracenis vastata Cœnobia, in Xenodochium Divo Ioanni Baptistæ dicatum erexit, in quo subinde Ordinem Hospitalariorum Sancti Ioannis Baptistæ fundasse memoriæ proditum est, ut junctis aliis facti, ponderatisque circumstantiis, & fundamentis, late ratiocinatur allegatus *Pater Lezana*, qui plures enumerat Auctores, nempe *Arnoldum Bosium libr. 1. Specul. Histor. cap. 19. Ioannem Palaonydorum lib. 3. cap. 1. Coria in Chronica libr. 9. cap 30.* & refert etiam verba Manuscripti existentis in Bibliotheca Cœnobii Cesaraugustani Carmelitarum: & ample rursus rationibus, & Documentis fuisse Carmelitam d. Gherardum demonstrat doctissimus *Pater Philippus a Sanctissima Trinitate Carmelita Discalceatus Præpositus Generalis, in sua Theologia Carmelitana, sive Apologia Scholastica Religionis Carmelitanæ* pro tuenda sua Nobilitatis antiquitate *quæst. 13. Art. 8. pag. 277. cum seq. juxta impress. Romæ Typis Philippi Mancini anno 1665.* ibique refert per extensum verba *d. Bosii, & Alegre de Casanat*, & ostendit nequaquam Gherardum fuisse Tertiarium Sancti Francisci. *Pater Magister Ioseph Maria Fornari in suo Volumine: Anno Memorabile de' Carmelitani Tom. 2. in Appendic. post Mensem Decembris pag. 725.*

Tandem prællegatus *Pater Lezana sub pag. 545.* respondet objectioni, quę ab aliquibus promovetur; scilicet, incongruam reddi assertionem, quod Gherardus Carmelita Laicus Frater Conversus potuerit instituere hanc Religionem: respondet sane *Pater Lezana* Militare Hospitalariorum Sancti Joannis Hierosolymitani Institutum primo fuisse conditum sub simplici Titulo Hospitalariorum, & sic sub hoc præciso Titulo à Gherardo Seculari primitus potuisse institui. Quatenus vero consideretur qualitas veræ Religionis cum Votis substantialibus postmodum superaddita, & cum Armorum usu, hæc induci potuit opera alterius Gherardi diversi à primo Institutore Gherardo Carmelita, hosque duos Gherardos adfuisse in Ordine Hierosolymitano, innuit *Bosius in d. Historia*, imo tres fuisse, inquit *Petrus Saracenus*.

At prædictum assertum de pluribus
10. Gherardis reiicit allegatus *Pater Philippus à Sanctissima Trinitate in d. Theologia Carmelitana d. Art. 8. pag. 280.* ubi inquit.. *Nos stamus pro* Ar-

Arnoldo Bossio antiquiore, quem communiter alii sequuntur potius, quam pro Petro Saracenio, qui tres Gherardos in unum confundit.

Prænarratam Historiam de Gherardo Carmelita Laico Fundatore Hierosolymitanæ Religionis, expresse, uti solidis Auctoritatibus destitutam, reprobat, & reiicit *Hieronymus Marulli Eques, & Commendator ejusdem Ordinis Hierosolymitani in suo Volumine Vite de' Gran Maestri della Sacra Religione di San Giovanni Gerosolymitano in Vita d. Gherardi à pag. 4., & seqq. juxta impress. Neapolis.*

Quod idem Gerardus Institutor hujus 11. Equestris Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani fuerit Frater Conversus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, & proinde Equester Ordo sub regula militet Sancti Augustini, scribit *Auctor Seculorum Augustinianorum Frater Aloysius Torellus Bonon. tom. 3. sub anno Domini 1099. pag. 494., & sub anno 1120. & seq. pag. 547. juxta impress. Bononiæ Typis Iacobi Monti anno 1673. & primo sub anno 389 sub n. 131. pag. 268.* ubi inquit, quod Patres Historici Carmelitæ apud *Patrem Lazanam in tom. 1. Annalium sui Ordinis pag. 539.* quibus ipse *Lezana* adhæret, sustinent, fuisse Conversum suę Carmelitarum Religionis; super quo subdit *d. Pater Aloysius Torellus*, quod ipse dubitat, quinimò existimat fuisse sui Ordinis Augustiniani: primo, quia dictus Gerardus erat Professione Eremita; secundo, quia Ordini suo præscripsit Regulam Sancti Augustini: si enim Carmelita fuisset, Regulam sui Ordinis præscripsisset, nisi opinionem teneamus, quam aliqui tenent, ipsos Carmelitas, olim sub Regula Sancti Augustini militasse; tunc enim magis probabilis eorundem Carmelitarum opinio redderetur: *d. Torellus.*

Et demum, quod laudatus Gerardus fuerit de Familia dicti Monasterii de Latina sub Ordine, & Religione Sancti Benedicti, sustinet *Joannes Mabillon. in Annalibus Ordinis S. Benedicti lib. 69. ad Annum centesimum.*

Petrus vero Saracenus asserit, d. Ge- 12. rardum fuisse Episcopum, ad quod inclinant Equites Melitenses; de quo meminit, licet non appebat *d. Philippus à Sanctissima Trinitate* loco superius allegato *pag. 277.*

Fuisse autem dictum Gerardum Natio- 13. ne Gallum, & ex Provincia Tolosana, natum ex Familia di *S. Didier*, seu *Tune*, testantur plures tum Galli, tum exteri Scriptores; *Gousian courrt Martirologe des Chevaliers &c. Petrus Boissat Gallus in sua Historia Jo. Cabassutius Aquisextiensis Notitia Conciliorum Historie. Synops. Seculi XI. n. 29. pag. 385. Pater Andreas Mendo de Ordin. Milit. Disq. 1. quæst. 5. n. 108. Maiburg. Histor. delle Crociate tom. 1. lib. 3. pag. 485. juxta translationem in linguam Italicam editam à Gabriele d' Emiliane, ac impressam Piazzolę anno 1684. Abb. Justinianus Historie Cronologic. dell' Origine degli Ordini Militari Parte prima cap. 21. pag. 209. Emus Petra ad Constit. Apostolicas tom. 2. ad Constitut. 2. Anastasii IV. sect. 1. n. 8. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers &c. tom. 2. §. 23. Les Chevaliers de San Jean de Jerusalem &c. pag. 98. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. Ludovic. Moreri in suo Magno Dictionario Histor. &c. sub litt. G. verbo Gerard, & sub litt. M. verbo Malte, & seq.* ubi illum dicit esse Nativum de Marriguez, hoc est de Ma- 14. ritima Colonia in Provincia: *d. Pater Philippus à Sanctiss. Trinitate d. quæst.*

d. quæst. 13. *art.* 8. *pag.* 278. ubi subdit hæc, quod *probabilius est ipsum Natione Gallum, & mansione Pulesinum esse, audivi namque, dum essem in Insula Melita, linguam Gallo Provincialem primam esse inter alias totius Religionis Sancti Joannis, ob sui reverentiam Institutoris V. F. Gerardi ex illa Provincia Galliæ oriundi &c., & pag.* 280. prosequitur - *Noster autem hic Gerardus, quamvis non esset Sacerdos, erat tamen prudentissimus, & sanctitatis opinione clarus; unde communiter nominatur Beatus. Nec rarum est, quod res etiam nobilissima à modicis principiis incipiant tam in Secularibus, quam in Religiosis Familiis. Et forte præter prudentiam, & sanctitatem, hic noster Gerardus Generis habuit Nobilitatem, quam desiderat inclyta Religio Melitensis. Pater Magister Joseph Maria Fornari Carmelita* in suo Volumine secundo, cui Titulus Anno Memorabile de' Carmelitani &c. in Appendice post diem 31. Decembris *cap.* 1. *pag.* 75. *juxta Impress. Mediolanensem Typis Caroli Federici Gagliardi anno* 1690. ubi sic exprimit - *Fu di Natione Francese, di Patria Martiicense distante sei Leghe da Marsiglia sopra il Mare verso l' Occidente, perciò in riverenza di questo suo Fundatore, e gran Maestro, quel Sacro Ordine de' Cavalieri di Malta professa fra gl' altri linguaggi il Francese, come fu proprio del suo venerabil Institutore.*

Quod dictus Gerardus cognomento *Tom* sit originarius ex Insula Martingue in Provincia, scribit *Pater Joseph Franciscus Fontana in Historia Gallica in linguam nostram per eum translata tom.* 3 *cap.* 12. *pag.* 80., de qua meminimus infra §. Cœterum.

At magis verosimilis sententia est, Gerardum fuisse Amalphitanum, & ex Civitate Scalæ Neapolitani Regni Urbis antiquæ in Principatu Citeriori, quemadmodum sequendo *Scipionem Mazellam in Descriptione Regni Neapolis, & Commendatorem* Hieronymum *Marulli in Vitis magnorum Magistrorum Melitensium Ordinis Sancti Joannis impress. Neapolis* 1636. comprobat *Abb. Bernardus Justinianus Historie Cronologiche dell' origine degli Ordini Militari Par. pr. cap.* 21. *pag.* 209. *& seq. juxta impress. Venetam Typis Combi, & La Noù* 1692. Idemque habetur in Volumine sub Titulo - *Descrizione del Regno di Napoli, raccolta, e data in luce da Cesare di Eugenio Caracciolo, Ottavio Beltrano &c. in Napoli* 1671. ubi in Descriptione Civitatis Amalphitanæ dicitur. *Vantasi di esser stata Patria di Flavio Gioia Inventore dell' uso della Bussola, ed anche del Fondatore della Religione Gerosolimitana: d. Hieronymus Marulli pag.* 3. ubi testatur se vidisse documentum antiquum in carta hædina sic dicens: & late rationibus cumulatis, ostendit *Pater Sebastianus Pauli Congregationis Matris Dei in suo moderno Volumine, cui Titulus - Codice Diplomatico del Sacro Militar Ordine Gerosolymitano*, in ea parte, in qua agit de magnis Magistris, sub Titulo - *Serie Cronologica de' Gran Maestri dell' Ordine Gerosolimitano in Soria pag.* 349. *juxta impressionem Lucensem Marescandoli anno* 1733. ubi allegato dicto Equite, ac Commendatore *Fratre Hieronymo Marulli* in d. Libro - *Vite de' Gran Maestri pag.* 3. *juxta impressionem Neapolis Typis Octavii Beltrani* 1636. testatur hanc esse sententiam magis verisimilem.

Videantur quæ infra dicemus in Catalogo Beatorum, & magnorum Magistrorum

gistrorum hujus Ordinis Hierosolymitani.

Cœterum, sive Palæstinus, sive Gallus, 16. aut Italus fuerit Gerardus, extra aleam dubitationis est, eum esse Fundatorem, & Institutorem hujus Hospitalariæ Religionis Hierosolymitanæ, jureque merito idem Gerardus, & non alius in Magistrorum, seu magnorum Magistrorum Elencho primum locum tenet, sicuti demonstratur in Catalogo magnorum Magistrorum, quem adducimus in calce Discursus. Unde id quod scriptum reliquit *Bosius in dicta Historia Ordin. Hierosolymitani lib. 2. pag.* 54. ibi .. *Mori in quest' anno (scilicet* 1118.) *Il buon Gherardo Rettore dello Spedale di San Gio. Gerosolimitano, il quale meritamente ne fu chiamato primo Fondatore, non perchè egli lo fondasse, ma perchè fu il primo Rettore, o Presidente di quello,* intelligi debet de ipsa constructione Hospitalis, quod ex Piorum Eleemosinis peractum fuit, non de fundatione Ordinis Hospitalarii, quem ipse Gherardus instituit, quatenus est Ordo Hospitalitatis: quatenus autem est Ordo insimul Militaris, fuit ab immediato ejus Successore peractus, ut infra dicemus. Seriem vero Institutionis sic enarrant Scribentes. Undecimo Humanæ Reparatæ Salutis labente seculo, Sancta Hierosolymorum Urbs sævo premebatur Jugo Saracenorum, qui vastas illas Syriæ Regiones occupaverant: eas tamen Regiones, maritimosque Portus Viri Nobiles Amalphitanæ Civitatis, qui Normanni erant, etiam Mercaturę causa frequenter adibant, & Mercaturam faciebant: cumque probi Christifideles essent, animadverterunt in Civitate Hierusalem, nullum adesse Monasterium, ac Ecclesiam Latini Ritus, sed solum Ritus Græci. Munerum ope anno 1048. a Calisto Ægypti Romensoro Mounesaph tunc Hierosolymis imperante, ad commodum eorum Nationis, in ea Civitatis parte, prope Sepulcrum CHRISTI Domini Palatium ædificarunt cum Ecclesia sub Titulo Sanctæ Marię de Latina, quia fundatores itali fuerunt, ad differentiam aliarum Ecclesiarum Gręcorum, & in hoc Monasterio Abbas, & Monachi Ordinis Sancti Bernardini, qui ibidem Divina celebrabant, Peregrinorum curæ incumbebant. Crescente deinde Populi multitudine, Abbas, & Monachi, Xenodochium & Sacellum in honorem, & sub titulo Sancti Joannis Baptistæ, construi fecerunt. In hoc Xenodochio Gerardus de mandato Abbatis, charitate non ficta, Hospitalitatis munera jugiter exercebat cum nonnullis Sociis, nullo Religionis Voto obstrictis, in pectore albam solum Crucem planam deferentibus in veste nigra: *Jacobus Bosius in Historia Ordinis Hierosolymitani lib. 1. pag. 7., & 18. Sansovin. dell' Origine de' Cavalieri lib. 2. pag. 31. juxta impression. Venetam Sessa anno 1570. Joannes Soranzo. L' Idea del Cavaliero pag. 87. juxta impressionem Petri Martini Locarni Mediolanen. 1600. Alphonsus Loschi in Compend. Historic.* ubi agit *Della Casa d' Austria, e suoi Stati pag. 57. Impress. Vincentia apud Jacobum Amadio. Cassaneus in Catalogo Gloriæ Mundi Parte 9. Consider. 4. Alexander Ross. in suo Volumine .. Les Religions du Monde in Gallicum Idioma translato per Thomam la Grue Divisione Decima pag. 216. Typis Joannis Schipper Amstelodami Anno 1666. Sebastianus Pauli in Volumine, cui Titulus . Codice Diplomatico del Sacro Militare Ordine*

dine Gerosolimitano sub Tit. Offervat. soura i Diplomi 18. pag. 477. Tholosan. Syntag. Juris Univers. lib. 15. cap 33. n. 1., & seq., & cap. 34. Petr. Messia - Selva di varie Lezioni rinovata Sylv. 2. p. 6. cap. 7. Abbas Justinianus Histor. Cronologic. dell' origine degli Ordini Militari Par. pr. cap. 21. pag. 209. Jo. Baptista de Lezana Matritensis Ordin. Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo Annal. Ordinis prædicti Beatæ Mariæ tom. 3. anno Christi 1118., & 1124. pag. 538. juxta impress. Romæ Typis Mascardi anno 1653. Volumen, cui Titulus - *Storia degli Ordini Monastici, Religiosi, e Militari Gallico Idiomate exarata, & in linguam Italicam translata à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanensi Congreg. Matris Dei tom. 3. cap. 12. à pag. 79. cum seq. juxta impressionem Lucæ 1738. Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini:* dictasque Fabricas fuisse constructas sub annis 1048. scribunt *d. Bosius lib. 1. pag. 5. Abb. Justinianus d. pag. 209. & seq. Pater Dominicus Maria Curione de Asso ex Ordine Prædicatorum in suo Volumine -- Il Glorioso Trionfo della Sacrosanta Religion Militare &c. de' Cavalieri di S. Giovanni Gerosolimitano cap. 2. pag 8. juxta impressionem Neapolis Typis Scipioni Bonini 1619. d. Pater Fontana d pag. 79.*

Eodem fere tempore, eodemque loco postmodum iidem Amalphitani aliud 17. Monasterium, & Hospitale cum Ecclesia ædificarunt, sub invocatione Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ut in eo reciperentur Peregrinantes Mulieres, in quo Monasterio nonnullæ morabantur Moniales, quæ curam de prædictis haberent, iisque in Abbatissam praerat nobilis Matrona Romana nomine Agnes, ut scribit *Bosius lib. 1. cap. 7. sub litt. E. Justinianus d. Par pr. cap. 21. pag. 209. d. Alexander Ross. in Volumine Les Religions, du Monde* Divisione Decima *in Gallicum Idioma translato per Thomam la Grue pag. 216. Pater Aloysius Torellus de Bononia -- Secoli Agostiniani tom. 3 anno Christi* 1099. *n.* 10. ubi comprobat fuisse erectum sub Regula Sancti Augustini, quemadmodum etiam Hospitale pro Viris fuisse sub eadem Religione Sancti Augustini, pluribus ostendit rationibus *Pater Bonannus in Catalogo Ordinum Equestr. n.* 129. ubi habetur Figura d. Mulieris Hospitalariæ longa Veste indutæ, funiculo præcinctæ, & Velum super caput tenentis, ac in pectore Crucem planam gerentis cum inscriptione -- *Mulier Hospitalis Sancti Joannis in Hierusalem,* quam refert etiam *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom. 2. pag. 250. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721., & de qua intra in suo Discursu.

Adauctis postmodum reditibus ex Principum, Virorumque Piorum Largitionibus præfati Hospitalis ad S. Mariam Latinam, cujus erat Administrator Gerardus idem Gerardus una cum suis Fratribus Hospitalariis, statuit à Jurisdictione d. Abbatis, Abbatia, & Religiosis Sanctæ Mariæ de Latina se separare, novamque Congregationem constituere sub Titulo, & Protectione Sancti Joannis Baptistæ, prout perfecerunt, ipseque Gerardus fundavit, constructo Xenodochio eidem Sancto Joanni Baptistæ dicato prope antiquum Salomonis Templum, 18. ut videre est apud *d. Justinianum d. Par pr. cap. 21. pag. 209. Patrem Andream Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. quæst. 5. n. 107. Patrem Honora-*

noratum à Sancta Maria Carmelitam Excalceatum Differtat. Historiques &c. sur le Chevalerie &c. libr. 1. Dissert. 10. Art. 5. pag. 245. Collectorem Gallum Histoire des Ordres militaires &c. tom. 2. §. 23. Les Chevaliers de S. Jean pag. 48. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunet 1721. d. Patrem Fontana d. tom. 3. cap. 12. pag. 80.

In hoc Xenodochio munera Hospitalitatis impensius exercebat Gerardus, qui cœteris in tam Sancto Charitatis officio erga infirmos præstando, præclarum tribuebat exemplar. Hinc iidem Fratres nomen sortiti sunt Fratrum Hospitalariorum, aut Fratres Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, ut notant allegati *Justinianus*, *Mendo*, *Honoratus*, *Fontana* ubi supra.

Successivis deinde temporibus, Dei 19. Optimi Maximi Munere, cum Christianorum Exercitus in generali illa Militari expeditione, quam Cruciatam vocant, zelo sa. me. Urbani II. Summi Romani Pontificis pro Terræ Sanctæ recuperatione indicta, sub gloriosissimo Duce Gotifredo Buglione, Lotaringiæ Duce inclyto, plures in Oriente de Barbaris Victorias reportasset, & plusquam centum Civitates recuperasset, tandem triginta novem dierum obsidione ipsam Civitatem Hierusalem Victricibus Armis expugnavit, & è Barbarorum manibus eripuit. Accidit autem hæc expugnatio, & recuperatio Hierusalem anno 1099. die quindecim Julii, die Veneris circa horam nonam, atque ita eadem adamussim Veneris die, & hora, qua humani generis Salvator pro nostra, omniumque salute in Cruce Crucifixus expiravit, sicut notat *Bosius d. lib. 1. pag. 12.* ubi transcribit verba *Guilielmi Archiepiscopi Tyrensis in sua Historia de Bello Sacro lib. 8. cap. 18.* sic rem ponderantis. *Videtur procuratum Divinitus, ut qua die, qua hora pro mundi salute in eadem Urbe passus est Dominus, eadem & pro Salvatoris Gloria Fidelis decertans Populus, desiderii sui felicem impetraret consumationem. Eadem autem die, & primus Homo conditus, & secundus pro primi salute morti traditus esse dicitur; unde etiam decuit, ut ejus membra, & imitatores in ipsius nomine de Hostibus triumpharent: Io. Soranzo l' Idea del Cavaliero Par. pr. pag. 86. & seq.*

Circa hæc itaque tempora, hoc est sub finem undecimi Seculi, ac initio de-20. cimi secundi, prælaudatus spectatæ Virtutis Vir Gerardus, opus fundationis Religionis suæ, seu Ordinis Hospitalarii Sancti Joannis Baptistæ in Hospitali Hierosolymitano eidem Sancto Præcursori dicato, gloriose perfecit, illam instituendo, sub Regulari habitu Vestibus suis albam Crucem affigens, cum Votorum substantialium emissione, ad tradita per *Patrem Andream Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. quæst. 5. n. 107. Franciscum Sansovinum dell' Origine de' Cavalieri lib. 2. §. Cavalieri Gerosolimitani pag. 31., & seq. juxta impress. Venetiam Typis Hæredum Marchio Sessa 1570. Abb. Iustinian. d. Par. pr. cap. 21. pag. 211. Cabassut. in Notitia Concil. Historic. Synops. Seculi XI. n. 29. pag. 385. Flav. Cherubin. in Compend. Bullar. ad Constit. 2. Anastasii IV. Schol. 1. Graveson Histor. Ecclesiast. tom 4. Par. secunda Colloq. 6. pag. 692.*, & in Chronologia Ecclesiastica iterum post *Platin. in Vit. Pontif. d. Marullus pag. 3. Patrem Sebastianum Pauli in allegat. Codic. Diplomat. sub titulo Serie Crono-*

nolo-

nologic. de' Gran Maestri pag. 329. d. Collector. Gallum d. Tomo secundo pag. 98.

„ sciadore della vostra Religione Ge-
„ rosolimitana, da esso in nome
„ della medesima ci fù fatta premu-
„ rosa istanza per questo stesso ne-
„ gozio non meno in voce, che in
„ carta, avendocene lasciato un Me-
„ moriale.

„ Come bene siete informato, Noi
„ non cediamo à veruno de' nostri
„ Predecessori nell' affetto verso la
„ vostra inclita Religione; valutan-
„ dola come un' antemurale fortis-
„ simo della Cristianità, ed un fer-
„ missimo, e sicurissimo propugna-
„ colo della Cristiana Republica.

Mà,

„ Ma, posto per un poco da parte
„ l' affetto, ci applicammo a vedere,
„ se alle ragioni intrinseche, già
„ di sopra dedotte, vi fosse campo
„ di aggiungere l' estrinseche, che
„ si sogliono desumere dai fatti, e
„ dagli esempj.

„ Nell' *anno* 1484. Pietro de Aubusson
„ Granmaestro di Malta fu fatto
„ Cardinale dal nostro Predecessore
„ Innocenzo VIII. ritenne col Cardinalato
„ il Granmagistero, nè mai
„ venne a Roma, essendo stato sempre
„ intento a guardare l' Isola di
„ Rodi dai Turchi. Morì nel 1503.,
„ e le di lui gloriose gesta si possono
„ leggere nel Vescovo di Attichy
„ *nella sua Opera intitolata*
„ *Flores Historia Cardinalium*, *al*
„ *tom.* 2. *pag.* 416. *num.* 38., e nel
„ Ciacconio *al tom.* 3. *pag.* 134., *e*
„ *seqq.* Ed il Cardinale de Aubusson
„ portò la Croce ottogona nella
„ Mozzetta, come or ora accenneremo.

„ Morì in Roma Levesque de la Cassiere
„ Granmaestro di Malta; ed avendo
„ il Pontefice Gregorio XIII.
„ nominati trè al Magistero, frà quali
„ Ugone Verdala, esso fù il Granmaestro.
„ Fu di poi chiamato a Roma
„ da Sisto V. *nel* 1587., che
„ in Roma lo fece Cardinale, ove
„ pure si trattenne qualche tempo;
„ dopo il quale ritornò à Malta,
„ avendo ritenuto col Cardinalato il
„ Granmagistero, e morì *l' anno*
„ 1595.

„ Nei Diarj di Paolo Alaleone Maestro
„ Pontificio delle Cerimonie *al*
„ *tom.* 1. *par.* 2. *pag.* 502., si descrive
„ la funzione della Berretta
„ Cardinalizia data dal Papa ad esso,
„ ed agli altri suoi Compagni nella
„ promozione, ed al proposito
„ nostro così *nel luogo citato* si legge:
Magnus magister venit ad
„ *Consistorium ad accipiendum Biretum
rubrum cum veste nigra indutus,
quam vocant la veste de
Ponta, quem habitum portant præcipuè
quando se communicant, &
cum Bireto Prebyterali nigro, &
corona; & habito Bireto rubro
in Cameris Cardinalis de Montalto,
relicta dicta veste, induit se
more Cardinalium, portans Crucem
albam magnam juxta Ordinem
sua Religionis suprà Mozettam
ante pectus tantùm.*

„ E' d' uopo, che ciò recasse qualche
„ maraviglia, ed avendo i Cardinali
„ preteso, che non si potesse portare
„ alcun' altra insegna di Religione
„ sopra la Porpora Cardinalizia,
„ e che però esso dovesse levar
„ la Croce, postosi il punto in
„ controversia, ed avendo Giacomo
„ Bosio, Agente in quel tempo della
„ Religione di Malta in Roma,
„ portato in giro un' antico Ritratto
„ del Cardinale de Aubusson
„ colla Croce bianca su la Mozzetta
„ rossa, restò appagato il Sacro
„ Collegio, ed il Cardinal Verdala
„ proseguì nel portare la Croce ottogona
„ sopra la sua Mozzetta.

„ Il fatto è pienamente riferito nella
„ Storia di Malta del Commendator
„ del Pozzo *par.* 1. *lib* 6. *pag.*
„ 301., e resta altresì pienamente
„ comprovato da quanto siegue.
„ Ebbe il Granmaestro Verdala molti
„ Emoli, per le rappresentanze
„ forse de' quali fù dal Papa creduto
„ bene farlo venire à Roma,
„ per accertare la verità. Aveva esso
„ un detto assai arguto, allusivo
„ alla vittoria ottenuta contro i Malevoli,
„ e discorrendo con D. Ferrando
„ Ozes Maestro razionale de'
„ mali uffizj fatti contra di lui in

 Roma,

„ Roma, diceva, che i suoi nemici „ l' avevano dipinto à Roma di „ molti colori, ma che era ritorna- „ to a Malta rosso. Fece in oltre „ incidere una Medaglia descritta „ dal Ciacconio nella di lui vita *al* „ *tom.* 4. *pag.* 185. nel dritto della „ quale dice, che vi era il di lui „ ritratto con il di lui nome *Frater* „ *Hugo de Loubenx Verdala Cardi-* „ *nalis*, e nel rovescio un Nettuno as- „ siso nel Carro col seguente motto, „ *Collectasque fugat nubes, solemque* „ *reducit*, Cose tutte allusive alla „ vittoria ottenuta nelle sue perse- „ cuzioni. Noi abbiamo avuta nel- „ le mani, e veduta la Medaglia, „ di cui parla il Ciacconio; e quan- „ to al rovescio, vi abbiamo vedu- „ to il Nettuno assiso nel Carro, „ ma coll' aggiunta di un Sole, „ che dissipa le nubi, e le procel- „ le, ed in ordine all' altra parte „ della Medaglia, dopo le parole ri- „ ferite dal Ciacconio, vi abbiamo „ lette queste altre, *M. M. Princ.* „ *Mel.*, & *G.* cioè Granmaestro di „ Malta, e del Gozo: e quello, che „ più importa al caso nostro, vi „ abbiamo veduto scolpito il di lui „ ritratto coll' Abito Cardinalizio, „ e la Grancroce ottogona nel Pet- „ to su la Mozzetta: il che certa- „ mente non si sarebbe fatto fare „ da lui, ne si sarebbe lasciato cor- „ rere, se non fosse stato assicurato il „ punto di portare la Croce otto- „ gona sopra la Mozzetta.

„ Questi due esempj ci anno dato un „ gran fondamento per credere, po- „ ter ancor voi portare la Croce „ nella Mozzetta, come l'anno por- „ tata due altri vostri Predecessori „ Cavalieri Professi della Religione „ Gerosolimitana: nè crediamo po- „ ter correre ragionevole disparità „ nel caso, di cui si tratta, fra voi, „ ed essi, essendo voi Cavaliere Pro- „ fesso, e Grancroce, ed essendo essi „ Professi, e Granmaestri dell' Ordi- „ ne: imperocchè la Croce ottogo- „ na non è divisa particolare del „ Granmaestro di Malta; è, come „ più volte si è detto, l' Abito pro- „ prio de' Cavalieri Professi: il chè „ facilmente potrà comprendere an- „ che chi non è pratico delle vostre „ Costituzioni, se rifletterà, che l' „ Alaleoni di sopra citato, descri- „ vendo l' Abito, che portossi dal „ Granmaestro Verdala dopo ricevu- „ ta la Berretta Cardinalizia, dice la „ Grancroce, non propria del Magi- „ stero, ma della sua Religione, *ju-* „ *xta Ordinem suæ Religionis*, e „ che il punto promosso dal Sacro „ Collegio contro il portare la detta „ Croce nella Mozzetta, come pure „ abbiamo detto di sopra, appog- „ giossi al non doversi porre sopra „ la Porpora Cardinalizia alcun' al- „ tra insegna di Religione.

„ In quella guisa appunto, che avendo „ la Santa Memoria di Benedetto „ XIII. creato Cardinale il Padre „ Lorenzo da S. Lorenzo, chiamato „ Cardinale Cozza, che era Genera- „ le dell' Ordine de' Minori, ed aven- „ do nello stesso tempo stabilito con „ suo Breve spedito *sotto il giorno* „ 29. *di Dicembre* 1726., che con- „ tinvasse nell' uffizio di Generale .. „ *Decernentes, munus Ministri Ge-* „ *neralis hujusmodi ob tuam ad Car-* „ *dinalatus dignitatem Promotionem* „ *factam, ut præfertur, durante no-* „ *stro, & dictæ Sedis beneplacito* „ *præfato non cessare:* non vi fu chi „ pensasse mai di attribuire la riten- „ zione dell' Abito Francescano, che „ esso usò nel tempo ch' era Cardi- „ nale, e Generale all' esser Genera-

le;

,, le; essendo ognuno ben persuaso,
,, che la ritenzione era un' effetto
,, della sua Professione fatta nella
,, Religione di S. Francesco.
,, Ed eccovi quanto in poche ore sot-
,, tratte alle nostre continue appli-
,, cazioni abbiamo potuto raccorre
,, per rispondere all' antico vostro
,, quesito, e per concedervi fonda-
,, tamente la licenza richiesta da voi,
,, e dalla vostra Religione, di porta-
,, re sopra la Mozzetta la Grancroce
,, ottogona di tela bianca, il che
,, facciamo colla presente; dandovi
,, con pienezza di cuore l' Aposto-
,, lica Benedizione. Datum Romæ
,, apud Sanctam Mariam Majorem
,, die 13. Octobris 1745. Pontificatus
,, nostri Anno sexto.

DISCURSUS CXXVIII.

SECTIO II.

ARGUMENTUM

Exponitur narratio expulsionis Sacræ Hierosolymitanæ Religionis à Civitate Hierusalem, totaque Palæstina: narrantur Peregrinationes per plura Loca ab eadem Sacra Religione: quomodo acquisiverit hæc Religio Insulam Rhodi; quo tempore eam possederit; quomodo illam munierit, & ab obsidionibus defenderit. Quomodo illam amiserit, & quomodo Investituram Insulæ Melitensis acquisiverit, & in ea Religionis Sedes fixa fuerit.

SUMMARIUM.

1. *Expugnata à Saracenis Civitate Hierusalem, Christiani expulsi fuerunt à Terra Sancta, & Sacra Religio Hierosolymitana se transtulit ad Civitatem Margati, & deinde ad Civitatem Ptolemaidis*, & n. 2., & 3.
4. *Amissa Ptolemaida, Equites Hierosolymitani se transtulerunt ad Regnum Cypri, cujus Rex Civitatem Limisone illis concessit.*, & n. 5.
6. *In ea magnus Magister de Villars duo habuit Capitula, & in ea obiit anno 1294.*
7. *Successit magnus Magister Oddo de Pins, qui obiit dum Romam pergeret, & illi successit Guillelmus de Villareto, qui cogitabat de mutanda Sede Religionis in aptiorem.*
8. *Quomodo acquisiverint Rhodi Insulam*, & n. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17., & 18.
19. *Rhodi Insula describitur.*
20. *Rhodi Insula obsidetur à Turcis sed Milites Equites Hierosolymitani illam tuentur, & liberant* & n. 21.
22. *Amadeus V. nuncupatus magnus Sabaudiæ Dominus, ingenti subsidio Insulam ab obsidione liberat, & in hujus Victoriæ memoriam assumpsit Crucem albam Religionis in suo Stemmate cum Litteris F. E. R. T. factum explicantibus, hoc est: Fortitudo Ejus Rhodum Tenuit.*
23. *Narratio d. Stemmatis dicitur fabulosa.*
24. *In Insula Rhodi Equites optimas leges ediderunt pro bono Regimine Religionis.*
25. *Equites Turcarum contra Insulam impetus propulsarunt sæpe.*
26. *Describitur late Turcarum obsidio Insulæ Rhodi anno 1521.*
27. *Exponitur proditio, & Proditor ejusdem Insulæ, & illius damnatio ad mortem.*
28. *Exponitur deditio Insulæ in manibus Turcarum, & quibus conditionibus.*
29. *Magnus Magister visitat Turcarum Imperatorem, qui omnibus Equitibus, qui magnum Magistrum associaverunt, Vestem donavit* di Scarlatto. *Et post triduum ipse Turcarum Imperator*

rator una solum associatus Scutifero visitat magnum Magistrum.

30. *Magnus Magister Equo insidens, ultimo visitat Imperatorem Turcarum.*
Navem magnus Magister conscendit, & cum aliis Navibus, cum Equitibus superstitibus, & cum quinque millibus Subditorum navigationem ingreditur versus Insulam Candiæ.

31. *Post arctam trium mensium spatio obsidionem, Turcæ Rhodi Insulam ceperunt.*
Spatio annorum biscentum & tredecim floruerat sub regimine Sanctæ Religionis Hierosolymitanæ.

32. *Quot millia Hominum perierint in d. obsidione.*

33. *Carolus V. Imperator dicebat, nullam aliam Arcem rite fuisse amissam, quam Rhodi Insula.*

34. *Turcarum Victoria de Rhodi Insula vocata Cadmea.*

35. *Rhodi Insulæ infortunium præsignavit emissio Sanguinis ex Brachiis Sancti Nicolai de Tolentino.*

36. *Magno Magistro Candiæ Portum obtulit Generalis Venetæ Reipublicæ, & fuit exceptus in Civitate Castri, in cujus Cathedrali Ecclesia habuit Capitulum Generale*, & n. 37.

38. *Appulit Siciliæ Regnum magnus Magister, & in eo Assembleam tenuit, in qua egit de recuperatione Insulæ Rhodi.*

39 *Magnus Magister cum sua Classe centum Cellas appulit, & tandem Urbem Romam.*
Illum Orator Cæsareus associat usque ad Januam Ecclesiæ Sancti Petri.

40. *Summus Pontifex Adrianus VI. magnum Magistrum in Cardinalium Consistorio excepit.*
Magnum Christi Athletam, & Sanctæ Fidei Catholicæ acerrimum Propugnatorem appellat.

41. *Adriano VI. mortuo, magno Magistro cum suis committitur custodia Conclavis, qui Januis Conclavis more Militari astiterunt in Veste rubea, & alba Cruce.*

42. *Magnus Magister agit de invenienda Sede fixa pro Religione, & consideratur Melita Insula, & rogant Summum Pontificem, ut rem agat apud Carolum V. Imperatorem.*

43. *Carolus V. instante Summo Pontifice d. Insulam Melitæ cum Insula Gozi, & Civitate Tripolis anno 1530. 15. Aprilis in Feudum Religioni concedit, ut in Festo Omnium Sanctorum præstent annuatim Avem nuncupatam Asturem.*

44. *Magnus Magister cum Generali Equitum Capitulo cepit Possessionem.*
Juspatronatus Episcopatus ad Regem Siciliæ spectat: Jus tamen nominandi tres ejusdem Religionis Religiosos spectat ad Hierosolymitanam Religionem.

45. *Unus saltem ex præsentatis debet esse subditus Regis Siciliæ.*
Ad Regem Siciliæ spectat electio.
Electo in Episcopum debet Religio conferre magnam Crucem cum Titulo Prehæminentis, & locum habeat inter Bajulivos.
Electus debet esse Italus, aut alius non suspectus Regi Siciliæ, sicuti Archithalassus, vulgo l' Ammiraglio.

46. *Insula Melitæ est una ex Insulis adjacentibus Italiæ, & pars quadam Siciliæ, cujus jure vivit, & Privilegiorum communicatione.*

47. *Melita Insula Divi Pauli Naufragio est celebris.*

48. *Melita Insulæ descriptio apud quos habeatur* & n. 49.

49. *Melitæ Populus loquitur lingua Maura, vel Arabica.*

50. *Insula Gozi est minor Insula Melitæ, magis tamen fertilis, & amæna.*

51. Tri-

DISCURSUS CXXVIII.

SECTIO II.

1. ANno igitur 1187. cum Saladinus totius Ægypti Princeps Hierosolymam expugnasset, Latinos expulit, sicque Equites Hierosolymitani a sua prima originaria fundamentali Hierusalem expulsi Sede, ad varia successive Loca, & Castra, quæ propria erant ejusdem Religionis migravere, ac circa illa tempora ad Civitatem Margati, quę est Civitas in finibus Regni Hierosolymitani, quæ tunc temporis ad Religionem Hierosolymitanam spectabat, ut notat *Bosius Historia ejusdem Religionis lib. 12. pag. 436., & lib. 25. à pag. 807. cum seqq. Pater Dominicus Maria Curione* in suo Volumine - *Il Glorioso Trionfo &c. lib. 3. pag. 122., Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques &c. sun la Chevalerie &c. libr. 1. Dissert. 10. S. 1. vers. Les Chevaliers pag. 239.*

2. Post cursum trium annorum modo in uno, modo in alio Religionis loco Domicilium circa annum 1192. cum Civitas Ptolemais fuerit à Christianis capta, ut narrat *Bosius Histor. Ordinis Hierosolymitani libr. 12. pag. 424. juxta tertiam impressionem Venetam Typis Hieronymi Albrizzi 1695.* fixerunt Equites in Civitate hac nomine Ptolemais, quæ etiam dicitur *Accon*, ut habetur in *Ptholomæi Geogr. lib. 5. tabul. 4.* in sinu Syriæ juxta versionem *Hieronymi Ruscelli Typis Valgrisii 1561. pag* Nobis 202. & ultimo vocata est *Acri*, quæque apud Gallos nuncupatur *Saint Jean d'Ancre*, eo quia dicti Equites Sancti Joannis Hierosolymitani ibi Sedem per multos annos habuerint, ut refert *Bosius lib. 12. pag. 436. Pater Graveson Histor. Eccles. tom. 4. Par. secunda colloq. 7. pag. 372. juxta impressionem Francisci Gonzaga Romę 1718.*, & liquet *ex d. Codice Diplomatico per Sebastianum Pauli recollecto à pag. 17.* cum seqq.

3. Verum quidem est, quod cum Castrum, sive Civitas di *Margato* ad Religionem spectans, esset magis munita Arx, quam eadem Religio ibidem possideret, Religionis Conventus pro majori temporis parte in ea constitit, quousque Ptolemais Urbs fuit, ut supra dictum est, à Christianis capta, ut prosequitur *d. Historicus Bosius* ubi supra *pag. 436.*

Et hæc fuit Religionis Hierosolymitanæ prima Peregrinatio, ut notat *Bosius d. lib. 12. pag. 436.*

4. Amissa dicta Civitate Margati circa annum 1285. *d. Bosius d. libr. 25. pag.* 808., & tandem Civitate Ptolemaidis amissa 18. Maii anno 1291., expulsi fuere Christiani à tota Terra Sancta, absque eo quod in tota Soria, neque ut dicitur, terrę Gleba superfuerit, ut notat *d. Jacobus Bosius in d. sua Historia lib 25. pag. 840. d. Pater Honoratus d. pag. 239.*

In

In dicta Acconis Civitate centum an-
5. norum spatio circiter moram tra-
xere Equites Hierosolymitani; sed in-
gentibus Saracenorum viribus, & re-
petitis certaminibus expugnata à Bar-
baris Ptolemaide, ac misere vasta-
ta, ut late narrant Historici, inter
quos *d. Jacobus Bosius d. lib. 25. pag.*
839., *& seqq.* coacti fuerunt anno
1291. Hierosolymitani Equites disce-
dere à Ptolemaide, seque ad Cypri
Insulam transferre: *d. Pater Honora-
tus à S. Maria d. pag.* 239.

Joannes itaque Lusitanus Rex Cypri
assignavit huic Hierosolymitanæ Reli-
gioni, magnoque Magistro Joanni de
Villers Civitatem vocatam *Le Demis-
son: d. Pater Honoratus à S. Maria
d. pag.* 239. italice, *Limisone*, quæ
Civitas antiquitus dicebatur *Curium*,
putantque alii fuisse eandem Civita-
tem *Amatho*, à qua alias tota Insula
Cypri nuncupata fuit Amathunta, si
ve Amathusia: *Plinius lib. 3. cap.* 31.
In hac Curii Civitate nuncupata *Li-*
6. *misone* probus, prudensque dictus ma-
gnus Magister Joannes de Villers duo
celebravit Capitula Generalia, primum
octo Decembris anno 1292., alterum
viginti Octobris anno 1293., quibus
plura ad bonum Religionis Regimen
pro temporis conditione Statuta edi-
dit, proposuitque ad ejusdem Reli-
gionis augmentum novam sibi quære-
re Sedem: sed morte præventus o-
biit in dicta Civitate anno 1294. post
administrationem Magisterii circiter
sex annorum cursu, ut refert *Nomen-
clatura magnorum Magistrorum im-
pressa in principio Statutorum Ordi-
dinis pag. 3. d. Pater Dominicus Ma-
ria Curioni cap. 3. pag.* 138.

In locum dicti magni Magistri defuncti
7. electus fuit in Cypro Insula Oddo de
Pins anno 1294. dumque Romam
pergeret, obiit anno 1296. post regi-
men Ordinis pene duorum annorum
cursu, cui successit Guglielmus de
Villareto electus in d. Civitate di
Limisone anno 1296. Hic sedulo co-
gitavit recedere cum sua Religione
à Cypri Insula, ob molestias, quas
ab ipso Cypri Rege patiebantur, &
alio Conventum Religionis transferre:
obiit anno 1308. post regimen Ordi-
nis duodecim annorum spatio, ut
habetur in Nomenclatura magnorum
Magistrorum in principio *Statuti Or-
dinis pag. 3. Pater Curionus pag.* 140.

Guilielmo de Villareto successit magnus
Magister Fulco de Villareto, Vir sum-
mi ingenii, ac strenuissimus. His ita-
que ex causis supra relatis impensius
operam dedit translationi Conventus
ad locum alium pro exercitio Milita-
ris suę Religionis, perpendensque id-
circo Rhodi Insulam aptiorem futu-
ram Religioni, eam consequi modis
omnibus curavit, & tandem ea po-
8. titus est. Quamobrem antedicti Equi-
tes Rhodi Insulam adivere; sed quo-
modo, & quod Jus ad eandem Insu-
lam sortita fuerit Hierosolymitana
Religio, ac quo tempore in Religio-
nis Hierosolymitanæ Dominium Rho-
di Insula devenerit, diversimode ex-
ponunt Scriptores. Sunt qui asserunt
Religioni Hierosolymitanæ a Gotti-
fredo Primo Hierosolymorum Rege
fuisse dono datam: sic ait *Soranzo
in libro L'Idea del Cavaliere Parte
prima pag. 88., & seq. juxta impress.
Mediolani Typis Petri Martyris Lor-
cani* 1609. *Klockius de Contributio-
nibus cap. 14. n. 72. Francisc. San-
sovin. origin. de' Cavalieri libr. 2.
Cavalieri Gerosolimitani pag.* 32. ubi
hanc opinionem adducit, licet non
sequatur: sic etiam scribit *Andreas
Guarini in libello - Origine, e Fon-
dazione di tutte le Religioni S. Ca-
valieri Gerosolimitani pag. 14. juxta
im-*

impress. Vicentiæ Typis Dominici Amadio 1614.

Testantur alii, quod capta à Saladino
9. Turcarum Rege anno 1187. Civitate Hierusalem, subinde Imperatorem Isacium Angelum Flavium Comnenum de anno 1189. concessisse Equitibus Hierosolymitanis Investituram Insulæ Rhodi, quę tunc temporis occupata, & retenta erat à quodam Leone Gualla Schismatico Hæretico Principe, ac Rebelle Imperii Græcorum, ut sequendo Scipionem Mazzelam in Descript. Regni Neapolis notat *Abb. Justinianus Historie Cronologiche Parte prima cap.* 21. *pag.* 226. *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c. tom.* 2. §. 23. *Les Chevaliers de S. Jean de Jerusalem &c. pag.* 129.

Et licet Historici Hierosolymitanæ Religionis de hanc Investitura mentionem non faciant, id tamen processit, ex quo Equites tunc temporis in Bellis pro Terræ Sanctæ recuperatione occupati, Insulæ possessionem capere non valuerunt, ut explicat, & prosequitur *Justinianus d. pag.* 226.

Alii scribunt donatam fuisse Religioni
10. ab Emmanuele Imperatore Constantinopolitano, post reportatam ab eo Mavi in Licéa Civitate Victoriam, cujus Insulæ Rhodi nonnisi armis Equites possessionem capere potuerunt, ob Græcorum reluctantiam, qui Latinis se subdere recusarunt: quapropter subsidio Summi Pontificis Joannis XXII., ac Regis Neapolis freti, tandem ad parendum, mediante Guilielmo Vilarete, Græcos obstrinxit, ut narrat *Thomas Porcacchi in libro,* cui titulus - *L' Isole più famose del Mondo lib* 2. *Descrizione dell' Isola di Rodi*: *d. Klockius d. cap.* 14. *n.* 72.

At in Nomenclatura magnorum Magi-
11. strorum, quæ habetur in Volumine Statutorum hujus Hierosolymitanæ Religionis *impress. in Burgo Novo Typis Antonii Scionici anno* 1719. *pag.* 3. ponitur, quod Rhodum expugnavit Fulcus de Villareto XXIV. Magister electus anno 1308., & à Conventu privatus Magisterio, & ad idem Magisterium restitutus à Pontifice Joanne XXII. hancque expugnationem sequenti modo narrant Historię. Ajunt enim, quod d. Fulcus de Villareto magnus Magister Ordinis ab Imperatore Constantinopolis Andronico obtinuit præfatam Insulam, subministrato à Clemente Quinto nonaginta mille Florenorum subsidio, & concessione Jubilæi, favore eorum, qui auxilium suppeditarent, nec non à Rege Philippo nuncupato il Bello, pręstito Militum præsidio, & à Rege Neapolis, ac Januensibus additis Triremibus, dictus Magister e Brundusii Portu soluit quarta Aprilis 1309. Cyprum petens, & celeri Navigatione, ex improviso Rhodum petivit, ejusque Insulæ cum adjacentibus Nisaræ, Episcopiæ, Culchi, Limoniæ,
12. Simię, Tili, & Sancti Nicolai Insulis possessionem cepit, unde se fugæ tradidit d. Tyrannus Leo Gualla: sic scriptum reliquit *d. Pater Dominicus Maria Curioni cap.* 3. *à pag.* 140. *cum seq. Commendator Hieronymus Marulli in Vitis magnorum Magistrorum in Vita Fulci de Villareto XXIV. M. Magistro, Justinianus pag.* 225. *Canonicus Jovet in Historia omnium Religionum Mundi, juxta versionem Italicam tom.* 1. §. *Della Religione dell' Isola di Rodi pag.* 416. *impress. Venetiis Typis Francisci Pitteri*: *Collector Gallus, Histoire des Ordres Militaires tom.* 2. §. 23. *les Chevaliers de San Jean de Jerusalem pag.* 129. *Ludovicus Moreri in suo magno Dictionario Historico lit. R. verbo Rhodi pag.*

pag. 252. juxta impressionem de qua infra.

Sub anno 1306. inchoatum fuisse opus acquisitionis Rhodi, & non potuisse
13. perfici, nisi quatuor annorum cursu elapso; ita fuisse expugnatam Insulam anno 1310. asserunt Scriptores, quos allegat *Justinianus pag. 225.*

Sub anno 1308. dictam Insulam devenisse ad Religionem Hierosolymitanam, habetur in Chronica Universali Norimbergæ impressa, ac in aliis Auctoribus, quos refert idem *Justinianus d. pag. 225. Tholosanus in Syntagmat. Jur. Univers. lib. 15. cap. 34. n. 12. Barbos. Jur. Eccles. Univers. libr. 1. cap. 41. n. 166. Pater Mendo d. disq. 1. quæst. 5. n. 110.*

Imo sub d. Fulco de Villareto Opus acquisitionis Insulæ fuisse perfectum feliciter 15. *Augusti* 1309., *aut* 1310. scribit *d. Canonicus Jovet d. pag. 426. d. Pater Curioni pag. 143. Pater Aloysius Torellus de Bononia Secoli Agostiniani tom. 5. de anno Christi 1310. n. 2. pag. 301. juxta impress. Bononiæ Typis Jacobi Monti 1678.*

Demum firmant alii, Religionem Hie-
14. rosolymitanam subsidio Guidonis Lusignani Regis Cypri, aliorumque Christianorum Principum resumptis viribus, ac Bellica virtute plures recuperavisse Insulas, inter quas circa annum 1310. ipsam Rhodi Insulam, ut legitur in Volumine, cui titulus *Li Sourani del Mondo tom. 4. impresso Venetiis Typis Sebastiani, & Jo. Coleti anno 1720. pag. 250.*

Et ita d. anno 1310. expulsis Turcis,
15. Equites Hierosolymitanos acquisivisse, vel recuperasse Insulam Rhodi tempore Clementis V., ipsumque illis concessisse, aut veterem concessionem confirmavisse, scribit *d. Joannes Soranzo in d. libello L'Idea del Cavaliere d. pag.* 88., *& seq. Pater Andreas Mendo de Ordin. Milit. Disq. 1. quæst. 5. n. 110: d. Pater Curioni pag. 142. Pater Philippus Bonanni d. Catalogo Ord. Equest. n. 60.*

Hinc recensitæ Scribentium narrationes,
16. quæ in Chronologia dissonare videntur, ad concordiam facile reducuntur, si tempora distinguantur, concessionum nempe, ac Investiturarum factarum à Regibus, ac Principibus favore Religionis Hierosolymitanæ de dicta Insula Rhodi, diversis temporibus subinde executioni demandatarum, ejusdemque Insulæ perpendatur tempus captæ Possessionis, vel mediantibus ipsorum Equitum Armis, sive auxiliariis Copiis: aliqui enim ex Scriptoribus tempus simplicium concessionum confundentes cum tempore captæ possessionis, illud huic tribuerunt; alii inchoati operis tempus non distinguentes à tempore executionis, principium sumpserunt pro fine, quemadmodum bene itares conciliari advertit sæpe laudatus *Abb. Justinianus pag. 225. et d. Collector Gallus d. tom. 2. pag. 130.*

Diversimode modum in acquisitione dic-
17. Insulæ ab Equitibus tentum referunt Historici; aliis scribentibus, quod post multa certamina undique ferocia, capta tandem fuit per deditionem: aliis autem asserentibus, mediante nobili militari stratagemate fuisse expugnatam, jussu scilicet magni Magistri Fulci de Villareto Ovium vellere obtectis Militibus, & cum Pecudum Grege mixtis, quadam nebulis obscura die, ad Civitatem direxit Milites, qui custodias Portarum obtruncarunt, donec ipse quoque magnus Magister accessit, & armata manu Civitate potitus est, ut cæteris omissis, narrat *d. Pater Curione cap. 3. pag. 144. d. Pater Joseph Franciscus Fontana in versione Histo-*

riæ

ria Ordinum Monasticorum, Religiosorum, et Militarium Gallico Idiomate exaratæ, ac in nostrum Italicum versæ tom. 3. cap. 12. pag. 87.

In hac Rhodi Insula sedem fixit hæc 18. Hierosolymitana Religio, eamque bis centum duodecim, vel quatuordecim annorum cursu gloriose possedit: *Pater Mendo* ubi supra *n.* 110. *Abb Bernardus Iustinianus d. cap.* 21. *pag.* 239. *Barbos. Apostolic. Decis. Collect.* 3. 4. *n.* 3, *& de Iure Eccl. Univers. d. cap.* 41. *n. 66. d. Volumen Li Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 250. *d. Canonicus Iovet dicta pag.* 426. *d. Kleckius de Contributionibus cap.* 14. *n.* 72. *d. Pater Aloysius Torelius de Bononia d. tom.* 5. *d. pag.* 301. ubi quod Equites dictam Insulam possederunt spatio bis centum duodecim annorum.

Est autem Rhodi Insula ex magis considerabilibus Arcipelagi Insulis. Gi- 19. rus Insulæ ad centum viginti milliaria extenditur: *d. Pater Curioni cap.* 3. *pag.* 145. *d. Canonicus Iovet in Historia Religionum Omnium Mundi Regnorum* juxta d. versionem Italicam in §. *Della Religione dell' Isola di Rodi, Tom.* 1. *Impress. Venetiis Typis Francisci Pitteri anno* 1737. *pag.* 426.

Hæc formæ quadratæ, & longe sita est in Mari Carpatio in Provincia Liciæ, a qua mediante Canale maritimo, quod nuncupatur Rhodi Canale, reparatur; quod Canale latitudinem habet viginti milliarium. Adeo autem felici Cœli temperie fruitur, ut teste *Julio Solino*, nulla dies toto anni cursu licet nubilosa, in qua clarus Sol non resplendat; & proinde ab Horatio Poeta vocatur clara Rhodi Insula, & antiquitas aiebat esse Soli dicatam, & ob hoc quolibet anno Insulani in mare proiiciebant aliquos currus, scilicet quadrigas cum quatuor Equis illas trahentibus; tamque divitiis abundans erat, ut in ea aurum pluisse dixerint Poetæ: vide *d. P. Curioni cap.* 3. *pag.* 145.

Vix Rhodi Insulæ possessionem ceperant Equites Hierosolymitani, statim in ea tuenda bellici roboris specimen 20. præbuere adversus Turcarum impetus, qui ægre ferentes Sacram Religionem Hierosolymitanam ejusmodi Insulæ Dominium nactam fuisse, eodem ipso acquisitionis Anno 1110. Otthomanus I. Turcarum Rex inhians recuperationi Insulæ, ingenti Militum Classe obsidet Urbem, il- 21. lamque aggreditur. At Equites Hierosolymitani optime, strenuissimeque propugnarunt, irritosque Turcarum impetus conatusque Armis reddiderunt, & ab arcta obsidione se liberarunt, superveniente subsidio illo, quod clar. me. Amadeus Quintus Sabaudiæ, & Mauritaniæ Comes, ob strenuissima, & generosissima illius gesta cognomento Magnus, præstitit, cujus ope Barbarorum Classis disiecta penitus fuit, Navi Prætoria capta, summoque Turcarum Maris Præfecto cæso, insignem de Turcis immortali sui nominis memoria Victoriam, Triumphumque reportavit, & Rhodi Insulæ penitus solvit obsidionem, ac liberavit, & Religioni Hierosolymitanæ servavit: quamobrem in perenne Vi- 22. ctoriæ hujus Monumentum, idem Amadeus V. revera magnus, Crucem candidam in Campo rubeo, prout est Stemma Religionis, Regio suo Vexillo assumpsit, Litteris hisce quatuor additis F. E. R. T. egregium factum explicantibus, scilicet Fortitudo Eius Rhodum Tenuit: qua Tessera semper usa est, & modo utitur Regia Sabaudiæ Domus; de quibus *Abb. Fer-*

reto à Labriano in Regię Sabaudiæ Domus Arbore Typis edita Augustæ Taurinorum anno 1702. & videre est apud *Io. Soranzo l' Idea del Cavaliero pag.* 90., *&* 142., *&* tradit *d. Pater Dominicus Maria Curione cap.* 4. *à pag.* 149. *cum seqq. Abb. Iustin. Parte Prima cap.* 21. *pag.* 226. *Gravcson Histor. Eccles. Tom.* 7. *Colloq.* 1. *pag.* 9. *Collector Gallus d. Tom.* 2. *pag.* 130. *Pater Joseph Franciscus Fontana in Historia Ordinum Monasticorum, Religiosorum, & Militarium a Gallico Idiomate in nostrum Italicum translata Tom.* 3. *cap.* 12. *a pag.* 87. *cum seq. juxta impressionem Lucensem Typis Iosephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1738. testatur quidem pręlaudatum Amadeum V. meritissime Magni titulo nuncupatum, Classe munitissima ab immani Turcarum obsidione Rhodum ingenti Nominis sui immortalique gloria liberasse, & secundum plures Scriptores ob Victoriam hanc præclaram, Crucem albam in suo Stemmate extulisse cum dicta inscriptione prædictis quatuor initialibus Litteris expressa F. E. R. T. sublata a suo Stemate Sabaudica Aquila. Sed Fabulosam hanc Narrationem, & Stemmatis Sabaudiæ commutationem ostendit idem *Pater Ioseph Franciscus Fontana pag.* 88. inquit enim, quod Ludovicus Sabaudiæ Baro de Baud, qui obiit anno 1301, hęc eadem verba in ejus Monetis insculpta impressaque tenebat, & etiam de præsenti in Cathedrali Ecclesia d' Aosta cernuntur in Sepulchro Thomæ hujus nominis Secundi de Sabaudia Comitis de Mavrienna, & Pedemontis Patris Amadei Magni, Canis adest impressus ad Pedes d. Principis, qui Canis collare collo cinctum tenet cum hac Epigraphe FERT Gothicis caracteribus absque ulla divisione quatuor litterarum, nullis punctis interiectis.

23. Et quoad d. Crucem subiungit, quod Prædecessores Amadei nuncupati il Grande, Crucem gerebant loco Aquilæ, sive uti Comites Pedemontis, quorum Stemma est Crux; sive ad imitationem Amadei III. Sabaudię Comitis, qui Anno 1147. nomen Cruciatæ dedit, eidemque se junxit: unde reversus e Palæstina Crucem servavit in signum, & memoriam suæ Militaris expeditionis ultramarinę.

Hanc eandem Crucem gerebat Amadeus *il Grande* usque de anno 1304. ut constat ex quodam actu inito ab isto Principe cum Stephano de Coligny Domino de Andelot, cujus authenticum Originale Pater Bouhourt e Societate Iesu in sua Historia magni Magistri de Aubusson testatur vidisse sigillo munitum cum impressione Stemmatis hujus Principis.

24. Gloriose profecto, Pace non minus, quam Bello hanc Rhodi Insulam plusquam duorum Seculorum cursu possedit, rexitque Militaris Hierosolymitana Religio; in ea quippe magnorum Magistrorum solicitudine, ac vigilantia innovatæ fuerunt sanctissimæ Leges pro optimo Religionis Hierosolymitanę regimine: & insimul strenuissimè adversus Turcarum aggressiones se muniverunt, & signanter anno 1444., quo cum exercitu 18.

25. mille Militum Urbem obsidione cinxerunt: sed bellica Equitum Vis impetus propulsavit, ut Barbari desperantes Victoriam, à dicta obsidione recesserint, elapsis à dicta obsidione quadraginta diebus, ut narrat *d. P. Curionus cap.* 8. *pag.* 173. aliisque demum vicibus Insulam invaserunt Turcarum Milites, & Pyratæ. sed in

casum,

cassum, ob vigilantiam magnorum pro tempore Magistrorum, qui strenuissimis Equitibus invasores propulsarunt, ut narrant Historici, & videre est apud *Abb. Iustinianum d. Parte prima cap. 21. à d. pag. 226. cum seqq.*

Verum, oh ingens Hierosolymitanę Religionis, Christianæque Reipublicæ 26. infortunium! subiit enim utraque maximam Rhodi Insulæ jacturam; sub magno quippe Magistro Philippino de Villers Lisleadamo, qui ad Magisterium electus fuerat in Rhodi Insula die 22. Ianuarii anno 1521. ut in Nomenclatura magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis, & apud *Abb. Justinian. d. Parte Prima cap. 21. pag. 236.* Solimanus II. Turcarum Imperator animo revoluens clades, quas Hierosolymitani Equites Turcis intulerant, easque vindicare satagens, ingentem Classem, navalemque Exercitum ducentorum Armatorum millium ad Rhodi Insulam obsidendam misit, & subinde arcta obsidione Urbs Rhodi cincta, ac ex omni parte oppugnata, & pressa fuit, & Bassà Ductor Exercitus concutere non cessavit, & labefactare tormentis Bellicis, æneisque muralibus Machinis; una enim die eadem tormenta bellica, vulgo *Canonni*, in Urbem mille, ac septingenti viginti una vicibus exonerarunt, ac bombardarum ictibus numero quingentis, mœnibus labefactatis in Urbem invadere, & Turrim Divi Nicolai, Anglicano Propugnaculo subterraneis cuniculis everso, capere tentarunt: ipse autem magnus Magister præsentia sua occurrens, ac strenue dimicans bis aggressores repulit innumera Turcarum Clade, quemadmodum etiam in aliis aggressionibus in omni obsessę Urbis parte Equitibus omnium Linguarum propugnatio fuit commissa.

Adeo perspecta Barbaris extitit Hierosolymitanorum Equitum, Rhodiique Populi bellica Virtus in propugnatione Insulę, ut Obsidionis infectum Opus deserere cogitaverint. At in eversionem Civitatis Rhodique Insulæ constructa fuit nefaria proditio, qua principem locum tenuisse dicitur Andreas de Amarallo Lusitanus E-27. ques Magnæ Crucis; Hic quippe occulte, aperteque contra Equites, & magnum Magistrum simultates fovens, eo quia in electione ad Magisterium, ad quod æmulatione inhiabat, eidem fuerat postpositus (quid non mortalia pectora cogit, cupiditas, quid non cogit ambitio!) tam Equitibus, quam magno Magistro infensus erat, & inimice agebat, ut palam de eo obloqueretur, & ultimum magnum Magistrum in Rhodi Insula futurum jactaret, Rhodique Insulam brevi esse desolandam; & sic contra propriam conspirasse dicitur Matrem, Hierosolymitanam scilicet Religionem. Cum enim ratione sui gradus Equitis magnæ Crucis, & Religionis Thesauro Præfecti, ac Cancellarii, ut inquit *Ioannes Sagredo in Memoriis Historicis Otthomanorum*, Secretorum particeps esset, arcana Matris, infelicem videlicet Insulæ Urbisque obsessæ statum Turcis patefecit cujusdam ejus Servi opera, qui Turcica lingua instructus, deliberationes Constantinopolitanæ Aulæ Turcicæ, dictoque Acmeto Turcarum Bassà transmittebat, mediante famulo suo Blasio Diez, qui jussu ejusdem Andreæ ad mœnia Urbis, stata meridiana hora cum Balistis Epistolas jacebat in Turcas, præcipue post ultimum generale certamen, narrationem continentes deficientiæ Militarium rerum, ut

ait *Pater Ioseph Franciscus Fontana* infra allegandus.

Proditione quidem detecta, debito supplicio scelus luit Andreas, & Servus: nam hic Furca suspensus occubuit; Andreas vero, licet scelus hoc nunquam fuerit ore confessus, inditiis tamen convictus, Jure Belli pęna capitis damnatus fuit die quarta Novembris, illique obtruncatum fuit caput, & in quatuor partes scissum corpus, Turcarum oculis expositum quatuor Propugnaculis, contra quę Turcæ Armis sæviebant, ut seriem hanc narrant *Abb. Justinianus d. Par. pr. cap. 21. pag. 323. Ioannes Sagredo in Memoriis Historic. Otthomanorum Ludovic. Moreri in magno Dictionario Historico litt. A* verbo *Amarat pag. 136.*, & in verbo *Rhodes pag. 252. d. Collector Gallus d. tom. 2. pag. 147. juxta impress. Trajecti ad Rhenum Typis Franc. Halma, & Guilielmi Vande Water anno 1692.* antedict. *Pater Ioseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei in Volumine Gallico, & per eum in italicum verso, sub tit. Storia degli Ordini Monastici &c., e Militari tom. 3. cap. 12. pag. 95. juxta impressionem Lucæ Typis Iosephi Salani, & Vincentii Giuntini 1737.*

Cœterum tam alte Solimanus mente fovebat Rhodi expugnationem, ut ipsemet cum aliis Militaribus Copiis ad obsidionem se contulerit, ibique appulsus, non ante recessurum se juravit, quam Insulam subegisset.

Sic adaucto Turcarum Exercitu, & quotidie deficientibus viribus in Civitate,

28. jam undique quassata Muris, ac spe destituta subsidii Christianorum Principum, quod magna sollicitudine magnus Magister imploraverat per ablegatos Equites ad omnes Principes transmissos, ipse Turcarum Imperator Hierosolymitanos Equites ad Urbis deditionem vocavit, denuncians, nisi se dedant, ipsos una cum Populo stragem, ac ultima esse passuros: & ita ad colloqvium obsessos evocavit, indicta aliquot dierum Tregua, ut pacta concordarentur. A magno itaque Magistro cum Equitum Concilio deditionis capita constabilita fuerunt. Primo, quod magno Magistro, & Equitibus tempus duodecim dierum ad discessum, & ad rerum suarum transportationem statueretur; quod omnia tormenta Bellica, hoc est tutta l' Artiglieria, quæ in Triremibus, & in Navibus Religionis stare solebant, possent asportari. Secundo, quod idem tempus indulgeretur Rhodianis ab Insula recedere volentibus, eisque, si Navibus carerent, Turcæ illas subministrarent una cum Victualibus. Tertio, quod illi, qui nollent discedere, sed in Insula remanere vellent, gauderent immunitate ab omnibus Tributis quinque annorum spatio. Quarto, quod Christianorum Ecclesiæ non violarentur, sed in eodem remanere deberent statu; nec ullus cogi posset ad deserendam Sanctam Catholicam Fidem, sed libere vivere possent Christiani in eorum Sancta Fide. Quinto, quod Filii per vim à Parentibus non possent abduci. Sexto, quod quicumque vellent discedere, in termino trium annorum libere possent cum eorum Familia, & rebus discedere, & pergere quocumque vellent. Septimo, quod magnus Magister injungeret Equitibus, qui Castra Sancti Petri Langhi, aliasque Insulas, Arcesque Religionis regebant, ut ea Turcarum Imperatori traderent, vel alteri de ejus ordine. Pacta hęc reciproce subscripsere partes: Et subinde magnus

29. gnus Magister nonnullis sociatus E. quitibus se contulit ad visitandum Turcarum Imperatorem, qui humaniter illum recepit, paucisque verbis magnum Magistrum ætate provectum consolatus est; cuilibet vero ex E. quitibus, qui magnum Magistrum associarunt, Vestem *di Scarlatto* dono dedit, jussitque omnes concomitari usque ad Mænia Civitatis, biduoque elapso, ipse Turcarum Imperator Solimanus, uno solum associatus Scutifero magnum Magistrum visitavit. Et ita Rhodi Insula die 14 Decembris anni 1522. transivit in tyrannicas manus Turcarum, sicut notat *d. Pater Ioseph Franciscus Fontana pag. 97.*

Prima demum Januarii die anno 1523.
30. magnus Magister Philippus de Villiers Lisleadamo Equo insidens, ultimo Imperatorem visitavit, deindeque mæstitia confectus, Navem conscendit, una cum quinquaginta aliis Navibus, in quibus recollecti erant superstites Bello Equites, ac quinque millia Subditorum Religionis in dicta Insula commorantium, omnesque versus Insulam Candiæ ventis vela dando, iter arripuere, atque ita sub Turcarum Jugo post arctam sævamque trium mensium spatio obsidionem *Fran. Sansovinus dell' origine de' Cavalieri lib. 1. §. Cavalieri Gierosolimitani pag. 34. à tergo cum aliis infra allegandis*, relicta fuit infelix Rhodi In-
31. sula, quę sub justo Hierosolymitanæ Religionis regimine spatio annorum bisecentum, & tredecim floruerat: *Klockius d. cap. 14. n. 72.* In d. Urbis Rhodii obsidione Turcarum sexaginta millia, & in iis plures Duces, & præfecti ferro, & igne periisse, ac quinquaginta pene millia variis modis extincta fuisse, imo in majori numero,
32. non solum Turcarum Annales, sed cœteri etiam Scriptores testantur, sicut notat *Pater Ignatius Hiacintus de Gravesen Histor. Eccles. tom. 7. colloq. 1. pag. 10. juxta impress. Tinassi anno 1721. Joannes Sagredo in d. Volumine - Memorie Istoriche de Monarchi Ottomani sub anno 1521. Pater Magister Dominicus Maria Curioni in Libro - Il Glorioso Trionfo della Sacrosanta Religion Militare de' Nobili Cavalieri di San Giovanni lib. 4. cap. 5. Andreas Guarinus Origine, e Fondazione di tutte le Religioni, e Militie di Cavalieri* sub Titulo . *Cavalieri Gerosolimitani &c. pag. 14. Carolus Joannes Fridericus Comes in Koden Sapieha in Corollario omnium Ordinum, in Verbo Melitensis Ordo pag. 306.* quod *Corollar. impress. est in calce Voluminis ejusdem Auctoris*, cui Titulus .. *Adnotationes Historica de orig. &c. Ord. Aquila Albæ in Polonia impress. Coloniæ Typis Adami Cholini anno 1730. Io. Soranzo l' Idea del Cavaliere Parte prima pag. 90., & seq. d. Collector Gallus d. tom. 2. pag. 47., & seq.*

Tantaque in immani obsidione Turcarum accidit strages, ob innenarrabi-
33. lem Hierosolymitanorum Equitum strenuitatem in propugnatione Insulę, ut illis perpensis, Carolus Quintus Imperator dixerit, nullam aliam Arcem rite fuisse amissam, quam Rhodi Insulam, quia nulla alia Arx fuit Armis tam strenue propugnata, quemadmodum fuit Rhodi Insula. Caroli autem Quinti dictum refert *d. P. Dominicus Maria Curioni* ubi supra *pag. 318.* ibi - *Disse ec. l' Imperatore Carlo Quinto, che non v' era cosa ben perduta, fuorche Rodi, essendosi perduto con tanto danno de' Nemici, e honore de' Cavalieri di San Giovanni, il di cui valore, e bravura sforzò il Turco a lasciarli liberi*

ri con patti, e condizioni à loro piacevoli. Et de eadem Rodi expugnatione, inquit prælaudatus *Pater* 34. *Gravrson d. pag.* 10. relata Turcarum Victoria vere *Cadmea* appellari potest.

Infortunium hoc Christianorum in Insulæ Rhodi deditione præsignatum 35. fuit peculiari illa Sanguinis emissione e Sanctis Divi Nicolai de Tolentino Brachiis Anno 1522. antecedenter secuta, ut refert *Pater Aloysius Torellus de Bononia in suis Voluminibus Secoli Agostiniani Tom. 5 sub anno Domini* 1345. *pag.* 563. columna prima, *juxta impress. Bononiæ Typis Iacobi Monti* 1678 ubi antecedenter *a pag.* 561. late exponit Historiam emanationum mirabilium Sanguinis ejusdem Sancti Nicolai.

Sua cum Classe magnus Magister Philippus de Villiers Lisleadamo, dum 36. Candiæ ad Insulam accederet, humanissime invitatus à Trivigiano Classis Reipublicæ Venetæ Generali, eidem obtulit Candiæ Portum, sicque exceptus fuit in Civitate Castri, ac in Archiepiscopali Palatio: in ea Ca- 37. pitulum Generale celebravit magnus Magister pro rebus Religionis; deinde ad Messanæ Portum tendit, eumque excepit Hercules Pignatellus Montis Leonis Comes Pro Rex, & Capi- 38. taneus Generalis Caroli V. Imperatoris in Siciliæ Regno. In Messana itaque Urbe magnus Magister Equitum Assembleam tenuit, in qua de recuperatione Insulæ Rhodi actum est: postmodum idem magnus Magister 39. cum eadem sua Classe centum Cellas appulit, & tandem Urbem Romam petiit, ubi ab Oratore Cæsaris usque ad januam Ecclesiæ Sancti Petri associatus fuit: Summus autem Pon- 40. tifex Adrianus VI. magnum Magistrum excepit in Cardinalium Concistorio, eumque appellavit *Magnum Christi Athletam, & Fidei Catholicæ accerrimum Propugnatorem*. Mortuo Adriano VI. Summo Pontifice, Car- 41. dinalium Collegium custodiam Conclavis pro nova electione Pontificis, una cum Armorum Gubernio eidem magno Magistro Equitibusque commisit, qui Januis Conclavis in rubea veste, albaque Cruce, more militari astiterunt.

Cæterum, nulla recuperandi Rhodi In- 42. sulam spe affulgente, magnus Magister serio excogitare cæpit locum eligere pro fixa Sede Religionis Hierosolymitanæ. Plura cum Equitibus suis perpendit loca, scilicet Portum Sudæ in Insula Candiæ, Insulam Cerigi, Insulam Elbæ in mari Mediterraneo, Insulas Minoricæ Jvicæ, & Eres Ischiæ, & Pontiæ: sed cum super prædictis plures occurrerint animadversiones, tandem unanimi voto conclusum fuit, Melitæ Insulam, & Gozi, cum Civitate Tripolis Statui Religionis magis aptam, & accomodam esse. Quapropter statutum fuit, ut ad Summum Pontificem recursus haberetur, ut sua auctoritate Carolum V. urgere dignaretur ad tradendum Hierosolymitanæ Religioni præ- 43. dicta loca. Instante itaque Summo Pontifice, Carolus V. Imperator Religioni Hierosolymitanæ Melitæ Insulam, & Gozi cum Civitate Tripolis die 25. mensis Aprilis anno 1530. concessit in Fœudum Nobile, liberum, & francum cum omnibus locis, territoriis, & jurisdictionibus cum mero, & misto imperio, exemptionibus, & privilegiis, reditibus, proventibus, immunitatibus, cum obligatione recognoscendi Fæudum à Rege Siciliæ, ac præstandi in signum Fœudalitatis annuatim in Festivitate omnium

Omnium Sanctorum in manibus Pro-Regis Siciliæ venaticam Avem, latine Asturem, italice *Astore, Sparaviero, o Falcone*, de quibus agunt *Pater Andreas Mendo de Ordin. Milit. Disq. 1. quæst. 5. n. 110. Pater Graveson Histor. Eccles. tom. 7. colloq. 1. pag. 23. Abbas Justin. Histor. Cronologic. dell' origine degli Ordini Militari &c. Parte prima cap. 21. pag. 242., & seqq. Pater Bonanni Catalog. Ordin. Militar. n. 60. Card. de Luca Miscell. Eccles. Disc. 4. n. 1. Flavius Cherubinus in Compend. Bullar. ad Constit. 9. Pii IV. Schol. 1.* dicens concessionem fuisse factam sub recognitione unius Falconis, *& ad Constitut. 60. Gregorii XIII. Schol. 1. Michael Antonius Baudrand. ad Ferrari Lexici Geograph. lit. T. verbo Tripolis pag. 247. Ioannes Sozanzo l' Idea del Cavaliere Parte pr. pag. 91. Jo. Baptista Tebaldi Storia dell' impresa di Tripoli Parte quarta* à tergo. *Alexander Ross. juxta translationem in linguam Gallicam Thoma la Grue* in Volumine *Les Religions du Monde sub S. Chevaliers de San Jean Baptiste pag. 718., juxta impressionem Amstelodami Typis Joannis Schipper 1666.*

Ad normam itaque antedictæ Investituræ, magnus Magister cum Generali 44. Equitum Capitulo in Civitate Siracusæ in Sicilia tento, per modum Statuti perpetuo valituri, observantiam trium Capitulorum in Investitura expressorum decrevit; Primo, circa recognitionem Investituræ Feudalis, Secundo, quod Juspatronatus Episcopatus Melitensis ad Regem Siciliæ spectaret, cum facultate Religioni Hierosolymitanæ, occasione vacationis ejusdem Episcopatus, nominandi tres Religiosos sui Ordinis, inter quos unus saltem deberet esse Subditus dictæ Regiæ Majestatis, ad quam spectet electio magis idonei, cui electo 45. ipsa Religio conferre debet magnam Crucem cum Titulo, Suffragio, & loco inter Bajulivos: *d. Abbas Justinianus pag. 242. d. Modernus Auctor Anonymus in Libello Breve e particolare Istruzione del Sacro Ordine Militare degli Ospitalarii detto oggidì volgarmente di Malta cap. 10. & fusius infra sect. 18. sub n. 15., & seqq.*

Tertio firmavit quod Archithalassus, italice l' *Ammiraglio*, Religionis esse deberet Italus, aut alius non suspectus Majestati suæ, & Regni Siciliæ Successoribus, quemadmodum narrat *d. Justinianus d. cap. 21. pag. 242.*

Est Melitæ Insula una ex Insulis Italiæ 46. adiacentibus, & pars quodammodo, & membrum Siciliæ; unde ejusdem Siciliæ Jure utitur, & Privilegiorum communicatione gaudet, sicuti late firmat *Rota in Melevitana* Expensarum inter recollectas per *Constantinum ad Statutum Urbis Dec. 191. n. 1., & pluribus seqq.*

Melitæ Insula illa est, quæ Divi Pauli 47. naufragio celebris redditur, ut in Act. Apostol. cap. 28. *d. Klockius cap. 14. n. 72.*

Descriptio hujus Melitensis Insulæ, jux- 48. ta antiquum & præsentem statum, late, ac erudite habetur apud *Francisc. Sansovin. della Origine de' Cavalieri à pag. 152.* à tergo cum seqq. *Thomam Porcacb. in Descriptione Melitæ: Abb. Justinianum Parte prima cap. 21. pag. 241.*, unde constat Insulam hanc Melitensem in mari Libico, vulgariter Africano, sitam esse, à Sicilia sexaginta, & ab Africa centum nonaginta milliariis distitam, ejusque girum extendi ad sexaginta milliaria; adesse in ea Civitatem, quæ nomine Insulæ Melitensis nuncupatur

patur, & pene in Insulę medio sitam, eamque Civitatem in circuitu constare mille & tercentum tribus passibus, & distare à Portibus circa septem milliariis: Cisternas adesse pro aquarum conservatione, extra vero Civitatem varios adesse Fontes; e parte Occidentali usque ad mare terram esse sterilissimam, cultam quidem à parte Orientali; totam Insulam conspersam Casalibus: Populus autem Maura, aut Arabica lingua loquitur:

49\. Tellus demum ad victum necessaria non producit, nisi pro tertia anni parte, unde ex Sicilia supplementum habetur.

50\. Gozzi Insula minor est ad medietatem quam sit Melitensis Insula, magis tamen hac fertilis, & amœna: *dic. Abb. Justinianus* ubi supra *pag.* 241.

51\. Demum Civitas Tripolis sita est in Africa salubri sub Cœlo: ejus circuitus constat tribus mille septingentis viginti octo passibus; circumdatur mari ex una parte, ut dicitur *per due terzi*, ex alia terrę adhæret planæ, ac arenosæ: *Abb. Justinianus d. pag.* 241.

Cumque in Africa plures sint Ditiones Regnorum titulum habentes, inter has adest Regnum Tripolis, quod tempore antiquorum Romanorum pars erat Provinciæ Africæ: postmodum occupaverunt Gothi, postea Arabes, deinde Rex, ut dicitur Fez, ac Rex Tunesis, quousque Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus valido Exercitu sub Petro Navarro idem Regnum acquisivit anno 1510. Postmodum Barbarossa occupavit anno 1533., illudque possedit, donec Carolus V. Imperator illud recuperavit, & dono dedit, ut præmissum est, Religioni Hierosolymitanæ, quę illud possedit, quousque Solimanus Turcarum Tyrannus anno 1551. atroci Bello expugnavit, expoliavitque Equites Hierosolymitanos, qui strenue propugnaverunt. Pacta autem deditionis conventa, inter quæ illud adestat, quod Equites libere ad eorum Melitæ Insulam redire possent, minime servaverunt Turcæ, sed ipsos Equites expoliaverunt; quin imo eorum partem Triremibus addixerunt, & ut Servos tradiderunt Sinano Bassà nuncupato. Verum anno 1600. opera cujusdam Maneti, natione Græci, ex familia Justiniana, diminuta auctoritate del Bassà, paulatim se Principem Regionis, sub nomine Bei constituit, & deinde in modum Reipublicæ, cujus ipse Caput, & Protector esset, statuit Gubernium, sub protectione tamen Imperatoris Turcarum, cui annuum solvatur Tributum; & ita Tripolitanum Regnum regitur ut Respublica, sicuti exponitur in *Volumine*, cui Titulus = *Li Sovrani del Mondo tom.* 4. sub Titulo = *Il Regno di Tripoli pag.* 192. *juxta impress. Venetam Typis Sebastiani Coleti & Joannis Malachin anno* 1720.

Descriptionem antiqui Comitatus Tripolitani plene exponit *Sebastianus Pauli in Codice Diplomatico sub tit. Notizie Geografiche S. Contea di Tripoli pag.* 428.

Ex hac rerum serie patet, quod illustris hæc Religio Equestrisque Militia, ob

52\. rerum humanarum vicissitudinem, sex locis, diversis temporibus sedem habuit, & plures peregrinata est: nam ab originaria Sede in Civitate Hierusalem recedens, moram traxit in Civitate Margati ad eandem Religionem spectante: *Bosius in Historia hujus Religionis d. Libr.* 12. *pag.* 436. *& Libr.* 25. *pag.* 807. *Ludovicus Moreri in Magno Dictionario Historico in Verbo Malta* cum aliis superius recensitis *sub* S. *Ne*

autem

autem Militaris.

Deinde se contulit ad Acrion, sive Actim, hoc est Ptolemaidem; postea ad Regnum Cypri; successive ad Insulam Rhodii, quam spatio annorum biscentum, & tredecim justo imperio tenuit Religio, quę demum Investituram Insulæ Melitæ ut diximus, obtinuit, quemadmodum notant. *Pater Dominicus Maria Curione de Asso Mediolanensis Ordinis Prædicatorum in suo Volumine*, cui Titulus *Il Glorioso Trionfo della SacroSanta Religion Militare dei Nobili Valorosi, & invitti Cavalieri di San Gio. Gerosolimitano Libr. 4. cap. 5. pag. 318. impress. Neapolis Typis Bonini 1619. Abb. Iustinian. d. Parte Prima cap. 21. pag. 242.*

Et similiter patens est, cur hi Equites à Scribentibus nuncupentur Equites 53. Hospitalarii Sancti Joannis Hierosolymitani de Ancre, Rhodienses, & Melitenses; desumpserunt enim nuncupationem, vel ab eorundem Equitum peculiari munere, vel a Locis in quibus moram traxere, juxta superius recensita, de quibus *d. Mendo de Ordinibus Militar. d. Disq. 1. quæst. 5. n. 109. & seq.* aliique superius relati, additurque *Flavius Cherubinus Compend. Bullar. ad Constit. 2. Anast. IV. Schol. 2. Pater Franciscus Bordon. Oper. Tom. 3. Parte Secunda Resol. 100. n. 1.*

Hinc, ut inquit *d. Klockius de Contributionibus cap. 14. n. 72.* cecinit 54. Poeta Rhodomanus, quem non incelebrem Poetam ipse *Klockius* nominat.

Regia quando
Sceptra adiit Folcon, Equitum se congregat agmen
Hospitium, quis Ioannis cognomina sancit;
His nigro Crux in Sagulo est argentea, vita
Tessera Belligera fuit, & cura unica, sacram
Siquis adit Solymam, tutos præstare recessus,
Accessusque agere, assiduos pro Gente piorum.
Hos Equitas hodie Rhodicos cognominat usus;
Namque Rhodum post ceperunt, qua perdita in arcta
Se Melitę contra Turcas feliciter armant.

Insulæ Melitensis ad formam dictæ In- 55. vestituræ capta per Equites possessione, ad eam translata fuit Religionis Hierosolymitanæ Sedes, eandemque Insulam adversus repetitas Turcarum invasiones strenue Equites propugnarunt, quemadmodum narrant Historici, & series exponitur ab *Abb. Iustiniano* in allegato Volumine *Historie Cronologiche Parte prima cap. 21.*

Hinc Conventus intelligitur ille, ubi adsunt magnus Magister, seu ejus 56. Locumtenens, Ecclesia, Infirmeria, Mansiones, ut dicitur *gli Alberghi*, aut octo Linguę, ut inquit *Statutum Ordin. tit. 19. della significazione delle parole n. 2. Compendium Alphabeti. cum Statut. in verbo Convento.* Et sic legitur in Brevi Clementis VIII. *il 10. in Bullar. Religion. pag. 145.* in pede sub dat. in *Civitate Urbevetana die 11. Januarii 1528.* Pontificatus sui anno quinto: inquit enim Breve ibi. *Et ad Conventum ipsius Hospitalis, qui esse dicitur ubi sunt octo Linguæ, & Bullæ Religiogionis plumbantur.*

Et in Bulla Pii IV., quę incipit *Circumspecta*, datum Romæ apud Sanctum Petrum anno 1560. Kalendis Junii, Pontificatus sui anno decimo pag.

pag. 30. leguntur sequentia - *Ac ad Hospitale prædictum ad præsens in Melitensi, & in Rodi Insula consistens*.

Postremo notandum circa id quod re-

57. fert *Comes in Koden Sapieha in Corollario pag.* 290. per hęc verba - *Sancti Joannis Ordinem distribuit Domus Brandeburgica, tanquam plures Commendas Ordinis Melitensis, jure Belli possidens. Cruces sunt aureæ albi encausti in tænia nigra, vel in catenula collo appensa*.

Certum quippe est, quod non comprobatur novus Ordo, sed solum probatur Sacrę Religionis Hierosolymitanæ infortunium, in amittendo propriæ Religionis bona retroactis seculis legitime possessa in illis Regionibus jam Hæresi misere infectis.

DISCURSUS CXXVIII.

SECTIO III.

ARGUMENTUM

Ostenditur Ordinem Hierosolymitanum esse veram Religionem, & habere tria Vota substantialia, quorum formula perpenditur, & professionem esse emittendam juxta formam S. Tridentini Concilii. Illam dividi in tres Classes, Militum, Capellanorum, & Servientium Armorum.

SUMMARIUM

1. *Gerardus obiit anno* 1120. *non* 1118. *Vide n.* 8., *&* 9. *Suum Ordinem in Charitate, & Hospitalite fundavit pro Peregrinis, & Infirmis*.
2. *Successit Raymundus de Podio*.
3. *Ordinem in veram Religionem constituit cum Votis substantialibus Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ*, & n. 10., & n. 20. & 21. & 23. & 26. & *seq*.
4. *Sub d. Raymundo de Podio introductus fuit usus armorum*.
5. *Ordo in tres Classes dividitur, Militum, Capellanorum, & Servientium Armorum*, & n. 6. & n. 8. & 9.
7. *Equites armantur Milites*.
11. *Adducuntur Regulæ circa mores constructæ à Gerardo*.
12. *Raymundus recitationem aliquarum Precum iniunxit*.
13. *Statuta condidit, & quæ sint*.
14. *Ordo hic fuit à pluribus Summis Pontificibus confirmatus, & decoratus Privilegiis*.
15. *Dicitur Ordo Militaris Hospitalarius*.
16. *Ordo Equester fuit nuncupatus post acquisitionem Insulę Rhodi*.
17. *Votorum prędictorum formula pluries fuit quoad verba expressa* & n. 18. 19. 20. & 21.
23. *Equites isti gaudent Privilegio Fori*.
24. *Reiiciuntur Auctores asserentes Equites Hierosolymitanos emittere quartum Votum defendendi proprio Ense omnes Christianos ab Infidelibus etiam cum vita sua discrimine*.
    Et sub Obedientia Voto venire Votum aggrediendi quęcumque Belli pericula propter defensionem Fidei & n. 25.
27. *Veræ Religioni non obstat usus Armorum*.
28. *In Religione Hierosolymitana adest Novitiatus*.
29. *Professio in ea emittitur*.
30. *Religio Hierosolymitana, quidquid alias fuerit, nunc subiacet Sanctioni Sacri Concilii Tridentini circa ætatem ad profitendum*, & n. 31.
32. *Et ad integrum Annum Probationis*.
33. *Sic quoque Milites Magistralis Obedien-*

bedientia.

34. *Ultra dictas tres Classes, nemo potest valide in Ordine profiteri.*

35. *In ornatum dictorum trium Graduum Equites adsunt Magistrales ex Gratia, & ex Devotione cum Donatis. Dantur Capellani Obedientia Magistralis, & Obedientia Prioralis.*

36. *Dicta tres Classes sunt insimul juncta vinculo Charitatis.*

37. *Qualibet Classis habet sua Habilimenta. Pro admissione in Classe Militum, ultra multa requisita, debet probari Generosa Nobilitas: pro Capellanis, & Servientibus armorum probanda est Legitimitas, & Honestas.*

38. *Post quinquennium non potest moveri quaestio super statu* & n. 39.

40. *In Equitem recipi non potest receptus in Servientem,* & n. 41.

42. *Eques ex Justitia cum dispensatione Apostolica super uno, vel pluribus lateribus, nullam Dignitatem consequi, sed solum potest Cabimentum, & Melioramentum.*

43. *Non potest contradicere Gratiam in lingua, neque interesse inter sexdecim Capitulares in electione magni Magistri, aut votum ferre in eadem electione, excluditurque a praerogativa magnae Crucis, alisque.*

DISCURSUS CXXVIII.

SECTIO III.

Hic Gerardus, non Anno 1118. ut inquit *d. Collector Gallus d. Tom. 2. pag. 98., & d. Fontana d.* 1. *pag.* 80. juxta veriorem assertionem Anno 1120. obdormivit in Domino, & in Sanctimoniae suavitatis odorem. Mirabilem hujus Viri Vitam Charitate refertam in Catalogo magnorum Magistrorum descripsimus, & in alio Catalogo, quo Beatorum, & Sanctorum hujus Ordinis vitas recensentur, & quos in calce discursus referemus.

Cum itaque Beatus Gerardus hunc suum Ordinem in praefato Hospitali Sancti Joannis Hierosolymitani instituisset, ad servandum, juxta monitum Divi Pauli ad Romanos, Hospitalitatem, scilicet erga Peregrinos Loca Sancta visitantes, Infirmosque Christiana Charitate in Xenodochio excipiendos, & curandos, ita suum Ordinem in humilitate, & Charitate fundavit. 2.

Gliscente postmodum Religiosorum Hospitalariorum numero, & cumulatis in eadem Hierosolymitana Religione divitiis, Raymundus de Podio immediatus dicti Gerardi in Gubernio Ordinis Successor; nullum enim intermedium Successorem a morte Gerardi ostendimus in Catalogo magnorum Magistrorum, Regulam reformavit in Capitulo Generali in Civitate Hierusalem celebrato, Ordinemq. in veram Religionem constituit cum trium Votorum substantialium emissione, Castitatis nempe, Paupertatis, & Obedientiae, totaque Religio in tres Classes repartita fuit, Militum, Sacerdotum, & Servientium, sicuti constat *ex Statuto Tit.* 2. *Del Ricevimento de' Fratelli pag.* 10. *juxta impressionem in Borgo Novo nel Marchesato di Roccaforte Typis Antonii Scionici* 1719. *juxta tradita per Abb. Justinianum Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Primo cap.* 21. *pag.* 213. *juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Noù* 1692. *d. Patrem Joseph Franciscum Fontana d. Tom.* 3. *pag.* 8. 3.

Prissimo Hospitalitatis Muneri superadditum fuit utilissimum pro Christiana Republica Militare exercitium, atque usus

usus Armorum, sicuti Equites armandi cum Militiæ Cingulo, de quo d. *Statutum tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli n. 2.* prout etiam hodie servatur.

4. Hoc autem Bellorum exercitium, licet in quadam Relatione super origine hujus Religionis, quæ habetur in *Codice Diplomatico Sebastiani Pauli sub Titulo - Giunta al Codice Diplomatico n. 20. pag. 300.* asseratur introductum fuisse in Religione, tempore quo illius Fundator Beatus Gerardus vivebat; nihilominus, cum dicta Relatio opus sit moderni, & minime diligentis Scriptoris, & ceteroquin veteres Auctores de Statu Religionis, tempore dicti Gerardi agentes, & inter hos, ipse Cardinalis de Vitricario nihil de hoc mentionem faciat, huic Relationi standum non est, prout illam reprobat *d. Sebastianus Pauli in d. Codice Diplomatico*; concludendumque idcirco est, Militare Armorum exercitium introductum fuisse in Religione sub magno Magistro Raymundo de Podio d. Gerardi immediato Successore, quemmodum scribit *d. Historicus Bosius lib. 2. à pag. 72. cum seqq. juxta tertiam impressionem Typis Hieronymi Albrizzi anno 1695.* Ubi advertit, id confirmatum fuisse ab Innocentio Secundo anno 1130. Imo eundem injunxisse, quod Equites Religionis in Bello contra Infideles Vexillum rubeum cum alba Cruce deferrent: *Pater Dominicus Maria Curioni in d. Volumine - Il glorioso Trionfo &c. cap. 4. pag. 19.*

5. Hinc, ut diximus, ortum habuit divisio Ordinis in tres gradus, & Classes, hoc est Militum Equitum, Sacerdotum, & Servientium; nullum quippe inter ipsos Fratres discrimen aderat, nisi quod aliqui Clerici erant, & Sacerdotes, alii Laici, ut narrando prosequitur *d. Bosius d. Histor. lib 2. pag. 73. Pater Bordonus Oper. Moral. tom. 3. Parte Secunda Resol. 100. n. 3. d. Collector Gallus tom. 3. pag. 108.*

6. Sicque Hierosolymitana Religio tribus constatur Classibus perfectæ Charitatis vinculo junctis ut funiculus triplex, qui ut inquit *Eccles. 4. 12. difficile rumpitur.* Primum Gradum, & Classem constituunt Equites, Secundum gradum Sacerdotes, Tertium Servientes, ut de triplici hac differentia constat in *Statuto Ordinis del Ricevimento de' Fratelli tit. 2. n. 2. & seqq. & in Ordinat. Capituli Generalis celebrati anno 1631. tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli n. 2. Bosius in d. Histor. hujus Religionis lib. 2. pag. 73. Eminentissimus Petra ad Constit. Apostol. tom. 2. ad Constit. 2. Anastasii IV. sect. 2. n. 24. Bordoni d. Resol. 100. n. 3. Auctor Anonymus in libello*, cui Titulus - *Breve, e particolare Instruzione del Sacro Ordine Militare degli Ospitalarii detto oggidi volgarmente di Malta impress. Patavii anno 1724. Typis Josephi Comini per Jo. Baldanum cap. 7. pag. 25.* de qua triplici Classe una cum suis Appendicibus infra latius sermonem habebimus.

7. Per triplicem Graduum distinctionem prædictam introductus fuit in Religione Hierosolymitana usus armandi Equites Religiosos Nobiles Militari Baltheo, antequam ad Habitum suscipiendum, & ad Religiosam Professionem emittendam in gradu Equitis admittantur, hocque expresse disponitur *in Statuto Sacræ Religionis tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli n. 2.* ibi - *Ora, chi trovandosi atto, ed idoneo, secondo la forma degli Statuti, e Consuetudini, dimanderà di essere*

ricevuto

riceuuto alla Professione dell' Ordine nostro in Grado di Cavaliere, prima che pigli l' Abito, e faccia la Professione, è necessario, che sia ornato del Cingolo della Militia. E però se da alcun Principe Cattolico, ovvero da altro, che abbia autorità di concedere il grado di Cavalleria, non averà ottenuto gli Ornamenti della Milizia dal Fratello Cavaliere dell' Ordine nostro, che riceverà la sua Professione, ovvero da alcun' altro Fratello Cavaliere della stessa Milizia riceva gli Ornamenti, secondo la consuetudine che si osserva nel concedersi la Milizia e finalmente con l'ordine suddetto faccia la Professione. Però i Capellani, i Serventi d' Arme, ed Officio non è necessario ornargli di tali Insegne Militari, e ciò non è in uso, nè è stato ordinato, ma senz' altro si ammettano alla Professione nel grado loro: d. *Pater Curionus d. pag. 19. Abb. Bernardus Justinianus Historie Cronologiche dell' origine degli Ordini Militari Parte pr. cap. 21. pag. 212.* ubi quod d. Raymundus formam præscripsit Equites armandi.

8. Ex præmissis insubsistens redditur assertio antedicti Anonymi Auctoris in præallegato Libello, cui Titulus *Breve particolar Istruzione del Sacro Ordine Militare degli Ospitalarii detto ora volgarmente di Malta cap. 7. pag. 15.* qui sic ibi inquit *Questa nostra Sacra Republica nacque colla Divisione di trè Ordini differenti insieme uniti con vincolo di una perfetta Carità ec.* Siquidem, cum dictus Armorum usus fuerit solum sub Raymundo de Podio secundo magno Ordinis Magistro introductus, & immediato Beati Gerardi fundatoris Ordinis Successore, jam patens est, quod d. divisio Graduum non habuit ortum in fundatione Religionis, sed post mortem Fundatoris, neque ullo modo probatur ejusdem Anonymi Scriptoris assertum ex littera Statuti Ordinis sub tit. 1. *Della Regola n. 1. & seq.* Nam ea non probant, in prima Ordinis fundatione contemporanee, ac contextualiter fuisse injunctum Militiæ exercitium, sed solum divitus auctis, superadditum fuisse Armorum munus. Quamobrem verum est, quod paulo post institutionem Religionis hujus Hospitalariæ hoc contigit post mortem B. Gerardi Institutoris, qui obiit vel anno 1118. juxta Chronologiam magnorum Magistrorum Ordinis impressam in principio *Statutorum ejusdem Ordinis pag. 1. Jacobum Bosium in Historia hujus Ordinis Libr. 2. pag. 54. sub littera C. Patrem Dominicum Mariam Curione in suo Volumine - Il Glorioso Trionfo della Sacrosanta Religione Militare de' Nobili Cavalieri di S. Giovanni cap. 3. pag. 16. juxta impressionem Neapolis Typis Scipionis Bonini 1619.* vel qui decessit Anno 1120., ut probat *Sebastianus Pauli in Codice Diplomatico hujus Hierosolymitani Ordinis pag. 229., & seq.* & late ostendimus *in Catalogo Mag. Magistrorum, & in Catalogo Sanctorum, & Beatorum hujus Ordinis*, variasque de hoc opiniones retulimus. 9.

10. Cumque Gerardus nullam Confratribus suis scriptam Legem reliquisset, sed solummodo iisdem Humilitatis, & Charitatis documenta insinuaverit, d. Raymundus de Podio, qui eidem immediate successit, non solum, ut diximus, tria substantialia vota præscripsit, sed & plures etiam pro Religioso sui Ordinis regimine leges sanxit, etiam contra inobedientes pænales, quarum compendium est ut sequitur: hinc prohibuit, ne per Civitatem, & Loca so-

si ambularent, sed semper ab alio sociati, omnibus tam Sacerdotibus
11. quam Laicis, Eleemosynas pro Pauperibus quærentes, hospitalitatem petere debebant, & esse contenti quod illis tradebatur, nec quidquam emere; si autem nemo illis hospitalitatem præstabat, poterant ad proprium victum aliquid emere, sed uno ferculo contenti esse debebant.

Si quis aliquod carnale commisisset Peccatum, si illud occultum fuisset, secreto puniri debebat; si publicum, publice, hoc est sequenti die Dominico, completo Missæ Sacrificio, & Populo ab Ecclesia dimisso, Deliquens coram omnibus Fratribus suis se exuebat Vestibus, & Magister illum virgis, & corrigiis aspere flagellabat, & demum ejiciebatur ab Ordine. Fratres ab usu carnium se abstinere debebant Feria Quarta, & Sabbato, & à Septuagesima usque ad Pascha.

Si quis ex Fratribus in periculo Mortis detegebatur proprietarius, & pecuniæ possessor, si sanus reddebatur, ejus collo pecunia appendebatur, ac aspere ab uno ex Fratribus flagellabatur, Pœnitentiam agebat per dies quadraginta, & jejunabat in pane, & aqua feria quarta, & sexta.

Si Frater litigabat, & jurgia habebat cum alio, talesque contentiones ad Procuratorem Domus deferebantur, Reus septem dierum cursu jejunare tenebatur, comedendo in terra Panem, & aquam sine Tobalea, & Mappula, quarta, & sexta feria.

Si quis alium percussisset, eandem pœnitentiam agere tenebatur quadraginta dierum cursu.

Si Frater e Domo sine Magistri licentia exibat, tenebatur in terra comedere quadraginta dierum cursu; feria quarta, & sexta jejunare debebat in pane, & aqua, tenebaturque in loco separato morari per tanti temporis spatium, quantum foris degerat, nisi à Capitulo suæ Pœnitentiæ tempus abbreviatum fuisset.

Post mortem alicujus Fratris, cæteri in prima Missa, quæ pro Defuncto celebrabatur, offerre tenebantur cereum una cum Scuto, quod Pauperibus, una cum Vestibus Defuncti distribuebatur.

Quilibet Sacerdos tenebatur pro Defuncto unam Missam celebrare: Clerici recitare Psalterium debebant; Laici vero quinquaginta Orationes Dominicales.

Ac demum injunxit omnibus Fratribus, ut Crucem super eorum Habitum & Pallium deferrent, & prædicta habentur apud *d. Patrem Joseph Franciscum Fontana pag. 81. & 8. Tom. 3.*

Injungit dictus Raymundus de Podio
12. Equitibus, ut diximus, ut loco Horarum Canonicarum, quemdam numerum Orationis Dominicalis, hoc est *Pater noster*, recitarent: *d. Franciscus Sansovini lib. 2. pag. 31. a tergo.*

Circumferuntur etiam latino idiomate Statuta & Canones editi ab eodem Raymundo de Podio, & videri possunt apud *Collect. Gallum Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 2. §. 23. pag. 99. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.* & ad litteram sunt latina lingua.

Statuta, & Canones Ordinis hujus tangentes solum primum illud Equitis genus.

Ego Raymundus Podius Servus Pauperum Christi, & Custos Hospitalis
13. Hierosolymitani, cum prævio & bene deliberato consensu Fratrum meorum, cumque totius Capituli,

con-

confirmavi sequentes Articulos in Hospitali Domo Sancti Joannis Baptistæ Hierosolymæ.

I. Quilibet Frater, qui in hunc Ordinem suscipitur, eique nomen suum dat, tria Vota servato, nempe Castitatis, Obedientiæ, & spontaneæ Paupertatis absque Peculio.

II. Pro Religione Christiana, & Cultu Divino pugnato, justæ semper causæ patrocinium suscepito: injuria affectis succurrito: oppressos defendito, & liberato; Ethnicos vero, Infideles, & Mahumetanos (ad exemplum Machabæorum, qui Hostes Populi Dei persecuti sunt) expellito: omnibus Virtutibus Christianis incumbito: Viduas, & Orphanos tuetor: violatores hujus Canonis temporali, & æternæ penæ subiacento.

III. Illis diebus, & conventibus, quos statis temporibus ad singulos anni quadrantes observare solemus, Regulam hanc præsentibus omnibus Fratribus prælegito.

IV. Quicumque ære alieno obrutus, vel jure servitii alii cuipiam graviter obligatus est, in hunc Ordinem non recipitor: & si quispiam, ad susceptionem Crucis, spem à Fratribus acceperit, nihilominus antequam vestiatur habitu Equestri, an forsitan nomen suum jam alii alicui Ordini dederit, & an coniugii & debitorum civilium vinculis se obstrinxerit, primum interrogator; nam posito casu, quod unum illorum ita sit, non potest in Ordinem hunc assumi.

V. Veste pulla Equestri induitor, eaque in sinistro latere notata signo albæ Crucis; hæc ordinaria quasi Pacis Toga esto: tempore autem Belli, ubi ad pugnam itur, idem Habitus rubri coloris alba Cruce munitum Sagum esto.

VI. Nemo, qui non sit ex legitimo thoro natus, ad Ordinem admittitor, exceptis generosorum, & illustrium Dominorum naturalibus; & si tamen talium Mater non fuerit Mancipium.

VII. Excluduntur etiam plane ab hoc Ordine quicumque ex Ethnica familia, ratione Parentum progenitus fuerit, nempe ex Maranis, Judæis, Saracenis, Mahumetanis, Turcis, & consimilibus; quod intelligendum etiam de Principum talium liberis, illustri licet loco natis.

VIII. Eodem modo, nulli quicumque alicui alii Ordini fidem suam professi fuerint, vel Matrimonio devincti sint, vel homicidium, aliave flagitia enormia perpetrarint, ad Ordinem admittuntur.

IX. Ad minimum tredecim annorum ætatem habeto quisquis desiderat in Ordinem recipi: sanitate, robore, & intellectu integer, laborum item, & ærumnarum patientia, atque morum nobilium honestate præditus esto.

X. Ante susceptionem Ordinis nobilem Prosapiam suam coram quibusdam à Priore, & Capitulo ad consuetum Conventum deputatis decenter probato. Nam qui semel receptus fuerit, ab omni postea ulteriore suæ Stirpis, vel anteactæ vitæ examine liber esto, & immunis.

XI. Cultui Sacro omnes Fratres sedulo vacanto, & loco Septiborii consueti (sive Horarum canonicarum) inter Regulares, centies quinquagies quotidie Orationem Dominicam recitanto, statis jejunanto quotannis, ter S. Cœnæ communicanto, nempe in tribus semper Festis Solemnioribus Nativitatis, Paschatis

ſchatis, & Pentecoſtes.

XII Quicumque Eques ſe credit Rati, marique juxta vocationem ſuam, is prius Sacerdoti confitetur, & conſcientia ſic exonerata, omnibus rebus ſuis ſecularibus (Teſtamento, vel alia diſpoſitione) vale dicito.

XIII. Inter peractionem Sacri Officii, & cultus in Choro, prope ad Altare ne accedunto, quo unius, alteriuſve devotioni impedimento eſſe poſſent.

XIV. Eo Ordine, quo quiſque ante, vel poſt alterum ratione temporis in Ordinem ingreſſus fuerit, incedunto, & ſedunto.

XV. Certis temporibus devotas circuitiones inſtituunto, in iiſque pro pace Chriſtianorum, & concordia conſtanti, pro magni Magiſtri, & totius ſui Ordinis benedictione Deum invocanto.

XVI. Pro quovis Defuncto Equite triginta Miſſæ exequiales celebrantor, in cujus rei memoriam quilibet Eques ardentem cereum cum donario offerto.

XVII. In Conventu toto tempore Adventus, & Quadrageſimæ conciones habentor.

XVIII. Nulli Hominum in terra ſe juramento obſtringunto; nullam navem bellicam abſque conſenſu, & præſcitu magni Magiſtri inſtruunto: bello exorto inter duos Chriſtianos Principes, neutri parti adhærunto; ſed omnem lapidem movento, quo lis componi, & pax inter illos ſtabiliri queat &c.

Adducuntur Declarationes, Diſpenſationes, & Limitationes nonnullæ ex recenſitis veteribus Statutis vigore Bullarum Apoſtolicarum, quæ impreſſæ habentur apud *Priorem Garavitam* in calce Libelli, cui Titulus - *Trattato della Povertà de' Cavalieri di Malta raccolto dal Priore di Lombardia Garavita impreſſ. in Borgo Novo nel Marcheſato di Roccaforte MDCCXVIII. per Antonio Scionico Stampatore Camerale con licenza de' Superiori*, quod Opuſculum habet titulum - *Varie Grazie, o ſian Diſpenſe di Conſuetudini, e di Statuti fatti da' Sommi Pontefici a' Cavalieri dell' Ordine Geroſolimitano, con le Solutioni di alcuni Dubbii intorno alli medeſimi impreſſ.* ubi ſupra, *& eodem anno a pag. 53. cum ſeqq.*

Profecto ex tenore dictarum Apoſtolicarum Litterarum reſpective conſtat, quod cum Clementi VI. fuerit à Magiſtro, & Fratribus Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani expoſitum, quod in Ordine prędicto ab olim per totam Septuageſimam conſueverunt ab eſu Carnium abſtinere, licet à principio ipſius Septuageſimę, uſque ad primam Dominicam tunc ſequentem, Ovis, & Caſeo uti, & juſtis de cauſis petita fuerit Apoſtolica Diſpenſatio, dictus Summus Pontifex gratioſe indulſit, ut a dicto tempore principii ejuſdem Septuageſimæ uſque ad Dominicam Quinquageſimæ, exceptis illis diebus, quibus alias de jure, vel conſuetudine eſt uſus Carnium interdictus, veſci Carnibus licite valeant, cum hoc tamen, quod in compenſationem abſtinentiæ ſupradictæ, teneantur ab ipſo principio ejuſdem Septuageſimæ uſque ad Feſtum Nativitatis Beati Joannis Baptiſtę ſingulis Sextis Feriis jejunare. Dicti vero Clementis VI. Bulla eſt ſub Datum Avenionis 12 Octobris 1351. Pontificatus anno nono. & impreſſa in pręallegato Opuſculo *Garavita pag. 53. & 54.*

Quoad Bullam Pii II., in ea pro parte Magiſtri, & Fratrum expoſitum fuit

fuit, quod juxta Statuta Regularia Hospitalis Hierosolymitani, inter cętera, in Adventu Domini, ac etiam à Dominica Septuagesimæ usque ad Pascha singulis diebus jejunare, ac in Mensa, Lectoque silentium servare, ac post Completorium non bibere, sine lumine non dormire; nec non Quarta Feria ab usu Carnium penitus abstinere tenentur: unde iidem Magister, & Fratres pro Dispensatione super prædictis institerunt. Summus proinde Pontifex gratiose indulsit prænominatis Magistro, & Fratribus tum præsentibus, tum futuris ubilibet viventibus, quoad jejunandum in Adventu Domini, & à Septuagesima usque ad quartam Feriam Cinerum, & à potu post Cœnam, & ab esu Carnium singulis quartis Feriis abstinendum, silentiumque in mensa, & in Lecto servandum, necnon cum lumine dormiendum, si nolint, minime teneantur, auctoritate Apostolica de specialis dono Gratiæ indulsit, & cum eis pariter dispensavit; Bullaque Pontificis est sub datum Romæ apud Sanctum Petrum Kalend. Martii 1462. impressa est *d. Bulla in d. Opusculo Garavita pag.* 55. 56. 57.

Tandem respectu Bullæ Sixti IV., in ea legitur Petitio Summo Pontifici porrecta per Petrum Deabusson Magistrum Domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, in qua narratur, quod Fratres ejusdem Ordinis Rhodii in singulis quatuor Temporibus in unum conveniunt, seu unam Congregationem, quam Sembleam appellant, inibi facere consueverunt, & in hujusmodi Congregatione, stabilimenta, & Constitutiones, vota, & substantialia ipsius Ordinis continentia legere, seu legi facere consueverunt, & insuper vigore Litterarum Pii Secundi, certa alia stabilimenta per eundem ordinata, in eadem Congregatione, sub Excomunicationis pœna legere, & publicare tenerentur, licet tria vota substantialia Religionis non concernerent, ad quorum observantiam, ipsi Fratres, sub pœna peccati mortalis, juxta ejusdem Ordinis Institutionem tenentur. Idcirco, cum rationabilibus ex causis non possent in omnibus prędicta observare, pro parte dicti Magistri fuit humiliter dicto Summo Pontifici supplicatum pro Dispensatione: & Summus Pontifex perpetuo duratura Constitutione statuit, & ordinavit, quod illa stabilimenta, & Constitutiones, quæ tria vota substantialia ejusdem Ordinis dumtaxat concernunt, seu quæ ipse Magister pro tempore existens pro instructione Fratrum ejusdem Ordinis, illiusque conservatione utilia, & necessaria cognoverit, in Congregationibus, seu Sembleis, ut prefertur, pro tempore faciendis, legi, & publicari debeant, decernendo, tam Magistrum pro tempore, quam alios Fratres prędictos, propter non lecturam, & publicationem aliorum stabilimentorum, & Statutorum eis per eundem Paulum Secundum ordinatorum, & editorum, Excommunicationis sententiam minime incurrere; necnon, tam Magistri pro tempore existentes, quam Fratres prefati, quoad singulorum in Regula præfata contentorum, quæ tria vota substantialia dicti Ordinis non concernunt observantiam, sub peccati mortalis pœna minime teneantur; quodque, tam Magister, quam alii Fratres prædicti pro centum, & quinquaginta Orationibus Dominicalibus, sive Pater noster, quas, seu quos singulis diebus juxta ipsius Ordinis Regulam, & Institutiones dicere tenentur, Officium Beatæ Mariæ Virginis, si eis placuerit, dicere

dicere possint, & valeant, concedit: dictosque Magistrum, & Fratres propter non observantiam præmissorum in dicta Regula contentorum, & quæ tria vota prędicta non concernunt, reatum peccati mortalis minime incurrere, & transgressores Religionis, & Regulę hujusmodi propterea non esse decernendos. Dicta Sixti IV. Bulla est sub datum Romæ apud Sanctum Petrum anno 1479. Pridie Idus Novembris, Pontificatus anno nono, & impressa est dicta Bulla in dicto Opusculo *Garavita pag.* 58., *&* 59.

Attentis ergo supra firmatis Sixti IV. Pontificiarum Concessionum, narrationibus in disputationem venit; an Religiosi Equites Hierosolymitani, si quotidianam centum, & quinquaginta Orationum Dominicalium, vel Officii Sanctissimæ Virginis Mariæ, aut Defunctorum recitationem, ut supra statutam à Sixto IV., & in *Statuto Religionis tit.* 3. *della Chiesa n.* 2. omittant, in reatum peccati gravis, vel levis incurrant, vel solum in pęnam. Et in solam pænam incurrere liquet ex tenore Statuti Religionis Hierosolymitanæ *sub tit.* 1. *della Regola n.* 3. ubi declaratur, quod transgressio rerum in Regula contentarum, Animam, & Corpus obligant: Statutorum autem transgressio, ac violatio solum Corpus ad pænam obligat, nisi agatur de re, quæ secundum Divinas, & Canonicas leges Animam quoque obliget: unde cum Hierosolymitanæ Religionis Regula, nil aliud quam tria substantialia vota contineat, Castitatis, Obedientiæ, & Paupertatis, horum transgressio Animam, Corpusque obligat; cæterarum rerum transgressio, & violatio, Corpus solum ad pænam obligat, quamvis pæna transgressoribus fuerit imposita, cum clausula *ipso facto*, *& sine nova Superioris declaratione*, ut sequendo *Suarez de Relig tom.* 4. *tit.* 8. *lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 13. *Castropalaum tract.* 16. *Disput.* 4 *Puncto* 3. *n.* 4. solide firmat, & objectis respondet *Prior Garavita in Opusculo*, cui Titulus - *Varie Grazie, o sian Dispense di Consuetudini, e di Statuti fatte dai Sommi Pontefici a' Cavaliri dell' Ordine Gerosolimitano, colle Soluzioni di alcuni Dubbj intorno alle medesime, Stampate in Borgonovo nel Marchesato di Roccaforte* 1718. *per Antonio Scionico Stampatore Camerale al Dubbio* 1. *pag.* 62., *& seqq.*, ubi late per Theoricas Theologorum generaliter etiam materiam explanat: dictum vero Opusculum impressum habetur post ejusdem Prioris Garavitæ Tractatum *Della Povertà de' Cavalieri di Malta* impressum Typis loco, & año supradictis.

Aliud insurgit Dubium de Professo in Ordine Hierosolymitano, qui determinate in se statuit, & consuetudine ad praxim deducit, nihil observare ex illis, quæ ad culpam non obligant: an videlicet in his terminis talis professus versetur in statu lethalis culpę. In quo dubio generaliter sumpto, negative respondemus: quia hujusmodi determinatio non cadit super inobservantia rei ad culpam obligantis; ac consuetudo ex se non inducit culpam, nisi illam, quam ipsi actus illam componentes inducunt. Cum ergo supponamus agi de rebus, quarum omissio culpam non inducit, sequitur, quod allegata consuetudo non potest culpam gravem inducere, ut ratiocinatur laudatus *Prior Garavita in dicto Opusculo Dubio* 2. *pag.* 70.

At lethalis Peccati culpam secum ferre poterit prava illa consuetudo, & pro-

propositum violandi disposita in Statuto, licet Corpus solum ad pœnam obligante, quoties Religiosus advertit, quod cum suis transgressionibus & tenore vivendi, notabile damnum suæ Religioni, sibique infert, credens probabiliter se exponere periculo contemptus observantiæ Regularis, violationis votorum, ac etiam expulsionis à consortio aliorum Religiosorum, & etiam privationis Habitus, ut generaliter de illis Religiosis, qui ex Statuto eorum Religionis non obligantur ad culpam, sed solummodo ad pœnam, prout sunt Religiosi S. Dominici, & Societatis Jesu agit *Sanch z Oper. Moral. lib. 6. cap. 4. n. 12. & seq.* Et in terminis quoad Religiosos sacræ Religionis Hierosolymitanæ firmat *d. Prior Garavita d. Dub. 2. pag. 71.* ubi exemplificat in Statuto ejusdem Religionis peculiari quoad Hospitalitatem, & Militiam obligante solum Corpus; comprobatque ex relatis rationibus gravem culpam incurrere Religiosum habentem consuetudinem, firmumque propositum non se implicandi in Militiæ exercitiis, ex. gr. edito legitimi Superioris mandato in Mari, vel Terris militandi; si ille talis falsis excusationibus, & emendicatis prætextibus impossibilitatis, & insufficientię, jussa exequi semper omittet, itaut inde agnoscat se inferre notabile damnum Religioni, illam fructuosis, debitisque servitiis fraudando, cœteris pravum exemplum præbendo ad transgrediendum Statuta. Eoque magis si se exponit periculo, quod illum Religio graviter puniat, etiam cum privatione Habitus, quæ gravissima pœna dicitur, prout à Statuto puniuntur illi, qui in certamine fratres deserunt, vel Vexillum contra Infideles expositum, juxta *Statutum Tit. delle Proibitioni n. 30.*

Summarie in proposito veterum Sanctiorum repetimus, quod Militaris hujus Sacræque Religionis Professi solummodo sub gravi tenentur ad observantiam trium substantialium Votorum in Professione solemniter emissorum; nam quoad alia stabilimenta Regulę à magno Magistro Raymundo de Podio editę, mediantibus Apostolicis Dispensationibus, liberati fuerunt ab obligatione illa observandi, atque absoluti a pœna peccati mortalis, vigore Bullarum, ac Brevium Summorum Pontificum, ut ex Brevi *Clementis VI.* in Bullario Originali n. 35. *Pii II. in Libro Bullar. Anni 1463. pag. 204. & Sixti IV. in Bullar. 4. signato litt. D. à folio 228. Parte Secunda. Prior Garavita in Opusculo Dubio Primo pag. 66.* ubi tenatur de Sixti Quarti Bulla mentionem fieri in antiquis Statutis publicatis anno 1491. & 1534. quod Statutum omissum fuit in editione.

Tractu temporis vetera, & nova prodiere Statuta tum latino, tum italico, tum alio idiomate exarata; postrema impressio est illa, quę peracta fuit in Folio sub Titulo in prima fronte Voluminis - *Statuti della Sacra Religione di San Giovanni Gerosolimitano con le Ordinazioni dell' ultimo Capitolo Generale celebrato nell' Anno 1631. dal fù Eminentissimo, e Reverendissimo Gran Maestro Fra Antonio de Paula, aggiuntivi li Privilegi, il modo di dare la Croce, e di fare li melioramenti alle Commende, di nuovo ristampati con le tavole, e postille a' luoghi debiti: in Borgo Nuovo del Marchesato di Rocca forte 1718. Per Antonio Scionico Stampator Camerale, con Licenza de' Superiori.*

In secunda autem pagina legitur Titulus

lus - *Volume, che contiene gli Statuti della Sacra Religione Gerosolimitana, le Ordinazioni dell' ultimo Capitolo Generale, che sono le sole che sussistono: il nuovo Ceremoniale prescritto dalla Santità di N. S. Papa Urbano VIII. sopra l' elezione de' Gran Maestri: il modo, o sia Instruzione di fare i Processi, de' miglioramenti delle Commende, che serve ancora per i Priorati, e Bagliaggi, e come devono farsene i Cabrei: L' Ordine, che si tiene nel dar l' Abito a chi professa nella Religione: e per ultimo i Privilegi concessi da Sommi Pontefici alla Religione, e suoi Dipendenti: in Borgo nuovo nel Marchesato di Roccaforte* 1719. *per Antonio Scionico Stampator Camerale con lic. de' Sup.*

Notandum, quod *Prior Garavita* in Compendium redegit Ordine Alphabetico memorata Statuta, & Capitulares Ordinationes additis nonnullis Decretis, quod Compendium est impressum in d. Burgonovo per *d. Antonium Scionicum* 1718.

Notandumque etiam, quod Statuta, & stabilimenta in hoc Ordine, sunt illa quæ perpetuo durant, nisi à Capitulo Generali fuerint expresse revocata, ad differentiam Ordinationum Capitularium, istæ enim durant solum usque ad aliud Capitulum subsequens, exceptis illis, quę nominatim fuerunt confirmatæ, ut videre est in *Statut. della Significazione delle parole n. 3. Compendium Alphabeticum Staturorum hujus Ordinis in verbo Ordinationi.*

Religionem hanc confimarunt successive 14. etiam alii Summi Pontifices Calistus II. sub anno 1120., ut inquit Auctor Seculorum Augustinianorum; *Pater Aloysius Torellus de Bononia d. tom. 3. sub d. anno 547. Innocentius II. anno 1130. Lucius II. anno 1144. Eugenius III., Lucius III. anno 1185. Alexander IV. anno 1255. Bonifacius VIII.* plurimisque Gratiis, ac Privilegiis ab aliis Pontificibus cumulatus fuit hic Ordo, teste *Patre Mendo de Ordin. Milit. Disq. 1. quest. 2. n. 108. Soranzo l' Idea del Cavaliere pag. 88. d Abb. Justinia. d. cap. 21. pag. 213. Bonanno in Catalogo Ordin. Equestr. n. 60.* Volumen, cui titulus - *Li Sourani del Mondo tit. Ordin. di Cavalieri §. L' Ordine di Malta pag. 248. tom. 4. juxta impressionem Venetam Sebastiani Coleti, & Joannis Malachin anno* 1720. optimeque subdit *d. Bosius libr. 5. pag. 68. 107. & 166. & 346.* quod spatio duorum annorum cum dimidio quatuor Pontifices successive Religionem *hanc, et illius Privilegia confirmavere: & licet Bullæ omnes confirmationis non inveniantur, eo quia Religio pluries temporum vicissitudine suas amisit Scripturas, illæ tamen in aliis subsequentibus Bullis allegantur, & præcise in d. Bulla Urbani III. confirmantis Privilegia Prædecessorum Innocentii II., Calestini II. Eugenii III. Annastasii IV., Alexandri III., & Lucii III., de quibus Bosius Histor. Ordin. Parte prima lib. 10. pag. 376. Alexandri IV. data Neapolis 5. Maii* 1255. ubi late de hac exemptione agit *d. Abb. Justinianus d. cap. 21. pag. 211. Collector Gallus d. tom. 2. pag.* 108. ubi plurium Summorum Pontificum Bullas enumerat confirmatorias Ordinis.

Sic Ordo hic inter quatuor Sacros Mi-15. litum Ordines numeratur, qui Hierosolymis nominatus Hospitalarius: *d. de Nicollis d. pag.* 740.

Et quamvis Ordo hic fuerit, ut diximus, in Ordinem Militarem, & Equestrem 16. erectus, illius tamen Alumni, illumque

que Profitentes, non dimisso Hospitalariorum antiquo titulo, idem nomen Hospitalariorum retinuerunt, neque illis titulus Equitis tributus fuit, nisi postquam Rhodi Insulam acquisiverunt, ut bene notat *d. Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei in d. Historia Ordin. Monasticorum &c. & Militarium &c. per eum ex Gallica in Italicam linguam translata tom. 3. cap. 12. pag. 83.* ubi, quod tunc nuncupati fuerunt Equites Rhodienses: & tandem post concessionem eisdem à Carolo V. factam Melitensis Insulæ, Equites Melitenses vocati fuerunt, & vocantur.

16.

Diximus, quod in hac Religione Hierosolymitana tria emittuntur vota, circa quæ vota diversis temporibus Statuta prodiere: nam tempore Magistri Raymundi de Podio, cum consilio Capituli Fratrum sancitum fuit, & injunctum, quod Fratres cum Divino auxilio tria observent Deo promissa, hoc est Castitatem, Obedientiam, & Paupertatem, ut inquit *Jacobus Bosius Historia hujus Religionis, juxta tertiam impressionem Venetam Typis Hieronymi Albrizzi anno 1695. lib. 2. pag. 63. lit. B.*

17.

Postmodum in Capitulo Generali Romæ habito, tempore Eugenii Quarti, quoad verborum formulam variatum fuit, & statutum, quod Profitentes & observent debitam obedientiam magno Magistro jubenti honesta, & possibilia secundum Deum, humanasque leges, *e si sforzino i Fratelli d' astenersi da ogni vizio carnale, nè sii lecito ad alcuno di loro l' aver cosa di proprio, se non quanto da' Privilegi, e dalli stabilimenti li sarà permesso*: tuncque præscripta fuit à Profitentibus formula, videlicet - *Io giuro, prometto, e faccio voto a Dio, ed alla Beata Vergine Madre di Dio, ed a S. Gio. Batista, ed al Maestro del sagro Spedale di Gerusalemme, che io osserverò perpetuamente queste tre cose, cioè Ubbidienza, e di vivere senza proprio, secondo la forma degli Statuti dell' Ordine, e mi sforzerò ancora di astenermi da ogni vizio carnale*; ut videre est in Statutis antiquis, ac notat *Bosius d. lib. 2. pag. 63.*

18.

Tandem antedicta formula restricta fuit in modum, ut sequitur - *Io N. faccio voto, e prometto a Dio onnipotente, ed alla Beata Vergine Maria sempre Vergine Madre di Dio, ed a San Gio. Batista di osservare perpetuamente con l' ajuto di Dio, vera obbedienza a qualunque Superiore, che mi sarà dato da Dio, e della nostra Religione, e di più vivere senza proprio, e di osservare Castità.* Hæc formula ad admittendum vota est illa, quæ de præsenti observatur in facienda Professione, & habetur impressa in Statuto Ordinis *tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli pag. 7.*, & refertur etiam à prædicto *Bosio d. Historia lib. 2. pag. 63.* ubi subdit hæc formalia verba - *Se ben credo, che per sicurezza delle conscienze loro sarebbe forse stato meglio, che il giuramento de' tre voti non si fosse alterato, nè ristretto, ma si fosse lasciato come stava.*

19.

Militaris hic Ordo vera Religio est; eo quia in illa profitentes, tria substantialia Vota emittunt, Castitatis scilicet, Obedientiæ, & Paupertatis, hoc est vivendi sine proprio, ut disponit *Statutum Ordinis tit. 1. della Regola n. 1., & 2., & tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli n. 1.*, & tradunt *Sansovin dell' origine de' Cavalieri lib. 2. pag. 33. Pater Mendo de' Ordin. Milit. Disq. 1. quæst. 5. n. 116., & seqq.*

20.

seqq. Eminentissimus Petra ad Const. Apostol. Tom. 2. ad Constit. 2. Anastasii IV. Sect. 2. Jo. Clericatus de Pension. Disc. 9. n. 11. Pater Bordonus Tom. 3. Parte Secunda Resol. 100. ubi solvit objecta: *d. Pater Dominicus Maria Cursone in Volum. Il Glorioso Trionfo della Sacrosanta Religion Militare de' Nobili ec. Cavalieri di San Giovanni cap* 1. ubi late comprobat. *Sperel. Dec. 21. n.* 10.

Et prorsus insubsistens est id, quod inquit *Jo. Christophorus Becmannus in*
21. *Tractatu Germanica Lingua impress. Francfurti anno 1693.*, quod scilicet votum Castitatis à prædictis Equitibus emissum, intelligendum est de Voto Castitatis Conjugalis; nam certissimum apud omnes est, quod Votum eorum est Votum absolutæ Castitatis.

Et proinde illius Equites Professi sunt vere Religiosi quoad omnes effectus:
22. *Felin. in cap. 2. n. 8. de For. competen. Marta de Jurisdict. Parte 4. Cent. 2. cas. 113. n 32. Barbos. de Jur. Eccles. Univers. lib. 1. cap. 43. n. 23., & 24. Card. de Luca de Regular. Disc. 1. n. 121. & de Præemin. Disc. 49. n. 7. Barbos. Apostolic. Decis. Collect. 314. n. 19. Pater Lezana in Sum. Quæst. Regul. Tom. 2. cap. 5. n. 5. Sperel. d. Dec. 21. n. 8. Bellet Disq. Clerical. Parte Prima de Favor. Clericor. cas. 1. n. 58., &* 39. ubi, quod hujusmodi Equites gaudent etiam Privilegio Canonis;
23. *Gratian. Discept. cap. 457. n. 24. & seqq. Rot. cor. Manzanedo Dec. 294. n. 1. & Dec. 526. cor. Ludovic. Dec. 109. n. 1. Merlin. Dec. 203. n. 4. Dec. 225. n. 6., & Decis. 395.* n. 5.

Et quamvis nonnulli Auctores scriptum reliquerint, quod iidem Equites
24. quartum votum emittunt, defendendi proprio Ense omnes Christianos ab Infidelibus, etiam cum vitæ suæ discrimine, & sub Obedientiæ voto aggrediendi quæcumque Belli pericula propter Fidei defensionem, ut sequendo *Rodriquez tom. 1. quæst. Regular. quæst. 1. art. 6. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. cap. 4. n. 5.* inquit *Pater Lezana quæst. Regular. tom. 2. cap. 5. Pater Fabius Cemorinus in Manussa Moralium Casuum in Religionibus reservabilium Parte secunda, decimo Casu sub n. 34. pag.* 459.

Nihilo tamen minus certum est, quod horum Equitum Professio minime
25. continent dictum quartum votum, defendendi proprio Ense Christianos ab Infidelibus, etiam cum suæ vitæ discrimine, sed solum tenentur ad recensita tria vota Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ; nam attente perpensis Votorum tum antiquis, tum modernis formulis, hoc quartum Votum nullibi legitur, nec inferri potest, ut tenesto nominatim *Villagur Dec* 34. comprobat *d. Emus Petra Tom. 2. ad d. Const. 2. Anastasii IV. Sect. 2. n. 22. Sperel. Dec. 21. n.* 11.

Exploratum igitur nunc est, Militarem hunc Hierosolymitanum Ordinem esse veram Religionem, veluti habentem omnia requisita substantialia Religionis; in ea scilicet memorata tria
26. substantialia Vota emittunt, cum obedientia suo Prælato, hoc est magno Magistro, fuitque hæc Religio à Summis Pontificibus confirmata sub approbata Regula S. Augustini, juxta theoricas generaliter comprobantes veram Religionem, de quibus *Pater Layman Theologia Moral. Tom. 2. Libr. 4. de Statu Religionis Tract. 5. cap. 1. sub n. 3. cum seqq.*

Et

Et in individuo, quod ex prædictis Hierosolymitana Religio vera Religio comprobetur, evincunt Auctoritates superius relatæ, ipsaque Epistola Santissimi Domini nostri in §. *Che essendo*.

Neque veræ Religionis qualitati repugnat Armorum Exercitium ex instituto, prout est in hac Religione 27. Hierosolymitana, ut præmisimus, quæ usum habet Armorum, quibus pugnat in defensam Divini Cultus, publicæ salutis, aut Pauperum, & Oppressorum, juxta ea, quæ cum *Divi Thomæ Doctrina* 2. 2. *quæst*. 188. *Art*. 3. expendit *d. Epistola Sanctissimi, ad Eminentissimum Portocarrero* §. *Che essendo*, & diximus in Discursu IX. sub n. 30. cum pluribus seqq.

Merito præscribitur in hac Hierosolymitana Religione Novitiatus per an-28. num integrum ante Professionem, ut probatio eruatur morum illius, qui petit admitti, juxta *Statutum del Ricevimento de' Fratelli, n*. 28., et præcise de Novitiatu in hac S. Religione necessario, tum ex ipsa dispositione Sacri Concilii Tridentini *Sess*. 25. *cap*. 15. *de Regularibus*, tum ex ipsius Religionis Statuto ostendit *clar. me. Cardinalis Petra ad Const. Apostolic. tom*. 2. *ad Constit*. 2. *Anastasii IV. sect*. 2. *à n*. 7. *cum seqq*.

Præscribitur quoque sub pæna nullitatis solemnis Regularis Professio cum vo-29. tis substantialibus emittenda per Novitium, completo Probationis anno, & quidem completis sexdecim annis suæ ætatis, juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini *Sess*. 25. *de Regular.*, *& Monialibus cap*. 15. cui famulatur *Statutum Hierosolymitani Ordinis tit*. 2. *del Ricevimento n*. 15.

Religio Hierosolymitana ante nova 30. Statuta non comprehendebatur sub dispositione S. C. T. Sess. 25. cap. 15. requirentis annum 16. completum ad profitendum, quia habebat stabilimenta contraria confirmata à Sancta Sede Apostolica: *Navar. Cons*. 23. *n*. 10. *de Regul. Spada Cons*. 94. *n*. 1. *tom*. 3.

Sed in novo stabilimento 15. facto à 31. magno Magistro Levesque della Cassiera statuitur, requiri annum 16. completum ad profitendum, juxta d. S. C. T. approbatum, & acceptatum à dicto novo stabilimento, ita ut Professio sit nulla, si non habeat d. ætatem decimi sexti anni completi: *Spada d. Cons*. 94. *n*. 1. *tom*. 3. *Pignatel. Consult. tom*. 9. *Consult*. 133. *à n*. 7.

Hinc Milites Hierosolymitani tenentur ad integrum annum Probationis con-32. ficiendum, ut in *Statuto d. Sacræ Religionis del Ricevimento de' Fratelli tit*. 2. *n*. 37.

Sic etiam Milites Magistralis Obedien-33. tiæ, de quibus infra, in Religione Hierosolymitana tenentur ad integrum annum Probationis; & si id non observetur, Professio remanet irrita, & nulla, quia in Sacra Religione Hierosolymitana Equites, & Capellani nuncupati Fratres de obedientia, cum tria vota substantialia Religionis emittant, dicuntur, & sunt vere Religiosi, sicque omnino subjacent dispositioni *S. C. T. Sess*. 25. *cap*. 15. *de Regular.* caventis nullum in Religionibus admittendum esse ad Professionem, nisi post annum integrum Probationis, sub pæna nullitatis, & late comprobat *Pignatel. tom*. 9. *Consul*. 123. *à n*. 7. *cum seqq*.

Posita dicta triplici Graduum distinctione, sub qua Summi Pontifices Sacram 34. Militarem Religionem approbarunt, & confirmarunt, sequitur, quod nemo extra prædictos tres Gradus in Religionem hanc ingredi potest, & profiteri, & si admitteretur, Professio

 esset

esset nulla, & admissus Habitum dimittere cogeretur: clar. me. *Cardinal: Petra ad Constitut. Apostolicas tom. 2. ad Constitut. Anastasii IV. Sect. 2. n. 25.* loquens de Donatis, & Equitibus Magistralibus.

35. Bene quidem verum est, quod ad ornatum dictorum trium graduum, & pene in eorundem additamentum, atque appendicem, dantur Equites Magistrales ex gratia, ac ex devotione cum Donatis: hi jungi possunt Equitibus Militibus, & Servientibus Armorum, cum sint particulariter destinati Armorum, & Hospitalitatis muneribus; dantur Cappellani obedientiæ Magistralis, & obedientiæ Prioralis, qui addi possunt respective Cappellanis Conventualibus, qui peculiariter addicti sunt rebus Sacris, Divinoque cultui, ut probe perpendit *d. Auctor Anonymus* in d. Libello - *Breve, e particolare Instruzione del Sacro Ordine Militare degli Ospitalarj detto oggidì volgarmente di Malta cap. 7. delli tre stati di Persone*; de quibus infra verba faciemus.

36. Sunt itaque memoratæ tres Classes perfectæ Charitatis vinculo junctæ ad totius Hierosolymitanæ Religionis Institutum in Armorum sistens exercitio, & Hospitalitatis muneribus integre complendum: hinc, ut idem pacifice servetur, quælibet Classis necessaria, & opportuna stabilimentorum, legum-

37. que sanctione constat. In admittendis proinde in Classe Militum, necessaria est probatio generosę Nobilitatis cum aliis Requisitis: in admittendis in Classe Capellanorum, & Servientium Armorum, probatio legitimitatis, & honestatis vitę, cum concursu similiter aliorum Requisitorum, ut late distinctis casibus exponemus in Instructionibus, quas in pręsenti Discursu damus, & pariter in nostris Discursibus super nobilitate in tertio Volumine registrandis.

Distincta quoque sunt earundem trium Classium Commendarum Bona: aliæ enim sunt Comendæ pro statu Militum, aliæ pro statu Capellanorum, & alię pro statu Servientium Armorum, quemadmodum videre licet ex lectura Discursuum in hoc nostro Volumine relatorum super materia Commendarum.

Et in universum pro bono Militaris hujus, Equestrisque Religionis Regimine, fundamentalia Statuta statuit Raymundus, successivisque temporibus magni Magistri, ac Equites, prout videre est in Volumine Statutorum.

38. Ex recensitis Equitum, & Religiosorum in Hierosolymitana Religione gradibus, & Statutorum dispositionibus superius relatis, antiquitus emergebat Regula, quod Eques contra formam Statutorum receptus, ad statum Fratris Servientis reduceretur; si fuerit receptus Frater Capellanus, reducitur ad Fratrem obedientiæ; si fuerit receptus Frater Serviens Armorum, reducitur ad Fratrem Servientem Officii, inhabilisque efficitur ad quamlibet Commendarum, bonorumque Ordinis administrationem: sic inquit *Statutum tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli n. 24. Compendium Alpabeticum Statutorum in verbo Cavalieri.*

39. Quę tamen tradita in dicto Statuto Regula, veluti superflua deleta fuit è Statuto, eo quia, posito lapsu quinque annorum à die receptionis factæ per Conventum, sive in gradum Militum, sive in gradum Capellanorum, & Servientium Armorum, non potest amplius moveri lis super statu, vel gradu Antianitatis, salvis juribus com-

communis ærarii: *Ordinat. Capitularis Tit. 2. n. 5., & 15. Del Ricevimento de' Fratelli* (vitio tamen originis à Judæis, Maranis, Saracenis, aut aliis Mahumetanis excepto, super quo nulla unquam prorsus præscriptione obstante, vel impediente, semper opponi, & judicium ferri licitum erit) ut prosequitur *d. Ordinatio, del Ricevimento de' Fratelli Tit. 2. n. 5., & 15.*

Altera est dispositio Statuti, quod Frater Serviens cujuscumque conditio-
40. nis non potest admitti in Equitem: *Statutum d. Tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli n. 33. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Cavaliere S. Cavaliere ricevuto vers. Cavaliere non può essere.*

Itaut si à Principe Seculari, aut alio fuerit ornatus insignibus, & ornamentis Equestribus, nihilominus in Ordine
41. tenetur frui solum gradu, administratione, Officio, & stipendio Fratris Servientis, sicut subdit *d. Statutum d. tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli n. 33.*

Notandum, quod Equites ex justitia,
42. cum dispensatione Apostolica, in uno, vel pluribus lateribus nullam Dignitatem consequi possunt, sed solum Cabimentum, & Melioramentum,
43. neque possunt contradicere Gratiam in lingua, neque interesse inter sexdecim Capitulantes in electione magni Magistri, aut votum ferre in eadem electione, juxta *Statutum Tit. 13. de Electionibus n. 4.*, & inquit *Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Cavalieri di Giustitia*, & adest *Equitum Sententia 23. Junii* 1650. excludens Equitem à prærogativa magnæ Crucis, aliisque, licet ipse prætenderet gaudere prærogativis Equitum ex Justitia virtute suæ receptionis.

DISCURSUS CXXVIII.

SECTIO IV.

ARGUMENTUM

Enumerantur Dignitates, & Gradus, qui adsunt in Sacra Religione Equestri, ac Militari Hierosolymitana, incipiendo à magno Magistro, ejusdem prærogativæ, & auctoritates recensentur. Agitur de Concilio, ordinario, & completo, in quo consistat, quibus componatur, ejusque Auctoritas. Sermo fit de Bajulivis Conventualibus, & Capitularibus, de Prioribus, & Prioratibus, ac Dignitatibus, de prælatione ad Commendas, de magnis Crucibus, de Castellano Empostæ, de Obligatione præstandi certum Munus Ecclesiæ Conventuali. Exponitur Auctoritas Marescialli; de Capitulis Provincialibus. Priores, & Castellani Empostæ quando possint admittere ad Professionem Ordinis Mulieres honestas, & Nobiles.

SUMMARIUM

1. *ENumerantur Gradus, qui adsunt in Ordine Hierosolymitano.*
2. *Magnus Magister est Supremus Superior, qui eligitur ex classe Nobilium.*
3. *Quomodo eligatur.*
4. *Magistri simplex titulus antiquitus erat, quando autem superadditus fuit Magni titulus.*
5. *Ipse magnus Magister se vocat* Humilem Magistrum, & Custodem Pauperum.
6. *Magnus Magister est etiam Princeps Insulæ Melevitanæ.*
7. *Magno Magistro datur titulus Eminentissimi, & Reverendissimi, qui titulus datur solum S. R. E. Cardinalibus, & Electoribus Ecclesiastici Imperii.*
8. *Magnus Magister, & Equites Hierosolymitani vocantur* Fratres, & n. 9., & 10.
11. *Habitus magni Magistri antiquis temporibus, & forma, apud quem*

Scriptorem habeatur.
Et modernis temporibus in quo consistat, & n. 12.
12. *Magni Magistri Veste induti Figuram, quo referat.*
13. *Magnus Magister in Veste Magistrali ad latus Loculum defert, & cur.*
14. *Conventus Hierosolymitanæ Religionis superior est magno Magistro, & majorem habet Auctoritatem.*
De Commendis, & Pensionibus conferendis a magno Magistro, qui agant.
15. *Episcopus Melevitanus eligitur ex classe Capellanorum Conventualium.*
16. *Proponuntur à magno Magistro, & Concilio tres Sacerdotes Conventuales Regi Siciliæ, qui Rex unum ex tribus seligit, & Summo Pontifici præsentat, qui illum approbat.*
17. *Episcopus decoratus est magna Cruce, & de Concilio, cui intervenit.*
18. *Debet sedere in Concilio post magnum Magistrum, vel ejus Locumtenentem.*
19. *Episcopus Melevitanus est solutus ab auctoritate magni Magistri, & Jurisdictione.*
Ut alius Regularis factus Episcopus, non subiacet Regulari Superiori.
20. *Adest alius Prælatus post Episcopum, hoc est Prior Ecclesiæ Conventualis, & omnium dependentium ab ea, qui eligitur a magno Magistro, & Concilio.*
Habet Gradum magnæ Crucis.
Gaudet Prærogativis Episcopalibus.
Ejus Officium versatur circa Cultum Divinum, & mores omnium Religiosorum.
21. *Concilia duo adsunt, unum dicitur ordinarium secretum, & Status, aliud Concilium completum, quibus magnus Magister præest, duo in illis præstat suffragia.*
22. *Concilium simpliciter, & absolute nominatum, intelligitur Concilium ordinarium.*
23. *Concilio ordinario intersunt magnus Magister, & ejus Locumtenens, aut Magisterii si adsit, Episcopus Melitensis, Prior Ecclesiæ, octo Bajulivi Conventuales, aut eorum Locumtenentes, Priores Provinciarum, Bajulivi Conventuales in Conventu præsentes, Thesaurarius, vel Locumtenens, Siniscalcus Magistri, qui votum habet consultivum, & non decisivum.*
24. *In utroque Concilio ordinario, sive completo debet interesse Vicecancellarius Ordinis.*
25. *Ex necessitate sufficiunt octo Bajulivi Conventuales, aut eorum Locumtenentes, ut valide habeatur Concilium.*
26. *Juramentum est præstandum, & sufficit semel præstitisse de resolvendis rebus juxta Conscientiam, de servando secreto, & de non revelandis suffragiis Consiliariorum.*
Consiliarii magnæ Crucis debent interesse cum Veste longa nuncupata Cloccia.
27. *Concilium sine præsentia, aut licentia magni Magistri celebrari non potest.*
28. *Nec sine Bajulivis Conventualibus, aut eorum Locumtenentibus.*
29. *Deficientibus supradictis, ut celebretur Concilium, subrogantur Fratres electi pro Concilio completo majores annorum 25., & residentiam habentes in Conventu quinquennalem.* & n. 30. & n. 45.
30. *Magna Cruce decorati, & alii incorporati Concilio ordinario possunt erigere Fundationes Missarum.*
31. *Concilium completum est illud, quod habet additamentum duorum Antianorum ex qualibet lingua.*
32. *Concilium completum dat magno Ma-*

Ma-

Magistro Insulas Melitæ, & Gaulos et. cum earundem Jurisdictione, juribus, & fructibus.

33. *Est Concilium completum Tribunal in gradu appellationis a Concilio ordinario.*

34. *Concilium completum ex quibus causis convocetur, & n.* 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44.

46. *Ad Concilium completum retentionis spectat imponere finem rebus propositis, & non resolutis in Generali, vel ab eodem remissis* & n. 47.

48. *Bajulivi Conventuales numero octo, qui Pillieri vocantur, & sunt veluti Nationum columna.*

49. *Pillieri, qui sint, & quot.*

50. *Bajulivi Conventuales, vel eorum Locumtenentes debent necessario interesse Conciliis.*

51. *Debent residere in Conventu, & quomodo eis concedatur licentia, ut absint.*

52. *Bajulivi Conventuales præferuntur in assecutione Prioratuum, & aliarum Dignitatum.*

53. *Bajulivo Conventuali adjudicanda est Dignitas, vel Prioratus* & n. 54.

54. *Et si in aliquo casu concedatur alteri, id intelligi debet sine præjuditio Bajulivorum Conventualium.*

55. *Electus in Bajulivum Conventualem absens, tenetur ad Conventum accedere.*

Et quod tempus detur ad redeundum.

56. *Magnam Crucem extra Conventum assumere nemo potest, nisi adsit manifestum impedimentum.*

Prædicta limitantur in Lingua Anglica, & Alemanica.

57. *Interim poterit absens gaudere prærogativa Bajulivorum Conventualium.*

58. *Beneficiorum sub nomine intelliguntur Commendę, &* li Gaggi.

59. *Bajulivi Conventuales debent præsentare magno Magistro Officiales ab ipsis electos.*

60. *Bajulivi Conventuales electi extra Conventum, à die eorum electionis tenentur Albergatiam facere eorum expensis, vel solvere scuta* 100. *auri singulis mensibus eorum Locumtenentibus, & quomodo, & quid respectu Marescialli, Admirato, & Magno Conservatore,* & n. 61.

62. *Bajulivi Conventuales, qui cum licentia discedunt à Conventu etiam pro Negotiis publicis Ordinis, tenentur solvere prædictam summam.*

63. *Alias dicuntur Debitores Communis Ærarii.*

64. *Bajulivorum sub nomine veniunt Bajulivi Conventuales, Capitulares, & Priores, & Castellanus Emposta.*

65. *Enumerantur Priores, & Bajulivi Capitulares.*

66. *Bajulivi Italiæ nuncupari possunt Priores.*

67. *Enumerantur alii Gradus, & Dignitates aliarum Linguarum.*

68. *Prior Ecclesię eligitur à Capitulo. Magna Commenda Cypri est de Jure patronatus Familiæ Cornaro.*

69. *Bajulivatus de* Lango *spectat ad Equites Prioratus Lusitaniæ.*

70. *Bajulivi Capitulares in Capitulis Provincialibus, & Assemblais præcedunt Locumtenentes, nisi sint Magnæ Crucis.*

Acta, & Provisiones in dicto Capitulo captæ, vel Assemblaa intitulantur sub nomine Bajulivorum.

71. *Bajulivi Capitulares in reditu existentes per annum, quod Munus dare teneantur Ecclesiæ; sic & Priores,* & n. 81. 82. 83.

72. *Bajulivi Capitulares in electionibus ad Dignitates, & Officia præferuntur cæteris Antianis in paritate Votorum.*

73. *Priores, si ex gravi causa sint absentes*

sentes, debent deputare idoneum Locumtenentem, & attente curare, ut Commendarum Bona regantur probe, fiant Melioramenta, & Cabrai.

74. *Priores intra limites eorum Prioratuum curare debent, ut juxta Statuta Ordinis Probationes Nobilitatis pro petente admitti ad Ordinem conficiantur, & vivant religiose, & nobiliter.*

75. *Prioratus duos, sive Bajulivatus nemo tenere potest.*

76. *Prior, aut Castellanus Emposta, non potest habere Domum, vel membrum in alieno Prioratu, nisi adsit consensus magni Magistri, & Conventus.*

77. *Qua sint Commenda, quas retinere possunt Priores.*

78. *Priores, & Castellanus Emposta, si discedant à suo Prioratu, debent deputare suum Locumtenentem Equitem Ordinis ex Antianis ejusdem Prioratus, & ad quem effectum.*

Prior prasens, sed detentus aliquo impedimento, debet deputare aliquem Bajulivum.

Imo, licet Priores sint prasentes, solent tenere Locumtenentem.

79. *Mortuo Priore, quomodo eligi debeat Locumtenens, praescribit Statutum.*

80. *Tres Priores tenentur residere in Conventu.*

Poterant Priores pradicti habere quatuor Cameras Priorales, hoc est Commendas.

81. *Prior, & Castellanus Emposta, ac Bajulivi honorarii debent ostendere magno Magistro, & Concilio, adhibuisse diligentias pro assecutione Possessionis Prioratus, si gaudere volunt praeminentiis eorum.*

82. *Priores, & Castellanus Emposta debent aliquod Munus prastare Ecclesia, & in quo consistat.*

Sub dicto Statuto includitur etiam Prior Ecclesia.

84. *Quantus sit valor muneris, quod Priores tenentur dare Ecclesia.*

85. *Munus praedictum, non solum dari debet pro prima vice, & Dignitate, sed occasione cujuscumque Dignitatis acquisita.*

86. *Priores, & Bajulivi loco dicti Muneris pecuniarii possunt exornare Reliquiaria. Imo etiam alii Religiosi, & in dd. Ornamentis apponere poterunt eorum Nomen, & Insignia.*

87. *Facere debent Registra de valore Commendarum, & Bonorum Prioratuum, & ad magnum Magistrum transmittere, & apud se respective retinere; sed hoc hodie impletur cum Libris Visitationum.*

88. *Priores tenentur suis sumptibus, & Commendarum Archivia habere.*

89. *Priores, & Castellanus Emposta cum Capitulo, aut Assemblea Civilem, & Criminalem Jurisdictionem habent. Item punitio spectat ad Priorem Ecclesia.*

90. *Non possunt cognoscere Causas Equitum Magna Crucis, sed ipsas cognoscit magnus Magister, & Concilium.*

91. *Limita in Prioratu Francia quoad Bona.*

92. *Qua sint super quibus Priores proferre non valent Sententias, sed solum formare Processum*, & n. 93.

94. *Priores habentes Jurisdictionem Spiritualem, qua facere possint.*

95. *Priores, Bajulivi, ac Castellanus Emposta tenentur facere melioramenta, & Cabrea, & visitare*, & n. 96.

97. *Curare debent, ut ornentur Ecclesia Commendarum.*

98. *Reparare debent in Gallia Castra*, e le Case Forti.

99. *Capitulis Provincialibus debent interesse, ac facere legere Regulam.*

100. *Item legere facere Statuta contra*

DIS-

DISCURSUS CXXVIII,

SECTIO IV.

OPtimis Institutis regitur, & gubernatur hæc Hierosolymitana E-
1. questris, & Militaris Religio, suum enim habet magnum Magistrum, cujus Officium ad vitam durat, duos tenet Prælatos Ecclesiasticos, adest in ea Concilium ordinarium secretum, & complętum, plures adsunt Equites gradu magnæ Crucis decorati, necnon Marescallus, Pilerii, Priores, Bajulivi, ut videre est penes allegatum Anonymum Auctorem in *d. Libello - Breve, e particolare Istruzione dell' Ordine Militare degli Ospitalarj cap. 8. cum seq.* Et Nos infra nonnulla referemus.

Totius porrò Religionis, & Militiæ, om-
2. niumque in ea militantium supremum Caput, sub obsequiis Sanctæ Sedis Apostolicæ ac dependentia, supremus Superior est magnus Magister, qui eligi debet ex classe Militum ejusdem Religionis, quique sit ex Patre, & Matre Nobili legitime natus, ut loquitur *Statutum Religionis Tit. 9. del Maestro n. 3. & Tit. 13. n. 1. pag. 166. Caremoniale pro Electione magni Magistri impress. in Statuto Compendium Alphabeticum Statutor. in verbo Gran Maestro, e Qualità pag. 57. d. Auctor Anonymus cap. 7. pag. 25., & cap. 8. pag. 26. Francisc. Sansovinus dell' Origine de' Cavalieri libr. 2. sub. Tit. Cavalieri Gerosolimitani pag. 34. à tergo: Io. Soranzo l'Idea del Cavaliere pag. 92.*

Electio autem magni Magistri fit ab E-
3. quitibus, & Religiosis juxta formam traditam in Cœremoniali super Electione dicti magni Magistri per Bullam fa. me. Urbani VIII. incipien. *In Specula sub Datum 3. Julii 1628. in Bullar. Roman. Tom. 3. la 89.*, & in alia incipien. *Militaris Ecclesia sub Datum 21. Octobris 1634.* quæ est *in Bullar. tom. 3. in Appendic. Const. 24. alias 134.* recollect. *per Angelum Mariam Cherubin. pag. 41. juxta impress. Romæ anno 1638.*, & denuo *impress. Burgi novi, & Marchionatus Arcis fortis*, & habentur latino, & italico idiomate in calce Statutorum ejusdem Religionis impress. in dicto Marchionatu *Typis Antonii Scionici anno 1718.* de quibus agit *Card. de Luca de Relat. Romana Curiæ Disc. 3. n. 4.*

Electione peracta, magni Magisterii Dignitas durat ad vitam.

In hujus exordio Religionis, Prælatus,
4. & Præses, solo Magistri titulo nuncupabantur, ut videre est in Historiis, ac in ipsa magnorum Magistrorum Nomenclatura relata in principio Statutorum ejusdem Ordinis *à pag. 1. cum seq. impress. in Burgo novo Marchionatu di Rocca forte Typis Antonii Scionici anno 1718.* Occasione quidem cujusdam litis in quibusdam Actis Judicialibus relatis in Bulla Clementis IV. sub data Viterbii die 23. Decembris 1268. legitur tributus titulus magni Magistri Hugoni Revello, ut notat *Bosius Histor. Religionis Parte prima lib. 21. pag. 795.* & meminit *d. Auctor Anonymus pag. 27.* in margine.

Sed revera titulus magni Magistri ab omnibus tributus fuit solum circa annum 1437. tempore magni Magistri Joannis de Lastic, & successive omnibus illius Successoribus, ut subdit idem *Rosius ubi supra*, & liquet ex *d. Nomenclatura in principio Statutorum pag. 5.*

Nihilo tamen minus, ipsimet magni
5. Magistri in excelso Dignitatis Gradu reli-

religiosę humilitatis dotem jungentes,
5. in expeditionibus eorum Diplomatum, & Rescriptorum hac utuntur formula: N. *humilis Magister, & Custos Pauperum*, sicut notatur in *d. Auctore Anonymo* ubi supra *pag* 28.
Qui magnus Magister est pariter Princeps Insulę Melevitanæ cum supremo imperio, duplicemque gerit Perso
6. nam, supremi videlicet Prælati, seu Generalis hujus Militaris Religionis per universum Catholicum Orbem, & alteram Principis Laici dictæ Insulæ supra populum, Dominium, & Jurisdictionem temporalem habentis, juxta ea, quæ perpenduntur à *Card. De Luca de Regal. Disc.* 182. *n.* 2. *Historia Ordinum Monasticorum, & Militarium, & per d. Patrem Joseph Franciscum Fontana ex Gallico idiomate in Italicum translata Tom.* 3. *cap.* 13. *pag.* 105., *& seq.*
Cætera de prærogativis magni Magistri videnda, sunt quæ cumulavimus in Discursu *de magnis Magistris*.
Idem magnus Magister tam in voce, quam in scriptis titulo Eminentissimi,
7. ac Reverendissimi, & Eminentiæ nuncupatur; ex Decreto enim Sacræ Congregationis S. R. E. Cardinalium, quod fuit à Summo Pontifice Urbano VIII. in Concistorio secreto approbatum die 10. Junii 1630. sancitum est, quod dictus titulus Eminentissimi, & Reverendissimi, ac Eminentiæ à nemine, præterquam à S. R. E. Cardinalibus, ab Ecclesiasticis Electoribus, & à magno Magistro Hospitalis Hierosolymitani, usurpari possit; quod Decretum Concistoriale impressum est penes *Pyrrum Corradum de Dispensat. Apostolicis lib.* 1. *cap.* 4. *sub n.* 65., & penes *Barbos. de Jure Ecclesiast. Univ. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 87., & de eo Decreto meminit *Macrius in Hierolex. verbo Cardinalis colum.* 10. *vers. Item titulus Eminentiæ: Pater Mendo de Ordinibus Militaribus Disq.* 1. *quæst.* 5. *n.* 111. *Joannes Clericat. Discord. Forens. de Pension. Discord.* 9. *n.* 16. Volumen in italicum idioma translat. - *Li Sovrani del Mondo* §. *degli Ordini di Cavalleria pag.* 252. *tom.* 4.
De cætero, tum magnus Magister, tum
8. quilibet etiam Eques Professus hujus Ordinis antiquitus, & moderne appellatur Frater, qui Fratris titulus in usu erat quoad alias Nationes, hominumque genera, ut habetur penes Scriptores Græcos, quos inter *Niceta in Andronico lib.* 1. *n.* 4. *Machymere lib.* 5. *cap.* 8., *&* 11. *Cantacuzeno lib.* 2. *cap* 12. *Cinnamo lib.* 1. *pag.* 8. de quibus *Sebastianus Pauli in sæpe allegato Codice Diplomatico del Sacro militar Ordine Gerosolimitano tit. Osservat. sopra i Diplomi ad Diploma* 36. *pag.* 495.
Et quod Equites Hierosolymitanos Lu-
9. sitani vocent Freiros, Hispani Fráiles, Galli Frere, hoc est Fratres, notat *Macer in suo Sacro Dictionario verbo Freirus*.
Congruit autem titulus hic Fratris
10. huic Religioni, quia propria Religio est, veluti tria solemnia, & substantialia Religionis vota continens; sed ulterius dici posse videtur, quod etiam ex alio motivo processerit: cum enim talis titulus in principio Religionis non fuerit adhibitus, sed solum postquam armorum usum assumpserat, & effecta est Religio Militaris, fortasse originem accepit ab illo Græcorum more, cujus vigore Milites inter se Fraternitatem jurabant, reciproce Commilitonis sanguinem bibendo, vel Arma permutando, vel eadem Arma hinc atque hinc reciproce tangendo; aut sibi per Sacerdotem recitare faciendo Preces,

solemne superaddendo Juramentum, & omnes Sacram sumendo Eucharistiam, ad tradita per Du Cange in Notis ad *Joinville sub titul. des Freres d'Armes*, quem citat *d. Sebastianus Pauli* ubi supra *ad Diplom.* 36. *pag.* 496.

11. Magnus Magister in solemnioribus actionibus peculiarem Habitum gestat, antiquitus quidem ea forma dispositus erat, quę videri potest penes *Abbatem Justinianum Parte prima cap.* 21. *pag.* 212. successive autem præscriptus fuit nobiliori pompa ab Hugone Loubeux Verdala magno Magistro electo anno 1582., quique à fa. me. Sixto V. anno 1587. Cardinalitia Purpura decoratus fuit. Habitus ergo est Toga nigra parum ultra genua producta, serica æstivo

12. tempore, lanea vero tempore hiemali. Hæc circa lumbos præcingitur Cingulo, cui affixa est è dextro latere Crumena: ante pectus adest Crux Ordinis alba cæteris major: supra Togam imponitur Clamys, ut dicitur *Manto*, ab humeris ad terram usque protensa cum manicis amplissimis, habens e sinistro latere Crucem Ordinis: in capite Biretum nigrum defert, de quibus omnibus agit *Allanus Muneffon: Mallet Gallus in tertio Tomo Descriptionis Universi: Bonannus in Catalog. Ordin. Equestr. n.* 60. *Abbas Justinianus d. cap* 21. *pag.* 263., & 264. ubi figuram magni Magistri dicta Toga, & Clamyde induti exhibet, quæ etiam delineata habetur apud *d. Patrem Bonanni d. n.* 60., & penes *Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers de San Jean de Jerusalem, des Rhodes, ou de Malthe pag.* 94. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721.

13. Antiquissimus sane est usus, quod magnus Magister Ordinis publicis Functionibus in Veste Magistrali præcincta Cingulo Loculum deferat lateri affixum, ab eoque pendentem, in Teseram, quod ipse sit Pater, & Custos Pauperum, ut notavit etiam *d. Sebastianus Pauli, in d. Codice Diplomatic. del Sacro Militar Ordine Gerosolimitano sub tit. Osservat. sopra i Diplomi, ad Diploma* 181. Hujusque moris origo haud incongrue desumpta dici potest ab antiquissimo usu illo veterum Peregrinorum Cruce signatorum; his enim in actu quo Crucem accipiebant, iterque ad Terram Sanctam aggrediebantur, Baculus tradebatur, unaque simul Crumena à Sacerdote benedicta cum aliquibus Orationibus in antiquis Ritualibus registratis. Quæ sane Crumena militari Cingulo aptabatur ad latus: Hinc Galli vocabant *Escarpe*, quæ vox vetere Glossario Latino explicatur *Pera*, aut *Perula*, quemadmodum tradit *d. Sebastianus Pauli* ubi supra *pag.* 545.

14. Cęterum Religionis Hierosolymitanæ Conventus superior est magno Magistro, majoremque habet Auctoritatem ex Statutis, & Ordinationibus, ut post *Oldrad. cons.* 127. incipien *Quoniam ad investigationem Sapientia* advertit *Cassaneus in Catalog. Glorię Mundi parte nona Consider.* 4. *ad finem*, & arguitur *ex d. sposit. in Stat. Relig. Tit.* 9. *Del Maestro n.* 1. & *Tit.* 8. *dello Sguardio n.* 3. & 8. & *Tit.* 18. *delle Proib. n.* 59.

Quas Commendas, & quando possit magnus Magister conferre ac Pensiones, vide nostros *Discursus de Commendis ex Gratia Magistrali, & Discurs. de Pensionibus Tom* 3.

Cumque, ut sæpius præmissum est, tribus Classibus Hierosolymitana Religio

15. gio constet, in ea præter Supremum Caput, & Dignitatem, Magnum scilicet Magistrum pro universali, plenoque totius Religionis Gubernio, aliæ adsunt Graduationes, & Dignitates partiales, sicque ex Classe Capellanorum Conventualium duo eliguntur Prælati Ecclesiastici, Episcopus videlicet Melevitanæ Civitatis, ac Prior Ecclesiæ Conventualis, & ab illa dependentium: *d. Auctor Anonymus in d. Libello - Breve Particolare Instruzione del Sagro Militar Ordine cap. 7. pag. 25.*

Quoties igitur vacat Episcopalis Sedes Melevitana, tres à magno Magistro, 16. & Concilio seliguntur ex Classe Sacerdotum Conventualium, & proponuntur Regi utriusque Siciliæ ejusdem Melitensis Insulæ directo Domino, qui unum ex tribus seligit, Summoque Pontifici præsentatur, ut si dignus dignoscatur, approbetur, & consecrari in Episcopum concedat; *Pater Aud. Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. quæst. 5. n. 110. Pater Bonannus in d. Catalog. Ordin. Militarium n. 62. d. Auctor Anonymus* ubi supra *cap. 10. del Vescovo pag. 34.*

Et ex concordato Caroli V. Imperatoris cum Sacra Religione Hierosolymitana in concessione Insulæ Me-17. litensis, pro tempore existens Episcopus Melitensis decoratur Magna Cruce, & est de Concilio, cui intervenit: *d. Auctor Anonymus cap. 9. n. 31. Aloysius Riccius Ordin. Milit. parte 8. Resolut. 168. n. 1. & 2.* ubi per extensum refert *Decisionem Sacræ Rotæ cor. Guidobono, Paulut. Dissert. Legal. Tom. 3. Dissert. 110. Art. 3. n. 115. Rot. Dec. 566. n. 24. cor. bo. me. Lancetta Decana.*

Debetque Episcopus Melitensis sedere in Concilio post magnum Magistrum, 18. vel ipsius Locumtenentem, juxta prædictum concordatum, de quo allegatus *Riccius* ubi supra, & *Paulut. d. Dissert. 110. Art. 3. n. 119. Rot. in Hispalen. Juris præsidendi in Capitulo 11. Julii 1700. §. in casu vers. prout exemplum cor. bo. me. Dell' Olmo impress. penes Scharfanton. ad Cecoper. post Partem Primam dec. 43. n. 24.*

Per hoc autem, quod dictus Episcopus prædictos, aliosque honores, & Præeminentias retineat, non inde 19. sequitur, quod uti Religiosus Hierosolymitanæ Religionis, subjectus remaneat magno Magistro, sed ab illius jurisdictione prorsus solutus evadit post ipsius assumptionem ad Episcopalem Dignitatem, quemadmodum quilibet alius Regularis, quamvis Habitum Religionis retineat, votisque subjaceat, tamen statim ac ad Episcopatus Gradum assumitur, Superioribus Regularibus amplius non subest: monstruosum quippe esset Monachum, vel Religiosum factum Episcopum, Superiori Religionis remanere subjectum, cum Episcopi immediate Apostolicæ Sedi subjaceant, ut bene ratiocinatur *Rota d. Dec. 566. à n. 26. cum seqq. cor. Lancetta.*

Alius, ut dictum est, Prælatus est Prior Conventualis Ecclesiæ Melitæ, ac 20. omnium ab ea dependentium, cujus electio spectat ad magnum Magistrum, & Concilium, & secundum post Episcopum gradum retinet, gaudetque omnibus prærogativis Episcopalibus, & præeminentia magnæ Crucis, ejusque officium versatur in præfectura divini cultus, & super moribus omnium Religiosorum. De prædictis omnibus late agemus in discursu de Prioribus.

Ad rite, recteque discutiendum res, & 21. negotia Religionis, & Militiæ Hierosolymitanæ

rosolymitanę, magnus Magister, ut superius innuimus, duo retinet Concilia, quibus idem magnus Magister praeest, & ut caput duo in illis habet, praestatque suffragia: *d. Pater Joseph Franciscus Fontana in d. Historia Ordinum Monasticorum &c. & militarium tom. 3. cap. 13. pag. 105.* quorum Conciliorum unum dicitur ordinarium secretum, & status, aliud dicitur Concilium completum, sicuti videre est in Statutis Ordinis, ac Generalis Capituli Ordinationibus in Epitomen redactis à magno Lombardiæ Priore *Garavita in suo Compendio Alphabetico* Statutorum hujus Religionis in verbo *Concilio pag. 36. d. Fontana pag. 106.*

Quando nominatur Concilium simpliciter, & absolute tam in Statutis, quam in Libris Cancellariæ, debet intelligi de Concilio ordinario: *Statutum tit. 19. del significato delle Parole n. 9. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Concilio §. Concilio ordinario vers. Concilio quando.*

22\.

Concilio ordinario interest præstque magnus Magister, ejusque Locumtenens, aut Magisterii si aderit: interest quoque Episcopus Melitensis, qui admissus, & incorporatus fuit anno 1535. à Capitulo Generali habito sub Magno Magistro Lilesdam: intersunt Prior Ecclesię, octo Bajulivi Conventuales, aut eorum Locumtenentes, Priores Provinciarum, Bajulivi Capitulares in Conventu pręsentes, Thesaurarius, aut ejus Locumtenens, Siniscalcus Magistri, qui votum habet consultivum, & non decisivum, ut inquit *Statutum Ordinis tit. 7. del Concilio n. 2.* d. Libellus sub titulo - *Breve particolar Istruzione del Sacro Ordine Militare degli Ospitalarj detto ora volgarmente di Malta cap. 9. pag. 31.* qui sic italice loquitur - *Presiede ai nostri Concili l'Eminentissimo Gran Maestro supremo Superiore di questo sacro Ordine, i due principali Assistenti sono il Reverendo Vescovo, ed il Reverendo Priore della Chiesa: sceglono i venerandi Pilieri, cioè i Capi delle venerande Lingue, i Priori, ed i Baglivi Conventuali, con gli altri di Grazia Pontificia, tutti secondo le loro Preminenze, ed antianità, assistendo in mancanza de' Pilieri i loro Luogotenenti: d. Pater Fontana pag. 106.*

23\.

In utroque autem sive ordinario, sive completo Concilio interesse debet Vicecancellarius Ordinis: *Statutum tit. 7. del Consigl. n. 2.* antedicta *Breve particolar Istruzione pag. 32.* ubi subditur - *Oltre ai Consiglieri non vi ha luogo che il Vicecancelliere dell' Ordine con due Preti suoi assistenti, facendo l'officio di Segretario.*

24\.

At ex necessitate tamen solum octo Bajulivi Conventuales, aut eorum Locumtenentes interesse debent, sine quibus haberi non potest Concilium, ita ut, vocatis aliis, & non venientibus, soli octo Bajulivi Conventuales, aut eorum Locumtenentes possunt habere Concilium, & valide agere, atque statuere ea omnia, quæ ad Concilium spectant. *Statutum tit. 7. del Concilio n. 2.*

25\.

Ultra Fidei Professionem, quam juxta Bullam Apostolicam emittere tenentur, debet ab admittendis præstari Juramentum de resolvendis rebus propositis, juxta dictamen conscientiæ, servata Statutorum forma de servando secreto, & de non revelando vota Consiliariorum, juxta Formulam per extensum relatam in *Ordinatione Capitulari tit. 7. del Concilio n. 3.* sufficitque semel emittere Juramentum: d. Ordinat. Capitularis *d. tit. 7. del*

26\.

del Concilio n. 2.

Consiliarii magnæ Crucis debent Togati venire ad Concilium, hoc est Veste longa, nuncupata *Cloccia*: *d. Ordin. Capit. Generalis del Concilio n.* 3.

Concilium autem sine præsentia Magistri, aut sine sua licentia celebrari non 27. potest: leguntur quippe in Capitulo Generali Romæ habito tempore famæ. Eugenii IV. Anno 1445. *in Statuto sub titulò - Concilium nostri Conventus*, versus finem *de Convocatione Capituli*, hæc verba - *Hac autem convocatio de Mandato magni Magistri per Magistrum Scutiferum fiet*: *Statutum Tit.* 7. *del Consiglio n.* 2. *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Consiglio* §. *Consiglio non si può tenere*.

Sic sine Bajulivis Conventualibus, aut eorum Locumtenentibus celebrari non 28. potest Concilium: *Statutum d. Tit.* 7. *del Consiglio n.* 2. *Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Consiglio* §. *e senza i Baglivi Conventuali*.

In casu ergo, quod prædicti deficerent, 29 ut Concilium celebretur, subrogantur Fratres electi pro Concilio completo, qui compleverint ætatem 25. annor. & quinquenalem Residentiam in Conventu habeant, juxta *Ordinat. Capitularem Tit.* 7. *del Consiglio n.* 6. *Compendium Alphabeticum Statutor. in verbo Consiglio* §. *Questi mancando*.

Quemadmodum, si deficiant quoque prenominati Fratres, subrogentur Fra-30. tres Antiani Linguæ Bajulivi, aut saltem ex eadem natione, ut allegato Statuto *del Conseglio Tit.* 7. *n.* 2. secundum novam compilationem notat *d. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Consiglio* §. *E in lor mancanza*.

Nota hìc obiter, quod magna Cruce decorati, cœterique incorporati Concilio ordinario, possunt Fundationes Missarum erigere, juxta declarationem *Concilii Equitum 6. Februarii 1639*.

Concilium completum dicitur illud, 31. quod habet ultra prenominatos, additamentum duorum Antianorum ex qualibet lingua: *Statutum d. tit.* 7. *del Consiglio n.* 2. *d. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Consiglio* §. *Consiglio compito*: *d. Pater Joseph Franciscus Fontana d pag.* 106.

Hoc Concilium completum magno 32. Magistro de novo electo concedit Insulas Melitæ, & Gaulos, ac alias his adiacentes, cum omnibus, & singulis ipsarum jurisdictionibus, juribus, &c. fructibus, proventibus &c. *Ordinat. Capitularis del Maestro Tit.* 8. *n.* 1. *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Consiglio* §. *Consiglio compito*.

Est Concilium completum Tribunal in 33. gradu Appellationis à Concilio ordinario, ad tradita in *Statut. Tit.* 7. *Consiglio à n.* 10. *cum seqq. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Consiglio* §. *Consiglio compito*.

Super variis Negotiorum capitibus convocatur Concilium completum: 34. Hinc habetur, quando danda est licentia Bajulivis Capitularibus, & Conventualibus Prioribus, & Castellano Empostæ recedendi à Conventu, quam non potest concedere magnus Magister: *Statutum del Consiglio Tit.* 7. *n.* 37. *Compendium Alphabet. Statutor. in verbo Consiglio* §. *Consiglio compito verf. E determina*.

Attamen, ut dicatur concessa licentia recedendi sufficit, quod Votorum concurrant due delle trè patri Concilii completi. Sed debet constare, quod Baju-

livus, & non sit debitor communis Ærarii, neque linguæ, aut Prioratus: sic disponit *Ordinatio Capitularis tit. 7. del Consiglio* moderando Dispositionem antecedentem *Statuti d. tit. 7. del Consiglio n. 31.*

Quando agitur de Resolutione, an sit 35. concedendum Sguardium contradicente parte, spectat ad Concilium completum, & ad magnum Magistrum resolutio: *Statutum dello Sguardio tit. 8. n. 8. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Consiglio §. Consiglio compito vers. Se si debba concedere, o nò lo Sguardio.*

Quando agitur de facienda Tregua, aut 36. Pace cum Infidelibus, cum non possit statui, nisi cum deliberatione magni Magistri, & Concilii completi, ideo habendum est Concilium completum: *Statutum tit. 18. delle Proibitioni n. 22. d. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Consiglio §. Consiglio compito vers. Si debba far Tregua.*

Itemque habendum est Concilium ple- 37. num, quando agitur de extrahendis tormentis Bellicis, Pulvere Pirio, vel Nitro ad Thesaurum spectantibus, ex Insula, & aliis locis Religionis; solus enim magnus Magister poterit licentiam concedere rationabili concurrente causa, vel necessitate: *Statutum d. Tit. 18. n. 23. d. Compend. Alphabet. Verbo Consiglio d. §. Consiglio compita vers. Se si debba.*

Congregatur Concilium completum, 38. quando facienda est electio Capitanei Exercitus Terrestris; requiritur enim consensus magni Magistri, & Concili completi: *Statut. tit. 13. dell' Elezioni n. 16. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Concilio §. Concilio compito vers. Si congrega.*

Sic in electione Castellani: *d. Statutum d. tit. 13. delle Elezioni n. 14. Com-* 39. *pendium Alphabeticum in d. verbo Consiglio §. Consiglio compito vers. Del Castellano.*

Locumtenens tamen dicti Castellani e- 40. ligitur à solo magno Magistro, vigore ejus Præeminentiæ Magistralis: *d. Statutum d. tit. 13. Delle Elezioni n. 14.*

Pariter Electio Conservatoris Conven- 41. tualis, quæ fieri debet de triennio in triennium, fiat à Magistro, & Concilio completo: *Ordinat. Capitularis Del commun Tesoro tit. 5. n. 26. Compendium Alphabeticum Statutor. in verbo Consiglio §. Consiglio compito vers. Del Conservatore.*

Et prosequitur *d. Ordinatio Capitularis d. Tit. 5. Del Commun Tesoro d.* 42. *n. 26.* quod si interim celebretur Capitulum Generale, intelligatur, d. Conservatorem complevisse tempus suæ administrationis.

Quoties facienda est electio Procuratorum Pauperum, habetur Concilium completum; nam electio pendet à magno Magistro, & à Concilio completo: *Statutum Tit. 13. Dell'* 43. *Elezioni n. 18. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Consiglio §. Consiglio compita vers. Del Procuratore de' Poveri.*

Habendum est etiam Concilium completum in electione Consiliariorum 44. Concilii completi, & Auditorum Computorum: *Ordinat. Capitularis Del Consiglio Tit. 7. n. 6. Compendium Alphabeticum in verbo Consiglio §. Consiglio compito vers. De' i Consiglieri.*

Quælibet enim Lingua debet nomina- 45. re, & eligere duos Fratres Antianos legum, & negotiorum Ordinis peritos, qui confirmandi sunt à Concilio completo; debent vero excedere

ætatem

ętatem saltem vigintiquinque annorum, & revera quinquennalem residentiam in Conventu habere, neque sufficit residentia, si quam vigore alicujus mandati Procuratoris, etiam receptoriæ, vel alias obtinuerit: *Ordinatio Capitularis tit. 7. Del Consiglio n. 6.*

Debentque præstare Juramentum: *Ordinat. Capitul. tit. 7. Del Consiglio.*

46. Ad Concilium completum retentionis spectat finem imponere rebus, quæ in Capitulo Generali propositæ fuerunt, & non fuerunt resolutæ: *Statutum tit. Letto del Capitolo n. 14. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Consiglio §. Consiglio compito di ritenzione.*

47. Itemque resolvit res, quæ Capitulum Generale eidem remisit, vel sexdecim Capitulantes remiserint: *Ordinatio Capitularis tit. 9. Del Capitolo n. 9. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Consiglio §. Consiglio compito di retenzione.*

48. Adsunt etiam Bajulivi Conventuales numero octo, qui *Pillieri* vocantur, & sunt Capita, Præsides, & veluti Nationum Columnę; ut in *Statuto tit. 19. Della significazione delle parole n. 5. Compendi Alphabeticum Statutorum in verbo Baglivi §. Baglivi Conventuali. vers. 1. Baglivi, & in verbo Pillieri. Anonymus Scriptor in d. Libello — Breve, e particolare Istruzione del Sacro Ordine Militare degli Ospitalarii &c. de Pillieri cap. 12.* Appellantur itaque *Pillieri* italico vocabulo, quod significat latine *Pilam*, hoc est Columnam, ut in *Vocabulario Callepini in verbo Pila, & in Vocabulario Etrusco della Crusca, verbo Pilliere Pila: d. Statutum tit. 19. Della significazione delle parole: & Macrius in Hierolexicon in verbo Pillerius.*

49. Fuerunt autem usque ab exordio statuti octo, juxta numerum Linguarum, distributis particularibus pręeminentiis, & Antianitatibus. Primus ergo est ille pro Lingua Provinciæ, qui ultra quam quod præeminet in Tribunali communis Thesauri, est etiam magnus Commendator diversis gaudens prærogativis, & muneribus pro illius Equitibus reservatis.

Secundus est Marescallus Alcurnię Linguæ caput, ac Militiarum Religionis.

Tertius est magnus Hospitalarius, caput Linguæ Franciæ, pręeuque sacro Hospitali.

Quartus est Archithalassus, Præses Linguę Italicæ, & maritimi Armamenti.

Quintus est magnus Conservator, & caput Linguę Aragoniæ.

Sextus est magnus Bajulivus caput Linguæ Alemaniæ, qui incumbit Visitationi Arcium Religionis.

Septimus est magnus Cancellarius, ad præsens caput Linguę Castellæ, & Portugalliæ.

Octavus est Turcopolierus, aut Generalis Equitatus, quem Gradum retinebat, sed in prædicto sexto loco lingua Angliæ, nunc ob Schisma, Hæresimque (oh maximum Catholicæ Ecclesiæ infortunium!) ab eadem Ecclesia sejuncta. Idem munus di Torcopoliero exercetur à primo Antiano in Conventu residente, ac Siniscalco, quæ omnia refert *d. Brevis Instructio Del Sacro Ordine Militare degli Ospitalarj &c. cap. 12. de Pillieri pag. 42., & seq.* ubi hæc subdit — *Nutrendosi così di continuo a conforto delle nostre amarezze la speranza di rivederla un giorno incorporata di nuovo, per godere il vantaggio, che godemmo già di avere per compagna una Nazione sì nobile, sì generosa, e sì degna* — idemque Scriptor Anonymus

nymus ibidem in Margine sub lit. A. allegat textum Evangel. apud Matth. 2. 28., & Hierem. *cap.* 31. 15. referens verba, scilicet; *Rachel plorans Filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.*

Dicti Bajulivi Conventuales, vel eorum 50. Locumtenentes debent necessario interesse Conciliis: *Statutum Ordinis tit.* 7. *Del Consiglio n.* 2. *Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Baglivi* §. *Baglivi Conventuali vers. Perciò.*

Et uti Consultores magni Magistri in 51. rebus ad Ordinem spectantibus, debent in Conventu moram trahere, & residere, nec ab eo discedere possunt: quod si ex justa causa discedere aliqui coguntur debita cum licentia, permitti talis discessio potest solum tribus Bajulivis juxta eorum gradum, & ordinem, cum hoc tamen, quod teneantur ad Conventum redire infra tres annos à die eorum discessus, alias absque ulla monitione, aut citatione privati intelliguntur Bajulivatu, & ad eundem alius eligitur à magno Magistro, & Concilio: *Statutum tit.* 10. *de' Baglivi n.* 39.

Bajulivi Conventuales habent praerogativam praelationis super omnes in 52. assecutione Prioratuum, & aliarum Dignitatum, cum Antianitates ad Dignitates nemini possint concedi nisi Bajulivis Conventualibus; sic enim *Statutum* loquitur *tit.* 10. *De' Baglivi n.* 44. ibi - *Determiniamo, e vietamo il concedersi per l' avenire la prerogativa, ed aspettativa, o quelle, che noi chiamiamo antianità sopra i Priorati, Castellania d' Emposta, e Bagliaggi ad alcuno, fuorchè ai Baglivi Conventuali, a' quali simili antianità innanzi agli altri di ragione, e per consuetudine nostra spettano, ed appartengono: Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Baglivi* §. *Baglivi Conventuali vers. Sono preminenti a tutti: Michael. ff. in Summario Juris Melevit. Equit. verbo Bajulivus: Rot. cor. clar. me. Eminentissimo Caprara Dec.* 727. *n.* 1. *cor. bo. me. Lancetta Dec.* 800. *n.* 1. *Dec.* 801. *n.* 1., & *Dec.* 831. *n.* 1.

Ideoque Prioratus, vel Dignitas adju- 53 dicanda est Bajulivo Conventuali, veluti habenti praerogativam, & qualitatem à Statuto requisitam: *d. Dec.* 727. *n.* 2. *cor. Card. Caprara.*

Tamque solidum est d. Jus Antianita- 54. tis Bajulivorum Conventualium, ut si de facto, ob forte motivum alteri concedatur, id semper intelligi debet citra eorum praejudicium; sic enim prosequitur *Statutum dicto tit.* 10. *de' Baglivi* - ibi - *Ma se avverrà alcuna volta, che l' importante necessità, o l' evidente utilità de' Priorati e delle Lingue, delle quali dette Dignità, e dell' Ordine nostro richieda, che ciò si debba fare, e che le dette Dignità siano date ad altri, non altrimenti si concedano, se non esaminata prima la cagione dal Maestro, e dal Conseglio, e col consenso de' Fratelli delle Lingue, o de' Priorati, o Castellania d' Emposta, ai quali appartenerà la nominazione, ed a Persone dell' Ordine nostro antiane, e benemerite, nelle quali concorrino quelle qualità, che secondo gli Stabilimenti nostri si richiedono in Persone capaci di Dignità, e finalmente senza pregiudizio de' Baglivi Conventuali, eccettuando le Concordie forse in alcune Lingue, o Priorati, ne' quali diversamente, e contra la forma del presente Decreto tra' Fratelli è stato accordato - d. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Baglivi* §. *Baglivi Conventuali vers. Onde.*

Si

Si in Bajulivum Conventualem eligatur
55. absens à Conventu, tenetur ad illum accedere in termino duorum annorum à die electionis: *Statutum tit.* 10. *De Baglivi n.* 4. Imo indulgetur terminus duorum annorum cum sex mensibus, ut in *Ordinat. Capitulari tit.* 9. *Delli Baglivi n.* 2. *Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Baglivi* §. *Baglivi Conventuali vers. Anzi fra due anni, e mezzo.* Memorati sex menses in Ordinatione *Capitulari d. tit.* 9. *n.* 2. ultra duos annos à Statuto præscriptos *Tit.* 10. *n.* 40. quoad Bajulivos Conventuales in absentia electos, quique præsupponuntur in eadem Capitulari Ordinatione, creditur initium sumpsisse ab Ordinatione facta in Capitulo Generali anno 1558. *sub tit. de' Baglivi* §. 5. *pag.* 70. *Par. sec.* & *à Declaratione facta in Capitulo Generali anno* 1578. *sub d. tit.* §. 3. *pag.* 13. *Par.* 2. Neque extra Conventum ma-
56. gnam Crucem assumere potest, prius enim debet se præsentare cor. magno Magistro, & Concilio: *Statutum d. tit.* 10. *de' Baglivi n.* 40. Cavetur namque, quod nemo ex Fratribus *Della picciola Croce absente dal Convento senza carica, o ufficio della Religione, possa essere eletto alla Dignità della gran Croce, se non fosse ritenuto da legitimo, e manifesto impedimento, il quale con Fede publica, ed autentica attestazione del Capitolo Provinciale solo, o almeno del Priore, o dell' Assemblea, quanto prima deve far sapere al Maestro, ed al Consiglio. Non vogliamo però, che a questa legge siano sottoposti i Fratelli della Venerabile Lingua d' Inghilterra, e di Alemagna*: sic loquitur Statutum *Dell' Elezioni tit.* 13. *n.* 8., & *tit.* 10. *de' Baglivi n.* 40. *Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Baglivi* §. *Baglivi*.

Poterit tamen interim dictus absens uti
57. prærogativis, & præeminentiis Bajulivorum Conventualium pro consecutione Dignitatum, & Beneficiorum Ordinis: *d. Statutum tit.* 10. *de' Baglivi n.* 40. *Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Baglivi* §. *Baglivi Conventuali vers. Eletti assenti.*

Sub nomine vero Beneficiorum intelli-
58. guntur Commendæ, ut allegata resolutione *Concilii Equitum* 11. *Maii* 1666. inquit *d. Compendium Alphabeticum in verbo Baglivi* §. *Baglivi Conventuali vers. E per li Beneficii.* Itemque intelliguntur *Li Gaggi*, quos habet à Thesauro; allegata *Ordinatione Capitulari tit.* 5. *Del Tesoro n.* 30., & 31. inquit *d. Compendium Alphabeticum Statut. in verbo Baglivi* §. *Baglivi Conventuali vers. Gaggi.*

Bajulivi Conventuales debent præsentare
59. magno Magistro Officiales, quos ipsi eligunt, & non præsentant Concilio, ut Magister confirmet, aut eligat: *Ordinatio Capitularis tit.* 9. *Delli Baglivi n.* 3. *Compendium Alphabeticum Statutorum d. verbo Baglivi* §. *Baglivi Conventuali, vers. Baglivi Conventuali, e Priori*: Quos Officiales removere non possunt sine resolutione magni Magistri, & Concilii: *Statutum tit.* 10. *De' Baglivi n.* 10. *Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Baglivi* §. *Baglivi Conventuali vers. E non ponno.*

Hinc Bajulivi Conventuales extra Con-
60. ventum electi à die eorum electionis tenentur, & debent, aut earum expensas Albergiarum facere, aut summam scutorum centum auri singulis mensibus eorum Locumtenentibus solvere in Conventu, ad rationem Tarenorum duodecim pro quolibet scuto, usque ad triginta menses illis

illis ad veniendum in Conventum per stabilimenta concessos, exceptis venerando Marescallo Adimaro, & magno Conservatore, quorum primus, & tertius Scuta quinquaginta, secundus vero octoginta ad eandem rationem, si absentes, ut præfertur, fuerint, dumtaxat solvent. Ita loquitur *Ordinatio Capitularis tit. 9. Delli Baglivi n. 2. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Baglivi §. Baglivi Conventuali vers. Anzi fra due anni, e mezzo*.

61.

Quoad summam solvendam ut supra a' Bajulivis Conventualibus eorum Locumtenentibus pro Albergia, adest Breve Apostolicum confirmativum Ordinationis expeditum 20. *Aprilis* 1635.

Sic idem debent solvere Bajulivi Conventuales, qui e Conventu cum licentia discedunt, etiamsi missi, & destinati fuerint extra Conventum pro Negotiis publicis Ordinis, adiicientes ab hodierna die in antea præfatos omnes Bajulivos absentes huic Constitutioni subiici, ita ut quolibet semestri, nempe per totum mensem Augusti, & per totum Februarium, si præscriptas summas integre non persolverint, eque ac si liquide debitores communis Ærarii extiterint, incapaces ad quecumque consequenda, donec satisfecerint, semper remaneant: ita prosequitur *d. Ordinatio Capitularis tit. 9. Delli Baglivi n. 2.*

62.

63.

Sub nomine Bajulivorum, aut Bailii, comprehenduntur Bajulivi Conventuales Capitulares, & Priores, & Castellanus Empostæ: *Statutum d. tit. 19. Della significazione delle Parole n. 6. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Baglivi*.

64.

Siquidem prędictis Bajulivis Conventualibus additi fuerunt nonnulli alii Tituli, nuncupati Priores, & Bajulivi Capitulares, utpote adscripti Capitulis, intersuntque Conciliis: *Statutum tit. 10. de' Baglivi n. 45. Compendium Alphabeticum Statutor. in verbo Baglivi §. Baglivi Conventuali vers. Ai quali, & §. Baglivi Capitolari*.

65.

Et quidem superadditi fuerunt ex omni lingua. Primo ex Lingua Provinciæ magnus Commendator Prior Sancti Lilii, Prior Tholosę, Bajulivus Capitularis de Manoasca, institutus tempore Magisterii magni Magistri Jacobi de Milly.

Ex Lingua Alverniæ Marescallus Prior Alverniæ, Bajulivus Capitularis de Rureil institutus tempore Magisterii Baptistę Ursini. Postmodum vocatus fuit Bajulivus Lugduni tempore Magisterii Philippi Villers Lisleadamo, & rursus mutato nomine, tempore Magisterii Joannis Levesque Della Cassiera vocatus fuit Devellet.

Ex Lingua Franciæ Hospitalarius Prior Franciæ, Prior Aquitaniæ, Prior di Chiampagna, Bajulivus Capitularis della Morea, Bajulivus Capitularis, Thesaurarius Generalis, ordinatus tempore Magisterii de Lastic.

Ex Lingua Italiæ Archithalassus Prior de Urbe, Prior Lombardiæ, Prior Venetiarum, Prior Pisarum, Prior Barlettæ, Prior Messinæ, Prior Capuę, Bajulivi capitulares Sanctæ Euphemię, & Sancti Stephani prope Monopolim, Sanctissimę Trinitatis de Venusi Sancti Joannis de Neapoli. In hac Lingua Italiæ in *Statuto tit. 10. De' Baglivi* in margine adest Apostilla, quæ dicit - *Vi è pure il Baliaggio di Cremona nuovamente instituito*.

Et in Ordinatione Capitulari tit. 9. Delli Baglivi n. 4. habentur sequentia - *Confirmaverunt, ut Venerandi Bajulivi Capitulares Sancta Euphemia, Sancti Stephani, Sanctissima Trinitatis Venusii, & Sancti Joannis ad Mare Neapolis imposterum intitulentur*, &

& nuncupentur Priores suorum Bajulivatuum prædictorum, sine præjudicio tamen cæterorum Priorum Provinciarum, ita ut per hanc denominationem, nuncupationem, & intitulationem nihil intelligatur innovatum, & revera sint, & remaneant, prout sunt, Bajulivi Capitulares, nec alicui quoquo modo præjudicare possint.

In Apostilla autem marginali d. Ordinationis scriptum est - *Li Baglivi d'Italia si possono chiamar Priori*: & in Compendio Alphabetico Statutorum in verbo *Baglivi* §. *Baglivi Capitolari* vers. *Baglivi* dicitur - *Baglivi Capitolari della Lingua d'Italia, si chiamano Priori dei loro Bagliati*.

66.

Et Lingua Aragoniæ, Cathaloniæ, & Navarræ Magnus Conservator, ita vocatus tempore Magisterii Joannis de Omedes, Castellanus Empostæ, Prior Cathaloniæ, Prior Navarræ, Bajulivi Capitulares Majoricæ, qui Bajulivatus institutus fuit tempore Magisterii Antonii Fluviano, & Bajulivatus di Caspe institutus tempore Magisterii Baptistæ Ursini.

67.

Ex Lingua Angliæ Turcupolierus Prior Angliæ, Prior Hiberniæ, Bagliuus Capitularis de Aquila.

Ex Lingua Alemaniæ magnus Bajuliuus, Prior Alemaniæ, Prior Boemiæ, Prior Hungariæ, Prior Daciæ, Bajuliuus Capitularis de' Brandemburgh.

Ex Lingua Castellæ Legionis, & Portugalliæ magnus Cancellarius, Prior Castellæ, & Legionis, Prior Portugalliæ, Bajuliuus Capitularis de Lora erectus tempore Magisterii Joannis Vallettæ, Bajuliuus de Langò, aut Lezę institutus tempore Magisterii Petri de Monte, perpetuo unitus Prioratui Portugalliæ, Bajuliuus de las nueve Villas, institutus tempore Magisterii Joannis le Vesque della Cassiera.

In dicto Statuto de' Baglivi tit. 10. in margine adest Apostilla sic dicens - *Vi è pure il Baliaggio del Santo Sepolcro di loro nuovamente instituito*.

Attamen Prior Ecclesiæ Ordinis, & Commendator Cypri Bajulivi Capitulares sunt communes omnibus Linguis: *Statutum tit. 5. Del Commun Tesoro n. 66., & tit. 10. de' Baglivi sub n. 45. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo* Baglivi §. *Baglivi Capitolari, vers. Bagliaggio*, Sed Bajuliuus Capitularis di Negroponte communis est duabus Linguis, Aragoniæ, & Castellæ vigore concordiæ inter eas factę: prædicta omnia habentur in *Statuto De' Baglivi tit. 10. sub n. 45. & in Compendio Alphabetico Statutorum in verbo Baglivi* §. *Baglivi Capitolari, vers. Bagliaggio, & seqq.*

Hinc notamus, quod in Capitulo Generali in Rhodi Insula habito sub magno Magistro de Villanova anno 1335. fuit injunctum, quod Prior Ecclesiæ eligeretur à Capitulo, & eligeretur primus Bajuliuus, qui crearetur in d. Capitulo, ut erat mos. Videatur *Volumen Statutorum antiquorum Lingua Gallica pag. 32. Parte secunda*.

68.

Notamus etiam, quod in margine *Statuti Del comun Tesoro tit. 5. sub sub n. 66.* adest Apostilla sic loquens: *La Gran Commenda di Cipro oggi è fatto Juspatronato di Casa Cornara, con condizione, che recuperandosi Cipro, paghi la metà de' frutti al Tesoro, con altre contenute nella Bolla dell'erezione del Juspatronato, alla quale si abbi relazione*.

Porro erectio hujus magnæ Commendæ facta fuit à Concilio completo Retentionis in Capitulo Generali 5. Junii 1588.

1588.

Tandem notandum, quod in margine 69. *Statuti del Commun Tesoro sub n.* 66. adest Apostilla, quæ sic exprimit - *Il Bagliaggio di Langò è stato ascritto a' Cavalieri del Priorato di Portugallo.*

Bajulivi Capitulares in Capitulis Provincialibus, & Assemblæis præcedunt Locumtenentibus, nisi isti sint Magnę Crucis: *Ordinat. Capitularis Tit. 6. del Capitolo n.* 11. *Compendium Alphabeticum Statutor. in verbo Baglivi* §. *Baglivi Capitulari, vers. Nei Capitoli.*

70.

Et quæcumque Provisiones, & Acta in d. Capitulo, vel Assemblęa expedienda, ipsius Bajulivi nomine prętitulentur, & inscribantur: *d. Ord. Capitularis Tit. 6. Del Capitolo n.* 11. *d. Compendium Alphabeticum Statutor. verbo Baglivi* §. *Baglivi Capitolari, vers. E gl' Atti.*

Bajulivi Capitulares, postquam in reditu fuerint, per annum tenentur dare, & offerre Ecclesiæ Conventuali aliquod Munus, quod in valore non sit minus valoris vigintiquinque Scutorum auri sub eadem pæna, quæ imponitur Prioribus: *Statutum Tit.* 3. *Della Chiesa n.* 28. postmodum auctus fuit valor ad Scuta centum etiam quoad Priores.

71.

Bajulivi Capitulares in Electionibus ad Dignitates, & Officia præferuntur cæteris Antianis in paritate Votorum; *Statutum Tit.* 7. *Del Consiglio n.* 18 ibi - *Mà sè si verrà alla parità de' Voti, all' hora sia publicato eletto il più Anziano nella Religione, se però il Fiarnaldo non sarà della Gran Croce, perciocchè in tal caso egli doverà essere publicato eletto. Overo se sarà del medesimo passaggio, l' elezione sarà rimessa al Consiglio compito, Però nell' altre controversie, se si verrà alla parità de' Voti, la cosa sia rimessa all' istesso Concilio compito, per essere decisa e terminata senz' altra appellazione: Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Baglivi* §. *Baglivi Capitolari, vers. Nell' elezioni.*

72.

Adsunt etiam Dignitates Priorum; siquidem Priores (cum debita erga magnum Magistrum, & Conventum subordinatione) sunt Superiores immediati cum exercitio Jurisdictionis in Districtu eorum Provinciç, sive intra limites eorum Prioratuum: tenentur proinde insimul cum Assemblæa invigilare decori, & servitio communi; Unde si ex gravi causa sint absentes, debent deputare idoneum Locumtenentem, & ita attente curare, ut Commendarum Bona regantur probè, fiantque Melioramenta, & Cabræi ad formam Statutorum. Curare debent, ut in petentibus admitti ad Habitum, probationes Nobilitatis conficiantur, juxta Stabilimenta Ordinis, & illi, qui admittuntur, vivant religiose, & nobiliter; de quibus omnibus agit *d. Volumen - Breve, e particolare Istruzione del Sacro Ordine Militare Degli Ospitalarj &c. cap.* 13. *Dei Priori à pag.* 45. *cum seqq. Statutum Ordinis Tit.* 11. *Compendium Alphabeticum in verbo Priori.*

73.

74.

Duos Prioratus, aut Bajulivatus insimul nemo potest tenere, sed uno debet esse contentus: *Statutum Tit.* 14. *Delle Commende n.* 2.

75.

Neque potest Prior, aut Castellanus Empostę habere Commendam Domum, aut Membrum in alieno Prioratu, nisi cum consensu magni Magistri, & Conventus: *Statutum d. Tit.* 14. *n.* 3.

76.

Priores post eorum electionem tenentur

tur dimittere omnes Commendas, quas antecedenter tenebant; possunt quidem retinere Cameras Magistrales, quas prius tenebant, sicut & Commendas, quas ipsi recuperaverant e manibus Secularium, ac illas pariter, quas consecuti fuerant titulo privationis contra aliquem, qui illam possidebat: *Statutum Tit. 14. Delle Commende n. 4. Compendium Alphabeticum Statutor. in verbo Priori §. Priori, e loro obbligazioni.* Idest quando privatio secuta est per debita à novo electo Priore soluta: *Statut. Tit. Del Tesoro n. 27. Compen. Alphabeticum Statutor. d. Verbo Priori §. Priori e loro obbligationi, vers. Seconda la.* Possunt quoque retinere Pensiones *Delle Camere Magistrali* juxta Resolut. *Concilii Equitum die 18. Junii 1696. confir. die 24. Maii 1696. ab Incarnat.* de quibus *Compendium Alphabeticum in Verbo Priori §. Priori, e loro obbligazioni, vers. E ponno.* Non potest Prior permutare Cameras Priorales: *d. Statutum, Tit. 14. Delle Commende n. 5.*

77.

Priores, & Castellanus Empostæ, si discedant à suo Prioratu, & Castellania, deputare debent in suum Locumtenentem, & Vicarium Equitem Ordinis ex antianis ejusdem Prioratus idoneum, & capacem, qui eorum absentia durante convocet, & congreget Assemblæas, & Justitiam ministret petentibus, intersit Capitulis Provincialibus, & alia peragat ad Officium Prioris spectantia; quod si Prior præsens quidem fuerit, detentus tamen aliquo legitimo impedimento, tunc sit Præses in Capitulis Provincialibus, & in Assembleis aliquis Bajulivus (si ibi præsens fuerit) aut Frater magis Antianus: *Statutum Tit. 11. De' Priori n. 1. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Priori.*

78.

Imo ad manus nostras narratio pervenit, in qua asseritur, quod Priores, licet sint præsentes, solent retinere Locumtenentem, prout præcticatur Romæ, in Francia, Castella, & Pisis. Quod si moriatur Prior, quomodo eligi debeat Locumtenens, quousque per magnum Magistrum, & Conventum provideatur, exponit idem *Statutum Tit. 11. de' Priori n. 2. & 3.*

79.

Tres Priores juxta vocationem, quam de illis faciet magnus Magister, tenentur personaliter residere in Conventu per Annos duos incipiendos à die, qua pervenerint ad Conventum, alias perdent Fructus meliorís magisque propinquæ Cameræ Prioralis, quam possident: *Statutum Tit. 11. De' Priori n. 15. Compendium Alphabeticum Statutor. in verbo Priori §. Priori, e loro vers. Trè Priori.*

80.

Potest habere quatuor Cameras Priorales, hoc est Commendas, ut notat *d. Breve Particular Istruzione d. cap. 12. pag. 46.*

Priores, & Castellanus Empostæ, ac Bajulivi honoribus, & præeminentiis eorum Dignitatis non gaudent, nisi postquam authentice constare fecerint magno Magistro, & Concilio, eos debitam adhibuisse diligentiam pro assecutione Possessionis eorum Prioratuum, qua ostensa, uti poterunt dictis honoribus *a discretione del Maestro, e del Consiglio*, ut loquitur *Statutum d. tit. 11. De' Priori n. 16. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Priori §. Priori, e loro Obligationi.*

81.

Ex dispositione *Statuti tit. 3. Della Chiesa* Priores, & Castellanus Empostæ post eorum electionem, & postquam perceperint fructus unius anni Prioratuum, & Castellaniæ Empostæ, tenentur

82.

tenentur donare, & offerre Ecclesiæ Conventus Ordinis munus aliquod, quod non sit minus valoris quinquaginta aureorum, & si elapso d. tempore, infra alios sex menses d. munus non præstiterit, & tradiderit Prodomis Ecclesiæ, evadunt debitores d. valoris erga Thesaurum: *Statutum tit. 3. Della Chiesa n. 27.* dictumque munus vocatur *Gioje della Chiesa*: *Ordinatio Capitularis tit. 3. Della Chiesa n. 31. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Gioje, della Chiesa*.

83. Legitur in Volumine Statutorum sub magno Magistro de Ambusson 1489. pag. 56., quod explicite includit etiam Priorem Ecclesiæ.

84. Valor dicti Muneris, & ut dicitur *Gioja* danda per Priores, & Bajulivos majori Ecclesiæ Conventuali, auctus fuit ad scuta centum auri de Tarenis quatuordecim pro scuto: & si Priores, & Bajulivi in termino unius anni cum dimidio, a die qua in reditu Prioratus, & Bajulivatus non tradiderunt d. summam in manibus Prodomorum, intelliguntur debitores, ac si d. summa deberetur communi Thesauro; elapsoque dicto termino, receptor statim tot fructus Prioratus, & Bajulivatus accipiet æquantes d. summam, eamque ad Conventum transmittat Prodomus, idemque procedat quoad Castellanum Empostæ: *Ordinatio Capitularis tit. 3. Della Chiesa n. 31. d. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Gioje della Chiesa*.

85. Quod quidem munus nuncupatum *Gioja della Chiesa*, præstari debet non solum pro prima consecutione Dignitatis, sed etiam in consecutione ulteriori cujuscumque Prioratus, aut Bajulivatus, sive per viam optionis, sive permutationis, postquam fructus unius anni perceperint, juxta resolutionem *Concilii Equitum 8. Februarii* 1592. ab Incarnatione, quam refert *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Gioje Della Chiesa*.

86. Loco autem d. Muneris possunt Priores & Bajulivi, ut supra, Reliquiaria aurea vel argentea exornari facere ad minus, ad dictam summam, quam præstare ut supra tenentur, & non solum præfatis Prioribus, & Bajulivis, verum etiam & aliis Religiosis facere licet, & conceditur ob hujusmodi Operis Pii memoriam, ut possint præfatis Reliquiarum Vasis eorum nomen, & insignia sculpere: *d. Ordinatio Capitularis tit. 3. Della Chiesa n. 8. Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Gioje Della Chiesa*.

87. Vigore Statuti debent duo conficere Registra de valore Commendarum, aliorumque Bonorum eorundem Prioratuum, unum ad magnum Magistrum remittendum, aliud penes se retinendum: *Statut. tit. 11. De' Priori n. 11.* Sed his Registris hodie suppletur cum Libris Visitationum: *Compend. Alphabeticum Statutor. in Verbo Priori §. Priori, e loro Obbligazioni, vers. Devono*.

88. Priores tenentur suis sumptibus, & Commendatorum Archivum habere, in quo serventur Scripturæ Prioratus, & Commendarum: *Statutum tit. 11. De' Priori n. 12., & in Ordinat. Capitul. Delle Comende tit. 13. n. 39. Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Priori §. Priori, e loro Obbligazioni, vers. Devono far un Archivio*. Cujus Archivi claves penes se retinere debent, & in eorum absentia, eorum Locumtenentes: *d. Ordinat. Capitularis tit. 13. Delle Commende n. 39. Statutum Alphabeticum in d. Verbo Priori §. Priori, e loro obbligazioni, vers. Con ritenere esse*.

Sigil.

Sigillorum impressionem debent Priores transmittere ad magnum Magistrum, & Conventum, eidemque sigilla apud se retinere: ita disponit *Statutum tit. 11. de' Priori n. 13., & 14.* Sed audio hæc Statuta non esse in usu.

Tenent Priores, aut Castelanus Empo-
89. stæ cum Capitulo, aut Assemblæa civilem, & criminalem Jurisdictionem cum regulari correctione super Fratribus cujuscumque qualitatis habitantibus, vel commorantibus intra limites eorum Prioratuum: *Statutum tit. 11. De' Priori n. 5. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Priori.*

Possunt in eorum Prioratibus Priores,
90. & Castellanus Empostæ, ac Equites in eorum Commendis exercere jurisdictionem super Capellanis obedientiæ, uti super Equitibus, ac Servientibus errantibus, & quoad Commendatores, si ab eis correpti non se emendaverint, puniantur à Prioribus: quod si in dictis locis præsens fuerit Prior Ecclesiæ, ipse puniat, & corrigat, visitet Ecclesias, & Divina Officia, ut rite habeantur, disponat: *Statutum Tit. 11. De' Priori n. 7. Compendium Alphabeticum Statutor. in verbo Priori §. Priori.*

Non tamen derogatur jurisdictioni Commendatorum super Fratres Capellanos obedientiæ, ac Servientes officii habentes obedientiam in eorum Commendis, neque derogatur Jurisdictioni Prioris Ecclesiæ Conventus Melitensis quoad Fratres Capellanos: *Statutum tit. 11. De' Priori n. 5. & 7.*

Neque possunt recognoscere causas Equitum magnæ Crucis, quoniam hoc spectat ad magnum Magistrum, & Concilium, juxta resolutionem *Concilii Equitum 21. Junii 1596., & 8. Martii 1600.* ab Incarnatione, *& 7. Augusti 1606. relat. à Compendio Alphabetico in verbo Priori §. Ma non ponno.*

Adest tamen resolutio *Concilii completi*
91. *edita die 15. Martii 1705.* qua declaratur, Capitulo Provinciali, & Assemblæ Provinciali Prioratus Franciæ competere ad formam Statutorum, & Ordinationum totam jurisdictionem super Bonis existentibus in d. Prioratu Franciæ possessis ab Equitibus magnæ Crucis, ac etiam super Personis eorundem, quoties residcant intra limites prædictos.

Non possunt proferre sententiam priva-
92. tionis Habitus, Commendæ, Membri, Beneficii, Antianitatis, aut perpetui carceris, sed solum formare Processum, & ad magnum Magistrum, & Concilium remittere: *Statutum Tit. 11. De' Priori Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Priori §. Ma trovando.*

In dubio autem, an sit incursus Frater
93. in hujusmodi pœnas, declaratio spectat ad Concilium: *Resolutio Concilii Equitum 5. Julii 1619.* de qua *d. Compendium Alphabeticum Statutor. in verbo Priori §. In dubbio.*

Priores, qui habent Jurisdictionem Spiri-
94. tualem, & Ecclesiasticam, deputare possunt Visitatores, & Vicarios Ecclesiasticos. Si dicta autem jurisdictione careant, Prior Ecclesiæ in Prioratibus, Castellania Empostæ, Bajulivatibus, & Commendis poterit eligere, & nominare Visitatores, & Vicarios Ecclesiasticos pro exercitio Jurisdictionis Spiritualis, & Ecclesiasticæ super Capellanis, Clericis, Secularibus, & super Laicis Subditis, & Vassallis Religionis: *Statutum d. tit. 11. De' Priori n. 9. Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Priori §. I Priori che hanno.*

Prio.

Priores, & Bajulivi omnium Lingua-
95. rum, ac Castellanus Empostæ te-
nentur facere melioramenta in eorum Prioratibus, & Bajulivatibus, & Castelnia Empostæ intra tempus statutum, eo modo, & forma, qua tenentur alii Commendatores, sub pœna solvendi successive *doppie responsioni* communi Thesauro, & quolibet anno, in quibus deficient, completo termino statuto, ultra alias pœnas Statutarias, pariterque tenentur conficere Cabræa: *Capitularis Ordinatio tit. 13. Delle Commende n. 25. Compendium Alphabeticum in Verbo Priori* S. *Priori, e loro obbligazioni vers. Sono tenuti.*

Itidemque tenentur visitare Commendas
96. intra limites eorum Prioratuum sitas; & visitare facere quatuor Cameras Priorales: *d. Compendium Alphabeticum d. Verbo Priori* S. *Priori, e loro obbligazioni vers. Devono visitare, devono far visitare*: Vide quæ diximus in Discursu de *Visitatione*.

Curare debent, quod decenter ornentur
97. Ecclesiæ Commendarum, & restaurentur: *Statutum tit. 5. Della Chiesa n. 26. d. Compendium Alphabeticum in d. verbo Priori* S. *Priori, e loro obbligazioni vers. Devono provedere.*

Debent in Gallia *reparare i Castelli, e*
98. *Case Forti*: Capitularis Ordinatio *tit. 14. Delle Visite n. 1. d. Compendium Alphabeticum in d. Verbo Priori* S. *Priori, e loro obbligazioni vers. E riparare.*

Interesse debent Capitulis Provincialibus,
99. ibique facere legere Regulam: *Statutum tit. 6. n. 15., & 18. Compend. Alphabeticum d. Verbo Priori* S. *Priori, e loro obbligazioni vers. Devono trovarsi &c.*

Nec non Statuta contra Debitores The-
100. sauri: *Statutum tit. 5. Del Tesoro n. 23. d. Compendium d. Verbo Priori* S. *Priori, e loro obbligazioni vers. E li Statuti.*

Assistere debent Receptoribus contra
101. Debitores: *Statutum tit. 5. Del Tesoro n. 19. d. Compendium d. Verbo Priori* S. *Priori, e loro obbligazioni, vers. Devono assistere.*

Procedere debent contra malos Admi-
102. nistratores Bonorum Religionis: *Statutum tit. 18. delle Proibizioni n. 61. Compendium Alphabeticum d. Verbo Priori* S. *Priori, e loro obbligazioni, vers. Devono procedere.*

Et ejicere occupatores Commendarum: *Statutum tit. 18. Delle Proibizioni*
103. *n. 14. Compendium Alphabeticum in verbo Priori* S. *Priori, e loro obbligazioni vers. Devono cacciare.*

Debent exigere Decimas Regias: *Ordin. Capitularis tit. 5. Del Tesoro n. 74. d. Compendium Alphabeticum in d. Verbo Priori* S. *Priori, e loro obbligazioni, vers. Devono esiggere.*

Debent adstringere Receptores ad resti-
104. tuendum id, quod receperunt à statu Commendarum, & usu Domorum: *d. Statutum tit. 5. Del Tesoro n. 46. d. Compendium in d. Verbo Priori* S. *Priori, e loro obbligazioni, vers. Devono astringere.*

Ipsi recognoscunt computa Receptorum
105. cum Commissariis, & Procuratoribus Thesauri, remittendo solidationem Cameræ computorum, & certiorem reddunt Conventum de computis, quę Receptores Capitulo præsentarunt: *Statutum tit. 5. del Tesoro n. 43., & Ordinat. Capitul. eod. tit. 5. del Tesoro n. 84. Compend. Alphabeticum d. Verbo Priori* S. *Rivedino.*

Prior Alemanię visitando Commendas
106. intra limites ejus Prioratus existentes, debet invigilare, & debita Commendatorum perquirere, & debitorum Processum conficere, ac Com-

men-

mendatarios, quos debito magno adstrictos invenerit, ad Conventum cum eorum elogio, & fide mittat, ipsorumque Commendę penes Provinciale Capitulum sunt, usquequo ex reditibus eorum debita persoluuntur: *Ordinat. Capitularis tit. 15. De' Contratti n. 2. Compendium Alphabeticum in Verbo Priori 1. Priori, e loro obbligazioni, vers. Ed il Prior di Alemagna.*

Priores, & Castellanus Empostę, & eorum Locumtenentes debent eorum sumptibus exequi in eorum

107. Prioratibus, & Castellania Empostæ sententias, & ordinationes magni Magistri, & Conventus, ac etiam Capitulorum Generalium, & Provincialium, ac alias Provisiones, mandata, citationes, & omnia rescripta magni Magistri, & Conventus facta pro negotiis publicis Religionis: secus autem si spectent ad negotia privatorum; tunc enim executioni mandari debent sumptibus eorundem privatorum, & prædicta omnia sub pœnis pro prima vice amissionis fructuum unius anni earum Camerarum Prioralium; pro secunda vice duorum annorum, & pro tertia vice perpetuo fructus camerarum Prioralium amittant favore Thesauri; quod si continuaverint in inobedientia, privantur Prio-

108. ratu, ac omni administratione, prout latius disponitur *in Statuto tit. 18. Delle Proibizioni, e delle Pene n. 59. Compendium Alphabeticum in d. Verbo Priori 1. Priori, e loro obbligazioni, vers. Devono eseguire.*

Jus habent conferendi Commendas, &

109. pro se quintam Cameram retinendi: vide *Discursum super Commendis ex Gratia Priorali.*

Unire possunt duas Commendas de-

110. bilis reditus, duoque membra à capite distantia: *d. Compendium Alphabeticum in Verbo Priori 1. Ponno unire.* Vide Discurs. *delle Commende.*

Nec non collationem, aut pręsentatio-

111. nem ad Beneficia ab eorum Prioratibus dependentia: *d. Compendium Alphabeticum in Verbo Priori, vers. Hanno:* vide Discursum *de Beneficiis.*

Priores, & Castellanus Empostæ facul-

112. tate pollent admittendi ad Professionem Religionis Hierosolymitanæ Mulieres honestę vitæ ex legitimo matrimonio, e di Nobili Padri nate: *Statutum tit. 2. Del Ricevimento n. 26.* ubi in Apostilla marginali dicitur *à Parentibus* dice il Testo latino: vide li *Statuti 5., e 17. di questo Titolo.* Dummodo tamen ipsæ Mulieres habitent intra Monasteria: *d. Statut. d. tit. 2. n. 27.*

Visitant eorum Monasteria: *Ordin. Capitularis tit. 10. de' Priori n. 1. Compendium Alphabeticum in verbo Priori vers. E visitino.*

Inter præclaras in hoc Hierosolymitano

113. Ordine Dignitates adest Marescallus, qui est Bajulivus Conventualis linguæ Alverniæ: *Statutum Religionis tit. 19. Del significato delle parole n. 7.*

Dictum nomen *Maresciallo* est vocabulum

114. Militare, quod Galli desumpserunt ab Alemanis, quo nomine vocantur Tribuni Militum, ut inquit *d. Statutum d. tit. 19. Del significato delle parole n. 7. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Maresciallo,* vide *Dufresne* Vocabularium Etruscum della Crusca in verbo *Maresciallo* Rot. Dec. 291. n. 1. p. 5. rec. *Ludovicus Moreri in suo magno Dictionario Historico Gallico idiomate lit. M.* verbo *Mareschalo de France,* ubi late narrat originem, & jurisdictionem in Gallia hujusmodi Marescallorum

Eligitur à Magistro, & Concilio com-

 pleto

115. pleto, ita ut concurrant tres partes Votorum, & potius habeatur ratio meritorum, quam antianitatis, sine prejudicio tamen Antianorum, cum hoc, quod si ex lingua Alverniæ fuerit aliquis sufficiens, & aptus, ut dicitur *per Capitano di Terra*, idem præferatur cæteris: quod si nullus aderit sufficiens, alius aptus, & sufficiens deputetur pro illa vice: eademque dispositio fit *per il Capitano dell' Armata*; ideoque si in Lingua Italiæ aderit aliquis sufficiens, ille preferatur *all' Armata di mare*: quod si non aderit, eligatur alius pro illa vice, sine præjudicio Linguæ: *Statutum tit. 13. Dell' Elezioni n. 16.*

116. Et sicuti juxta dispositionem Juris communis ad officium Tribuni Militum spectat audire Militum querelas, & rixas, easque sedare, & componere, *ad Textum in L. Officium §. Officium Tribunorum ff. de re Militari ibique glos. in verbo principiis: Budaus in cap. Quamvis eodem Titulo* cum aliis apud *Rot. d. Dec. 291. n. 1. p. 5. Rec. Moreri* ubi supra. Ita etiam in Sancta Religione Hierosoly-

117. mitana ad mentem stabilimentorum, & juxta praxim actus componendi rixas inter Milites, est de ejus jurisdictione, & quidem ordinaria, dictusque Marescallus habet intentionem fundatam super assistentia juris ex causa universalis Jurisdictionis, ut prosequitur *d. Dec. 291. n. 2. & 3.*

118. Prædicta tamen Marescalli jurisdictio non extenditur ad veros Familiares magni Magistri habentes qualitatem Familiarium in Palatiis servientium, commensalitatis scilicet, & servitii, ut examinato puncto resolvit *S. Rota in Dec. Meliten. Praeminentiarum 18. Maii, & 3. Decemb. 1629. cor. Pirovano*, quæ sunt impressæ *d. Dec. 291.*, & 324. p. 5. *rec.* ubi tolluntur objecta, & de eis meminit Compendium Alphabeticum Statutorum Ordinis Hierosolymitani in verbo Marescialllo vers. *Sua pretensione*.

119. Quæ Rotalis resolutio concordat cum dispositione Juris communis juxta Familiares Principis, non conveniuntur coram Tribuno Militum, sed coram Siniscalco, seu Magistro Domus, ad *Tex. in L. Cubicularios C. de Prapos. Sacri Cubiculi lib. 12. & l. 2. Cod. de Decanis eodem lib. 12. Rot. d. Dec. 291. n. 4., & seq. p. 5. rec.*

120. Quod pariformiter procedit in Prælatis Superioribus, ut scilicet eorum Familiæ ab Ordinario non conveniantur, ut cæteris cumulatis *Rot. d. Dec. 291. à n. 4. cum seqq, & Dec. 324. à n. 5. cum seqq. p. 5. rec.*

121. In hac Religione Hierosolymitana Marescallo tenentur obedire omnes Fratres, tum Equites, tum Servientes Armorum: *Statut. tit. 10. n. 2., & 7. de' Baglivi Compend. Alphabeticum Statutorum in Verbo Marescialllo.* Unde Fratres in Armorum exercitio subiiciuntur Marescallo: *Statut. d. tit. 10. n. 7. de' Baglivi.*

122. Marescallo obedire debet etiam Archithalassus, hoc est l' Amiraglio sul mare: *Statut. d. tit. 10. de' Baglivi n. 3. d. Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Mareschialli §. Ed anco l' Ammiraglio sul mare.*

Sic deferentes Arma, qui in terram descendunt, subduntur obedientie illius, quem deputabit Marescallus; secus autem, quando sub Mari erunt, sive eundo, sive redeundo; nam tunc subiecti erunt Archithalasso, quoties Marescallus non fuerint præsens: *d. Statutum d. tit. 10. de' Baglivi n. 3. d. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Marescialllo.*

123. Excipiuntur tamen ab obedientia dicti Marescalli Bajulivi Conventuales,

&

& eorum Locumtenentes, & Capitulares, Priores, Castellanus Empostæ, ac Socii magni Magistri: *Statutum d. tit. 10. de' Baglivi n. 2., & 7. Compendium Alphabeticum Statutorum d. Verbo Marescial lo.*

Quod si magnus Magister fuerit præsens, tunc Marescallus, & cæteri sunt subjecti obedientiæ magni Magistri, & in absentia ejusdem magni Magistri obedire tenentur ejusdem magni Magistri Locumtenenti: *d. Statut. tit. 10. de' Baglivi n. 7.*

Magnus Magister solus non potest avo. 124. care causas à Marescallo jam preventas; hujusmodi enim avocatio competit solum illis, qui absoluta potestate gaudent: sic insimul cum Conventu potest, prout late examinata materia legalibus rationibus firmat *Rot. Decis. 209., & Dec. 291. in principio p. 5. rec.*

Marescallus cognovit causas *di Lobia* 125. inter Fratres, & Fratres, & Fratres, & Seculares, quoties versantur intra summam scutorum decem: *Statutum tit. 7. Del Consiglio n. 20. Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Mareschiallo §. Ha la cognizione.*

Dicuntur autem Sententiæ *di Lobia*, Sententiæ quæ feruntur à Commissariis deputatis à magno Magistro, sive Marescallo, ut inquit Apostilla marginalis: *d. Statutum tit. 7. Del Consiglio.*

Neque Fratres recusare possunt illius Commissiones: *Ordinat. Capit. Generalis tit. 7. n. 24. Compendium Alphabeticum Statutorum d. Verbo Mareschiallo vers. E niun fratello.*

Aliquando Marescallus prætensionem 126. excitavit cognoscendi Causas prædictas *di Lobia*, licet excederent summam scutorum decem, quoties magnus Magister per se ipsum illas non judicat, sed illas committit. At hæc prætensio rejecta fuit à Sacra Rota *in Meliten. Preeminentiarum 9 Julii 1625. cor. Ubaldo*, ut testatur *d. Compendium Alphabeticum Statutor. in d. Verbo Mareschiallo §. Sua pretensione.*

Quoties Marescallus convocat, & ce. 127. lebrat Congregationem, sive Assembleas, tenetur Prior Ecclesie ad eas accedere, eisque interesse: *Statutum tit. 10. De' Baglivi.*

Vexillum, aut ut dicitur *Confalone* 128. Religionis Hierosolymitanæ, Marescallus potest in Armorum exercitio tradere cui ille voluerit, quam tamen consignationem tenetur facere cum consilio magni Magistri, aut ejus Locumtenentis: *d. Statutum d. tit. 10. de' Baglivi n. 5. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Mareschiallo vers. Tiene in sua custodia.*

Dicti Confalonerii, sive *Portinsegna* 129. munus, loco Personæ secularis, potest committere alicui Equiti sibi bene viso, non obstante quacunque sanctione in contrarium: *d. Statutum tit. 10. de' Baglivi n. 43. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Mareschiallo vers. Ed in luogo.*

Usus tamen est illud committere Equi- 130. ti ejusdem suæ Lingue, illum nominando magno Magistro, & Concilio, juxta allegata in *d. Compendio Alphabetico Statutorum in d. Verbo Mareschiallo vers. L'uso è di racomandarlo.*

Idem Marescallus in Capitulo Generali 131. præsentat dictum Vexillum magno Magistro: *d. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Mareschiallo vers. Nel Capitolo Generale.*

Habetque claves portarum Civitatis; ei- 132. dem enim defert Frater à magno Magistro deputatus, ad aperiendum, & claudendum Portas Civitatis: *d. Com-*

Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Marescialla vers. Ha in suo potere.

Marescallus predictus, vigore consuetu.
133. dinis nominat magno Magistro, & Concilio Servientem Armorum in Magistrum Scutiferum; *d. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Marescialla vers. nomina.*

Apodixe, seu Documenta obligationum
134. debitorum quorumcumque facienda per Fratres in Conventu existentes remanent nullius momenti, nisi fuerint subscripta manu propria Marescalli, seu ejus Locumtenentis, & ejusdem sigillo roborata: *Ordinationes Capituli Generalis dicto anno 1631. tit. 15. de Contract., & Alie. nat. n. 1. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Marescialla S. Autentica.*

Fratres non audeant, aut prasumant
135. Vestes sibi parare, aut conficere, neque breves, neque talares, neque illis uti sine licentia magni Conservatoris; & si aliquis contrafecerit, idem magnus Conservator recurrat ad Marescallum, & delinquens toties quoties contrafecerit, puniatur pœna Septenæ: *Statutum tit. 10. De' Baglivi n. 25. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Marescialla S. Al Marescialla.*

Fratres non possunt gerere Tunicas, &
136. Habitus inconvenientes, sed iti debent tunicis, & habitu talari, & honesto, nec vestem brevem deferant nisi in itinere, aut in Triremi, aut Navibus, sive, ut dicitur, nelle *Guardie*, & custodia Arcium Religionis: in Conventu tamen, & Castello, & extra per milliare non utuntur veste brevi, nisi cum licentia magni Magistri, aut Marescalli, concurrente necessitate, ex. gr. occasione officii publici, aut in casu obsidionis, vel provisionis, vel præparationis pro defensione Civitatis in casu belli; & si contra prædicta actum fuerit, contraveniens punitur pœna *di Settena* cum amissione Vestium, quæ applicentur communi Thesauro; *Statutum tit. 12. Dell' Ufficio de' Fratelli n. 5. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Marescialla S. Il Gran Maestro e Marescialla.*

Extra muros Civitatis Vallettæ nemo
137. pernoctare potest etiam causa venationis, nisi accedat expressa licentia magni Magistri, aut Marescalli, qui eam licentiam dare non debet, nisi prius magnus Magister fuerit informatus; alias contraveniens pro prima vice punitur per sex menses pœna carceris Turris, pro secunda vice pœna amissionis antianitatis per unum annum: *Ordinatio Capitularis tit. 17. n. 18. delle Proibizioni, e Pene: Compendium Alphabeticum Statut. Verbo Marescialla S. Il Marescialla.*

Fratres debent coram magno Magistro,
138. aut Marescallo recurrere, si male se gerant Servientes *del Pilièro: Ordinat. Capit. Generalis tit. 19. Dell' Albergie n. 14. Compendium Alphabeticum in Verbo Marescialla S. Gran Maestro.*

Quoties, ut vocant *Maestro Scudiere*
139. deficit in proprio officio, recurrant Prodomi ad Marescallum, ut dictum Magistrum Scutarium puniat; & si Marescallus in puniendo deficeret, notificetur magno Magistro, & Concilio, ut de opportuno remedio provideant: *Statutum tit. 10. De' Baglivi n. 21. d. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Marescialla vers. Et i Prodomi.*

Marescallus potest ponere, ut dicitur, *in giustizia al Maestro Scudiere*, sicque de anno 1622. cum Marescallus pro-

processisset, & contra *d. Magistrum Scudiere* deputasset Commissarios criminales, dictusque Magister prętenderet Marescallum d. auctoritate carere, *Concilium* declaravit, decrevitque Marescallum pollere auctoritate prædicta, ordinando quod Marescallus ad ulteriora procederet vigore dicti Decreti, quod prodiit *die* 13. *Septembris d. anno* 1622.

140. Antiquitus variis etiam prærogativis gaudebant Marescalli, quę videri poterunt *in Statuto tit.* 5. *Del Tesoro n.* 71., & 72. dicto enim *n.* 71. statuitur, quod *per la Guardia del Maresciallo* adsint Equi; d. autem *n.* 72. statuitur, quod Thesaurus per *la mostra de' Cavalli* teneatur præstare Fratribus Salmas sex hordei pro quolibet Fratre, vel deficiente hordeo,

141. teneatur solvere scutum pro qualibet Salma; statim autem ac Magister, vel Marescallus præcipiet Fratribus, qui hordeum sumpserunt à Thesauro, ut exeant à Custodia Insulæ, Fratres tenentur obedire, alias inobedientes hordeum unius anni amittent.

142. Cum autem anno 1651. quidam Sacerdos deputatus in Capellanum Equitatus Insulæ, vigore hujus Statuti expostulasset hordeum, Concilium illud denegavit, ut in *Decreto Concilii* 25. *Junii d. anno* 1651.

143. Ut ea, quæ superius notavimus n. 30. 56. 70. 90. de Equitibus magnæ Crucis dilucidata remaneant, dicimus quod Equites magnæ Crucis sunt Episcopus Melitensis, Prior Ecclesię, Bajulivi omnes Conventuales, magni Priores, ac Bajulivi Capitulares. Concilium completum componitur ex Equitibus magnę Crucis, ac ex duobus Equitibus magis antianis cujuslibet linguæ, sicuti notat laudatus *Augustinus Paradisi tom.* 3. Voluminis, cui titulus - *Raccolta di Notizie Storiche Legali, e Morali &c. cap.* 38. *pag.* 551. *juxta impression. Ferrariæ Typis* 1740. *Parte Quarta de' Titoli*: Libellus ille, cui Titulus. *Breve Particolare Istruzione del Sacro Ordine Militare degli Ospitalarj detti hoggidì volgarmente di Malta ec. stesa da un Cavaliere Professo della medesima Religione, Editione Seconda impressa in Padova nella Stamperia di Giuseppe Comino per Gioanni Baldano Anno* 1724 *cap.* 14. *pag.* 47. ibi - *L' altra qualità dei Gran Croci si distingue nei Bagliaggi di Giustizia, e di Grazia, cioè o di quelli, che si trovano eletti in amministrazione dei nostri Beni ne i diversi Baliaggi divisi fra tutte le Nazioni, o pure di quelli che godono la detta Dignità in virtù di Grazia, e Privilegio Apostolico.*

Quæ omnia consonant cum Notis manuscriptis ad sui eruditionem in re hac collectis per virum Nobilem, & Patricium Fratrem Joseph Merenda Equitem Professum Sacræ Hierosolymitanæ Religionis, in quo singulares virtutes Equite Melitensi dignæ refulgent, & de quo infra etiam loquemur.

DISCURSUS CXXVIII.

SECTIO V.

ARGUMENTUM

Agitur de tribus Classibus, Militum, Capellanorum, & Servientium Armorum; nec non de Equitibus Magistralibus ex Gratia, & Devotione; De Donatis, de Capellanis Conventualibus, & obedientiæ.

SUM-

SUMMARIUM.

1. *Religio Hierosolymitana dividitur in tres Classes, Militum, Capellanorum, & Servientium Armorum.*
2. *Adsunt tamen ad ornatum dictarum trium Classium Gradus Equitum Magistralis Observantiæ, & Gratiæ, Capellanorum Obedientiæ.*
3. *Sive sint Milites, sive Capellani, vel Servientes Armorum, quæ generaliter observare debeant in sumptione Habitus,* & n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.
17. *Pro Classe Militis debet probari Nobilitas Generosa Nominis, & Armorum, & pro Italis per cursum bis centum annorum in quolibet ex quatuor lateribus.*
18. *In aliis linguis servanda est forma Stabilimentorum, quæ transcripta sunt in præsenti Discursu* sub Sect. VII.
19. *In Lingua Alemaniæ probantur sexdecim latera, & datur Arboris Schema. Explicatur quid sit Nobilitas* Nominis, & Armorum.
20. *Classis Capellanorum est duplex, alii sunt Capellani Claustrales, alii Obedientiæ.*
21. *Capellani Conventuales dicuntur Fratres Capellani ex Justitia.*
22. *Probare debent recensita requisita.*
23. *Suspensa fuit receptio Diaconorum, & Subdiaconorum usque ad novum Capitulum: Clerici quot poterant eligi.*
24. *Qui non sunt capaces Sacerdotii, rediguntur ad statum Servientium.*
25. *Ut recipiantur in Classe Capellanorum, ad quem debeant recurrere.*
26. *Commissarii ad faciendas Probationes pro Capellanis, debent servare quæ observare debent Commissarii pro Militibus, & Servientibus.*
Et non conceditur Gratia de' Limitibus.
27. *Probationibus confectis, debent remitti ad Assembleam, & Melitam.*
28. *Legitimitas ipsorum Petentium, & Avorum, & Aviarum ex latere Patris, & Matris,* & n. 41.
29. *Parentes debent esse probi, & honorati, & Patrem, & Matrem propriis manibus in sordidis artibus, & mecanicis, non laboravisse.*
30. *Limita in illis, qui Armis, & honoratis servitiis favore Ordinis se exercuere.*
31. *Sufficit pro Capellanis nobilitas localis.*
Nobilitas Localis & Generosa, in quo differant.
32. *Assemblea Capellanorum debet approbare Probationes factas, & per quæ Vota, & circa quæ,* & n. 33.
34. *Et à rejectione datur appellatio ad Concilium ordinarium.*
35. *Capellani obedientiæ sunt veluti uniti Capellanis Conventualibus.*
36. *Capellani obedientiæ alii sunt Magistralis, alii Prioralis obedientiæ.*
37. *Magnus Magister deputat duos Commissarios in Conventu pro Recognitione, & unum extra Conventum.*
38. *Requisita pro Capellanis, quæ, & quot sint.*
39. *Debent solvere Passaggium.*
40. *Capellani Prioralis obedientiæ, qui dicuntur.*
41. *Capellani obedientiæ Prioralis non tenentur probare legitimitatem Avorum, & Aviarum, sed solum propriam.*
42. *Requisita quæ sint respectu horum Capellanorum Prioralis obedientiæ,* & n. 43.
44. *Tacita professio horum Capellanorum obedientiæ comprobatur.*
45. *Capellani obedientiæ Prioralis spectat ad Commendatorem,* & n. 46.

47.

47. *Capellanorum magistralis obedientia spectat ad magnum Magistrum.*
48. *Servientes alii sunt Armorum, alii Officii.*
49. *Quando fuerint suspensi* Servientes *Officii.*
50. *Quando* Servientes *Armorum in Lingua Italia.*
51. *Servientes Armorum, quæ probare teneantur,* & n. 52 53., & 54.
55. *Nemo admittitur ad Habitum Servientium Armorum extra Conventum, nisi adsit speciale indultum.*
Non ornantur in Professione insignibus Militaribus.
56. *Crucem octangularem ex tela alba ejusdem magnitudinis deferunt Servientes Armorum, ut deferunt Milites.*
Reiicitur Justinianus, & Pater Bonannus, & n. 57.
Laudatur Dominus Bajulivus Frater Papirius Bussi Eques Hierosolymitanus, & Dominus Marchio Andreas Albicinius, & n. 57.
58. *Crucem auream deferre non possunt.*
Limita, nisi indultum habeant magni Magistri, & n. 60.
59. *Servientes Armorum in publicis contractibus debent exprimere eorum statum.*
61. *Servientes Armorum, sicut & Capellani habent votum super Revisione Probationum Nobilitatis.*
62. *Melioramenta, & Cabreum tenentur facere Servientes Armorum, sicut & Capellani.*
63. *Ex Classe Servientium Armorum eligitur il Maestro Scudiere.*
64. *In Magistrum Scutiferum, quis eligatur.*
65. *Quæ antiquitus facere poterant Servientes Armorum.*
66. *Antiquitus poterant esse Ephebi magni Magistri.*
67. *Sed id fuit revocatum.*
68. *Equites magistralis obedientia à magno Magistro creantur.*
69. *Quæ probare teneatur, ut fiat Eques* & n. 70.
71. *An isti sint.*
72. *Professio horum non obligat, nisi fuerit approbata à Sancta Sede.*
73. *Equites ex devotione non possunt fieri a Concilio completo retentionis, nisi in Personis magnorum Principum.*
74. *Si concedatur habitus ex devotione, debent præcedere Probationes, & quæ.*
75. *Hodie conceditur mediante Brevi Apostolico, & quæ requirantur.*
Sic à magno Magistro cum Concilio, & causa concurrente.
76. *Quando possit magnus Magister alicui Viro Nobili concedere parvam Crucem octogonam, & jus lucrandi participationem Indulgentiarum Ordinis.*
77. *Idem est de Equite ex Gratia.*
78. *Receptus Eques ex Gratia, recipi non potest in Equitem ex Justitia.*
79. *Donati non possunt recipi nisi cum commissione magni Magistri.*
80. *Limita quoad Donatos Confraternitatis Sanctorum Joannis, & Georgii Cæsaraugustana in Comenda* de Modica.
81. *Quæ requisita habere debeant, ut recipiantur.*
82. *Solvere debent Passaggium, & in quo consistat.*
83. *Quomodo recipiantur,* & n. 84.
85. *Donatorum Habitus est Crux ex tela linea octogona, dempta tamen superiori parte.*
86. *Illam patenter deferre debent.*
87. *Dicta Crux vocatur media Crux.*
88. *Quantum debeat d. Crux esse longitudinis.*

89.

89. *Limita in d. Commenda de Modica.*
90. *Media Crux aurea non potest concedi Donatis.*
91. *Sub qua pœna prohibeatur Crucem mediam sine licentia deferre.*
92. *Magnus Magister potest illam concedere.*
93. *Donati non gaudent privilegiis in præjudicium Religionis.*
94. *Donati tenentur servire eorum Bajulivis Conventualibus.*
95. *Donati confiteri debent Priori Ecclesiæ, vel alteri Capellano de illius ordine.*
Et quot vicibus teneantur, & etiam Communionem sumere.
96. *Res litigiosas non possunt recipere à Secularibus.*
97. *An possint deputari Commendatores Commendę.*
98. *Donatis dari non possunt Pensiones.*
99. *Donatis assignatur* la Soldea, e la Tavola *per Thesaurum.*
100. *Laudatur Dominus Bajulivus Frater Papirius Bussi, de quo supra* n. 56., & 57.
102. *Exponitur modus, quo Ecclesiasticus fiat Eques Hierosolymitanus & e contra Eques Miles possit fieri Ecclesiasticus.*

DISCURSUS CXXVIII.

SECTIO V.

IN tres Classes Religio Equestris Militaris Sancti Joannis Hierosolymitani dividitur, Militum nempe, Capellanorum, & Servientium Armorum, ut in *Statuto tit.* 2. *Del Ricevimento n.* 2. Unde extra prædictos tres Gradus in Religione nullus admitti potest; & si admitteretur, Professio esset nulla, & cogeretur Habitum dimittere, juxta *Ordinationem Capituli Generalis anni* 1631. *Del Ricevimento de' Fratelli n.* 2., & late tradit *clar. me. Card. Petra ad Constit. Apostolicas tom.* 2. *ad Constitut.* 2. *Anastasii IV. sect.* 2.

1.

In octo autem Linguas, hoc est Nationes, Ordo dividitur, & sequenti modo enumerantur *à Statuto de' Baglivi tit.* 10. *n.* 45. videlicet.

Lingua Provinciæ, Lingua Alverniæ, Lingua Franciæ, Lingua Italiæ, Lingua Aragoniæ, Cataloniæ, & Navarræ, Lingua Angliæ, Lingua Alemaniæ, Lingua Castellæ, Legionis, & Portugalliç, & in dicto Statuto enumerantur Bajulivi, & Priores omnium Linguarum.

Quę Linguę in sui erectione, octo fuerunt constitutę, sed nunc septem solum enumerantur, eo quia Lingua Angliæ ob Hæreses in illis Regnis perdurantes sublata est.

Bene quidem in electione magni Magistri eliguntur tres Votantes ex toto corpore 21. jam a linguis electorum, ut dicti tres in locum intrent trium Angliæ: de quibus omnibus singulariter agemus.

2. Ad ornatum tamen earundem trium Classium, & quodammodo in illarum additamentum, ac complementum, considerari possunt Gradus illi Equitum Magistralis obedientiæ, & gratiæ, qui congruunt, & famulantur Gradibus Equitis Militis, & Fratribus Servientibus Armorum destinatis servitio Armorum, & Hospitalitatis, sicuti Gradus Capellani obedientię famulatur Capellanis Conventualibus, qui rebus Sacris, & Divino cultui sunt addicti, ut notat allegatus *Libellus Anonymi Auctoris* sub Titulo - *Brevi, e particolari Istruzioni Sacri Ordinis Militaris Hospitalariorum Melitensium cap.* 7. *pag.* 26.

At præmittimus generalia quęque

3. com-

3. communia sunt tribus Classibus. Omnes illi, qui cupiunt ad hanc Religionem Hierosolymitanam admitti, sive in gradu Militis, sive Capellani, aut Servientis Armorum, pollere debent infrascriptis qualitatibus, ultra probationem, quod ille pretendens sit natus intra limites Linguæ illius, aut Prioratus, in quo petit recipi, ut late dicemus infra in §. *Nunc reliquum est*: & primo scilicet, debent esse legitimi, sicuti præscribit *Statutum tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 5.* ibi - *Statuimo, che niuno da qui innanzi sia ricevuto alla Professione, il quale sii nato fuori di legitimo matrimonio, e da Padri non legitimi*. Et aliud *Statutum sub magno Magistro Alosio de VVignacourt, post Ordinationem Capitularem anno 1631. Tit. 2. Del Ricevimento n. 16.* ibi.. *Statuimo, che nell' avvenire non si riceva nell' Ordine nostro in grado di Cavaliere alcuno, che sii nato fuori di legitimo matrimonio. Bulla existens in fine Statutorum juxta impressionem in* Burgo *Novo in Marchionatu di Roccaforte 1719. pag. 29. Magnus Prior Caravita in Compendio Alphabetico Statutorum Ordinis in verbo Illegitimi, Legitimi, & in verbo Ricevimento.*

Quæ Statuta limitantur in Filiis Comitum, aut Dominorum majoris Gradus, & tituli, ut subditur in præallegato *Statuto Tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 5.* Qui Filii Comitum, aut Dominorum Majoris Gradus, & Tituli nati sint ex Patre, Avo, & Proavo Paterno Seculari, & iidem sint Comites, aut Domini majoris Gradus, & tituli: *d Statutum n. 6.* & sint ex Matre ingenua, hoc est libera, & non ex Stirpe, & servili conditione: idem supra allegatum *Statutum n. 7.*

Verum memoratum Statutum sub magno Magistro *VVignacourt* magis arcte loquitur, decernens, quod limitatio Regulæ procedat solum in Filiis Regum, & Principum absolutorum, ut videre est *in d. Statuto n. 16.* ibi - *eccetto i figliuoli delli Regi, e Principi assoluti, o sino Sovrani solamente, escludendo tutti gli altri figli illegitimi, anco de' Duchi, e Pari di Francia, e Grandi di Spagna*.

Hæc tamen limitatio non habet locum in Lingua Alemaniæ, in qua

4. juxta *d. Ordinationem d. Tit. 2. Del Ricevimento n. 17.* statuitur, *quod juxta laudabilem, & antiquam consuetudinem, ab immemorabili tempore in præfata Lingua observatam, ne quis pœnitus in ipsa venerabili Lingua, recipi possit, qui sit extra matrimonium natus, etiam si fuerit cujuscumque Supremi Principis Filius; omnes enim nothos non legitime natos à prædicta Venerabili Lingua perpetuo exclusos esse voluerunt*.. & tradit *d. Compendium Alphabeti cum Statutorum in d. Verbo Illegitimi & Legitimi, & in verbo Ricevimento*.

Cæterum in Ordine Hierosolymitano prohibetur quæcumque dispensatio su-

5. per d. defectu Illegitimitatis, ut in *d. Ord. Capitulari d. Tom. 2. n. 18. in d. Compendio Alphabetico Statutorum in d. Verbo Illegitimi, & Legitimi, ac in Verbo Receptio*.

Vide nostrum Discursum *De Filiis Legitimis, & Naturalibus Tom. 3.*

Licet sine Nobilitatis, & Legitimitatis Probationibus nemo ad hunc Ordinem

6. admittatur, id tamen limitatur, ut diximus, in Filiis Legitimis *dei Duchi, e Pari di Francia, e Grandi di Spagna*. *juxta Resolutionem Concilii 23. Februarii 1653. ab Incarnatione,*

 de qua

de qua magnus Prior Caravita in Compendio Alphabetico Statutorum in Verbo Prove di Nobiltà, e Legitimità.

Secundo admitti prætendentes in quocumque ex tribus Gradibus, debent esse puri sanguinis, hoc est sine macula, & sine ruga descendentiæ a Judæis, Maranis, Saracenis, aut aliis Mahumetanis, & sic in nullo gradu Ascendentium, licet essent filii Comitum, sive aliorum Principum: *Statutum Tit. 2. Del Ricevimento n. 7. Ordinat. Capitularis Tit. 2. Del Ricevimento n. 16. Magnus Prior Caravita in Compendio Alphabetico Statutorum verbo Purità, & Impurità, & verbo Ricevimento,*

Alias nulla admittitur præscriptio, vel lapsus temporis, sed omni tempore

7. nulla esset Professio, & teneretur Habitum dimittere, ac omne restituere, quod a Religione recepisset; *d. Ordinat. Capitul. tit. 2. de Receptione Fratrum n. 16. Compend. Alphabeticum Statutorum in Verbo Purità, impurità,*

Licet enim elapso quinquennio nulla quæstio moveri possit super statu, & receptione, vel gradu Antianitatis in quacumque ex tribus prædictis Classibus Militum, Capellanorum, & Servientium, ut disponit *Statutum Tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 25., & in Ordinat. Capitular. eod. Tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 15.* id tamen limitatur quoad vitium originis à Judęis, Maranis, Saracenis, aut aliis Mahumetanis, respectu enim hujus vitii nulla currit pręscriptio, & semper opponi potest, & judicium ferri licitum est, ut inquit *d. Ordinatio Capitularis d. n. 15. Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Purità, Impurità §. Non ammette prescrizione, & in Verbo Ricevimento, §. Ricevuta vers. e la Descendenza.*

Neque possent Linguæ, nec Priores super tali defectu dispensare, & de cætero gratia nulla esset: *d. Statutum n. 8. d. Ordinat. Tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 16.*

Videatur super prædictis noster Discursus *de' Puritate Sanguinis de Nobilitate tom. 3.*

Tertio Prętendens admitti reiicitur, si in

8. alio Ordine Professionem emisit; & si admitteretur, postmodumque constaret de Professione Religiosa in alio Ordine emissa, privatur Habitu absque spe redeundi: *Statutum tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli n. 9., & 10. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Ricevimento.*

Constat vero, quod anno 1656. quidam

9. Jesuita die 31. Januarii, qui solum tria vota emiserat, non autem Professionem, fuit admissus ad Religionem Hierosolymitanam.

Quarto excluditur ille, qui Matrimonium consumavit carnali copula, ut

10. in *Statuto tit. 2. Del Ricevimento sub n. 1. pag. 7. n. 11. & in Compendio Alphabetico Statutorum in Verbo Matrimonio, & in Verbo Ricevimento. Et in Ordinat. tit. 2. in Interrogatoriis pro Lingua Italia n. 9.*

Imo cautum habetur in Statuto *tit.* 14. *Delle Commende sub n. 6.* quod *Chi averà Figliuoli, non possa conseguire Beni dell' Ordine nostro,* ibi - *Gl' è stato determinato, che il Fratello, il quale prima ch' entrasse nell' Ordine nostro, abbia hauuto Moglie, e di lei habbia generati Figliuoli, i quali dopo che egli aurà fatta professione, & al tempo della promozione siano ancora vivi, non possi in modo alcuno ottenere, & avere l' amministratione de' Priorati della Castellania d' Emposta, e delle Baglive, o siano Commende.*

Quinto non est recipiendus, qui vixit *sceleratamente e malvaggiamente: Statutum*

11. *tutum Tit.* 2. *del Ricevimento n.* 12. *Compendium Alphabeticum Statutor.* in verbo *Ricevimento* §. *Quinto non haver vissuto*: sed debet recipiendus esse *Di buoni costumi ornato: Statutum Tit.* 2. *Del Ricevimento de' Fratelli n.* 16.

Neque ille, qui Homicidium comisit: *d. Statutum d. n.* 12. *d. Compend. Alphabeticum Statutorum in Verbo Homicidio, & in Verbo Ricevimento* §. *Quinto non aver commesso*.

Unde constat ex Sententia Criminali 15. Junii 1720. quod juxta hoc Statutum exclusus fuit Novitius, eò quia criminaliter contra eum processerat Auditor Cameræ Apostolicæ ante suam receptionem in Ordine.

Quod intelligendum est de Homicidio illicito, & peccaminoso, juxta Doctrinam *Suarez de Religione tom.* 4. *Tract.* 10. *lib.* 2. *cap.* 1. quem allegat, & sequitur *d. magnus Prior Caravita in d. Compendio Alphabetico Statutorum d. Verbo Ricevimento* §. *E s'intende*.

Atque ita non comprehenditur Homicidium casuale sine culpa.

Neque Homicidium ad propriæ vitę 12. defensam commissum cum moderamine inculpatæ Tutelæ, ut in individuo adducta *Resolutione Concilii Ordinis* 23. *Novembris* 1649. subdit *d. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Ricevimento vers. E cosi*.

Sexto repellitur ille, qui *è perseguitato dalla Giustizia per qualche misfatto:* 13. *Ordinatio Capitularis Tit.* 2. *Del Ricevimento de' Fratelli in Interrogatoriis pro Italis n.* 8. *d. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Ricevimento* §. *Sesto non esser perseguitato*: ideoque adest Sententia Criminalis 15. Junii 1620. vigore cujus ad formam Statuti exclusus fuit quidem Novitius, contra quem in Tribunali Auditoris Cameræ instructum fuerat Judicium.

Septimo repellitur a consecutione Habitus qui a Tribunali Sacræ Inquisitionis condemnatus fuit ad deferendum Pænitentię Habitum, qui in Lusitania dicitur *di San Beanitto*: *Statutum Tit.* 18. *Delle Prohibizioni, e delle Pene n.* 34. ubi subditur - *e havendolo, non lo possino portare* - *Compendium Alphabeticum Statutorum verbo Ricevimento* §. *Non esser stato*.

Octavo repellitur ille, qui debitis est grauatus: *Statutum Tit.* 2. *Del Ricevimento de' Fratelli n.* 11., *& in* 14. *Ordinat. Capitulari eodem Tit.* 2. *del Ricevimento de' Fratelli n.* 23. *Compendium Alphabeticum Statutor. in verbo Ricevimento* §. *Ottavo non esser aggravato*.

Nono non admittitur ad Habitum in Gradu Militis ille, qui Bona Reli- 15. gionis occupavit, vel illius Patres, & Matres, & sic nemo ex quatuor Familiis occupavit Bona ejus Religionis, Terras, Prædia, Jurisdictiones, aliasve res, nisi prius illa Bona, resque restituerit, super quibus Commissarii se diligenter debent informare: *Statutum Tit.* 2. *Del Ricevimento de' Fratelli n.* 42. *& in Ordinat. eodem Tit.* 2. *del Ricevimento n.* 14. *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Ricevimento* §. *Nono non occupar egli*: ubi, quod non prohibetur Commissio ad faciendum probationes, sed prohibetur Receptio ad Habitum.

Decimo, qui recipi postulat in quocumque ex dd. tribus Gradibus, debet esse 16. sanus corpore, & mente, aptusque laboribus: *Statutum Tit.* 2. *Del Ricevimento de' Fratelli n* 16. ibi *gagliardo, e ben composto di corpo, & atto-*

& atto alle fatiche, di prosperosa sanità, di sano intelletto, e di buoni costumi ornato: *Ordinat. Capitularis Tit.* 2. *n.* 32. *Compendium Alphabeticum* Statutor. in verbo Ricevimento. Ideoque in Statuto pusilli, & ut dicitur *Nani*, non recipiuntur: *Ordinat. Capitularis Tit.* 2. *del Ricevimento de' Fratelli n.* 34. *Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Ricevimento* §. *Che però*.

Et precise agentes de Classe Equitum, 17. qui in gradu Militum ex Justitia ad Habitum Religionis Hierosolymitanę admitti pretendit, preter superius recensita, quæ ut prædiximus, communia sunt omnibus Classibus, ut supra *à n.* 3. *cum seqq.* talis prætendens, obtenta deputatione Commissariorum coram ipsis successive probare tenetur authentice generosam Nobilitatem Nominis, & Armorum quatuor Familiarum, seu laterum, Patris scilicet, Aviæ Paternæ, Matris, & Aviæ Maternæ; inquit enim *Statutum Del Ricevimento de' Fratelli tit.* 2. *n.* 17. quod probare tenetur - *Essere nato di Padri tali, che di nome, e di Armi sino nobili*: ubi in Apostilla marginali subiungit, quod in Textu latino, loco premissæ dictionis *Patris*, dicitur *Parentibus*; sub quo Vocabulo, juxta declarationem habitam à Joanne de Omedes, qui electus fuit magnus Magister die 20. Octobris 1536. obiitque 7. Septembris anno 1553. intelliguntur Pater, Mater, Avi, & Aviæ ex latere Paterno, & Materno, dictaque declaratio habetur in calce *Statutorum sub tit.* 19 *Della significazione delle parole n.* 37. per hæc verba - *Nelle prove de' Fratelli Cavalieri, sotto nome di Parenti, s' intendono il Padre, gli Avi, e le Ave Paterni, e Materni*. Quod etiam concordat cum dispositione legali, & recepta Jurisconsultorum conclusione, juxta quam *Parentes* dicuntur Ascendentes utriusque sexus in infinitum; non autem solummodo ad Tritavum: ad Textum in l. Appellatione ff. de verborum, & Rer. significatione, & de quibus etiam infra.

Quæ quidem Nobilitas debet esse generosa Nobilitas, ita ut universaliter, & ubique locorum, pro Nobili reputetur sine vilium Artium mistura: Ordinatio Capitularis *Tit.* 2. *Del Ricevimento de' Fratelli n.* 7. *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Nobiltà* §. *La Nobiltà dell' Ordine*. *Emus clar. me. Petra ad Const.* 2. *Anastasii II. n.* 31. *Card. de Luca de Regular. Disc.* 61 *n.* 1.

Et sane, ita probanda est Nobilitas, juxta distinctum numerum annorum, atque Ascendentium, & Familiarum, ut mandat *Statutum Ordinis*: *Compendium Alphabeticum Statutorum hujus Ordinis in verbo Nobiltà*.

Imo quoad Linguam nostram Italicam probanda est d. Nobilitas Nominis, & Armorum: unde Commissariis datur pro Italis peculiaris Instructio edita in Capitulo Generali anno 1631. quæ registrata est in præsenti Discursu *sub sect.* 7.

Et hæc Generosa Nobilitas Nominis, & Armorum per cursum bis centum annorum in quolibet ex quatuor lateribus concludenter quoad Italos probanda est, juxta inconcussam etiam praxim, de qua *Micaleff in sum. Equit. Hierosolymitanorum in Verbo Nobilitas n. fin.* laudatus *Dominus Card. Petra ad Const. Apostol. tom.* 2. *pag.* 57. *n.* 30., *& pag.* 60. *n.* 41. *Prior Caravita ad Constit. ejusdem Religionis Hierosolymitanæ tit.* 2. *cap.* 3., & plena sunt Sacræ Rotæ Decisionum Volumina, *ut in Dec.* 113. *cor. Cavaler. in Assisien.* Habitus

28. Ju-

28. Junii 1717. §. *Non deſiderabatur cor. bo. me. Foſcaro*, *In Melevitana Habitus* 12. *Aprilis* 1720. §. *Spectatis cor. R. P. D. Herrera & in Neapolitana ſeu Melevitana Habitus* 11. *Decembris* 1724. § *Siquidem cor bo. me. Cerro*, *& in Melevitana ſeu Crotonen. Habitus* 16. *Maii* 1729. §. *Etenim cor. Cincio*.

Quoad alias Linguas, hoc eſt Nationes, 18. non eſt par in ſingulis probatio Nobilitatis, ſed ſervanda eſt methodus, quam præſcribunt ſtabiſimenta, quę per extenſum in ſect. VII. tranſcribimus in præſenti Diſcurſu, ubi patet agi de Populis Cataloniæ Majoricenſibus, Alemanis Provincialibus trium Linguarum Galliæ, hoc eſt Provinciæ Alverniæ, & Francię, Italiæ, Caſtellę, & Legionis, ac Portugalliæ.

Certum tamen eſt, quod excepta Lingua Italica (in qua, ut præmiſimus, requiritur Nobilitas bis centum annorum) in omnibus aliis Linguis neceſſaria eſt in quatuor Familiis Nobilitatis probatio per annos ſaltem centum, una cum Armis, & Inſignibus Familiarum, cum earum in dictis quatuor Familiis uſu, per dicta Teſtium, vel per Scripturas authenticas comprobata: proinde exhiberi debent in Proceſſu graphice depicta, cum ſuis diſtinctis coloribus, ut diſponit *Ordinatio Capituli Generalis anno* 1631. regiſtrata *in Ordinatiobus d. Capitul. Tit.* 2. *Del Ricevimento de' Fratelli n.* 11. *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Armi* §. *Scudo*, *& in verbo Nobiltà*, & repetimus infra *Sect.* 7. *ſub n.* 15.

In Lingua Alemaniæ Probationes Nobi- 19 litatis pro Fratribus Militibus fiunt non modo juxta Arboris delineationem à Capitulo Provinciali alias tranſmiſſam, verum etiam, quod ipſæ Probationes extendantur, & fieri debeant etiam pro ſexdecim lateribus Aviarum, juxta antiquam, & laudabilem conſuetudinem ejuſdem Venerabilis Prioratus: ſic habetur *in d. Ordinat. Capitulari* 1631. *del Ricevimento de' Fratelli n.* 52.

Cumque pari methodo per ſexdecim latera probanda ſit Nobilitas ab Equitibus Ordinis Theutonici, idcirco Schemata Arboris Genealogicæ cum prædictis ſexdecim Lateribus habentur apud *Raymundum Duellium in Hiſtoria Ordinis Equitum Theutonicorum impreſſ. Viennæ penes Petrum Conradum Monath.* 1727. Part. enim quarta *à pag.* 1. *cum ſeqq.* refert *XXIV. Tabulas Stemmatologicas Inſignium quarumdam Familiarum ordine Alphabetico*, & infra referimus.

Bene, & ſapienter in omni hujus Ordinis Statutorum parte exprimitur, Familias dicto Ordini adſcribendas, eſſe debere Nobiles Nominis, & Armorum, hoc eſt vere Nobiles; per dictionem ſiquidem *Nominis* intelligitur Familia ſuum habens Cognomen, & per dictionem *Armorum*, intelligitur Familia ſtemma Gentilitium habens, nam licet per uſum, vel abuſum, paſſim hodie indiſtinctim Nobiles, & non Nobiles, Nomen, & Arma deferant, ut notat *Auguſtinus Paradiſi in ſuo Ateneo dell' Uomo Nobile* in novam formam redacto ſub titulo *Raccolta di Notizie Storiche Legali, e Morali Tomo quarto Parte quarta cap.* 7. *pag.* 313. *& ſeq juxta impreſſ. Ferrarien. ſumptibus Societatis* 1740.

Qui tamen generalis uſus indiſtinctim habendi cognomen, & Arma, quoad ignobiles, non placet *dicto Auguſtino Paradiſi* loco ſuperius allegato *Par. quarta cap.* 7. *à pag.* 310. *cum ſeqq.* ubi concludit, quod talia Arma vocari non debent Arma Gentilitia;

Certum

Certum est apud omnes, quod vera Nobilitas non datur sine Cognomine, & Armis, hoc est, ut diximus, Gentilitio Stemmate, ut prosequitur laudatus *Paradisius*, ubi supra.

Hinc in omnibus fere Militarium Equestrium Religionum Statutis cautum est, ut Candidatus probare teneatur Nobilitatem Nominis, & Armorum, sicut videre licet in nostris Discursibus etiam in præsenti Volumine, in quibus Statutis injungitur, ut Familiarum Stemata exhibeantur graphice descripta, suisque distincta coloribus.

Qui usus exprimendi cum dictis vocabulis Nobilitates Nominis, & Armorum, ac exhibendi in Processibus Arma graphice picta, desumptus fortasse fuit à moribus, qui antiquis temporibus servabantur. Ut enim quis admitteretur ad Hastiludia, & Torneamenta & ut Nos dicimus, *Giostre, e Tornei*, ostendere tenebatur, esse Nobilem veræ Nobilitatis, & super hoc juridica Documenta ostendere. Mediante itaque sonitu, ut dicunt, *del Corno*, se præsentabat, ut vocant *Al Maestro del Campo*, & aliis Officialibus in loco certaminis, ut ajunt *Lizza*, & exhibebat Arma cum omnibus ornamentis, quæ omnia spatio trium, vel quatuor dierum remanebant exposita, ut Mulieres Nobiles, quas dicimus *Dame*, illa inspicerent: quod si aliqua Nobilis Mulier illa tangeret, declarata remanebat Protetrix illius, cujus erant Arma: Porrò expositio in dicto loco publico Armorum dicebatur, *Far di Finestra*. Recognitis ergo pro solidis dictis Probationibus, & Armis, nomina Pretendentium Tubis publicabantur, & eorum Arma appensa locabantur eodem loco *Della Lizza*; & ita constat, cur vera, & probata Nobilitas dicatur Nobilitas Nominis, & Armorum, & suis picta coloribus Stemmata apponantur in Processibus probationum pro consequendo Habitu Equestri, ad tradita per *Augustinum Paradisi d. tom.* 4. *Par. quarta cap.* 7. *n.* 10. *pag.* 312.. *& seq.*

Et modo in Voluminibus prælo donatis cum non possint Stemmata pingi distinctis coloribus, hinc Auctores apponunt Stemmata Gentilitia, nigro quidem colore extensa, sed juxta Regulas, quas tradunt iidem Scriptores, qui Araldici appellantur, hoc est formantur Stemmata cum lineis diversimode ductis, ac cum Punctis, & per lineas, & Puncta prædicta indicantur colores Stemmatum, de quibus Regulis Nos loquemur in Tabula signata n. 1. ponenda in fine hujus voluminis, in qua exprimetur etiam forma cujuscumque Crucis.

Quemadmodum in secunda Tabula dabitur forma ornamentorum ipsorum Stemmatum juxta Graduum distinctionem.

Cœterum Schema Arboris Genealogicæ per quatuor latera formatur, ut sequitur.

Quo

Moratinus.	Petrus Pavlus.	Joannes.	Jo. Baptista.
Rainerius.	Thomas.	Thomas.	Joseph.
Franciscus.	Lelius.	Bartholomeus.	Jo. Baptista.
Jacobus.	Antonius Torelli.	Alexander.	Joseph.
Franciscus Moratini.	Catharina Torelli.	Bartholomeus Monsignani.	Margharita Albicini.

Jacobus Moratini. — Maria Christina Monsignani.

Valerianus Joannes Moratini
Prætendens.

Quos

Quo vero ad formandam Arborem Genealogicam
per sexdecim latera, juxta morem
Linguæ Teuthonicæ hic datur alterum Schema:

Jacobus ab Attimis Baro,
Catharina a Freisach,
Gaspa. rus Breiner Baro,
Eleonora Villingerin Baronissa.
Gaspa rus D. Bertis
Anna Capella Baronissa,
Joannes Jacobus Zernoza de Polt Castro.
Thadea a Dorinberg.
Hermannus ab Attimis Liber Baro,
Ursula Breinerim,
Tranquillus De Bertis
Benigna Zernoza.
Ferdinandus ab Attimis S. R. I. Comes
Ursina de Bertis A Bertisseck.
Maximilianus Fraampana,
Sacri Romani I

Nunc

Nunc loquamur de petente admitti in
20. Classem Fratrum Capellanorum. Duplex autem est Capellanorum Gradus: alii quippe sunt Capellani Conventuales, alii Capellani obedientię, hoc est Sacerdotes recepti pro servitio Ecclesiarum Commendarum: *Statut. Ordinis tit. 2. n. 2., & 29. Del Ricevimento de' Fratelli: d. Prior Caravita in Compendio Alphabetico Statutorum in Verbo Capellani.*

Capellani ergo Conventuales dicuntur Fratres Capellani ex justitia, quia fa-
21. ciunt probationes juxta præscriptum Statutorum, ad ea quæ tradit *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordinum Equestrium.*

Dicti Fratres Capellani, cum per Urbem incedunt, ut cœteri Ecclesiastici induti sunt; solummodo eos distinguit Habitus Ordinis, qui ut diximus, in delatione Crucis octogonæ ex tela alba consistit, quam Crucem deferunt assutam parti sinistrę Vestis, seu Pallii; in Ecclesia autem *Rocbettum*, ut dicitur, ex tela alba, & antiquitus super eundem deferebant Mozettam, ut vocant, nigri coloris, in qua Crux antedicta aderat: sed tempore magni Magistri Raymundi de Perellos de Rocafult fa. me. Clemens Papa XI. ad preces dicti magni Magistri indulsit sexaginta Capellanis dicti Ordinis facultatem gestandi d. Mozettam violacei coloris, cujus Fimbrię rubro terminantur, cum Bireto Sacerdotali, ut tradunt *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ord. Eq. n. 62. Collector Gallus d. Tom. 2. pag. 235. d. Pater Joseph Franciscus Fontana Cong. Matris Dei Mediolanensis in d. sua Historia omnium Ordinum Gallica lingua scripta, & per eundem in Italicum Idioma translata Tom. 3. cap. 13. pag. 226. juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani* 1738. qui Scriptores *Bonannus, & Collector Gallus* referunt etiam figuram d. Equitis Melitensis Ecclesiastici ex d. Classe Capellanorum cum dicta Veste induti.

Dictus autem *Collector Gallus, & d. Pater Fontana* subdunt, quod prænominati antedicto Privilegio Clementis XI. utuntur solum illi, qui Melitæ resident, non extra, quodque cum aliqui in Galliarum Regno adhibere voluerint, illis se opposuit Archiepiscopus Aquensis, vulgo *Aix* in Provincia, vulgo *Provence*.

Sane qui in hac Religione, admitti cu-
22. pit in quocumque Gradu Capellanorum, necesse est verificentur in illo requisita, quę superius enumeravimus à §. *Verum ut Commissarii* cum §. seqq.

Cautum fuit in Generali Capitulo habito
23. anno 1631. quod non possent recipi Sacerdotes, Diaconi. & Subdiaconi, usque ad proximum Capitulum Generale, sed solum Clerici usque ad numerum viginti unius, qui non sunt ætate minores decem annorum, nec majores quindecim, quos inter septem sint Galli, quinque Itali, sex Hispani, tres Alemani, dummodo nati sint intra limites linguæ, in qua recipiendi sunt, ut in Capitulari Ordinatione *Tit 2. Del Ricevimento n. 45., & 53. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Capellani*; neque possunt ad Sacros Ordines promoveri, nisi completo anno vigesimo, ut disponunt etiam Canonicæ Constitutiones.

Quod si non sint capaces Sacerdotii,
24. reducantur ad statum Fratrum Servientium, ut in Ordinatione Capitulari *tit. 3. Della Chiesa n. 20. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Capellani §. E se non sono capaci.*

Suffultus prædictis Requisitis, petens ad-
25. mitti ad Gradum Capellani Conventualis, ut Voti compos fiat, adire debet Priorem, & Capitulum Provinciale, vel Assemblæam, intra cujus limites natus est, & obtinere ab eis Commmissarios pro conficiendis Probationibus ad eorundem receptionem necessariis, juxta *Statutum tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 19. 20. & 21.* Porro Commissarii ad Probationes conficiendas debent
26. deputari juxta methodum traditam superius, ubi egimus de Commissariis obtinendis pro confectione Probationum pro Militibus.

Quippe, nec in receptione Cappellanorum, nec Servientium Armorum potest concedi Gratia de Liminibus, hoc expresse vetitum est in superius adducta *Ordinatione Capituli Generalis sub tit. 2. Del Ricev mento de' Fratelli n. 45. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Limiti.*

Confectis Probationibus, debent præ-
27. sentari Capitulo, aut Assembleę, ut legantur, approbentur, vel reiiciantur, ac tandem transmitti debent Melitam in Conventu, solemnibus, & authenticis Instrumentis ad formam Statutorum superius allegatorum.

Probationes autem specifice pro admis-
28. sione eorundem Cappellanorum fieri debent super eorum Legitimitate, & insimul, quod eorum Avi, & Aviæ Paterni, & Materni nati sint ex legitimo Matrimonio, ut disponitur in *d. Statuto tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 18.*, & latius in *Ordinatione Capitulari anno 1631. tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 43.*, *ac in Compendio Alphabetico Statutorum in verbo Capellani §. Provano i Requisiti vers Poichè*, *& allegata* Dec. 674. *coram Pamphilio Dec. 614. coram Manzanedi*, firmat *eadem Rota Dec. 184. n. 2. cor. bo. me. Lancetta.*

Probari debet natos esse ex Parentibus
29. probis, & honoratis, & esse versatos in officiis liberalibus, nulli unquam in vili exercitio servisse, neque ipsos, neque suos Parentes, hoc est Patrem, & Matrem propriis manibus laborasse in sordidis Artibus, & mecanicis, ut loquitur *Statutum d. Tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 18. Ordinatio Capituli Generalis Tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 43.*, *& in Compendio Alphabetico Statutorum in verbo Capellani Conventuali: Eminentissimus Petra ad Constitutiones Apostolicas Tom. 2. ad Constitut. 2. Anastasii Quarti sect. 2. sub n. 31. Rot. cor. Pamphilio Dec. 654. ibiq. Addit. n. 10.*

Excipiuntur tamen illi, qui vel in Ar-
30. mis, aut in honoratis servitiis, favore Ordinis insignes se reddiderunt: *Statutum Lib. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 18.*

Et quod in Fratribus Capellanis suffi-
31. ciat Nobilitas particularis loci, in quo ortum habuerunt: *d. Eminentissimus Petra ad d. Constit. 2. Anastasii IV. sect. 2. sub n. 31.* in Discursu enim de Nobilitate discrimen ostendimus inter Nobilitatem Generosam, quę universalis dicitur, & simplicèm Nobilitatem localem.

Debet etiam prius per Assemblęam Ca-
32. pellanorum approbari, & de ejus sufficientia cognosci, pro qua approbatione sufficit, quod tres partes Assembleæ talem acceptaverint, & judicaverint habilem, & idoneum, & sufficientem, & alia quarta Pars dissentiens non potest talem impedire, sed pro acceptato, & admisso habetur, juxta allegatam *Ordinationem d. Capituli Generalis anno 1631. tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 42.*

Com-

Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Capellani.

Hęc autem approbatio d. Assemblææ cum 33. tribus quartis Votorum, non requiritur, nisi pro sufficientia Litterarum, & Cantus dumtaxat, ut *Prior Caravita in d. Compendio Alphabetico Statutorum in Verbo Capellani vers. Devono essere approvati, & cum Michalef. in Verbo Capellanus, ac d. Caravita super Statut. de recept. Fratr. cap. 1.* firmat *Rota d Decis.* 1084. *n.* 19. *cor. bo. me. Lancetta.*

Hinc à rejectione facta per dictam Assemblæam 34. quoad Litteraturam, & Cantum datur Appellatio, & quidem ad Concilium Ordinarium; nam cum memorata *Ordinatio Capituli Generalis d. tit.* 2. *Del Ricevimento de' Fratelli n.* 42. exquirens approbationem Assemblęæ, ulterius non progrediatur, censetur casum rejectionis reliquisse sub Juris dispositione, qua attenta, cuique licet appellare ab injusta reprobatione, ut apposite relatis exemplis, in puncto ratiocinatur *Rot. d. Decis.* 1084. *n.* 17., *& seqq. cor. bo. me. Lancetta.*

Reliquum est, ut aliqua notabilia recenseamus quoad Capellanos obe- 35. dientiæ, qui ut antecedenter innuimus, considerantur, & habentur veluti uniti, & additi Classi Capellanorum Conventualium, ut bene monet præallegatus Auctor Anonymus, Eques tamen Professus in Religione Hierosolymitana in suo Libello, cui Titulus - *Breve particolare Istruzione del Sacro Ordine Militare degli Ospitalarj; detto hoggidì di Malta impress. Patavii Typis Joseph Comino* 1724. *cap.* 7.

Ex Capellanis obedientiæ, alii sunt Capel- 36. lani obedientię Magistralis, alii Prioralis. Magistralis obedientiæ Capellanorum receptio fit mediante S. Sedis Apostolicæ dispensatione; cum enim in Ordinatione *Capitulari Tit.* 2. *n.* 14. prohibitum fuerit indulgere Gratias delationis Habitus obedientię contra formam Statuti, dictique Capellani minime comprehendantur in ullo ex tribus Gradibus, quibus Ordo Hierosolymitanus constat *ut in Statuto Tit.* 2. *Del Ricevimento n.* 2. sequitur, quod nonnisi Apostolicæ Sedis auctoritate recipi possint, ut ratiocinatur *d. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Capellani* §. *Capellani di Obedienza Magistrale.*

Necesse est autem, ut Admittendus probet requisita necessaria, & ad confi- 37. ciendum hujusmodi Probationes magnus Magister duos Commissarios deputat in Conventu, & unum solum extra Conventum, ut notat *d. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Capellani* §. *Capellani d. Obedienza, vers per prova.*

Requisita autem probanda, sunt Legitimitas, quod originem a Judæis, 38. Infidelibus, & Saracenis non trahat, quod non mecanicam exercuerit artem, quod in alieno Ordine Professionem non emiserit, quod non comiserit homicidium, quod non vixerit scelerate, per copulam carnalem quod non consumaverit Matrimonium, quod non sit ære alieno gravatus: *d. Ordin. Capitul. Tit.* 2. *del Ricevimento n.* 14. *d. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Capellano* §. *Capellano di obedienza Magistrale.*

Debet solvere pro *Passagio* scuta cen- 39. tum auri de Tarenis quatuordecim: *d. Ordinatio Capitularis tit.* 2. *Del Ricevimento n.* 15.

Prioralis vero obedientię Capellani, ut jam præmisimus, sunt Sacerdotes 40. recepti pro servitio Ecclesiarum Commendarum. Pollere isti debent quali-

qualitatibus, quas referemus, easque justificare antequam admittantur. Porro requisita sunt pene eadem, quæ necessaria sunt pro admissione Capellanorum Conventualium, quæ superius retulimus, hoc solum excepto, quod isti Capellani obedientiæ, ultra propriam legitimitatem, non tenentur probare Avorum, & Aviarum legitimitatem, prout illam pro-
41. bare tenentur Fratres Capellani Conventuales, vigore allegatæ Ordinationis Capitularis *Tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 43.* Hęc quippe Capitularis Ordinatio solum loquitur de Capellanis Conventualibus, & ita servat Religio, ut advertit *d. Prior Caravita in Compendio Alphabetico Statutorum in verbo Capellani §. Provano i requisiti.*

Particulariter itaque dicti Capellani obedientiæ debent probare, non exer-
42. cuisse artem mecanicam, juxta *Resolutionem Capituli Equitum 6. Novembris 1641.* quam allegat *d. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Capellani §. Provano i Requisiti vers. Loro requisiti.* Debent esse Sacerdotes bonæ probatæque vitæ, ac morum, debentque ab eorum Ordinariis approbari: *d. Ordinatio Capitularis tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 44. d. Compendium Alphabeticum Statutorum in d. Verbo Capellani §. Provano i requisiti vers. Esser Sacerdoti.*

Qua propter declarata fuit nulla profes-
43. sio facta à Capellano obedientiæ in Commenda Marsalę, veluti emissa de tempore, quo ipse erat excommunicatus, ut constat *ex Decreto 10. Julii 1620.*

Dę tacita Professione horum Capella-
44. norum obedientiæ Prioralis, illamque emissam fuisse, late agit, & ostendit *Rota in Decis. 334. p. 14. rec.*

Notandum, quod Fratrum Capellanorum
45. obedientiæ Prioralis spolium spectat ad Commendatorem, *ne' cui Priorati Bagliaggi, e Commende averanno avuto lo Staggio, o sia Residenza*, ut loquitur *Statutum del commun Tesoro tit. 5. n. 30. Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Cappellani vers. Il loro spoglio.*

Et quod Frater Capellanus obedientiæ
46. professus in Religione Hierosolymitana, ex Statuto Religionis tenetur reservare bona Commendatori Commendæ, cui inserviebat, ut plene firmat *Rot. d. Decis. 334. p. 14. rec.*

Equitum, & Capellanorum obedientiæ
47. Magistralis, qui fuerunt admissi cum facultate Apostolica, sine qua pro non receptis habentur, spolia ex consuetudine spectant ad magnum Magistrum: *Compendium Statutorum in Verbo Spoglio.*

Tertia Classis est Servientium Armo-
48. rum: ergo agamus de petente admitti in Classem Servientium, quæ Classis bifarie dividitur, in Servientes nempe Armorum, & Servientes Officii, ut videre est in *Statuto Del Ricevimento de' Fratelli tit. 2. n. 2.* ibi: *Serventi d'Arme, cioè ricevuti in Convento, e Serventi di Staggio, o sia Ufficio:* & tradit *Pater Andreas Mendo de Ordinib. Milit. Disq. 1. quæst. 5. n. 114. Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equest. n. 62. Auctor Anonymus in Libello - Breve particolare Istruzione del Sagro Ordine Militare degli Ospitalarj cap. 7. pag. 25.*

Cœterum Servientes Officii, & ut vo-
49. cant *Frati di Staggio*, fuerunt penitus extincti in Ordine Hierosolymitano, vigore Decreti editi in Capitulo Generali habito tempore magni Magistri Antonii de Paola anno 1631. & registrati *sub Tit. Del Ricevimento de' Fra-*

Fratelli tit. 2. n. 3. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Servienti.

Servientium Armorum receptio in Lingua Italica prohibita fuit in Capitulo Ge-
50. nerali tento anno 1631. usque ad aliud proximum Generale Capitulum, sicuti legitur in Ordinationibus memorati Capituli Generalis sub *tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli n. 25. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Servienti §. In Italia.*

Ut autem quis admittatur ad Gradum Servientis Armorum, debet justifica-
51. re ea omnia Requisita communia, quæ late superius enumeravimus, debetque obtinere deputationem Commissariorum, eo modo & forma, quam supra exposuimus, agendo de Commissariis ad faciendum Probationes pro Capellanis Conventualibus: atque ita in nulla Lingua recipi debent, nisi nati sint intra limites Linguæ, aut Prioratus in quo petunt admitti: *Ordinat. Capituralis d. tit. 2. n. 45. Del Ricevimento de' Fratelli: Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Limiti, & Verbo Servienti.*

Neque Capellanis, ac Servientibus Armorum concedi potest Gratia de Limitibus: *Ordinatio Capitularis d. tit. 2, del Ricevimento de' Fratelli n. 45. d. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Limiti, & in Verbo Servienti §. E in veruna Lingua.*

In Capitulo Generali habito anno 1552. de quo *Parte Secunda fol.* 26. fit mentio Fratris Servientis recepti sine limitibus.

Debent etiam probare legitime natos esse *di Padri da bene, & onorati, ed*
52. *essere pratici ed esercitati in Uffizi Liberali, non haver mai servito ad alcuno, e non haver mai, ne egli, ne suoi Padri, cioè Padre, e Madre con le proprie mani lavorato in sordide arti e mecaniche, eccettuando però coloro, che nell' Armi, overo in servigi onorati dell' Ordine nostro, si saranno segnalati*, quemadmodum legitur *in Statuto Tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 18. cujus Statuti observatio iniungitur in Ordinat. Capitulari sub anno 1631. Tit. 2. Del Ricevimeoto de' Fratelli n. 43.*

Insuper probare debent, quod etiam *li loro Avi & Avie Paterni e Ma-*
53. *terni fino nati di legitimo Matrimonio: d. Ordinat. Capitular. d. Tit. 2 Del Ricevimento De' Fratelli n. 43.*

Nemo potest recipi qui sit Descendens à Judæis, Maranis, Saracenis, Mahume-
54. tanis, super quo nulla unquam prorsus præscriptio obstat: *Ordinat. Capitularis Del Ricevimento de Fratelli Tit. 2. n. 15. & 16.*

Ut diximus, ad suscipiendum Habitum in Gradum Militum, aut Capellano-
55. rum Conventualium, nemo admittitur extra Conventum; nemo pariter admittitur ad Habitum Servientium Armorum, & qui secus fecerit, omnem antianitatem acquisitam perdit: sic statuit *Ordinatio Capitular. d. Tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli n. 12.*

Hodie tamen conceditur ex Gratia: Capitulum quippe rursus indulsit auctoritatem Linguis, & Prioratibus nonnullas Gratias concedendi, concurrentibus duobus tertiis suffragiorum, ac confirmatione Concilii completi, quoties tamen concurrant *li tre Quarti de' Voti di esso Consiglio*, alias concessa non intelligitur Gratia.

In admissione autem ad Professionem tam Capellanorum, quam Servientium Armorum, & Officii, non ornantur Insignibus Militaribus: sic

cavetur

cavetur *Statuto sub Tit. Del Ricevimento de' Fratelli Tit. 2. n. 3.* ibi *Però i Capellani, i Serventi d' Arme, e d' Ufficio, non è necessario, ornargli di tali Insegne Militari, e ciò non è in uso, ne è stato ordinato, mà senz' altro s' amettano alla Professione nel grado loro.* Vide Discursum nostrum de Professione.

Crucem octangularem ex tela linea alba deferunt Servientes Armorum eo
56. modo, & forma, quam deferunt Milites, juxta ea quę inferius tradimus in §. quoad Servientes. Unde non subsistit, quod d. Cruci dempta sit pars superior, licet id scribat *d. Abb. Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari Parte Prima d. cap. 21. pag. 213. Bonannus n. 61.* Nam liquet, quod discusso Articulo in S. Rotę Tribunali super magnitudine Crucis Servientium Armorum, ratione ostensum fuit, nullum adesse discrimen cum Cruce Militum, sicut recognosci potest ex subsequenti paragrafo.

Et patet ex Epistola, quam Vir Nobilis, & Patricius, Eques Frater Pa-
57. pirius Bussi Hierosolymitanæ hujus Religionis Bajulivus ter emeritus scribit Domino Marchioni Andreæ Albicino, Sanguine, & moribus revera viro Nobili, & Patricio, quique super hoc Puncto nostram ad petitionem Votum expostulaverat tenoris sequentis.

Illustriss. Sig. Sig. e Prõn. Col.

„ Posso con poche righe adempire
„ a quanto V. S. Illustrissima si
„ è compiacciuto comandarmi, per so-
„ disfare a cotesto Monsignore Ves-
„ covo, che con molta ragione ha du-
„ bitato di quanto asseriscono il Giu-
„ stiniani, & il Bonanni, circa la
„ forma della Croce di Tela, che
„ portano sù l' Abito li Serventi d'
„ Arme della mia Religione, men-
„ tre posso dirle, esser la stessa,
„ che portano i Cavalieri di Giusti-
„ zia, onde non ho che aggiungere,
„ se non rinovare a V. S. Illustris-
„ sima la mia devota osservanza,
„ con la quale mi rassegno.

Di V. S. Illustrissima

Roma 23. Gennajo 1745.

Sig. March. Andrea Albicini Forlì.

Dev. Obb. Serv. e Zio Fra Papirio Balì Bussi.

Dum hæc scripta revidemus, secuto obitu Excellentissimi Domini Ducis Palumbaræ Castellani Castri Sancti Angeli de Urbe, in præclaro ejusdem Castellaniæ munere successit die quarta Septembris currentis anni 1752, omnium plausu pręlaudatus Dominus Frater Papirius Bussi Bajulivus Hierosolymitanus, quem alias Sanctissimus Dominus noster felicissime Regnans Benedictus Papa XIV. Coadiutorem constituerat sub anno 1747.

Servientes Armorum deferre possunt
58. Crucem ex lino albo, eo modo, & forma, quam supra ostendimus; Crucem vero auream, aut deauratam gestare non possunt sub pœna, si Commendatarius fuerit, amittendi fructus Commendæ per biennium, toties quoties fuerit convictus, aplicandos communi Ærario, & si Frater Conventualis fuerit, sub pœna amittendi duos annos Antianitatis in favorem Filiorum Arnaldorum, ut legitur in Ordinationibus Capituli Generalis anno 1731. sub *Tit. 2. Del Ricevimento n. 51. Delle Proibizioni, e Pene Tit. 17. n. 25.* ubi subditur

ditur, *quod magnus Magister usque ad proximum futurum Generale Capitulum (atteneo consensu per suam Eminentiam praestito) licentiam deferendi Crucem auream Fratribus Servientibus Armorum concedere nequeat.*

Debent vero iidem Servientes Armorum, quandocumque aliquem actum,
59. contractum, seu Instrumentum inierint, rogaverint, sive stipulaverint, Gradum suum exprimi facere, licetque cuicumque Fratri Ordinis, qui invenerit contrafacientes, capere informationem propria auctoritate, & certiores de ea facere magnum Magistrum, ac Concilium ut eorum arbitrio puniantur: *dd. Ordinationes Capituli Generalis anno 1631. sub Tit. Delle Proibizioni, e Pene Tit. 17. n. 25. Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo. Serventi S. Devono.*

Solent magni Magistri decorare Fratres Servientes Insigniis Militaribus, eosque Equites Magistrales armare,
60. tuncque deferre possunt absque licentia Crucem auream.

Licet in Ordinationibus Capituli Generalis habiti 1631. *Tit. 7. Del Consiglio n. 12.* fuerit resolutum, quod Fratres Capellani, ut diximus, & Servientes Armorum non habent Votum in Deliberationibus, quae in linguis, & Prioratibus habentur in materia probationum Nobilitatis, sed solum Votum praestant Fratres Equites, ut alias statuit Ordinatio Capituli Generalis habiti anno 1631. *Tit. 7. Del Consiglio n. 12.*

Attamen dicta Ordinatio sublata fuit, & revocata, firmumque est, Capella-
61. nos, & Servientes Armorum super revisione Probationum Nobilitatis in Linguis, & Prioratibus suffragium praestare, juxta Decisionem *Sacrae Rotae Parte 7. rec. Dec. 13.* de qua meminit *Compendium Alphabeticum Statutorum d. Ordinis Hierosolymitani compilatum per Priorem Caravitam in Verbo Prove di Nobiltà, e Legitimità vers. Sopra le quali*, meminitque etiam Apostilla marginalis apposita in d. Capitulari Ordinatione, juxta compilationem, & impressionem Statutorum novissimam in Burgo Novo anno 1718. Typis Antonii Scionici.

Ad conficiendos Rotulos Linguarum pro Capitulo Generali, deputantur Tres Fratres Milites, & unus Frater Capellanus, aut Serviens: quo vero ad approbationem eorundem Rotulorum in Lingua, Fratribus Capellanis, & Servientibus fas est dicere id omne, quod sibi videbitur conducere ad utilitatem Religionis, sicuti fas est Fratribus Militibus: sic statutum fuit in *Ordinationibus Capituli Generalis habiti anno 1631. Del Capitolo Tit. 6. n. 3.*

Tenentur quoque Servientes Armorum ad facienda Melioramenta, & Cabrea-
62. um, sub iisdem poenis, quas Capellanis iniungit *Ordinatio Capitularis anno 1631. sub. Tit. 13. Delle Commende n. 26.* ut supra de ipsis Capellanis loquendo diximus.

Ex Classe Servientium Armorum eligitur, ut vocant, *Il Maestro Scudiere*,
63. deputatus, ut exequi faciat Ordinationes Superioris, & Concilii, sicut notat *Auctor Anonymus* in pluries allegato Libello *Breve Particolare*
64. *Istruzione del Sacro Ordine Militare degli Ospitalarj detto hoggidì di Malta ec. stesa da un Cavalier Professo della medema Religione impressa Patavii 1724. cap. 7. pag. 25.*

In Magistrum autem Scutiferum Marescallus magno Magistro, & Concilio praesentat Servientem suae Linguae ex con-

consuetudine, & magnus Magister eligit il sotto Maestro solummodo notificando Concilio: *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Maestro Scudiero, sotto Maestro, e Prodomi del Maestro Scudiero.*

Antiquitus Servientes Armorum varia
65. poterant exercere munera, ver. grat. ut dicitur *L'Officio dell' Arsenale, e del Granaro*, ut videre est in *Statuto tit. 12. Dell' Ufficio de' Fratelli n. 2.* poterant esse Thesaurarii: *Statutum tit. 10. de' Baglivi n. 29.*, & clarius in *Ordinat. Capitul. tit. 9. de' Baglivi n. 6.* Conservatores Conventuales: *Statutum. tit. 9. Del Tesoro n. 55.* ab Hospitalario poterat eligi *l'Infermiere*, etiam ad exclusionem Equitum: *Ordinat. Capitul. tit. 4. Dell' Ospitalità n. 2.* juncto *cap. 1604.*, de quibus omnibus loquitur *Compendium Alphabet. Statut. in Verbo Serventi.*

At hodie excluduntur à prædictis Officiis Servientes Armorum, quemadmodum constat ex Statutis de novo compilatis, & Ordinationibus Capitularibus, ut in *Ordinat. Capitular. tit. 9. de' Baglivi n. 6 dell' Ospitalità tit. 9. n. 2., & d. cap. 1604.*, & ex Statut. *tit. 10. de' Baglivi n. 23.*, & tradit. *d. Compendium Alphab. in d. Verbo Serventi, & in Verbo Infermiero vers. Poteva essere anco, & vers. seq.*

Poterant demum Servientes Armorum
66. esse Ephæbi magni Magistri; sic enim disponebat *Statutum tit. 2. Del Ricevimento n. 13.*

Verum in nova compilatione Statuto-
67. rum fuit revocatum, ita testante *d. Compendio Alphabetico Statutorum in Verbo Serventi §. Rivocato, in Verbo Infermiero §. Deve essere Cavaliero.*

Superest, ut agamus de Equitibus Magi-
68. stralis obedientiæ, de quibus supra meminimus, & ex devotione: magnum quippe Magistrum pollere facultate creandi nonnullos Equites Magistralis obedientiæ suæ, liquet ex *Ordinatione Capitulari tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 14. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo magnus Magister §. Gran Maestro, e sue Prerogative di far Ministri, e Cavalieri vers. Può far Capellani, e Cavalieri Magistrali.* Siquidem in dicta Ordinatione Capitulari, prævia revocatione omnium concessionum, & gratiarum Personis Secularibus, deferendi Habitum Ordinis prætextu devotionis, vel de obedientia, etiam à Conciliis completis retentionum concessarum, expresse reservatur, magno Magistro facultas creandi quatuor Equites Magistralis obedientiæ; sic enim loquitur *d. Ordinatio Capitularis d. n. 14.* ibi - *Revocaverunt, & revocant omnes gratias, & concessiones deferendi Habitum Ordinis nostri sub prætextu devotionis secularibus Personis, cujuscumque qualitatis, & conditionis existentibus forsan factas à præsenti Generali Capitulo, vel faciendas in Conciliis completis retentionum, atque etiam revocaverunt, & revocant quamcumque gratiam, & facultatem suscipiendi Habitum obedientia per præsens Generale Capitulum contra formam Statutorum concessam, vel à Conciliis completis retentionum concedendas; reservantes tamen, prout reservaverunt, ac dederunt Eminentissimo Domino magno Magistro moderno, ut possit conferre quatuor personis sibi benevisis Militarem Habitum sua obedientia Magistralis, dummodo ex eis duo dumtaxat sint Italicæ Nationis.*

Ut autem dictum gradum rite conse-
69. quantur, debent suas probationes facere super infrascriptis requisitis, quæ

quæ enumerat *d. Capitularis Ordinatio que dicto n.* 14. sic prosequitur - *Conficiantque omnes eorum legitimitatis probationes, quod non commiserint homicidium, aut flagitiose vixerint, matrimonium per carnalem copulam non consumaverint, in alieno Ordine professionem nequaquam fecerint, Ære alieno non sint gravati, neque à Judæis, Saracenis, aut à Fide nostra alienis originem ducant, nullamque Artem, seu exercitium sordidum, aut mecanicum exercuerint.*

Debebant prætera solvere pro eorum 70. Passagio scuta centum auri de tarenis quatuordecim, ut loquitur allegata Capitularis Ordinatio ibi - *Solvatque unusquisque, ut prædicitur recipiendus, nostro communi Ærario scuta centum auri de' Tarenis quatuordecim pro ejus Passagio.*

Sed modo auctum fuit ad scuta bis centum similia per Decretum *Concilii 26. Maii* 1680. de quo loquitur *Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Passaggio S. Passaggio de' Cavalieri, e Capellani Magistrali. Apostilla marginalis in d. Ordinat. Capitulari n.* 14. & diximus supra de Taxa Passagii agentes.

Disputant proinde Scribentes, an prædicti Equites Magistralis obedientiæ, sint, & dicantur revera Religiosi, & teneantur ad Novitiatum, juxta formam S. C. T., & alia quoad Regulares. Affirmativam sustinet *Pignatel. Consult.* 123. *tom.* 9.

Sed negativa est verior, scilicet non 71. esse veros Religiosos, sub ea evidenti ratione, quod cum absolutum sit apud omnes, nullum cœtum, sive Congregationem esse veram Religionem, nisi adsit Sedis Apostolicæ confirmatio: & hæc cum omnino deficiat quoad dictos Equites Magistralis obedientiæ, quia sunt extra triplicem speciem Fratrum, quas Summi Pontifices præscribunt, & explicant in approbatione Religionis Hierosolymitanæ, de plano sequitur, quod esse non possunt vere Religiosi, licet emittant vivendi Vota sub laudabili instituto; nam dici nequit Vota fuisse emissa sub Religiosa qualitate, ut in terminis egregie demonstrat *Eminentissimus Petra ad Constitut. Apostolicas tom.* 2. *ad Constitut.* 2. *Anastasii IV. sec.* 2. *n.* 25., & *seqq.* ubi reprobat *d. Pignatell.* materiam hanc confundentem: *Card. de Luca de Regular. Disc.* 61. *n.* 5. *S. Rot. Dec.* 15. per totam *p.* 11. *rec.*

Professio itaque ab his obedientiæ Militibus, non obligat eosdem nisi eorum 72. Institutio approbata fuerit per Sedem Apostolicam, aut magnus Magister obtinuerit facultatem pro dicto effectu, ut sequendo *Card. de Luca de Jurisdic. Disc.* 92. *n.* 15. *vers. Quod in proposito*, & *d. Decis.* 15. *n.* 25. *p.* 11. *rec.* aliosque prosequitur *d. Eminentissimus Petra d. tom.* 2. *ad Constitut.* 2. *Anastasii IV. sect.* 2. *n.* 25.

Jam vero nostros de hac materia Discursus claudamus, breviter recensentes narrationem de Equitibus ex devotione, ac de honoraria Hierosolymitanæ Crucis delatione, referendo tandem responsiones ad nonnulla dubia super Equitibus, ac Fratribus ex tribus recensitis Classibus.

Quatenus igitur spectat ad Equites, 73. quos nuncupant Devotionis, exploratum est, quod Secularibus Personis, nisi facta expressa Professione, emissisque tribus Votis, Habitum integrum gestandi facultas indulgeri non potest, atque ita Habitus ex Devotione non potest concedi, neque à Conciliis completis retentionum, exceptis

tamen

tamen Personis majorum Principum, qui in suis Dominiis sint absoluti, ut inquit *d. Ordinatio Capitularis tit.* 2. *Del Ricevimento n.* 13., & 14. *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Cavalieri §. Cavalieri di Devotione*.

Quod si contigerit alicui quocumque modo concedi d. Habitum ex Devotione, is debet conficere Probationes, se ex Nobilibus Paterna, Maternaque Familiis, & ex legitimo Matrimonio procreatum, nullamque à Judæis, Saracenis, aut aliis Mahumetanis, originem trahere, teneturque pro Passagio solvere communi Ærario quatuor mille scuta auri de tarenis quatuordècim. *d. Ordinatio Capitularis d. n.* 13. *d. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Cavalieri d. §. Cavalieri di Devotione*. 74.

Hodie tamen, mediantibus Summi Pontificis Apostolicis Literis in forma Brevis, recipiuntur tum Equites, tum Capellani magistralis obedientiæ, qui pro eorum Passagio solvunt scuta bis centum tarenorum 14. monetæ Siculæ, vigore *Decreti Equitum die* 26. *Maii* 1680. *Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Cavalieri §. Cavalieri Magist.*, cujus formula datur in calce sub litt. A., ubi Auctoritate Papali creantur Equites Milites ex devotione: ipsi Nobiles Ecclesiastici Prælati &c. debent probare illa quæ probari debent à Capellanis Magistralibus. 75.

Requisita autem sunt eadem, modusque illa, probandi est idem, ac servatur ab iisdem Capellanis Magistralibus, ut notat *d. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Cavalieri §. Cavalieri Magistrali*.

Potest quidem magnus Magister facultate habita à Concilio Ordinis rationabili concurrente causa indulgere Viro Nobili, ut parvam Crucem auream ad figuram Habitus Hierosolymitani collo appensam devotionis gratia gestare, & deferre valeat, & plenam facultatem concedere, & elargiri: nec non de omnibus Indulgentiis, & Gratiis Spiritualibus, quibus ex Gratia Sanctæ Sedis Apostolicæ fruitur Ordo, participare valeat, sicut & de Missis, quæ in Ordine celebrantur, ac de Precibus, quę fiunt in Ordine, & in fortioribus terminis de Nobili Viro Ordinis Hierosolymitani Novitio; jam inter Fratres Milites recepto, qui obsequendo Mandatis magni Magistri, & Religionis, se ad Melitam Insulam detulerat, contra quam Insulam Turcæ insurgere, & aggredi minabantur, ad cujus defensam idem Vir Nobilis, & Eques Novitius sua virtute, & Nobilitate excitatus, prompte occurrit, ob quæ huic magnus Magister, utendo facultate sibi à Concilio attributa, indulsit, ut si statum mutare voluerit, auream Crucem deferre valeret, juxta tenorem Indulti favore Equitis Moratini in calce relati *sub litt. K.* de quo Equite Moratino loquimur *sect.* 7. *n.* 29. 76.

Sic pariter Equites *di Gratia* aut Equites *di Gratia di Lingua*, prout illos vocat *Ordinatio Capitularis tit.* 5. *del commun Tesoro n.* 13. nullam probationem faciunt *di Cavalier di Giustizia*, ut recipi possint, sed ad eorum receptionem necessarium est, ut accedat dispensatio Apostolica: *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Cavalieri §. Cavalieri di Gratia*; ob rationem, quod in d. Ordinatione Capitulari *tit.* 2. *Del Ricevimento n.* 48. vetitum fuit etiam Concilio completo retentionum concedere gratias *di qual si voglia Ricettione in grado di Cavaliere di Gratia fatte a persone Secolari*, co- 77.

me a

me a Frati Servienti d' Arme ricevuti nelle loro Lingue, o Priorati nel suddetto Grado di Cavaliere, volendo, ed ordinando, che tutti restino sottoposti alla dispositione delli Statuti, e non mutino il Grado loro.

Eques ex Gratia non potest recipi in 78. Equitem ex Justitia, obstante *d. Ordinat. Capitulari tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli*, quæ generaliter vetat, ut qui semel in aliquo gradu *de gratia receptus fuerit, amplius de justitia recipi non possit: quod si secus factum fuerit, sit irritum, & inane: Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Cavalieri §. Cavaliere ricevuto vers. Cavaliere di Gratia.*

Quoad Personas Ecclesiasticas Equites Milites Hierosolymitanæ Religionis fieri cupientes, vel ipsos Equites Milites ad Sacerdotium promoveri volentes, videantur quæ adduximus supra *n.* 75. & infra cumulamus *n.* 102.

Cæterum Confratres, seu Donati, hoc 79. est qui sunt Oblati, ad *Tex. in Clemen. 1. de Decim. in fine* ibi - *Per Religiosorum ipsorum Donatos, seu Oblatos*, quem refert *Barbosa Juris Ecclesiastici Univers. lib. 1. cap. 42. n. 2. Sebastian. Pauli in Volumine sub tit. Codice Diplomatico del Sacro Militare Ordine Gerosolimitano tit. Osservat. sopra i Diplomi ad Diplom. 13. §. Semetipsum pag.* 470. Non possunt admitti ad hanc Religionem, nisi cum jussu, & Commissione magni Magistri; alias, qui secus fecerit, pœna privationis Habitus multatur, & receptus non recognoscitur in Confratrem, aut Donatum, nec Exemptionibus, & Privilegiis Donatorum gaudet: *Statutum Ordinis tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 35., & 37. Compend. Alphabeticum Statutorum in Verbo Donati*.

Limita quoad Donatos Confraternitatis 80. Sanctorum Joannis, & Georgii Cæsaraugustanæ, ac Commendæ de Modica, qui sine licentia magni Magistri recipiuntur: *d. Statutum tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 34., & 37. Ordin. Capitularis tit. 5. Del Commun Tesoro n. 6. Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Donati §. I Donati.*

Ubi quod circa modum probandi Requisita, observari debent eorum Privilegia. Commendator Modicæ potest recipere quatuordecim, vulgariter nuncupatos Martelletti: *Ordinatio Capitularis tit. 2. Del Ricevimento capitul.* 1612.

Ut quis vero admittatur in Donatum, 81. debet coram magno Magistro, vel ejus Delegato justificare, se bonis ortum natalibus, nullam trahere originem a Judæis, aut Saracenis, aut aliis Mahumetanis, & se bene vixisse, & non scelerate, neque propria persona unquam exercuisse artem, aut sordidum exercitium, & mecanicum; & tandem se Ordini Hierosolymitano aliquam partem Bonorum suorum præsentasse: *Statutum d. tit. 2. Del Recevimento de' Fratelli n. 37. d. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Donati*.

Debent pro Passagio Donati solvere 82. scuta centum auri in auro: *Ordinat. Capitularis tit. 5. Del commun Tesoro n.* 68. in qua Ordinatione Capitulari adaucta fuit summa Passagii, quæ vigore *Statuti Del commun Tesoro tit. 5. n.* 17. erat solum scutorum quinquaginta auri: *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Donati §. Loro Passaggio*, ubi quod si non solvatur dictum Passagium, habentur pro non receptis, ut exprimitur in præallegato Statuto n. 17.

Recipitur vero Donatus hoc modo:

genu-

83. Genuflexus coram Fratre, qui illum recipit, tenetque Missale, super idem Missale debet Donatus sic genuflexus promissionem emittere hoc modo - *Io N. prometto a Dio Onnipotente, alla Beata Vergine Maria Madre di Dio, a San Gio. Batista, ed al Maestro della Religione Gerosolimitana, che io porterò a tutto poter mio Carità, ed Amore al Maestro, Fratelli, ed all' Ordine, e quelli, ed i Beni dell' Ordine difenderò con tutte le forze mie, e non potendo io farlo, rivelerò, e manifestarò loro tutte le cose che sia no per nuocergli, e che verranno a notitia mia, e che io non farò Professione in altra Religione, fuori che in questa dell' Ordine Gerosolimitano, nel quale se io non averò fatta Professione, dimando di essere dopo la morte mia sepolto nel Cimiterio della Religione, ed ogni anno nella Festa della Natività di San Gio. Batista donarò qualche cosa all' Ordine, in riconoscenza della Confraternità* - quibus peractis, Frater, qui illum recipit, dicit - *Perchè hai promesso le predette cose, Noi facciamo te, e l' Anima tua, e de' tuoi Padri partecipi di tutti i Divini Officii, Beneficii, Orationi, Messe, & Opere pie, che si faranno in perpetuo nella nostra Religione, delle quali il Signor nostro Gesù Cristo ci facci partecipi*: quibus completis, Pacis osculum Frater recipiens dat novo Donato, qui ab aliis Fratribus præsentibus consimile recipit: Subinde registratur ejus nomen in Libro Confraternitatis, & similiter notatur id, quod d. Donatus promittit dare quolibet anno: sic cautum habetur in *Statuto tit. 2. Del Ricevimento n. 35.*, & *in Compendio Alphabetico Statutorum in Verbo Donati*.

Prædictæ tea observari debent in ex-

84. ceptione Donatorum, nisi adsit in aliquibus Prioratibus mos diversus, quem morem observari jubet *d. Statutum d. tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 34.*

Habitus Donatorum est Crux Ordinis ex tela linea alba octangularis, dem-

85. pta tamen superiori parte, ita ut solum tres ramos, vel brachia habeat: *Statutum Religionis tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 36. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Donati* §. *Il loro Habito*.

Quam Crucem deferre patenter debent

86. assutam vesti: *d. Statutum tit. 2. n. 37. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Donati* §. *Non può esser maggiore*.

Ob Crucem hanc in superiori parte ob-

87. truncatam, vocatur Habitus mediæ Crucis, & sic nominat *Ordinat. Capitularis d. tit. 5. Del commun Tesoro n. 68.*, ibique Apostilla marginalis.

Dicta Crux non potest esse major dua-

88. rum tertiarum partium unius palmi cannæ Siculæ, ita ut si contrafecerint, privilegiis Religionis nullatenus fruantur, liceatque cuicumque Fratri, & Familiari Ordinis in casu prædictæ contraventionis, eorum Pallium auferre, & mediam Crucem auream, si absque licentia gestaverint: *Ordinatio Capitularis tit. 5. Del commun Tesoro n. 68. d. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Donati* §. *Non può esser maggiore*.

Excipitur tamen Privilegium Commen-

89. dæ de Modica, & Confraternitatis Sanctorum Joannis, & Georgii Cæsaraugustanæ in Regno Aragoniæ; *Ordinatio Capitularis tit. 5. Del commun Tesoro n. 68. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Donati* §. *Senza pregiudizio*.

Non potest per Concilium completum

reten.

90. retentionum concedi Donatis facultas gestandi mediam Crucem auream: *d. Ordinatio Capitularis d. tit. 5. n. 68. Del commun Tesoro*.

Proinde gerens d. mediam Crucem ab-
91. sque licentia, quilibet Frater, aut familiaris Ordinis potest illam ab ipsis tollere, salvis tamen Privilegiis dictæ Commendæ de Modica, & Confraternitatis Sanctorum Joannis, & Georgii Cæsaraugustanæ: *d. Ordinatio d. tit. 5. n. 68. Del commun Tesoro Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Donati §. Non può portar la Crocetta d'oro, & in Verbo Hibito §. Crocetta d'oro, vers. Nei Donati*.

Potest autem magnus Magister concedere licentiam Donatis deferendi me-
92. diam Crucem auream: *Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Donati, vers. Non può portar la Crocetta in verbo Gran Mastro § Gran Maestro, e licenze vers. di portar la Crocetta*, ubi allegat *capit. 1612*, sic etiam allegat in Verbo *Hibito §. Crocetta d' Oro il primo vers. possono portarla*.

Donati non gaudent Privilegiis in præjudicium Religionis, & sic com-
93. munis Ærarii redituum, Prioratuum, Bajulivorum, & Commendatoriorum: *Capitularis Ordinatio Tit. 5. del Commun Tesoro n. 69. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Donati §. Non godono*.

Donati parere tenentur eorum Bajulivis Conventualibus, debentque ser-
Tali autem modo dispensati super ætate 29. non debent ad Conventum Melitensem venire priusquam sexdecim eorum ætatis annum compleverint; & si venerint antequam dictam ætatem compleverint: *non habbino ne Tavola ne Soldea del Tesoro*, ut loquitur *d. Ordinatio Capitularis sub n.* 49. & 50. ubi cavetur, quod dispensati in d. Capitulo super ætate (fuerunt autem tunc dispensati omnes expressi in Catalogo in eodem Capitulo Generali exhibito) haberent tempus adeundi Militensem Conventum, quousque ætatis annum vigesimum quintum compleverint.

Potissime super ætate obtinetur Dispen- 30 satio à Sancta Sede Apostolica, quæ Dispensatio à Summo Pontifice conceditur mediantibus Litteris Apostolicis in forma Brevis (pro quo obtinendo expenduntur scuta Romana quinquaginta circiter) Utque hujusmodi Dispensationis Breve obtineatur, exprimi debet in precibus Nomen, Cognomen, & Ætas Pueri, cum Nominibus, & Cognominibus Patris, & Matris. Antiquitus requirebatur ætas saltem annorum octo in Puero; postmodum sufficiens erat ætas annorum sex. De præsenti autem qualibet ætas sufficiens est, ita ut etiam si Puer in Infantili ætate versetur, in Ordinem recipitur in ipsa infantili ætate: *dicta Instruzione sopra gli Obblighi più principali pag.* 256.

Dictum autem Pontificium Breve ali- 31. cui ex Ordine Hierosolymitano Melitam transmittitur, ut magno Magistro præsentet, expostulans, ut illud acceptare dignetur, qua acceptatione accedente, à die ejusdem acceptationis incipit Antianitas favore ejusdem Pueri, qui recipitur: dummodo tamen intra unius anni curriculum Passagium effective solvat. Potest autem magnus Magister prorogare ad alium annum dictum terminum pro solutione Passagii; si vero labatur vel annus, vel biennium, si fuerit obtenta Gratia subrogationis, & non fuerit solutum Passagium, tunc Puer qui dispensationis Gratiam obtinuerat, cadet à Gratia obtenta; & si denuo velit in Ordinem recipi, tenebitur ex integro incipere, & aliud Breve obtinere, vel expectare usque ad ætatem, qua possit recipi inter Ephebos magni Magistri, aut expectare, quod perveniat ad annum decimum sextum, ut videre est in dicto Volumine. *Instruzione sopra gli Obblighi*

blighi più principali de' Cavalieri di Malta cap. 13. *pag.* 258.

32. Nunc loquamur de Passagio, & exponamus quid sit, & quomodo ab omnibus solvendum. Certum est, quod omnes & singuli ex quacumque Classe admittendi, sive sine, sive cum dispensatione in Sacram Religionem Hierosolymitanam, pro eorum receptione tenentur illam pecuniariam præstationem, & solutionem facere communi Ærario, nuncupatam *Trajectum*, & vulgariter *Passaggio*: *Statutum Ordinis tit.* 5. *Del Commun Tesoro n.* 15. *Macer in Hierolexicon verbo Passagium*, *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio S. Passaggio Son tutti obbligati*. Hic rem integre explicabimus.

Quippe *Passagium* est Tributum, quod solvitur jure transitus, ut notat *Macer in Hierolexicon in Verbo Passagium. P. Benedictus Pereyrus in Prosodia in Vocabularium Bilingue Latinum, & Lusitanum digesta in Verbo Passagium*.

Dictumque *Passaggio* dicitur Jus communis Thesauri, quod solvunt Equites Hierosolymitani pro eorum receptione, ut in Statuto Religionis in fine in folio *sub tit.* 19. *Della significazione delle Parole n.* 20., *&* 21. *Ludovicus Moreri in suo magno Dictionario Historico Litt. P. Verbo Passage*.

Idem Tributum, quod in eorum Receptione ab Equitibus Melitensibus solvitur jure transitus, & dicitur *Passagium*, appellatur *Pensio* à Sacra Rota *in Melevitana Habitus* 5 *Junii* 1741. *S. qualemcumque. sub vers. Ac cætero quin & S. Potiori jure cor. R. P. D. Peralta*.

33. Relatum *Passagii* Tributum, quod Equites Hierosolymitani in eorum receptione persolvunt, applicari pro expensis Phari Turris, in sustinendo scilicet Lucernas ad commodum Navigantium nocturno tempore, testatur *d. Macer*, qui est natalibus Melitensis, in allegato *Hierolexicon verbo Passagium*, *& verbo Pharus*, ubi, quod est Lampas in Turris sumitate, ad præbendum Nautis signum tempore nocturno posita, quæ communiter Lanterna dicitur.

34. In Sacra hac Hierosolymitana Religione pro d hujusmodi solutione usus vocabuli *Passaggio* inolevit usque de tempore illius institutionis; cum enim Hierosolymitana Religio Hierosolymis, & Siriæ Locis sedem haberet, ex Oriente statis temporibus ad hęc Maritima Europæ loca Navem mittebat, ut Tyrones, qui huic Religioni adscribi cupiebant, ad Siriam, Terramque Sanctam, in eadem Navi asportarentur, sicut & cupientes devotionis gratia Terram Sanctam visitare: unde solutio illa ratione Tajectus nuncupata fuit Passagium, quemadmodum scribit *d. Macer in Verbo Passagium*, *& in Tabella* explicante Vocabula peculiaria Statutorum Hierosolymitanæ Religionis *sub tit.* 19. *Del significato delle parole in Verbo Passagium*, Volum. cui Titulus - *Istruzioni sopra gli Obblighi più principali de' Cavalieri di Malta* per Equitem Gallum, Gallico Idiomate exaratum, & in Italicum translatum ad instantiam alterius Equitis Itali, impressum Romæ *Typis Bernabò* 1713. *pag.* 257. *cum seqq.*

Quod sane Passagium bis in anno fiebat, & primum dicebatur Vernale, & mense Martii: alterum, quod tempore æstivo fiebat, dicebatur Passagium Augusti, aut Passagium Sancti Joannis Baptistæ, & hoc modo perficiebatur. Promptæ paratæque prædictis temporibus stare debebant in

in Portibus Occidentis Naves, in quibus Christiani, qui vel devotionis impulsu, vel amore gloriæ, ad Terram Sanctam migrare cupiebant, catervatim conveniebant, ut secure, & tute adversus Piratarum, & Christiani Nominis Hostium insidias navigarent; & ita junctim vela dabant ventis Soriam versus; ut veteribus cumulatis Documentis tradit eruditus *Sebastianus Pauli in Codice Diplomatico de Sacro Militari Ordine Hierosolymitano &c. Tit. Osservationi soura i Diplomi Diploma 116. §. Paßaggio Augusti pag. 525.*

35. Perfici autem possunt solutiones Passagii in manibus, tum Conservatoris Conventualis, tum Depositariorum ac Receptorum: *Capitularis Ordinatio del Ricevimento de' Fratelli tit. 2. n. 49., & tit. 5. Del commun Tesoro n. 12. d. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio § Passaggi ponno.*

36. Hoc Vocabulo *Passaggio* utuntur aliæ Religiones Militares ad explicandum illam solutionem pecuniariam, quam in ingressu ad talem Religionem præstare tenentur Equites: sic in S. Militari Religione Sancti Stephani cautum habetur in *Statuto tit. 5. Del commun Tesoro cap. 3. Dell' Entratura, ò Recognitione da doversi fare da Cavalieri*. Siquidem dicitur in *§. Dal pagamento del Passaggio siino eccettuati i Commendatori Fondatori*, in quo cap. 3. præscribitur quantitas solvenda.

Cæterum in Militari Hierosolymitana Religione *Paßagia* solvuntur in moneta aurea, & argentea: *Ordinatio Capitularis tit. 5. Del Tesoro n. 10. Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Passagium §. Passaggi ponno vers. E devono.*

37. In Sacra Militari Religione Hierosolymitana, nemini potest concedi gratia Receptionis, nisi prius Passagium solverit, juxta *Resolutionem 29. Junii 1641., & 19. Junii 1674.*

38. Sacerdotes vero decorati, qui probant in Universitatibus approbatis studuisse, recipiuntur absque solutione Passagii: *Resolution. 26. Novembris 1673.* cujus virtute Decreti recepti fuerunt *Diaconus Barbier, & Sacerdos Sola 11. Junii 1677.*

39. Pro Minoribus, hoc est in minorili ætate existentibus, scilicet nondum perventis ad ætatem sexdecim annorum completorum, obtenta Dispensatione super ætate, ut diximus, juxta Ordinationem *Capituli Generalis anno 1631. tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 49.* Passagium consistit in solutione - *In tutto di scudi mille d'oro di quattordici Tareni per scudo, o il suo valore in mano del Conservatore Conventuale, Depositarii, o Ricevitori nelli Priorati in termine di un anno dopo la Grazia fatta, il qual termine potrà essere prorogato da un Concilio compito di ritentione ad un altro anno solamente; e di più li detti Minori dispensati pagheranno cinquanta scudi di moneta di Tareni dodici per scudo alle Lingue per la Tassa della loro Ricettione; dicta Ordinatio tit. 2. num. 49., & in Compendio Alphabetico Statutorum Prioris Caravita in Verbo Paßaggio §. Passaggio de' Minori; Ludovicus Moreri in suo Dictionario Verbo Paßage.*

40. De solutione dicti Passagii constare debet per Instrumentum manu Notarii, alias amittitur antianitas, & receptio: *d. Ordinatio d. n. 49. d. Compendium in d. Verbo Passaggio §. per li pagamenti, & in d. Volumine Istruzioni sopra gli Obblighi più principali de' Cavalieri di Malta pag. 258.*

Passa-

Passagium vero pro Fratribus in Gradu
41. Servientium Armorum à Minoritate dispensatis consistit in - *Ottocento scudi d'oro di Tareni quatordici per scudo &c. fra il termine di un anno, o di due, se sarà prorogato dal venerando Consiglio compito di Ritentioni, e contino l'Anzianità loro dopo che averanno formato il sesto anno almeno dell'età loro, facendo il solito pagamento per Instrumento publico, e sotto le altre dichiarationi specificate nelle precedenti due Ordinationi*: *d. Ordinat. tit. 2. Del Ricevimento sub n. 50., & seq., & in Compendio Statutorum in Verbo Passaggio*, ubi dicitur - *E più pagano scudi dieci di Tari dodici alle Lingue*.

Pro Servientibus, qui recipiuntur in E-
42. quites Gratiæ Linguæ, ultra Passagium jam solutum pro gradu Servientis, soluuntur scuta mille auri Tarenorum quatuordecim pro scuto, solvique debent Linguæ scuta centum similia: *Ordinatio Capitularis tit. 5. del comun Tesoro n. 13. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio S. Passaggio de' Servienti*.

Pro Equitibus ex devotione, scuta qua-
43. tuor mille auri Tarenorum quatuordecim, sed supremi Principes illud non soluunt: *d. Ordinat. Del Ricevimento n. 13. d. Compendium Alphabeticum Statutorum in d. Verbo Passaggio S. Passaggio de' Cavalieri di Devotione*, ut infra quoque adnotabitur.

Pro Equitibus, & Capellanis Magistra-
44. libus, scuta centum auri ex Tarenis quatuordecim: *d. Ordinat. del Ricevimento n. 14. d. Compendium in Verbo Passaggi S. Passaggio de' Cavalieri, e Cappellani*.

Fuerunt tamen aucta bis centum similia ex Decreto Concilii 26. *Maii* 1680., ut tradit *d. Compendium d. S. Passaggio de' Cavalieri, e Cappellani*.

Vetitum quidem est, quod ultra tres gra-
45. dus, de quibus loquitur *Statutum Del Ricevimento de' Fratelli n. 2. 29. & 30.* nullus in Ordinem recipiatur; ita ut extra tres Gradus, si aliquis admittatur, & professionem emittat, Professio nulla sit; debetque cogi ad dimittendum Habitum, et in *Ordinatione tit. 2. Del Ricevimento n. 2.*

Hodie tamen vigore Brevis Pontificii
46. Equites, & Capellani Magistralis obedientiæ recipiuntur, iique pro Passagio solvere tenentur scuta bis centum de Tarenis 14. monetę Siciliæ ex *d. Decreto 26. Maii 1680.*, quemadmodum dicemus, dum de his Gratiæ, & ex Devotione, vel Magistralis obedientiæ Equitibus, ac Donatis inferius agemus.

Pro Donatis, sive mediæ Crucis, est
47. scutorum centum auri in auro: *Ordinatio Del Tesoro tit. 5. n. 68. Compendium Statutorum in d. Verbo Passaggio S. Passaggio dei Donati*, ubi quod *Si pagano in tante mezze doppie di Spagna*, ut notatum est in Libris Venerandæ Cameræ, & si Donati sic Passagium non soluunt, non habentur pro receptis: *Compendium Statutorum in Verbo Passaggio S. Passaggio sono tutti, vers. Passaggio se non pagano*.

Quoad Taxam Passagii in d. Religione
48. Hierosolymitana, licet *Statutum Del Comun Tesoro tit. 5. n. 15.* respectu Fratris Equitis decernat scuta bis centum auri in auro solis, aut illorum valorem, de quo valore vide infra: Pro Fratre Serviente centum quinquaginta similium, alias antianitate non gaudebunt, quæ antianitas mensuratur à die integræ solutionis Passagii, & qui ad Professionem admittit, absque eo quod Passagii solutionem recogno-

cognoverit, tenetur de proprio sol. vere, non obstante quacumque in contrarium licentia impertita: nemini demum possit moveri lis super antianitate, postquam Passagium solverit, sed nihil proderit, si solverit postquam lis mota fuerit.

Pro Confratre, sive Donato solutio est scutorum quinquaginta, alias non sol. vens non habetur pro recepto: *d. Statutum Del comun Tesoro tit. 5. n. 17.* de quo *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio §. Passaggio son tutti vers. Passaggio se non pagano.*

Recensitę tamen Passagii Taxæ auctę 49. fuerunt in *Ordinatione Capitulari anno 1631.*, nam sub *tit. 5. Del comun Tesoro n. 12.*, injunctum fuit, quod pro ordinario Passagio, Fratres Equites omnium Linguarum non egentes dispensatione super defectu ętatis solvant scuta bis centum quinquaginta auri, in auro solis, aut eorum justum valorem: *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio: d. Ludovicus Moreri in d. Magno Dictionario Historico verbo Passage.*

Excipiuntur tamen Fratres Equites Linguę Alemaniæ, qui solvent solum scuta centum quinquaginta: *d. Ordinat. Capitularis tit 5. Del comun Tesoro n. 12. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio.*

Fratres Servientes Armorum omnium 50. Linguarum solvant scuta bis centum: *d. Ordinat. d. n. 12. d. Statutum Alphabeticum Statutor. in Verbo Passaggio.*

Excipiuntur hic etiam Fratres Servientes Armorum Linguæ Alemaniæ, qui sol. vunt scuta centum: *d. Ordinat d. n. 12. d. Statutum Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio.*

Capellani Conventuales Sacerdotes, 51. Diaconi, & Subdiaconi solvunt scuta bis centum auri, in auro, ut solvunt Fratres Servientes Armorum: *d. Ordinatio Capitularis Del Ricevimento de' Fratelli tit. 2. n. 53., & d. tit. 5. Del comun Tesoro n. 12. Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Passaggio §. Passaggio de' Cappellani.*

Clerici vero scuta centum auri similium: *d. Ordinatio tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 53., & tit. 5. Del comun Tesoro n. 12. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio §. Passaggio de' Chierici.*

Clerici recepti, cum vigesimum primum 52. ætatis annum attigerint, si in examine ad Ordinem Subdiaconatus reperiantur inhabiles, reducuntur ad Statum Servientium Armorum, ac Trajectum, seu Passagium intra annum solvere tenentur communi Ærario, ut Servientes Armorum; alias nullam numerabunt Antianitatem: *Ordinat. Capitularis Della Chiesa tit. 3. n. 20. Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Passaggio §. E de' Chierici, & §. Son tutti vers. detto Passaggio.*

Et si dicti Clerici transeuntes ad statum 53. Servientium, infra annum non sol. verint Passagium, sine Antianitate remanent: *Ordinat. tit. 2. de Ecclesia n. 20., & Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Antianità.*

Et si solvunt, mentiuntur Antianitatem à die eorum Translationis: *d. Ordinat. tit. 2. de Ecclesia n. 20. d. Compendium Statutorum d. Verbo Antianità §. Passaggio, & d. Verbo Antianità.*

Sacerdotes, qui probabunt in Universita- 54. tibus studuisse, recipiuntur sine solutione Passagii, juxta *Decretum 26. Novembris 1660.*, *confirmatum per Breve Apostolicum registratum Melitę 4. Martii 1655. fol. 53.*

Ad solutionem Passagii omnes tenentur, &

55. & etiam, qui auctoritate Summi Pontificis professionem emittunt: *Statutum Del comun Tesoro tit. 5. n. 15., & 16. Compendium Statutorum in Verbo Paßaggio §. Passaggio sono tenuti.*

Ita etiam ad solutionem Passagii tene-
56. tur ille, qui fundat in Religione Commendam, dummodo in ipsa Commendę erectione mentionem in contrarium non faciat, juxta Decisionem *Veneranda Camera sub die 15. Octobris 1615.*

Nullus itaque recipitur, nisi justificet
57. solvisse Passagium, quod solvi potest Conventualibus Conservatoribus, Depositariis, & Receptoribus: *d. Ordinatio del Ricevimento n. 49., e del Tesoro n. 12. d. Compendium §. Passaggio son tutti obbligati.*

Quod si aliquis unum recipit ad Ordinem non soluto Passagio, iste talis Recipiens tenetur ipse ad illius solu-
58. tionem de proprio: *Statutum in tit. Del Tesoro n. 15. d. Compendium Statutorum in Verbo Passaggio sono tutti obbligati*, ut supra.

Cautum proinde est, quod in Linguis nemo recipitur, qui prius non ostenderit solvisse Passagium, ut supra diximus.

Porro scuta prædicta pro Passagio sol-
59. venda, sunt in scutis *d' oro in oro del sole, o la loro vera valuta*: *Ordinatio antedicta Del commun Tesoro tit. 5. n. 12. Compendium Alphabeticum in Verbo Passaggio §. Gli scudi*: ubi quod hæc sunt *mezze doppie di Spagna o loro giusto valore*; excipiendo in Gallia, ubi debet solitum continvari, juxta *Decretum Concilii ultima Febr. 1645. ab Incarnatione*, Galliæ autem solitum est, quod scuta sint auri in auro *del Sole*, quæ sunt majoris valoris scuti auri in auro, ut allegata *Resolutione Concilii Equitum ultima Februarii 1645. ab Incarnatione* testatur *d. Compendium* ubi supra.

Super solutionibus cujuscumque Passagii,
60. sive ordinarii, sive extraordinarii in Minoribus dispensatis, debent Receptores in Gallia in quietantiis exprimere, ad quam rationem receperint scuta auri in auro: *d. Ordinat. Del comun Tesoro n. 12. d. Compendium Statutorum in Verbo Passaggio §. Per li pagamenti.*

Postremo notandum, quod Pecunia so-
61. luta Religioni pro Passagio ordinario, secuta receptione in Ordine, acquiritur integre eidem Religioni, nec unquam potest prætendi ejusdem restitutio, ut sancitur in *Ordinatione Capituli Generalis anno 1631. tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli n. 49. & tit. 5. del comun Tesoro tit. 5. n. 12. Compendium Statutorum in Verbo Passaggio §. Passaggio ordinario*: *d. Volumen - Istruzioni sopra gli Obblighi più principali de' Cavalieri di Malta pag. 258.*

Neque restituitur Passagium illorum,
62. qui moriuntur in anno Novitiatus; in isto enim casu tractantur, & sepeliuntur, ac si Professionem emisissent: *d. Ordinat. tit. 5. Del comun Tesoro n. 12.*

Pariter non restituitur illis, qui voluntatem sumendi Habitum mutassent: *d. Ordinat Del comun Tesoro d. n. 12. tit. 5.*

Multo minus prætendi potest restitutio
63. Passagii extraordinarii, quod minor, ratione dispensationis super defectu minoris ætatis persolvit, licet ipse Puer moreretur, vel illius Parentes amplius de receptione non curarent; quia sub hac conditione Gratia minoritatis conceditur, ut constat ex pręallegatis Ordinationibus & ex *Compendio Alphabetico Statutorum in Verbo Passaggio §. Passaggio ordinario*, adestque *Decretum Religionis editum* 18. *Junii 1646.* dene-

gans restitutionem Passagii cuidam minori, cujus Probationes fuerunt contradictę: *d. Volumen Istruzioni &c. pag.* 258.

Et pari modo Passagium illis non resti-
64. tuitur, qui recipiuntur cum quacumque Gratia Linguæ circa receptionem, juxta *Decretum Concilii 19. Junii 1641., & 9. Junii 1674.*, de quibus sæpe allegatum *Compendium Statutorum in Verbo Passaggio* §. *Passaggio ordinario vers. Ne di quelli*.

Qui non solvit Passagium, Antiani-
65. tate non gaudet, neque lis super antianitate moveri potest postquam Passagium solverit: at si lis mota fuerit, & incæpta, solutio sub sequens Passagii non suffragabitur: sic loquitur *Statutum d. tit.* 5. *Del commun Tesoro n.* 15. *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio* §. *Passaggio son tutti vers. Chi non lo paga, & vers. Ma non già & n.* 74. ubi allegat Resolutionem Concilii Equitum 7. Martii 1623. ab Incarnatione.

Minores, ut supra diximus, dispensati
66. super ętate, si non solvunt Passagium tempore statuto in eorum Gratia, Antianitatem amittunt, & receptionem: *Ordinat. Capitularis tit.* 2. *Del Recevimento n.* 49. & 51. *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio* §. *Passaggio son tutti vers. I Minori*.

Et in hoc quoad dictos minores, non
67. procedit allata Regula de majoribus, quorum respectu attenditur, an lis super antianitate mota fuerit ante solutionem Passagii, sed omnino antianitatem semper amittunt minores, qui non solverunt Passagium, juxta resolutionem *Concilii Equitum 15. Junii, & 27. Octobris 1671.*, quam tradit *d. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio* §. *Passaggio Son tutti vers. Sicchè*.

Solutio Passagii per minorem ratione
68. dispensationis ętatis, constare debet per Instrumentum Notarii publici sub pœna amissionis Antianitatis, & receptionis: *Ordinatio Capitularis tit.* 2. *Del Recevimento de' Fratelli n.* 49. *Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Passaggio* §. *Per li pagamenti vers. De' Passaggi*.

Si Passagium ordinarium fuerit solum, & peracta fuerit Receptio
69. in Linguis, & Prioratibus, non potest, nec debet amplius restitui, & intelligitur pleno jure acquisitum communi Thesauro: *Ordinat. Capitularis Del commun Tesoro tit.* 5. *n.* 12. *Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Passaggio* §. *Passaggio ordinario*.

Restituitur quidem solutum *Passagium*
70. illis, qui à Professione excluduntur, illisque, qui invalide Probationes confecere, retinendo tamen pro se Thesaurus eam partem, ut vocant Tabularum, quas prę stitit usque ad diem restitutionis, & ut loquitur d. Ordinatio Capitularis, *A quelli che saranno esclusi dal Venerando Consiglio conforme allo Statuto premulgato, overo per invalidità delle loro Prove, sia restituito il Passaggio pro rata temporis: d Ordinatio Capitularis d. tit.* 5. *Del commun Tesoro sub n.* 12. *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio* §. *Passaggio ordinario*.

Passagium vero extraordinarium, illud
71. scilicet quod solvitur ob dispensationem super defectu ętatis, in ea summa, quam supra exposuimus, nunquam restituitur à Thesauro, qui pleno jure illud acquirit ratione dicti Privilegii Dispensationis ab ætate, absque ulla obligatione restituendi, excluso jure repetendi, illudque rehabendi

bendi: *Ordinatio Capitularis tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 49. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio sub §. Passaggio ordinario vers. Passaggio di minori.*

Recensita *Passagia*, quæ uti continentia 72. Jus favore Thesauri, solvenda sunt in moneta aurea, vel argentea: *Ordinatio Capitularis tit. 5. n. 10. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio §. Passaggio vers. E devono*, solvi possunt tam Conservatoribus Conventualibus, quam Depositariis, & Receptoribus existentibus in Provinciis: *Ordinatio Capitularis tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 49., & tit. 5. Del commun Tesoro n. 12. Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Passaggio §. Passaggi.*

Hujusmodi Passagium pro Minoribus, 73. obtenta super ætate Gratia Dispensationis, solvi debet, ut supra notavimus, in termino unius anni, qui terminus anni potest à Concilio completo Retentionum prorogari ad alium annum solummodo: alias elapso primo anno, ac alio Propagationis, si adsit; si non fuerit perfecta antedicti Passagii in prædictis scutis mille auri solutio, Minores amittunt Privilegium minoris ætatis, & Receptionis antedictę, ut in *Ordinatione tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 49., & in Compendio Statutorum in Verbo Passaggio §. Passaggio son tutti vers. I Minori.*

Unde quoad istos Minores, ad amit- 74. tendum Antianitatem non est necesse, prout est, quoad majores, quod his sit intentata quoad solutionem Passagii, juxta Resolutionem Conc. 12. *Junii & 27. Octobris 1671.* quam refert *d. Compendium Statutor. in d. Verbo Antianità, & Verbo Passaggio §. Passaggio son tutti, vers. I Minori.*

URBANUS P. P. VIII.

„ AD perpetuam &c. Cum nuper, postquam dilecti Filii Deputati Congregationis super visitatione Ecclesiarum almæ Urbis nostræ per Nos institutæ in Ecclesia fere diruta S. Sebastiani in summitate Montis Palatini de dicta Urbe temporis diuturnitate, & injuria aut alias fere collapsa, divinum cultum, qui ab hominum memoria in dicta Ecclesia intermissus reperiebatur, restituendum decrevissent, & approbata per nos Sententia ipsorum Deputatorum, in executionem nostræ voluntatis bis mille Scuta monetę, vel circa ex pecuniis ad Cameram nostram Apostolicam spectantibus circa restaurationem ipsius Ecclesiæ exposita fuissent; subindeque dilectus Filius Nobilis vir Thadæus Barberinus urbis Præfectus, & Princeps Prænestin. noster secundum carnem ex fratre germano Nepos eidem Cameræ pecunias per eam circa restaurationem ejusdem Ecclesiæ, ut prę- fertur, expositas, de mandato nostro restituisset, atque Ecclesiam ipsam demoliri, & illius loco, seu super illius fundamentis, aut muris jam constructis aliam Ecclesiam sub Invocatione ejusdem S. Sebastiani satis eleganti structura, opere, & ornatu prius expensis extrui, & ædificari curasset, in Ecclesia sic de novo extructa, & ædificata, unum Bajulivatum magnæ Crucis Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, Linguæ, seu nationis Italiæ pro

" pro uno ejusdem Hospitalis fra-
" tre milite magnæ Crucis futuro
" illius Bajulivo, qui habitum per
" fratres milites dicti Hospitalis ge-
" stari solitum etiam gestare, & pro-
" fessionem per eosdem emitti con-
" suetam expresse emittere debeat
" regulares; omnibusque & singulis
" privilegiis, libertatibus immu
" nitatibus, prærogativis, cæterisque
" gratiis, & indultis tam spiritua
" libus, quam temporalibus, qui.
" bus alii fratres milites Bajulivi
" dicti Hospitalis utuntur, fruun-
" tur, & gaudent, similiter uti, frui,
" & gaudere libere, & licite valeat,
" ac alias sub certis modo, & forma
" tunc expressis apostolica auctorita-
" te perpetuo erexerimus, & insti
" tuerimus, ac bonis laicalibus do
" taverimus, ipsique Thadæo Præfe-
" cto, & Principi, ac aliis in suc-
" cessione per Nos ordinata voca.
" tis, Juspatronatus ex vera, & rea.
" li fundatione, & donatione laicali,
" jusque præsentandi perpetuo perso.
" nam ad ipsum Bajulivatum reser-
" vaverimus, prout in nostris de.
" super in simili forma Brevis die
" XXIV. Martii proxime præteriti
" expeditis literis, quarum tenor &c.
" continetur. Nunc ad ea, quæ
" ad Bajulivatus hujusmodi Bajulivi
" pro tempore existentis commodi-
" tatis augmentum cedere dignos.
" cuntur favorabiliter intendentes,
" Motu proprio, & ex certa Scien-
" tia, ac matura deliberatione no-
" stris Bajulivo Bajulivatus hujus-
" modi pro tempore existenti, quod
" professionem peractam, prout ra-
" tione ipsius Bajulivatus juxta di-
" ctas nostras literas teneretur, emit.
" tere minime teneatur, nec ad id
" a quoquam cogi, vel compelli
" possit, sed mulierem etiam Vidu.
" am, nullo tamen alias jure sibi
" prohibitam, in Uxorem ducere,
" & ad secunda, ac successive ul-
" teriora vota, etiam cum Vidua
" transire, & Matrimonium con-
" trahere, ac in facie Ecclesiæ sol.
" lennizare, & in eo postmo.
" dum remanere, illoque constan-
" te, & durante, habitum prædi.
" ctum retinere, ac omnibus & sin.
" gulis privilegiis, libertatibus, im-
" munitatibus, prærogativis, aliisque
" gratiis, & indultis in eisdem no-
" stris literis expressis uti, frui, &
" gaudere libere & licite possit &
" valeat; ita tamen, ut illi, qui a-
" liquam Præceptoriam, seu Com-
" mendam, aut beneficia, vel alia
" bona quæcumque dicti Hospitalis
" pro tempore obtinuerint, professio-
" nem eandem expresse emittere o-
" mnino teneantur, dicta auctoritate,
" tenore præsentium concedimus, &
" indulgemus. Decernentes illum
" desuper à quoquam quovis modo
" impediri, molestari, vel inquietari
" nullatenus posse nec debere; præ.
" sentesque literas etiam ex eo, quod
" magnus Magister, & Conventus
" dicti Hospitalis, seu quicumque
" alii in præmissis interesse quomo-
" dolibet habentes ad hoc citati, vel
" auditi non fuerint, nec præmissis
" consenserint, aut alias de subre.
" ptionis, vel obreptionis, seu nul-
" litatis vitio, aut intentionis nostræ,
" vel alio quocumque defectu nota.
" ri, impugnari, retractari, in Jus,
" vel controversiam revocari, aut
" adversus eas quodcumque Juris,
" gratiæ, vel facti remedium impe-
" trari nullatenus posse, sed eas
" semper validas, firmas, & effica-
" ces existere, & fore, suosque ple-
" narios, & integros effectus sortiri,
" & obtinere, ac eidem Bajulivo in
omni-

„ omnibus, & per omnia plenissime
„ suffragari; sicque, & non aliter
„ per quoscumque Judices, &c. Au-
„ ditores, ac S. R. E. Cardinales,
„ etiam de Latere Legatos, ac ma-
„ gnum Magistrum, & Conventum
„ prędictos in quavis causa, & in-
„ stantia, sublata &c. attentari. Non
„ obstantibus literis nostris prędictis;
„ nec non Apostolicis, ac in Uni-
„ versalibus, Provincialibus, & Sy-
„ nodalibus Conciliis editis speciali-
„ bus, vel generalibus Constitutio-
„ nibus, & Ordinationibus, dicti-
„ que Hospitalis etiam &c. consuetu-
„ dinibus, stabilimentis, usibus, &
„ naturis, ac ordinationibus Capitu-
„ laribus, privilegiis quoque, In-
„ dultis, & literis Apostolicis in
„ contrarium &c. innovatis, aliisque
„ omnibus, & singulis, quæ in di-
„ ctis literis volumus non obstare,
„ cœterisque contrariis quibuscum-
„ que. Quibus omnibus etiamsi de
„ illis specialis &c. servanda foret,
„ illorum omnium tenori præsen-
„ tibus &c. derogamus; cœterisque
„ contrariis quibuscumque. Datum
„ Romæ apud Sanctam Mariam Ma-
„ jorem die 21. Maii 1633. anno
„ XI.

DISCURSUS CXXVIII.

SECT. VII.

ARGUMENTUM

Exponitur modus, quem servare tenentur Cupientes admitti ad hanc Religionem.

SUMMARIUM

1. *Petens admitti ad Habitum, in aliquo ex tribus Gradibus, debet proponere suam petitionem in Prioratu, intra cujus limites quis est natus, & primo Commissarios expostulare: adducitur exemplum de nativitate accidentali,* & n. 7., & 8.
2. *Qui sint limites Linguarum.*
3. *Commendatores in Mari morientes intelliguntur mortui in Conventu.*
4. *Aliquando datur dispensatio quoad limites* & n. 5.
6. *Dicta petitio admissionis debet fieri in Capitulis Provincialibus, aut Assembleis, non à Concilio Ordinario.*
9. *Quando deveniatur ad expeditionem aliorum Commissariorum ad conficiendas Probationes.*
10. *Quid servatur in Prioratibus Franciæ* & n. 11.
12. *Commissarii ad faciendum Probationes non deputantur, nisi prius personaliter se præsentaverit Prætendens, ut de facie cognoscatur, an sit defectuosus.*
13. *Statura pusilli, ut dicitur* Nani, *non recipiuntur.*
14. *Dicta conclusio de qua supra n. 9. & seq. edita pro lingua Italia, extensa fuit quoad alias. Explicatur Statutum mandans Probationes fieri in loco Nativitatis, & Originis.*
15. *Commissarii ad conficiendas Probationes debent servare præscripta in Commissione, & coram ipsis examinare Testes, & debent exponi Stemmata quatuor Familiarum picta, & probari Testibus.*
16. *Adducuntur per extensum Capitulares Ordinationes pro omnibus Linguis.*
17. *Pro Italis formanda est Arbor Genealogica quatuor Familiarum, & sic quatuor latera, & debet probari Nobilitas in unoquoque latere bis centum annorum.*
18. *Probatur cursus bis centum annorum per Sex Generationes.*
19. *Post probationem per examen Testium*

ctium fit per Instrumenta, & fit eorum collatio cum Originalibus:

20. *In Constructione Processus adhibetur Notarius Religionis.*

21. *Probationes debent præsentari Capitulo, vel Assembleę, ut vel approbentur, vel rejiciantur*, & n. 22.

23. *Commissarii ad probandum Nobilitatem duo esse debent, & tres, quoties revidentur Probationes, & isti tres, à quo sint deputandi*, & n. 24.

25. *Dicti Commissarii debent in termino unius Mensis à die deputationis Relationem exhibere in Lingua, & sub qua pœna.*

26. *Quando Probationes fuerunt rejectæ & rejectio confirmata a Concilio ordinario, & deinde à Concilio completo, causa expedita remanet juxta stabilimenta Religionis: recurri tamen potest ad Sanctam Sedem Apostolicam pro facultate expediendi ad recipiendum veriores Probationes.*

27. *Ac etiam potest obtineri Breve super antianitate à die præsentationis primarum Probationum.*

28. *In hac Forolivii Civitate semper adfuerunt Equites cujuscumque Ordinis.*

Pascalis II. fuit primus inter Pontifices, qui Ordinem Hierosolymitanum sub protectione Sanctæ Sedis recepit, & in hujus memoriam Forolivii Civitas erga hunc Equestrem Ordinem servat peculiarem reverentiam.

29. *Modo tres d. Ordinis Equites sunt in hac Patria, & qui sint.*

30. *Nobilitas generosa Nominis, & Armorum in tali Familia dicitur comprobata per receptionem de ea factam ad hunc Ordinem.*

31. *Idem procedet quoad illas Familias, quæ latera, & ut dicitur i* Quarti *contribuerunt dictæ receptioni.*

32. *Adducitur Instructio vernaculo sermone pro admissione ad Habitum hujus Ordinis.*

33. *Laudatur Familia Moratini, & Eques Bajulivus Marius Cevoli.*

34. *Datur exemplar Processus Probationum.*

35. *In d. Processu fuit comprobata Nobilitas antiquior plusquam Statuta talis Ordinis præscribant*, & n. 36. 37., & 38.

36. *Dicta probatio antiquioris Nobilitatis fit ex abundanti.*

38. *Adducuntur Auctores de Familia Moratina loquentes.*

39. *Sic allegantur Scriptores agentes de Familia Torella & similiter de Familia Monsignana, & Albicina.*

40. *Explicatur quid sit faciendum in Lingua, quando ibi revidetur Processus.*

41. *Si approbatur in Lingua, fit Decretum approbativum, & statim dicitur Eques ille Prætendens, & potest statim gerere Crucem auream.*

DISCURSUS CXXVIII.

SECT. VII.

Admitti postulans in aliquo ex tribus gradibus, vel Militis, vel
1. Capellani, aut Servientis Armorum, petitionem suam exhibere debet in Prioratu, intra cujus limites quis natus est, & expostulare primo loco Commissarios ad recognoscendum secreto Scripturas à Prætendente producendas. Et quidem prætendens debet probare se natum intra limites illius Linguæ, aut Prioratus in quo petit recipi, juxta dispositionem *Statuti tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 19. Magnus Prior Caravita in Compendio Alphabetico Statutorum in Verbo Limiti, & in Verbo Ricevimento §. Undecimo*

Undecimo esset Rot. Decis. 164. in principio *cor. Merlino.*

Idcirco cum d. Statutum loquatur verbo naturalis *Nativitatis, verbo se natum,* hoc verificatur etiam in nativitate accidentali; ex. gr. si ejus Pater aliquo accidentali munere in tali loco detineretur, in quo natus sit talis filius admitti prætendens: sic resolvit Rota in casu illius Nobilis Sabaudi, qui Lucernę apud Helvetios natus erat, dum illius Pater Sabaudiæ Ducis Legationis munere in Helvetia fungebatur, ut videre est in Decisione *Melevitana Receptionis 6. Junii 1695. cor. bo. me. Molines,* quę inter suas 385. etiam est repetita post *Cardinal. de Luca lib. 3.* ad ornatum *Dec. 25.* quam Decisionem sequitur *Eminentissimus Petra ad Constitutiones Apostolicas tom. 2. ad Constitutionem 2. Anastasii IV. sect. 2. n. 34.*

In qua sane Rotali Decisione firmat Rota, talem in Helvetia natum posse ingredi in Linguam Alemaniæ, & sic non Linguam Italiæ Patris Sabaudiæ nati, & oriundi; Nobilitatem tamen esse per eum probandam ad formam ejusdem Linguæ Alemanię, hoc est per sexdecim latera. Et sic licet quædam exempla adducta fuerint, quod admissi in aliqua Lingua probaverint Nobilitatem juxta propriam linguam Ascendentium, non autem linguę in qua nati erant; respondit tamen Rota esse adducenda precisa exempla secuta in Lingua de qua agebatur; nam in aliis poterat adesse dispensatio magni Magistri, aut consensus ejusdem Linguę, præsertim cum casus possint esse diversi ex circumstantiis contingibilibus in diversis Linguis non habentibus tantam diversitatem, prout est in illa Italiæ, in qua sufficit probatio Nobilitatis per quatuor latera, in illa vero Alemaniæ per sexdecim, & sic longe plus, ut totidem verbis sequendo d. Decisionem, prosequitur *d. Eminentissimus Petra d. n. 24.*

Limites vero Linguarum sic declarantur, 2. quod scilicet limites Prioratuum Regni Francię sunt totum Regnum, & ubicumque extenduntur Commendę ad dictos Prioratus: limites Prioratuum Hispaniarum sunt Regna Hispaniæ: limites Prioratuum Italiæ sunt omnes Provinciæ Italiæ, & Insulæ Siciliæ: limites Prioratuum Alemaniæ sunt tota Germania, tam superior, quam inferior; limites Anglię sunt tota Insula Angliæ cum Regno Scotiæ, & Insulæ Hiberniæ; *Statut. tit. 14. Delle Commende n. 30 Compendium Alphabeticum Stat. Verbo Limiti,*

Commendatores autem, qui moriuntur 3. in Mari, & extra confines eorum Prioratuum, intelliguntur mortui in Conventu, ut videre est in *d. Statut. tit. 14. delle Commende n. 30.*

Nihil tamen minus adest recens exem- 4. plum de Nobili Moscovita, qui fuit receptus sine limitibus die 29 Aprilis 1706. Antiquum vero legimus in *Capitulo Generali habito anno 1537. Parte prima folio 35.*, ubi mentio fit de quodam Fratre Serviente recepto sine limitibus.

Gratias, quas vocant de limitibus, ut Ex- 5. terus reciperetur in aliquo Prioratu, & efficeretur tanquam naturalis illius Prioratus, quasque olim impertiebat magnus Magister, peculiare Statutum Religionis anno 1588. revocavit.

Verum in *Decisione 395. coram eodem Merlino,* revocatur Decisio 225 in eadem causa, & in ea *n. 2.* dicitur, quod prædicta Ordinatio non est redacta in Statutum, Apostolica auctoritate confirmata, & insuper quod tanquam simplex ordinatio Capituli Generalis duravit usque in sequens

Capi,

Capitulum, & non ultra.

Capellani, & Servientes Armorum recipi non possunt cum Gratia limitum neque in Conventu, neque extra: *Ordinatio enim Capituli Generalis anno 1631. tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 45.* prohibet à dicto Generali Capitulo, usque ad novum Capitulum non concedi dicta Gratia Capellanis, & Armorum servientibus, & in *Compendio Alphabetico Statutorum in Verbo Limiti*.

Antedicta vero Prætendentis petitio exhiberi debet, & expediri in Capitulis Provincialibus, aut in Assembleis

6. Provincialibus, quæ haberi debent intra annum post sex menses à celebratione Capituli Provincialis, in quo Capitulo, aut Assemblea poterunt etiam revideri, & in totum expediri omnes Probationes: & casu quo in aliquo Prioratu, illo anno, Capitulum Provinciale non celebraretur, tunc, & eo casu possunt in dicto Prioratu haberi duæ Assembleæ pro eodem effectu, hoc est una de mense Maii, & alia in principio sex mensium subsequentium: *Ordinatio Capitularis anni 1631. tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 30.*

Non possunt siquidem deputari Commissarii à Concilio ordinario in Conventu; & si Commissiones ad faciendum Probationes à d. Concilio ordinario concederentur, nullius remanerent valoris, ipsæque Probationes nullæ: ita disponit *Ordinatio Capitularis d. Tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 30.* ubi expresse tollitur potestas Concilio ordinario has Commissiones concedendi: *Compend. Alphabeticum Statutor. in verbo Commissarii §. Commissarii per le Prove, vers. Lettere Rogatorie,* ubi innuuntur Litteræ Rogatoriæ pro deputatione Commissariorum allegato *Equitum Concilio 1. Martii 1693. ab Incarnatione.*

Diximus quod à Priore, & Capitulo Provinciali, seu Assemblea, obtinere de-

7. bet deputationem primorum Commissariorum ad recognoscendum summarie Scripturas, & Documenta, quæ exhibere intendit prætendens admitti. Siquidem pro Lingua Italiæ adest *d. Ordinatio Capitularis Tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 24.* in qua cavetur, quod deputentur Commissarii ad recognoscendum Scripturas ante deputationem Commissariorum ad conficiendum probationes Nobilitatis, quam præventivam deputationem duorum Commissariorum fieri ad effectum monendi Prætensorem, ut ab inceptis desistat, quatenus improbabilis appareat Nobilitatis probatio, inquit Sac. Rota *in Melevitana Habitus 11. Decembris 1719. §. Agnoscebant vers. sed in hoc latebat cor. bo. me. Foscaro,* quam Decisionem registravimus in nostro *Discursu de Nobilitate Naturali Tom. 3.* in qua sane Decisione Rotali referuntur verba allegatæ Ordinationis Capitularis per hæc formalia verba, ibi - *Prima di deputarsi i Secondi Commissarii per le Prove di Nobiltà, si deputano, senza metter cosa alcuna in scritto due Commissarii per riconoscere le Scritture, che il Pretendente vorrà produrre per provare la sua Nobiltà &c. e trovandosi che ella sia con qualche notorietà mal opinata, deve ammonirsi il Pretendente à desistere, e non volendo, si esclude dalla seconda commissione.*

Cæterum in Volumine *Ordinat. Capitularium impress. in Burgo Novo Marchionatus di Rocca Forte 1718. Typis Antonii Scionici pag. 21.* habetur *dicta Ordinatio d. Tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli n. 24.* quæ sic

8. Ita-

8. Italicis verbis concepta est - *Aggiungendo per la stessa Veneranda Lingua d' Italia, che nelli Capitoli, & Assemblée Provinciali, prima che siano deputati Commissarii a far prove di Nobiltà, siano eletti altri a riconoscere le Scritture, che il Pretendente vorrà produrre per provare la sua Nobiltà, e fatta questa sommaria riconoscenza, e poi la relatione, si potrà procedere alla deputatione de' secondi.*

9. Dictaque dispositio Primorum Commissariorum pro Lingua Italię fuit extensa ad omnes Linguas, juxta *Decretum Concilii* 11. *Aprilis* 1644. *Compendium Alphabeticum Statutor. in Verbo Commissarii* §. *Primo*.

Peracta igitur relatione pręfatorum duorum Commissariorum super secreta recognitione Scripturarum, quas Prętendens intendit exhibere, postulantur à Priore, & Capitulo Provinciali, seu Assemblea secundi Commissarii ad conficiendum formiter Probationes Nobilitatis &c. pro Equitibus, & Legitimitatis &c. pro Capellanis, & Servientibus Armorum.

Ut autem rite expostulentur, & valide concedantur secundi Comissarii ad constructionem Processus, Statutorum & stabilimentorum Sanctiones servandę sunt, quæ sane plures traduntur. Nosque infra re.e.s b mus una cum theoricis Nobilitatem concernentibus.

Commissarii ad probandam formiter Nobilitatem expostulandi autem sunt, ut diximus, in Prioratibus, intra cujus limites natus est Prætendens admitti ad Ordinem: *Statutum Ordinis Tit.* 2. *del Ricevimento n.* 19. *Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Commissarii* §. *Commissarii per le prove vers.* 1. *Commissarii devono in Verbo Limiti, in verbo Ricevimento* §. *Undecimo esser nato nei limiti.*

10. Quod si Prioratus sint communes (prout in Regno Franciæ confines Prioratuum dicti Regni Franciæ sunt totum Francię Regnum, ut inquit *d. Statutum tit.* 14. *delle Commende n.* 30.) tunc Commissarii ad probationes conficiendum petendi sunt, & dandi in Prioratibus illis, intra cujus limites originem suam trahit Prætendens, juxta Resolutionem *Concilii Equitum sub die* 8. *Octobris* 1668. de qua meminit *Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Commissarii per le prove, vers. mà dove.*

11. Commissarii debent esse recepti in illo Prioratu in quo deputantur, exceptis Lingua Franciæ, & italiæ: *Compendium Alphabeticum Statutorum in Verbo Commissarii* §. *Commissarii per le Prove, vers. Devono essere ricevuti*, ubi ultra Ordinationem Capitularem respectu Italię allegat *Equitum Conc* 3. *Augusti* 1663.

12. Commissarii ad conficiendum Probationes tam Militum, quam Capellanorum, & Servientium Armorum non conceduntur in Capitulis Provincialibus, vel Assembleis, nisi prætendentes coram eisdem Capitulis, vel Assembleis se personaliter pręsentaverint, ut de facie cognoscantur, an sint sani mentis, & corporis, aptique ad Divinum, & Militare exercitium, ut loquitur *Statutum Tit.* 2. *n.* 16. *del Ricevimento de' Fratelli, & in Ordinat. Capitulari n.* 32. *&* 33. *eodem Titulo Del Ricevimento de' Fratelli: Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Ricevimento* §. *Esser sano di mente.*

13. Unde statura pusilli, & ut dicitur *di Natura Nani* reiiciuntur: *Ordinat. Capitularis Tit.* 2. *n.* 34. *Del Ricevimento de' Fratelli: Compendium Alphabeticum Statutorum in verbo Ricevi-*

cevimento §. *Che però i Nani non si ricevino*, ut supra dictum est, de qua Ordinatione meminit *Magnus Prior Caravita in Compendio Alphabetico Statutor. in Verbo Commissarii* § *Commissarii per le Prove*.

Quæ Dispositio Capitularis pro Lingua
14. Italiæ edita de concedendis primis Commissariis ad revidendum scripturas, extensa postmodum fuit ad omnes Linguas, vigore Resolutionis habitæ ab Equitibus *Concilii 9. Decembris 1644. relata à d. magno Priore Caravita in d. Compendio Alphabetico Statutorum in Verbo Commissarii* §. *Commissarii per le prove vers. Primi Commissarii, & in vers. in tutte le altre lingue*.

Expeditis autem Commissariis ad construendum Processum probationum, Probationes hujusmodi fieri debent, non solum in locis Nativitatis, ut loquitur *Stat. Del Ricevimento de' Fratelli tit. 2. n. 19.* sed etiam in locis Originis dictarum quatuor Familiarum, ut litteraliter disponit *Ordinatio Capituli Generalis celebrati anno 1631. Tit. 2. Del Ricevimento de' Fratelli n. 8.* ibi - *Item confirmaverunt, ordinaverunt, & statuerunt, ut probationes Nobilitatis pro Militibus fiant, & recipiantur, ac diligenter per Commissarios deputandos perscrutentur, non solum in locis Nativitatis, verum etiam in locis Originis Familiarum Recipiendi, videlicet Patris, Matris, & Avorum ipsius; alioquin Probationes ipsę pro invalidis reiciantur, & dicti Commissarii, propriis expensis, novas Probationes in omnibus prefatis locis, iterum facere, vel aliis Commissariis ad hoc deputandis hujusmodi expensas persolvere teneantur, & compellantur*.

Sed antedictam Capitularem Resolutionem sic explicat Sac. Rota in *Toletana Habitus 13. Maii 1624. coram Pirovano*, quod teneantur Commissarii se conferre ad loca Nativitatis Pretendentis Patris, & Avi, non autem ad loca eorum Originis indefinite; id enim involveret rem impossibilem, & allegata dicta Decisione Rotali, notat *Prior Caravita in Compendio Alphabetico Statutorum hujus Religionis Hierosolymitanæ in verbo Commissarii, Commissione* §. *Commissarii per le Prove, vers. Devono conferirsi ne' luoghi della Natività*.

Porro ex relatis verbis *diligenter perscrutentur* introductus fuit usus inconcusse servatus, quod dicti Commissarii collationem faciant scripturarum, & Documentorum cum suis Originalibus, ut testatur Rota in Melevitana Habitus 11. *Decembris 1719.* §. *Verum cum seqq.* confirmata *cor. Herera*, quas Decisiones referemus *in Tomo 3. in Discursu de Nobilitate*.

Super qua collatione, & recognitione Documentorum prodiere dictæ Decisiones Rotales cor. Foscaro, & Herera late materiam explanantes, occasione, qua vigore dispensationis Apostolicæ Probationes Nobilitatis peractæ fuerunt in Prioratu Urbis, non autem Pisarum, prout ratione Nativitatis, & originis Florentinæ, juxta Statutum Ordinis fieri debebant, ad quas idcirco Decisiones, nostrumque Discursum de Nobilitate Lectorem remittimus.

Commissarii autem debent observare ea,
15. quæ in Statutis, & Capitulo Generali anno 1631. disponuntur: disponuntur autem tum generice ac indistinctim pro omnibus Linguis, & Nos supra tradidimus *Sect. 5.* per totam, tum ordinatim, & specifice

pro

pro qualibet Natione, & omnes casus enumerantur, & Nos ad omnium commodum hic ad literam referimus *sub n. 16.*, & sunt impressæ hæ Ordinationes post *Statutum sub Titulo Ordinationi del Capitolo Generale del 1631. sub tit. 2. del Ricevimento de' Fratelli.*

Profecto generice statutum est in *d. Ordinatione n. 11.* §. *Item confirmaverunt, hic repetita sub n. 16.* scilicet, quod in Probationibus Nobilitatis Militum sint, & ponantur graphice depicta cum suis distinctis coloribus Arma, & gentilitia Insignia quatuor Familiarum Recipiendi, scilicet Patris, & Aviæ Paternæ, Matris, & Aviæ Maternæ, quæ per dicta Testium, vel per Scripturas authenticas veniant comprobata vera, & bene cognita esse, & per annos saltem centum antiquos, & Viros Nobiles prædictarum Familiarum illis usos fuisse, alioquin Probationes pro invalidis reiiciantur; & prænotavimus supra *sect. 5. sub n. 18.*

Quoad tres Linguas Galliarum in dicta Ordinatione *sub n. 21.* §. *Item pro* Venerabili Lingua Provinciæ probari debent Proavus, & Proaviæ Paterni, & Materni lateris Nobiles Nominis, & Armorum, & insuper earundem quatuor Familiarum Arma: ibi - *Faire blasonar las Armas des quattre lignes &c.*

Respectu autem Linguę Italicę sancitum est, quod quatuor Familiæ - *Siena Nobili di Nome, ed Arma, almeno di ducento anni in quà*: ita in Instructione, quæ habetur in *d. Capitulari Ordinatione sub n. 21.* à §. *Se la Signora &c.* Quæque Instructio datur Commissariis, & registratur in Processu, ut infra patebit.

Quoad Probationes Nobilitatis Generosæ, videantur *nostri Discursus de Nobilitate*, ubi late exponitur, & distinguitur Materia.

DEL RICEVIMENTO DE' FRATELLI

Titolo Secondo.

16. *Item, li predetti Signori Sedici hanno corretto il seguente Statuto, come segue, del consenso necessario del Gran Maestro, e del Consiglio nel Ricevimento de' Fratelli.*

Fr. Alofio De Vignacourt Maestro.

„ Statuimo per la presente nostra perpetua legge, che li „ pretendenti di esser ricevuti in „ grado di Fra Cavalieri, ben- „ che le prove loro non patiscano „ alcuna eccettione, e che siano sta- „ te ammesse, & approvate per buo- „ ne, e valide, e con tutto che in „ giudicio contradittorio per qualsi- „ voglia Tribunale detta approva- „ tione fusse stata fatta, non siano „ però all' avvenire in modo alcu- „ no ammessi all' Abito, e Pro- „ fessione Regolare, se di più dopo „ l' approvatione delle suddette pro- „ ve non gl' interverrà, ed aggiu- „ gnerà anco espressamente il con- „ senso del Gran Maestro, e Consi- „ glio Ordinario requisito, e decre- „ tato con lo scrutinio delle palle, „ in modo che le due parti delle „ tre de' voti, e suffragi concorra- „ no nel medesimo consenso, e li „ suddetti Gran Maestro, e Consi- „ glio, non siano tenuti in modo al- „ cuno dire, ne meno dichiarare la causa

,, causa, per la quale abbino il detto loro consenso denegato. Il qual consenso si debba dal Venerando Consiglio pallottare, e decretare, finito che sia l' anno del Noviziato di ciascheduno. Dichiarando, che il medesimo sia statuito, ordinato, & osservato per l' ammissione de' Frati Capellani Conventuali, e Servienti d'armi, e che a quelli, che si ammetteranno all' Abito, e Professione, non osservata la forma del presente Statuto, non corra l' antianità, e siano tutti gli altri, che poi legitimamente saranno ammessi con detto consenso, loro antiani; e ciò sempre se gli possa opporre in ogni caso.

1. ,, Item, li Reverendi Signori Sedici per buoni rispetti moventi degnamente l' animo loro con lo scrutinio delle palle n. d. hanno ordinato, ed espressamente proibito, che nel Monistero delle nostre Sorelle Vergini di Sant' Orsola di questa Città Valletta non si possa ricevere alcuna Sorella Monaca insino all' effettiva celebratione del prossimo futuro generale Capitolo.

38. tinis ea, quæ ulterius tradit *Bonolus Historia Forolivii Libr.* 5 *pag.* 116. *Claramontius in Historia Cesenæ Lib.* 10 *pag.* 395. *Rubeus in Historia Ravennæ Lib.* 3. *pag.* 492. *apud Guerreos* 1589. ubi recensentur egregia facta Virorum hujus Familiæ tempore Pacis, & Belli. *Leander Albert. in desc. Ital. Ven. apud Jo. Bapt. Porta an.* 1581. *tit. Romagna pag.* 313. *& seq.*

Videatur vetustissimum Instrumentum rogatum anno 1378. super Pace inita cum Urbano VI., & Populo Foroliviensi, quod Instrumentum per extensum modo fuit impressum in Appendice *Virorum Illustrium Foroliviensium* publicæ luci data à sæpe laudato eruditissimo Equite Georgio Marchesio Bonacursio, ad pręsens inter Romanæ Curiæ Prælatos florente.

Et pariter videantur quæ scripsit *bon. me. Eques Sigismundus Marchesi* Genitor dicti Equitis Georgii *in Supplemento Historico Forolivii lib.* 7. *pag.* 381., *& seq.*, *& lib.* 10. *pag.* 609., *& seqq. Et Vecchiazzanus in Historia Foripompilii par.* 2. *lib.* 17. *pag.* 224. Videatur *Clementinus in Historia Ariminen. lib.* 10 *pag.* 586., & videantur ea, quæ de antiquis Senatoribus Urbis scribit *Marius Crescimbenus in libro - Stato di S. Maria in Cosmedin nunc impress. Romæ Typis Antonii de Rossis* 1719.

Quo

Quo ad Familiam de Monsignanis, repeti poterant documenta adducta in processu probationum pro laudato Equite Milite Hierosolymitano, Fratre Josepho Merendi, & recenseri gesta à Bartholomæo Monsignani Sago, & Toga clarissimo: Sago quidem, ut legitur in litteris Patentalibus Magistratus nonaginta Virorum Pacificorum dat. Forol. anno 1657. & Toga, ut videre est sub annis 1652. & seq. quorum pars de presenti fuit registrata a d. *Equite Bajulivo Marchesi - Memorie Storiche dell' antica, e celebre Accademia de' Filergiti pag. 378., & seq.* Et hic est ille Bartholomæus, qui genuit Fabritium Antonium eruditione feracissimum, cujus scripta Forol. Typis Josephi Sylvę año 1699. & Pauli Sylvæ año 1714 impressa leguntur, necnon Typis Fabri 1742, ubi ejus vita registratur, de quibus scriptis Nos mentionem habuimus in nostro primo Tomo *Disc. 19. sub n. 2.*, quæ scripta doctorum virorum per manus, & ora volitant, & vidend. *super allegat. Marchesius in Vitis Virorum Illustrium lib. 2. cap. 3. pag. 302., & 303. & dic. Memorie Storiche pag. 399., & seq., & pag. 408., & seq.* Idemque Bartholomęus Cleopatram procreavit, quæ assumptis nominibus Angelicæ Theresiæ, religiosum habitum S. Dominici in Monasterio S. Franciscæ Romanæ in Terra Brisighellæ induens, ibi septuagesimum octavum agens annum, in odorem suavitatis, in domino obdormivit; ejusque Vita perspicue non minus, quam eleganter de more scripsit Pater Antonius Bombarda e Societate Jesu, & publice luci mandavit Typis Alexandri Fabri Forolivii 1742.

Respectu Familiæ nostræ de Torellis quoad originem, & diramationem Familiæ, poterat allegari *Pompejus Scipio Dolfi - Cronologie delle Famiglie Nobili di Bologna pag. 406., & seq.* & produci verba illustris Academici *Philippi Sassetti Patricii Florentini in funebri Oratione pro Lelio Torelli Fanensi habita anno 1576.* queque servatur inter MSS. *in Codice 738, pag. 96. Florentia in Palatio Nobilissima Familię de Strozzis*, & nuper impressa habetur in Volumine - *Fasti Consolari dell' Accademia Fiorentina* recollect. per doctissimum Virum *Salvinum Salvini Nobilem Florentinum impress. Florentiæ Typis Joannis Caietani Tartini, & Sanctis Franchi 1717. pag. 132.* poterat allegari *Pater Julius Loranicus ex Societate Jesu in Vita Hieronymi Torelli impress. Forolivii Typis Cimatiorum 1654. Canonicus Saracenus in Historia Ancona:* præcipue poterat produci Vita Beati Torelli filii Pauli Torelli, de quo in Arbore Genealogica, penes *Paulutium d. Differt. 16., & in Differt. 110. art. primo n. 43.* cujus B. Torelli gesta latius modo leguntur in Volumine *Patris Soldani Congregationis Vallis Umbrosa. Patris Jacobi Bellogradi e Societate Jesu, iterum impressa in nostro Primo Volumine Dis. 1. à pag. 31. cum seqq.* bon. me. Eques *Sigismundus Marchesius in Supplemento Historia Forolivii libr. 3. pag. 407.* Et ibi in Catalogo Stemmatum Nobilium Familiarum *verbo Torelli lib. 12. Landinus lib 3. pag. 48.* Gesta referens Christophori Torelli Bellatoris fortissimi sub anno 1435., de cujus Vita postmodum agit *Eques Marchesius in Vitis Virorum Illustrium Forolivii lib. 3. cap 3.* Poterant allegari antiquissima Documenta omnibus nota, quæ nuper producta fuerunt in Processu Probationum Nobilitatis Familię, occasione qua Sebastianus Nicolaus Silvius

vius noster ex Germano Fratre Nepos sumpsit Equestrem Habitum S. Stephani Papæ, & Martyris.

Demum poterant produci ea publica Documenta jam Foroliviensibus similiter nota, quæque nuper postmodum deducta fuerunt in Volumine solida eruditione confecto per dictum doctissimum Equitem Georgium Vivianum Marchesium Bonacursium, cui Titulus - *La Galleria dell' Onore Parte Prima sub Verbo Forlì, pagina 584. cum seq.*, & doctissimus *Paulus, tom. 3. Disser.* 110. Item afferri monumentum ære perennius ad justificandum Stemma, & usum ejusdem in Familia nostra Torellia per plura secula, & ab immemorabili palam omnibus visibile, nempe ferreum vexillum fixum, simulque versatile supra Pinnaculum Arcis S. Petri, unam ex Portis Civitatis, Taurum scilicet erectum cum Cruce suprapolita.

Respectu Familiæ Albicinæ poterant ea produci, quæ habentur in Funebri Oratione habita à bon. me. Octaviano Petrignano in Funere Marchionis Andreæ Abicini anno *1691.*, & in alia habita anno *1697.* in Funere Marchionis Jo. Baptistæ dicti Marchionis Andreæ filii, de quibus meminit postea *d. Eques Marchesius Vita Virorum Illustrium pag.* 53. . *&* 144. Pariter adduci poterat celeberrimus ille I. C. Bernardinus Albicini, qui numeratur inter quinque Reformatores, ac Restauratores Legum Municipalium Civitatis Forolivii, ut videre est in Patrio Statuto sub anno *1616.* Typis Francisci Suriani.

Ut tandem de hujusmodi Processus materia sermonem nostrum absolvamus, cum jam exordium, medium, & finis fuerit latè expositus, superest, ut nunc subdamus quæ successive pera-

40. gi debent, ut executioni rite demandetur, juxta tenorem relatæ Epistolæ laudati Domini Bajulivi Cevoli. Dicimus ergo, quod compilato, antedicta methodo, Processu, eoque à Commissariis in scriptis approbato, transmitti debet originaliter Melitam in Lingua, ut idem Processus recognoscatur: fit autem recognitio in Lingua, hoc modo. Deputat Venerabilis Lingua duos Commissarios ibidem pro nova Revisione, ut diximus supra *n.* 23. eaque completa, in Lingua formatur Decretum, cum consuetis approbationibus super approbatione Prætendentis, quoties Commissariis Revisoribus in eodem Processu, & super eodem, difficultates non occurrant; si vero exceptio-

41. nes contra eundem Processum insurgant, tunc injungitur, ut suppleatur in Probationibus deficientibus in Processu; & quoties à Concilio, ubi pendet causa nobilitatis causa revidetur, aut à Tribunali Concilii deputandi sunt Commissarii ad recognoscendum Probationes, ultra duos, qui assignari debent diversarum Nationum, deputatur etiam tertius, ejusdem Nationis litigantis non suspectus litiganti, ut tres simul deferant Concilio, juxta ea quæ tradidimus num. 23., & seq.

Posito igitur Decreto Linguæ approbante Processum Probationum, nuncupari potest Eques idem Prætendens, tuncque eidem permittitur usus octogonæ Crucis aureæ ad pectus, quæ assumptio Crucis aureæ, absque ulla exteriori cæremonia peragitur, sufficitque solum dictum Decretum supra relatum, approbans Processum Probationum factarum.

At si Prætendens esset in Minori ætate, cum ipse tempus habeat faciendi suas Probationes usque ad ætatem 25. annorum, præfata Epistola sic loquitur

loquitur.

Se poi il Pretendente fosse di minor età, siccome hà tempo fino all' età di 25. anni a fare le sue Prove, così vi è la tolleranza di lasciargli portare la Croce anche prima di farle, e subito ch' è accettato, perchè non esponendosi a pagar un Passaggio di due milla di questi ducati, se non quelle Famiglie, che sanno di certo non poter aver eccezzione, e delle quali è notoria la Nobiltà, si facilita in tal circostanza del portar la Croce.

Chirograbus super Marchionatu Familia de Moratinis.

Reverendissimo Cardinale Valenti nostro Segretario di Stato, e Camerlengo di S. Chiesa.

PEr parte dei Conti Antonio, Fran. Abbate Nicola, e Cav. Valeriano Giovanni Fratelli Moratini Patritij della nostra Città di Forlì, ci è stato rappresentato &c. ci supplicavano perciò, ad oggetto di dare un maggior lustro, e decoro alla loro Nobile Fameglia, e godere nello stesso tempo degli effetti della sudetta grazia, di degnarsi di eriggere in titolo di Marchesato la suddetta Tenuta di S. Benedetto in Lardiano coll' altra annessa Tenuta di Mezza Costa per Essi, loro Figli, e discendenti, Eredi, e successori anche estranei in perpetuo, che possederanno pro tempore la suddetta Tenuta, colli soliti Onori, e prerogative, con di più l' indulto della Bandita, o sia Caccia riservata nell' antidette due Tenute, ed altri Beni, che in avvenire potessero alle med. unire, ed incorporare, e della Pesca parimente riservata nel suddetto piccolo Fiume Calanco, per tutto però il tratto che scorre, ed interseca l' altra suddetta loro piccola Tenuta di Mezza Costa, e finalmente colla facoltà di poter fare in essa Tenuta di S. Benedetto una publica Fiera nel Mese &c. d' ogn' anno in perpetuo per tre giorni continui da destinarsi da Essi Oratori, e di potere in essa Tenuta aprire Forno, Macello, ed Osteria, purchè da ciò non ne risulti &c.

Per tanto col presente nostro Chirografo, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserto il tenore del Chirografo del Ven. Innocenzo XI. nostro predecessore, in data dei 18. Febbrajo 1689. sopra l' estensione di simili Titoli, l' informazione dataci come sopra da detto Reverendissimo Cardinale Bolognetti, la precisa qualità, quantità, e confini tanto della suddetta Tenuta di S. Benedetto di Lardiano, quanto dell' altra di Mezza Costa, e qualunque altra cosa quanto si voglia necessaria da esprimersi, e benchè degna di speciale, ed individua menzione, di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra suprema podestà &c.

Vi ordiniamo, ed ingiungiamo, che senza alcun pregiudizio di qualsisiano ragioni potessero competere tanto alla nostra Camera, e Congregazione dell' acque, che alla Città suddetta di Forlì tanto per il passato, quanto per il presente, e futuro, per qualsivoglia causa, e Titolo, benchè quì non espresso sopra le suddette Tenute, e non altrimenti in nome nostro, e di questa S. Sede eriggiate, ed instituviate, siccome noi eriggiamo, ed instituiamo in Nobile, ed Illustre Titolo di Marchesato la suddetta Tenuta di S. Benedetto in Borgo Lardiano, esistente

te nel Territorio della suddetta Città di Forlì, e suo distretto, presso li suoi noti confini, a favore de' suddetti Sigg. Conti Antonio, Fran., Abbate Nicola, e Cav. Valeriano Giovanni Fratelli Moratini, loro Figli, e descendenti, Eredi, e successori anche estranei in perpetuo Possessori pro tempore della suddetta Tenuta, con tutti, e singoli Privilegi, Facoltà, immunità, prerogative, ed Indulti in qualsivoglia tempo conceduti, e soliti concedersi a qualsisiano altri Marchesi quantosivoglia nobili, antichi, ed Illustri, tanto per ragione d' uso, e consuetudine, quanto per Privilegio Apostolico, Imperiale, e Regale, aggregando Noi li suddetti Moratini, loro Figli, descendenti, Eredi e Successori qualsivoglia anche estranei in infinito, che saranno prò tempore Possessori della suddetta Tenuta di S. Benedetto in Lardiano, al numero, e consorzio degli altri Nobili, ed antichi Marchesi, volendo che in tutti, e singoli Bandi, e proclami da farsi, ed in tutte le cessioni, Processioni, Congregazioni, adunanze, pompe, Compagnie, ed altri Atti Publici, e privati, sì nel nostro Stato Ecclesiastico, che fuori di esso, in qualsisiano luoghi, Provincie, e Regioni anche Imperiali, Regali, e Ducali, e di qualsivoglia altri Principi, siano per tali stimati, reputati, e denominati, e che così possino denominarsi, scriversi, e farsi da altri con effetto nominare, tenere, e rispettare, con facoltà d' usare in ogni luogo publicamente, e privatamente l' Armi, ed Insegne solite portarsi, ed usarsi da' simili Marchesi, e valersi delle suddette, ed altre qualsisiano insegne, titoli, gradi, dignità, privilegi, immunità, libertà, prerogative, precedenze, preminenze, indulti, grazie, ed altre ragioni, che qualsisiano altri Marchesi quanto si voglia Antichi, Nobili, ed Illustri, tanto Pontificj, quanto Imperiali, Regali, e Ducali in altri Principati godono senza alcuna differenza liberamente, e senz' altra licenza da ottenersi da Noi, o da Nostri Successori, ordinando a Voi, ed alli Cherici Presidenti della nostra Camera presenti, e futuri, che per tali li riconoschino, trattino, ed onorino, e li facciano riconoscere, trattare, ed onorare, esortando ancora qualsisiano Persone di qualsivoglia superiorità Imperiale, Regale, e Ducale, e di altra qualunque Dignità a voler ricevere, ed admettere li suddetti Conti Antonio, Fran. Ab. Nicola, e Cav. Valeriano Gio. Fratelli Moratini, loro figli, e Descendenti, Eredi, e Successori anche estranei Possessori pro tempore della suddetta tenuta di S. Benedetto in Lardiano, all' onore, grado, e dignità di Marchesi, ed altri Privilegi sopra espressi, ed a prestar loro ogni ajuto, e favore, e non permettere che da alcuno sotto qualsisia pretesto, mendicato colore, direttamente, o indirettamente, siano molestati, ed inoltre per maggiore onorificenza dei suddetti Moratini, loro Famiglia, ed altri come sopra in perpetuo, gli concederete, conforme Noi di simile moto proprio, certa scienza, e pienezza della suprema Podestà, gli concediamo piena, ampia, e libera facoltà, ed autorità di potere in tutta la suddetta Tenuta di San Benedetto in Lardiano, ed altri Beni, che potessero in avvenire ad essa unire, ed incorporare, far Caccia riservata, e come volgarmente dicesi, Bandita di ogni sorte di Animali Selvatici, Quadrupedi, e Volatili,

come

come anche la Pesca parimenti riser, vata nel suddetto piccolo Fiumicello Calanco, per tutto però il solo tratto che scorre, ed interseca l' altra suddetta loro piccola tenuta di mezza Costa, e Beni di Essi Oratori, che potessero in avvenire come sopra unirvi, sotto quelle proibizioni, e pene, che, e li Reverendissimi Camerlenghi pro tempore vostri successori, stimarete, e stimeranno espedienti, affinche li suddetti Conti Moratini, e loro Sudditi, non siano in alcun tempo, nè modo molestati, nè perturbati nella detta facoltà, e godimento della detta Caccia, e Pesca riservata ec.

Ma in oltre di poter fare in Essa tenuta una pubblica Fiera nel mese ec. ogni anno in perpetuo per tre giorni continui da destinarsi da Essi Oratori, purche nei medesimi tre giorni non ricorra altra simile fiera nelle Città, e Luoghi convicini ec.

Volendo, e decretando, che il presente nostro Chirografo amettendosi, e registrandosi in Camera, e suoi Libri, a tenore della Bolla di Pio IV. nostro Predecessore de' registrandis, vaglia, e debba avere sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla nostra semplice sottoscrizione, e che non gli si possa mai opporre de surezzione, orrezzione, nè di altro qualunque vizio, e difetto della nostra volontà, ed intenzione, e che cosi, e non altrimenti, debba sempre nelle cose promesse giudicarsi ec.

DISCURSUS CXXVIII.

SECT. VIII.

ARGUMENTUM

Una cum Summario totius Sectionis.

Sectio hæc Octava duo continet. Primo ad literam Titulum Decimum nonum Statuti Ordinis Hierosolymitani *Della Significazione delle Parole* editum sub magno Magistro Fratre Claudio della Sengle, & magno Magistro Fratre Joanne de Omedes, & in totum constat numeris 37. Secundo continet additionem per Nos confectam, allegando Scriptorum Auctoritates comprobantes explicationem Dictionum in Statuto adductarum, ac tandem superaddendo alia verba, aliaque Vocabula, cum eorundem explicatione sub Regula Alphabetica.

DISCURSUS CXXVIII.

SECT. VIII.

Della Significazione delle Parole

Titolo Decimonono.

F. Claudio della Sengle.

1. Sotto nome di Fratelli, o Frati si contengono tutti quelli, che anno fatto professione nell' Ordine nostro.
2. Il Convento s' intende essere quello, dove sono il Maestro, ò suo Luogotenente, la Chiesa, l' Infermeria, e gli Alberghi, ò siano le otto Lingue.
3. Gli Statuti, e Stabilimenti nell' Ordine nostro sono quelli, che durano in perpetuo, se dal Capitolo Generale non sono espressamente rivocati. Però l' Ordinationi sono quelle, che non durano se non fino all' altro Capitolo seguente, e non più; eccetto quelle, che nominatamente saranno confermate.
4. Alberge è nome famigliare agl' Italiani, Francesi, e Spagnoli, il quale significa ospitio; e cosi si chiamano le case, nelle quali i Fratelli nostri, Natione per Natione mangiano, e si congregano insieme.
5. Pilieri si chiamano gli otto Baglivi Con-

Conventuali, Capi, Presidenti, e come colonne delle Nationi. Perciocchè le colonne volgarmente si chiamano Pilieri.

6. Sotto nome di Baily (o come diciamo) Baglivi, si comprendono i Baglivi Conventuali, e Capitolari, i Priori, il Castellano di Emposta: e i Baily nell' antica Lingua Francese erano chiamati i Prefetti, o amministratori delle case, o degli altri poderi: dal che le Commende dai Maggiori nostri furono dette Bailie. Perciocchè anco oggidì chiamano i Francesi Bailie l' allogationi de' poderi a certo tempo, ò le concessioni fatte sotto conditione.

7. Marescialло, il quale è Baglivo Conventuale della Venerabile Lingua di Alvergna, è vocabolo militare, il quale anno usurpato i Francesi da i Tedeschi, col qual nome chiamano i Tribuni de' Soldati.

8. Turcopiliero, Baglivo Conventuale della Venerabile Lingua d' Inghilterra, si dice dai Turcopoli, i quali, come si legge nelle Storie delle Guerre fatte dai Cristiani in Soria, erano Cavalli Leggieri.

9. Dovunque si dice Consiglio semplicemente, ed assolutamente, così negli Statuti, come ne' Libri di Cancellaria, si deve intendere del Consiglio ordinario.

10. Sguardio è voce Francese, e significa ragione, ò sia consideratione (ò per così dire) rispetto, il quale Sguardio è antichissimo, ed il primo giudicio della Casa dello Spedale.

11. Rinforzo è preso dalla medesima Lingua, e significa corroboratione (ò per così dire) fortificatione; e quinci Rinforzo di Rinforzo, cioè Fortificamento del Fortificamento.

12. Ogni volta che si tratta de' Priori, s' intende ancora del Castellano di Emposta, e quando si tratta de' Priorati, s' intende ancora della Castellania di Emposta.

13. Assemblee chiamano i Francesi le Congregationi: del qual nome usiamo, quando i Fratelli nostri si congregano insieme per alcuni negotii appartenenti all' Ordine nostro.

14. Nell' Assemblee de' Priorati fuori di Convento, vi devono essere presenti almeno tre Fratelli ricevuti in Convento, oltre il Capo, e Presidente.

15. Sotto nome, ò vocabolo di Commende vengono i Priorati, la Castellania di Emposta, i Bagliaggi, i Poderi, i Membri, le Case, le Possessioni, e tutti gli altri beni di qualsivoglia sorte dell' Ordine nostro.

16. Dove negli Statuti, ò nelle Bolle nostre si fà mentione di Beneficio, intendiamo di Beneficio Ecclesiastico con cura, o senza cura.

17. Sotto nome di Mortorio s' intendono i frutti della Commenda, che si raccolgono dal giorno della morte del Comendatore, fino alla festa dei Santi Filippo, e Giacomo prossima seguente.

18. Vacante nella Commenda, intendiamo per i frutti di un' anno, i quali passato il Mortorio, si raccolgono a nome del Tesoro.

19. Arreraggi sono debiti vecchi, o sia resto de' debiti.

20. Dovunque si parla de' diritti del comun Tesoro, si deve intendere degli Spogli de' mortorj, de' vacanti, delle risponsioni, ed impositioni, delle pensioni, de' passaggi, e degli arreraggi.

21. Per simili diritti solamente non pagati, s' intendono i Fratelli nostri essere debitori, in modo che possino essere privati delle Commende, e delle amministrationi, che possedono, senza speranza di conseguirne dell' altre

tre. Ma per altri debiti non s'intendono essere debitori per l'effetto sud detto, se prima non saranno stati legitimamente ammoniti dai Ricevitori, e Procuratori ne' Priorati, ed in Convento dal Conservatore Conventuale, e siano per quelli stati condannati, o quelli abbino confessati.

22. Cabimento è vocabolo Francese, da cabire, che significa togliere a fare qualche cosa, della quale altri stima poter dare buon conto: e così si chiama la prima Comenda, che si concede al Fratello per ordine della sua antianità.

23. Motitione, che volgarmente si dice Smutitione, è similmente dittione Francese, e significa nominatione, ò sia pronunciatione, perciochè motire nell' antica Lingua Francese è l' istesso, che dire, nominare, ò pronunciare. Di questo vocabolo si servono i Fratelli nelle Lingue, quando si dichiara à chi sia stata concessa la Comenda, la cui amministratione vaca.

24. Per Fiarnaldi s' intendono quelli, che ultimamente dopo gli altri hanno fatta Professione nell' Ordine nostro; quasi Tironi; il quale vocabolo, che anch' egli è Francese, fu commune, e frequente in Terra Santa: Perciochè coloro, che ivi di Padri Christiani erano nati, erano detti Polani; e coloro, ch' essendo nati nelle Parti oltramarine, quivi venivano, erano da loro chiamati Fiarnaldi.

25. Lingue nell' Ordine nostro, sono chiamate le Nationi.

26. Colletta è quando i Fratelli si congregano insieme per trattar alcuna cosa appartenente alla Lingua, overo all' Alberge loro; detta dal raccogliere, ò adunare insieme i Fratelli.

27. Chi è privato dell' Habito, s' intende essere privato di tutte le Comende, Beneficj, ò Antianità; ancorchè ciò non si fusse espresso; e deve essere ritenuto in carcere perpetua.

28. Dove non si statuisce certa pena, s' intende ad arbitrio del Superiore.

29. Planta è vocabolo Francese, e significa querela.

30. Caravana in Lingua Siriaca, & Arabica significa congregatione d' huomini, per fare alcun negotio insieme; vocabolo usurpato da i nostri Maggiori, quando facevano la scelta, ò elettione de' Fratelli per mandargli, e distribuirgli in guardia delle Fortezze, e delle Galere, ò quando altrove in compagnie, & in numero si mandavano.

31. Soldea è detta da Soldo, che è specie di danaro usato da Francesi, Italiani, e Spagnuoli. Onde lo Stipendio è detto Soldea.

32. Gigliati sono alcuni denari d' argento, ne' quali era scolpito un giglio, che è insegna de' Francesi: perciochè gl' Italiani chiamano il lilio, giglio; sei de' quali facevano un fiorino di Rodi: Alcuni però sono d' opinione, che quel denaro così si chiamasse da Roberto di July Gran Maestro; pensando, che da lui fusse ordinato, ch' ogni seconda feria della Quinquagesima si distribuisse à ciascun Fratello un Gigliato, del che non s' hà certezza alcuna.

33. Il Fiorino di Rodi contiene venti Aspri Turcheschi, ed ogni Aspro sedeci denari di Rodi; è tre Fiorini di Rodi sei Aspri, otto denari fanno un Scudo del Sole.

34. Ianeti parimente erano denari d' argento; così detti, come alcuni vogliono, da Giano Rè di Cipro, a nome del quale si stampavano.

35. Dispropriamento, e come privatione del proprio, quando i Fratelli dichia-

dichiarano ciò, che hanno in mobili, ò in robba domestica, e famigliare.

36. I Fratelli, che venendo in Convento, ò da quello partendosi muojono nel camino, s' intendono morire in Convento.

F. GIOVANNI D' OMEDES.

Nelle prove de' Fratelli Cavalieri, sot-
37. to nome di Parenti, s' intendono il Padre, la Madre, gli Avi, e le Ave Paterni, e Materni.

Sequitur series nostrarum Additionum cum Doctorum Allegationibus, & aliarum novarum dictionum additamento, servando Ordinem Alphabeticum: sed præmittimus, quod sapientissimi veteres Juris consulti, qui Digestorum, seu Pandectarum libros in Volumina disposuerunt, ut Vocabulorum occurrentium sensus palam elucesceret, & significatio inotesceret, titulum apposuerunt de *Verborum, & rerum significatione in ff. novo lib. 50. tit. 16.* sic etiam habetur in Jure Canonico *in Decretalibus lib. V. tit. XL., & in 6. Lib. V. tit. XII. & inter Clementinas tit. XI. lib. V.* ubi *Glossa* super continvatione, hanc eandem rationem adducit, *quod in jure multa dubitationes oriuntur circa verborum significationem.*

Bene similiter, & sapienter ob eandem causam in compilatione Statutorum hujus inclitæ Religionis Hierosolymitanæ appositus fuit in calce Titulus *Della significatione delle Parole*, qui est *Titulus decimus nonus, sub magno Magistro F. Claudio della Sengle.* Siquidem Religio hæc, ut supra exposuimus, fundata fuit in Oriente, ibique diu moram traxit, constatque octo Linguis, hoc est Nationibus: hinc factum est, ut in Statutis, quæ successivis temporibus condita sunt, in eadem Religione variæ legantur Vocabula Orientalium Idiomatum, Gallicæ, & Teutonicæ linguæ, nec non aliæ insertæ sunt peculiares formulæ, quæ eorundem Statutorum dispositiones continent, quæque non ita omnibus intellectu obviæ sunt.

Hìc ergo, Nos ut diximus, primo loco ad litteram transcribimus dictum Statuti Titulum, deinde ad ornatum, ac additamentum subdimus Ordine Alphabetico eadem verba, videlicet.

Alberge in Statuto prædicto *Della significatione delle Parole sub n. 4.* explicantur *Hospitia*, dictum vero Statutum Hierosolymitanum exponit esse diversorium, seu refectorium, & tradit *Macer in Hierolexicon, sive Sacrum Dictionarium, verbo Albergia: Prior Caravita in Compendio Alphabetico Statutorum Ordinis in verbo Albergie.*

Refectoria autem sunt septem in Conventu Melitensi separatim pro septem Nationibus, quæ vocantur Linguæ, quarum prima est pro Provincialibus Galliæ: secunda pro Alvernia, & Delphinatu: tertia pro illa, quæ Franciæ dicitur, in qua Aquitani, & Campani Galliarum comprehenduntur: quarta pro Germanis, de qua ex gratia Poloni participant: quinta pro Italis: sexta pro Aragonibus, quibus Catalani, & Balearici associantur: septima Castellæ, & Lusitanæ simul: *Macer d. verbo Albergia*, sublata autem fuit octava lingua, idest Angliæ ob Hæresim.

Unaquæque Lingua, seu Natio in prædictis Albergiis congregatur ad comedendum, & ad consulta faciendum de earum Negotiis: *Macer in d. verbo Albergia, d. Compendium Alpha-*

phabeticum in d. verbo Albergie, ubi allegantur Resolutiones Generalis Capituli, & Concilii Ordinarii, quoad fercula Carnis, quæ Equitibus ministrantur, & apud quem super prædictis, & contra quos sit promovenda Querela, & de modestia in dictis Albergiis servanda agitur.

In recensitis Albergiis, non solum ad comedendum, sed etiam ad reliqua eorum Negotia pertractanda unaquæque Natio, seu Lingua congregatur; *Macer ubi supra in verbo Albergia*.

Eædemque Linguę habent in Ecclesia Conventuali Capellas separatas in quibus separatim accedunt ad præstanda vota pro electione magni Magistri in Conclavi: supra allegatus *Macer*.

In Sacra Religione Hierosolymitana Albergiarum quarumlibet onus habitum fuit pro gravi onere, & ut tale recognitum fuit ab ipsa Sacra Rota, ut allegatis antecedentibus Causæ Decisionibus *cor. Corso* dixit eadem *Rota in Melevitana Nullitatis Brevis* 10. *Junii* 1727. *& sub n.* 3. §. *Quod enim attinet*, *cor.* R. P. D. *Cornelio*, *quaque hic datur impressa*.

Et tale onus secum semper fert magnas impensas, ut prosequitur *dicta Decisio n.* 7., *& seqq.* ubi quod Statutum Sacræ Religionis Hierosolymitanæ mandat, ut singuli Bajulivi pro sustinenda Albergia erogent menstruatim de proprio scuta quinquaginta auri.

R. P. D.

CORNELIO

Melevitana Nullitatis Brevis

Ven: 20. *Junii* 1727.

ARGUMENTUM

Cum Summus Pontifex sæpe dispenset cum Equitibus Hierosolymitanis, ut possint retinere Commendam incompatibilem cum Prioratu; in hac Decisione vindicatur ab exceptionibus Subreptionis, & Obreptionis Gratia sic obtenta ab Equite, & adducuntur Conclusiones circa Onus Albergiæ iniunctum à Statuto Hierosolymitanæ Religionis.

SUMMARIUM

1. *Gratia dispensativa retinendi Commendam incompatibilem cum Prioratu, concessa à Pontifice, quando sunt verificata ea, quę fuerunt exposita Papa, executioni demandanda est.*
2. *Vim legis habet id quod fuit sancitum à Principe, à qua Lege non debet deflecti.*
3. *Subreptitia dicitur Gratia, quando fuit narratum id, quod non subsistit, & Obreptitia quoties non dictum id quod exprimi debebat, quibus stantibus Princeps, aut non concessisset, vel difficilius Gratiam concessisset.*
4. *Albergia onus in Sacra Religione Hierosolymitana semper habitum fuit pro magno onere.*
5. *Et secum fert magnas expensas*, & n. 9.
6. *Dispendium, & onus Albergię semper dicitur adesse, quoties expensæ superant emolumentum, quod recipitur intuitu ejusdem oneris.*
7. *Expensæ probantur facta ex attestatione Famuli, quoties hic non est Persona vilis, sed honesta, & addicta tali ministerio, quod in se est dispendiosum*, & n. 9.
8. *Statutum Sacræ Religionis Hierosolymitana* 41. de Bajulivis *demandat*, *ut singuli Bajulivi pro sustinenda Albergia erogent menstruatim de proprio scuta quinquaginta auri.*
10. *Bajulivi Conventuales ex Statuto*

Religionis Hierosolymitanæ 44. de Bajuliviis, *consequuntur honorificentiam magnæ Crucis, & Expectativam ad alteram ex lucrosis Dignitatibus, ob servitia, & obsequia præstita Religioni.*

11. *Non autem ex servitio Albergiæ.*

12. *Antianitas, & major Benemerentia tribuunt majores Dignitates, ut magnæ Crucis, nec non lucrosas expectativas.*

13. *Generalis præfectura classis Triremium Sacræ Religionis secum fert dispendium Equiti illam assumenti.*

14. *Sic etiam Præfectura unius Triremis ejusdem Religionis.*

15. *Subreptio tollitur, quando verificatur principale fundamentum Gratiæ, licet non verificetur aliud incidenter tantum expressum.*

16. *Ad Gratiam sustinendam, quoties causæ copulative expressæ non sunt omnes necessariæ, satis est ex illis unam verificari, & copulativa resolvitur in disjunctivam.*

17. *Quoties adest causa expressa ad consecutionem alicujus rei, non est referendus actus ad aliam causam imaginariam.*

18. *Verbum* Interesse, *non semper importat damnum pecuniarum, sed etiam incommoda, & vitæ pericula.*

19 *Præfectura Triremium Religionis Hierosolymitanæ, sicut & alia Munera subeunt Equites exercentes illam, & illa,* & n. 20.

21. *In Gratiæ concessione quoties Pontifex habuit rationem de meritis personalibus ad eandem Gratiam sustinendam, satis est, quod in genere illa verificentur, licet aliqua ex ipsis æquivoce expressa, aut integre non verificentur.*

22. *In subreptione, vel obreptione evitanda, maxime attenditur Principis voluntas,* & n. 23.

In concedendis Gratiis Papa multum deferre solet stilo, & exemplis Prædecessorum, & n. 23.

23. *Gratia, à Pontifice ut sustineatur, sumi debet omnis benigna, & favorabilior interpretatio.*

24. *Gratia Dispensationis ad retinendum Commendam incompatibilem, ex sui natura, involuit præjudicium Tertii.*

25. *Ad obtinendam Gratiam ex se tertio præjudicialem, non est necessarium allegare præjudicium Tertii, sed dicitur praexistere in mente, & animo Principis Gratiam indulgentis.*

26. *Princeps concedendo Gratiam non solet Tertio præjudicare.*

Præjudicium Tertii, ad destruendam Gratiam non est allegabile, quando constat etiam virtualiter, quod voluerit Tertio præjudicare, & Gratia est ex sui natura Tertio præjudicialis.

27. *Etiamsi Papa nesciat peculiares Personas, quibus præjudicatur.*

28. *Gratia quando non est mere gratuita, sed innixa meritis gratiati, assumit vim contractus correspectivi, & onerosi.*

29. *Et tunc non impeditur sub colore præjudicii Tertii.*

30. *Subreptio, ut evitetur, sufficit generalis, & virtualis cognitio Papæ, quod Gratia sit allatura præjudicium Tertio,* ut in n. 31., & 36.

31. *Scientia Principis de præjudicio Tertii habetur, quando Papa derogat ex.gr. omnibus Statutis, & consuetudinibus Sacræ Religionis Hierosolymitanæ, cum clausula* pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum præinsertis.

33. *Regula de jure quæsito non tollendo, quando intret.*

34. *Regula de Jure quæsito non tollendo, tunc intrat, quando Gratia est indifferens,*

ferens, & in Principe non supponunt individuam Scientiam præjudicii Tertii.

35. *Secus, quando Gratia ita habet annexum præjudicium Tertii, ut Gratia ipsa sine illo stare non possit, & tale præjudicium ignorare non potuit Papa, tunc non requiritur derogatio Regulæ de jure quæsito non tollendo.*

37. *Quoties Supplicans narravit concordatum, & petit derogationem, ac Pontifex in Gratia derogat omnibus obstaculis cum clausula* illorum tenores, *dicitur derogasse tali concordato*, & n. 38., & 39.

40. *Gratia, quoties est de solitis concedi, & adsunt exempla, ad normam eorum debet regulari, & non redarguitur de obreptione, sicut nec fuit redarguta in exemplis hic recensitis.*

42. *Maxime, si fuit executioni demandata ab Executore, ex. gr. magno Magistro Religionis Hierosolymitanæ.*

R. P. D.

CORNELIO

Melevitana Nullitatis Brevis

Veneris 20. Junii 1727.

Ex speciali Brevi, ac Indulto gloriosæ in æuum memoriæ Innocentii XIII. tributa magno Magistro Sacræ Religionis Hierosolymitanæ facultate dispensandi, & habilitandi Equitem Guillelmum de Nesselrode Magnum Bajulivum Linguæ Alemanniæ ad retinendum cum Magno Prioratu ejusdem Linguæ, si ad eum contingat ascendere, unam sibi magis benevisam ex Commendis incompatibilibus, quas tunc possideret, idem Magnus Magister verificatis omnibus expositis, gratiam dispensationis elargitus fuit, à qua reclamantibus nonnullis Equitibus prædictæ Linguæ Alemanniæ, delataque cognitione super executione Brevis ad nostrum Tribunal, responsum fuit = *Non intrare arbitrium pro illius retardatione*, juxta *Decisionem editam prima Julii 1726. coram bo: mem: Cerro*: subrogatus autem Ego in locum defuncti Collegæ post impetratam a dictis Equitibus novam audientiam, proposui hodie dubium: *An sit standum, vel recedendum à decisis*: responsumque habui *in decisis*.

1. Ratio siquidem decidendi, iterum stetit in eo, quod agitur de gratia dispensativa retentionis Commendæ incompatibilis cum Prioratu assequendo per dictum Equitem de Nesselrode, quæ cum inter Equites Hierosolymitanos non sit rara, & coram magno Magistro Sacræ Religionis jam fuerit in omnibus expositis Summo Pontifici verificata, utique non erat locus arbitrio pro ejus retardatione, cum ex propria indole expeditam potius, ac celerem exigat obedientiam ad *Text. in cap. Si quando de rescript. Rota coram Buratt. dec. 435. num. 1., coram Roxas decis. 258. num. 1., coram Priol. decis. 332. num. 1., in Recent. decis. 198. n. 2. par. 5. decis. 389. num. 5. par. 9.*, Quod enim auctoritate

2. Supremi Principis fuit sancitum, habet vim legis, à qua deflecti non potest *leg. final. Cod. de legib. leg. prima ff. à quibus appell non licet, Rota in Æsina Collectarum 7. Decembris 1714. §. Et quidem & 18. Martii 1715. §. Solida coram cl. mem. Card. Scotto.*

Frustraque iterum opponebatur vitium obre-

obreptionis, vel subreptionis, ex quo idem Comes de Nesselrode ad obtinendam dictam gratiam exposuerit Summo Pontifici, *quod ipse tamquam Presidens, vel Pilerius dictæ Linguæ onera Albergiarum in Conventu Melitensi sustinebat, quodque reperiebatur in actu assumendi* alterum onus Præfecti Generalis Classis Triremium cum gravissimo ipsius Oratoris impendio, quod falsò expressum dici debeat ob correspectivas mercedes, quas lucratur Magnus Bajulivus Alemanniæ in causam onerum Albergiæ, tum ex contributione annuorum scutorum 1200., quę subministrantur à geminis Prioratibus Alemanniæ, & Bohemiæ, tum etiam ex alia scutorum 650., quæ subministrantur à comuni Thesauro, ultra honorificentiam Magnæ Crucis, & expectativam ad alteram ex lucrosis Dignitatibus, ut habetur ex

3. *Statuto 44. de Commendis:* Respectu vero prefecturæ Triremium, hoc onus susceptum fuerit intuitu præmii reportati a magno Magistro ex consecutione Commendæ de Laghen: quæ omnia, si distincta narratione Papæ innotuissent, conspicua gratia retentionis Commendę incompatibilis cum magno Prioratu, supplicanti, vel non fuisset concessa, vel difficilius ex traditis per *Felin. in cap. Super literis num. 8. de rescript. Cassador. decis. 22. n. 4., & 14. de prabend., Menoch. de Arbitr. cas. 201. n. 24., Rota in Recent. dec. 238. num. 12. par. 9.*

Quod enim attinet ad onera Albergiarum in consecutione gratię dispensationis Summo Pontifici expressa à Co: de Nesselrode, Domini iterum censuerunt sufficienter constare de narratorum veritate, ac subsistentia: Ultra quod enim onus Albergiæ semper in Sacra Religione pro gravi habitum fuit, & pro tali sępius, ac

4. indistincte pro qualibet Albergia recognitum, & approbatum fuit à nostro Tribunali ex Decisionibus laudatis *à bo. mem. Cerro S. Nam quo ad ad primam* in facto animadversum fuit, quod Co: de Nesselrode à die 21. Aprilis 1721., qua assumptus fuit ad dignitatem magni Bajulivi Conventualis usque per totum mensem Aprilis 1725 impendit pro substentatione Albergiæ scuta 9997., ex quibus tametsi demantur scuta 2663. quæ in toto dicto tempore subministravit commune Ærarium, & alia scuta 4800., quæ contribuere debebant præfati Prioratus, ad rationem scilicet annuorum scutorum 1200.,

5. adhuc impensa ab eodem magno Bajulivo per totum dictum mensem Aprilis 1725. de proprio facta ascenderet ad non levem summam scutorum 2534., ultra alias expensas postmodum factas, & eo perseverante in dicta Dignitate faciendas; Unde verificatum optime remanet onus, & dispendium, quod necesse est subire etiam magnum Bajulivum dictæ Linguę ratione Albergiæ, quodque semper

6. adesse dicitur, quoties expensæ superant emolumentum, quod intuitu ejusdem oneris recipitur ex firmatis per *Rotam in Mantiss. ad Card. de Luc. lib. 16. decis. 25. n. 11., ac passim in aliis.*

Non refragante, quod hujusmodi impensa erogata in exercitio Albergiæ, alteri non innitatur probationi, quam illi desumptæ ex ore, seu attestato Ministri ejusdem Comitis: cum enim non agatur de vili Famulo addicto servitio præfati Equitis, sed de persona proba, & honesta specialiter deputata ad faciendas expensas Albergiæ, quas certe Eques Pilerius per

se

se ipsum explere non potest, utique tale attestatum tanquam cadens super 7. re spectante ad proprium Officium, & concernens factum proprium, in linea probationis reiici minime debet, ut distinguendo, notat *Card. de Luc. de credit. disc.* 129. *n.* 15., *&* 16., & firmat *Rota coram Dunozet. Iun. dec.* 796. *n.* 12., *in Recent. dec.* 73. *n.* 8., *& decis.* 642. *n.* 11. *par.* 19., *& in in Mantiss. ad Card. de Luc. lib.* 9. *dec.* 34. *n.* 95.

Reflectendo potissimum, quod attestatum Ministri maximum recipit adminiculum, seu verius magnum pro. 8 bationis pondus, *tum* ex Statuto Sac. Religionis 41. *de Bajulivis* demandante singulis Bajulivis in sustinenda Albergia erogationem scutorum 50. auri de proprio quolibet Mense, *tum* ex decenti mensa per Pilerium dictæ Linguæ prętanda illis Equitibus in Conventu commorantibus, qui nunc in minori, nunc in majori numero existunt, & aliquando undecim, aliquando duodecim præter famulos, & Officiales in Conventu permanserunt, *tum* denique ex communi opinione, juxta quam onus Albergiæ etiam a Sac. Tribunali, juxta ea, quæ supra firmata sunt, 9. habitum fuit tanquam dispendiosum, & grave, quo in casu depositio, & attestatum ita suffultum maxime debet attendi *Rota coram Buratt. dec.* 143. *n.* 16. *dec.* 775. *num.* 6. *&* 25. *coram Dunozett. Jun. decis.* 993. *n.* 6. *coram Cels. decis.* 280. *num.* 8. *coram Emerix Iun. decis.* 953. *n.* 28. *& in Melevitana Bajulivatus* 11. *Martii* 1718. *§. Æque irrito coram Reverendiss. Crispo*.

Minusque attento, quod hujusmodi onus Albergiæ congruam habeat mercedem, & præmium, nempe honorificentiam magnæ Crucis, & expectativam ad alteram ex lucrosis dignitatibus Sacræ Religionis, adeout ex hoc præmio, & mercede necessario consequenda, cesset gravitas oneris, & dispendii in ejus substentatione: Denuo siquidem constitit, & conse-10. cutionem magnæ Crucis, & expectativam hujusmodi nullam habere dependentiam ab onere Albergię, sed esse præmia communia cæteris Bajulivis Conventualibus ratione proprię dignitatis ob servitia, & obsequia strenue præstita Sacræ Religioni, *ut ex Statuto* 44. *de Bajulivis*, & dixit *Rota in Melevitana Marescallatus* 24 *Aprilis* 1716. *§. Constitue-* 11. *bant coram bon. mem. Cerro*, alias si honorificentia magnæ Crucis, & expectativa ad lucrosas Religionis dignitates competeret ob servitium Albergię, posset Eques ultimo loco professus per susceptionem oneris Albergiæ facile consequi magnam Crucem, & lucrosas Religionis dignitates in præjudicium Equitum antiquioris professionis, & majoris meriti in Religione: quando certum est antianitatem, & prærogativam majoris benemerentię unice sternere viam ad hasce majores dignitates, & ad hasce 12. lucrosas expectativas, ut advertunt *Card. de Luc. de benef. disc.* 68. *num.* 3., *&* 4. *Rot. coram Coccin. decis.* 1168. *num.* 12. *coram Priol. dec.* 69. *num.* 1. *in rec. decis.* 88. *per tot. par.* 14., *& in Melevitana Bajulivatus* 11. *Martii* 1718. *§. Cum enim*, *&* *§. Atque hinc coram Reverendissimo Crispo*.

Pari subsistentia, ac veritate præfulgens recognoverunt Domini alterum 13. onus Summo Pontifici expressum à Comite de Nesselrode, nimirum Pręfecturam generalem Classis Triremium ab ipso mox suscipiendam, quę, ut inficiari nequit, non leve secum fert dispendium

dispendium Equiti illam assumenti, ut in debilioribus terminis, nempe substentationis Præfecturę unius Triremis dictę Sacrę Religionis notat *Card. de Luc. de benefic. disc.* 68. *num.* 5. & dixit *Rota decis.* 78. *sub num.* 8. *vers. Benemerentia par.* 14. *rec.*, & *in Melevitana Bajulivatus* 11. *Martii* 1718. §. *Cessante coram Reverendissimo Crispo*, itaut præfatus Magnus Bajuliuus in substinenda pro secunda vice, & per duos annos completos supradicta generali Præfectura de proprio impenderit ingentem pecuniarum summam; Hoc autem onus plenum non minus dispendii, quam incommodi, in quo stetit primarium, & potissimum gratiæ fundamentum, satis est fuisse verum de facto, etiamsi summopere grave, & undequaque subsistens non comperiretur alterum onus Albergiæ incidenter tantum expressum, ad effectum vindicandi obtentam gratiam ab omni opposito subreptionis vitio, ut observat *decisio prima Julii* 1726. §. *Difficultatem coram bon. mem. Cerro*, & consonant tradita per *Felin. in cap.* 2. *num.* 23. *de rescript. ubi Rip. num.* 58. *Rota coram Put. dec.* 69. *num.* 2. *lib.* 2. *coram Coccin. decis.* 1215. *num* 11. & *in Poloten. bonorum* 4. *Octobris* 1726. §. *Eiusdemque coram Me.* Urget quippe, quod copulativa plurium Causarum expressio ad gratiam obtinendam facta, quoties ex eis omnes copulative necessarię non sunt, resolvitur in disiunctivam, ita ut pro effectu substinendi obtentam gratiam satis sit alteram ex illis verificari, & subsistere *Rota coram Coccin. decis.* 1215. *num.* 25., *coram Bich. dec.* 240. *num.* 25. *coram Benincas. dec.* 175. *num.* 9. *coram Ansald. decis.* 90. *num.* 18. *coram Put. dec.* 69 *n.* 3., & 4. *lib.* 2. *coram Seraphin. dec.* 1432. *n.* 9. & *in rec. dec.* 221. *num.* 3., & 4. *par.* 14.

Nec ad excludendam veritatem oneris ex Præfectura generali Triremium meruit attendi repetitá exceptio, quod Comes de Nesselrode à clar. me. magno Magistro Zondadario fuerit insignitus Commenda de Laghen sub ea lege, & conventa pactione assumendi Præfecturam Triremis Magistralis, cujus loco cum eam amplius exercere non potuerit ob assecutionem magnæ Crucis, assumpserit generalem Præfecturam totius Classis Triremium: quia nullibi constabat de hac correspectiva pactione, & conventione assumendi Præfecturam Triremis Magistralis inita occasione habitæ Commendę de Laghen, immo potius dignoscebatur dictam Commendam de Laghen fuisse obtentam à dicto Comite ex causa permutationis, & dimissionis alterius Commendę de Magonsia, quam ipse tunc obtinebat: si autem habetur expressa causa consecutionis Commendę de Laghen, nempe dimissio, & abdicatio alterius Commendę de Laghen, nempe dimissio, & abdicatio alterius Commendæ, omnis ratio repugnat, quod ad aliam Causam prorsus præsumptam, & omnino divinatoriam actus sit referendus, non obstante, quod contemporanee ad assecutionem Commendę de Laghen idem Comes fuerit deputatus in Præfectum Triremis magistralis, ut præter adductos in priori *Causæ decisione* §. *Quæ vero* probant tradita per *Rotam in Bononien. relevationis indemnitatis* 25. *Feb.* 1707. §. *Absque eo quod coram bo. me. Molines*, & *in Romana Cambii* 27. *Januarii* 1708. §. *Præcipue coram cl. me. Card. Scotto*.

Cœterum ad substinendam gratiam denuo

nuo videbatur superfluum severius inquirere de meritis resultantibus, vel ab oneribus Albergiæ, vel ab aliis Præfecturæ generalis Triremium, quia Comes de Nelsclrode in petitione gratiæ non se restrinxit ad præfata onera dispendiosa ibi - *desidera per ciò a riguardo de' servizj da lui prestati, e da prestarsi con suo gravissimo interesse*: Expressio enim *interesse* non semper verificatur de damno pecuniario, cum æque possit verificari de incommodis, ac vitæ
18. periculis, quibus de facto se se maxime subiiciunt Equites exercentes munus Præfecturæ Triremium, &
19. alia munera Religionis ad *Text. in leg. aliud est 71. ff de verb. signific. Rebuff eodem tract. fol.* 486. *in princ. Mans. consult.* 188. *num.* 30., & 31. Et in hujus supplicationis sequelam Summus Pontifex eidem gratiæ benigne annuere voluit ex quibuscumque servitiis per dictum Equitem in præteritum præstitis, & in futurum præstandis suæ Sac. Religioni ibi - *Horum, aliorumque servitiorum, quæ ipsi Hospitali hactenus præstitit, & maximo suo impendio præstiturus est intuitu* - Quapropter cum servitia in præteritum præstita in dubium revocari non possint, dum Comes Orator in sua Religione plura munera laudabiliter exercuit, ut de eisdem indubiam præbent fidem litteræ Testimoniales Ma-
20. gni Magistri, ac ipsa generalis Præfectura Classis Triremium jam verificata, & exercita; Hæc servitia generaliter expressa sufficiunt ad sustinendam gratiam; quia quoties Summus Pontifex rationem habet de meritis personalibus, satis est ista in genere verificari, etiamsi nonnulla ex ipsis, vel æquivoce fuerint expressa, vel non integre verificentur, ut
21. præter adductos in *priori Causæ Decisione* §. *Et si quæ* probat *Text. in Can. Tali quæst.* 7., *de Just. de dispens. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 67., *Rota coram Coccino decis.* 593. *num.* 6. *in rec. decis* 408 *num.* 8 *parte* 12. attenta præsertim adiectione illa *aliorumque servitiorum*, quæ includit servitia diversa ab expressis: *Surd. cons.* 449 *num.* 9, *Gratian. discept. forsen. cap.* 162. *num.* 22., *Rota coram Emerix. Jun. decis.* 105. *num.* 7., & *in rec. decis.* 653. *num.* 9. *parte* 19 *tom.* 2.

Attento præsertim quod Magnus Bajulivus non solum exposuit san. mem. Innocentio XIII. supradictas benemerentias, verum etiam exempla similium gratiarum concessarum aliis Equitibus dictæ Linguæ pariter aspirantibus ad illius Magnum Prioratum; Cum enim Papa in gratiis concedendis multum deferre etiam
22. soleat stylo, & exemplis aliorum Pontificum prædecessorum, utique inhærendo ejusdem Pontificis voluntati, quæ in quæstionibus subreptionis, vel obreptionis maxime attendi debet *Card. de Luca de pension. disc.* 12. *num.* 7. *in relat. Romana Curia disc.* 9. *num.* 14. *Adden. ad Ludovis. decis* 150. *num.* 10. *Rota coram Mantic. decis.* 204. *num* 4. Vanum reddebatur quidquam obiicere circa unam, vel aliam ex causis expressis, quando Pontifex ex hisce etiam exemplis mo-
23. veri forsan potuit ad gratiam concedendam, pro qua ut certum est, omnis benigna, & favorabilior interpretatio sumi debet, ut monuit *Rota coram Bichio decis.* 645. *num.* 25. *in rec. decis.* 414. *num.* 18. *parte* 18., & penes *Card. de Luca tom* 2. *lib.* 12. *dec.* 9. *num.* 12.

Vin-

Vindicata ex his gratia obtenta per Comitem de Nesselrode a vitio subreptionis, pari facilitate putabant Domini excludi alterum vitium obreptionis deductum ex eo, quod Summo Pontifici narratum non fuerit, *tum* prajudicium ex hac gratia resultans Equitibus antianis Linguæ Alemaniç certam habentibus expectativam ad illam Commendam incompatibilem, cujus retentionem obtinuit idem Comes: *Tum* concordatum initum de anno 1550. inter Magnum Priorem, & Ven. Linguam Alemaniç, per quod prohibetur retentio alicujus Commendæ incompatibilis cum Prioratu.

Siquidem gratia dispensationis ad retinendam Commendam incompatibilem de sui natura Tertii prajudicium involuit, impedita enim vacatione

24. ob concessam retentionem, Collator caret facultate conferendi; Et Equites habentes expectativam spoliantur jure, quod eis competit ad Commendæ vacaturæ consecutionem; Unde in terminis gratiæ de se præjudicialis nulla erat necessitas allegandi tertii prajudicium necessario præexistens in mente, & in animo Pontificis, gratiam tertio de sui na-

25. tura prajudicialem indulgentis, ut dictum fuit in *dicta priori causa decisione prima Julii 1716. §. Etenim coram bon. mem. Cerro.* Licet enim Princeps per gratias, quas facit, non soleat tertiis prajudicium inferre, adhuc quando constat, quod etiam virtualiter prajudicare vo-

26. luerit, & ex natura ipsius gratiæ prçjudicium certo consequitur, illud non est unquam allegabile vel ad gratiam infringendam, vel ad eam redarguendam de vitio obreptionis: *Rota coram Coççin. decis. 2168 num. 4. coram Carill. decis. 97. num. 13. & in Calaguritana Decimarum de Luquejsio 28. Februarii 1716. §. Et de facto coram bon. mem. Ansaldo*, & bene afficit omnes personas, ad quas prajudicium spectare potest, etiamsi Papa nesciat certas, & pecu-

27. liares personas, quibus mediante dicta dispensatione, prajudicium infert; ut optime ponderat *Rota coram Merlin. decis. 243. num. 2., & 3., & in rec. decis. 498. num. 47. part. 19. tom. 2.*

Maxime quia non versamur in gratia mere gratuita, sed de gratia subnixa

28. egregiis meritis præfati Magni Bajulivi, quæ id circo cum assumat vim contractus correspectivi, & onerosi ex traditis per *Surd. cons. 140. num. 40. Tondut. resol. civil. cap. 44. num. 8., Cyriac. contr. 469 num. 53. Rota coram Buratt. decis. 391. num. 8. in rec dec. 50. num. 4., & 5. parte 6.* impedit ne ejus executio debeat retardari sub colore alicujus prajudicii, quod intu-

29. lerit Tertiis, ut in specie *Merlin. Pignatell. contr. forens cent. 1. cap. 54. num. 4. Belmont. decis. 7. num. 20. Rota coram Emerix. Jun. decis. 671. num 9. & in Spoletana Exemptionis 5. Maij 1717. §. cum itaque coram bon. mem. Ansaldo.*

At revera Comes de Nesselrode hoc prajudicium Tertiis resultans ex petita dispensationis gratia expressit Summo Pontifici in porrecta supplicatione, in qua ait - *E perche secondo le Leggi Statutarie dell' Ordine, ciò viene espressamente proibito, dovendo quelli, che vengono promossi alla Dignità Priorale lasciare tutte le Commende, che prima tenevano; Ricorre per tanto &c.* Si autem ad evitandam subreptionem sufficit ge-

30. nerica, & virtualis cogitatio Papæ, quod

quod per ejus gratiam Tertio est præjudicium illaturus, ut dixit *Rota coram Buratt. decis. 883. num. 6., coram Cerr. decis. 158. num. 14. coram Priol. decis. 289. in fin. coram Caprara decis. 221. num. 20., & in Romana Cappellaniæ 25 Novembris 1703. §. final. coram cla. me. Card. Scotto*, nullatenus dici potest, Papam non cogitasse de præjudicio Tertiis inferendo, quando in ipsa supplicatione per expressam vacationem Commendæ necessario subsequuturam in adeptione Prioratus, ignorare non poterat retentionem ejusdem Commendæ vacaturæ aliis Equitibus attendentibus expectativam præjudicium inferre, quia ex vacatione de necesse consequitur jus Collatariorum ad Commendam vacatam, itaut dici debeat

31. sufficienter expressum, quod virtualiter inest, ac venit in necessariam consequentiam *leg. asse toto ff. de hered. instit. Felin. in cap. translato num. 5. vers. ad generaliter de Constit., Gratian. discept. 916. num. 38. Rota divers. part. 1. dec. 450. n. 8., in rec. dec. 141. n. 3. par. 6., & decis. 93. num. 23. part. 10.*

Neque de hac scientia Summi Pontificis respectu præjudicii Tertiis inferendi dubitari potuit, quia amplissime derogavit omnibus Statutis, Ordinationibus, & Stabilimentis, ac con-

32. suetudinibus Sacræ Religionis; quæ omnia *pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum præinsertis* habere voluit; Non obstante, quod expressè non derogaverit regulæ de jure quæsito non tollendo, quia quidquid sit, an hujusmodi derogatio exigeretur in casu præsenti, in quo Summus Pontifex gratiam dispensationis indulgendo nihil aliud egit, quam removere obstaculum

33. incompatibilitatis, & futuram impedire vacationem, unde nullum dicatur quæsitum jus certum, & considerabile, tum Collectori, tum Equitibus Collatariis; Dominis artisit responsio, quod tunc requiritur derogatio regulæ de Jure quæsito non tollendo, quando actus, & gratiæ sunt

34. indifferentes, quæ & si Tertiis præjudiciales, non tamen necessario supponunt in Principe concedente certam, & individuam scientiam hujusmodi præjudicii; At quoties actus, & gratia ita habet annexum Tertii præjudicium, ut quemadmodum unum sine alio stare non possit, & præjudicium necessario gratiam subsequatur, tunc cum Papa illud ignorare non valuerit, nulla requiritur derogatio

35. regulæ de Jure quæsito non tollendo ut optime firmant *Cassador. dec. 1. de privil. Corrad. in prax benef. lib. 2 cap. 14. num. 67. & seq., Gratian. discept. 358. num. 15., Rota in rec. decis. 507. num. 10. parte 3. decis. 114. num. 11. parte 6. decis. 498. num. 46., & seq. part. 19.*, & plene probat *Decisio bo. m. Cerri prima Julii 1726. §. Responsione cum duobus seq* maxi-

36. me dum ad evitandam subreptionem sufficit scientia concedentis in genere. *Felin. in cap. nonnulli num. 18. post med. vers., quia sufficit de rescrip., Cassador. decis. 12. num. 6. de præbend., & decis. prima de privil., Rota in rec. decis. 192. num. 6. in fin parte prima, & decis. 238. num. 14. parte 9.*

Cessabat pariter aliud obreptionis vitium ex eo deductum, quod fuerit Summo Pontifici reticitum præfatum concordatum anni 1550., quia in supplicatione per Comitem de Nesselrode Pontifici reverenter exhibita, litteraliter petita dignoscitur derogatio

 ejusdem

ejusdem concordati tamquam consecutioni gratiæ omnino obitativi - *derogando all' effetto suddetto &c. e specialmente al concordato fatto trà il Gran Priore di Alemagna, & il Capitolo Provinciale nell' anno* 1550. - Cum enim Summus Pontifex his omnibus obstaculis benigne derogaverit,

37. & quidem cum dicta clausula - *illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes*, allegatum obiectum corruit ex facto, fru-

38. stra querentibus Equitibus competitoribus eam derogationem, quæ intus adest, & legitur in Brevi Apostolico juxta *Consil. Butr.* 2. *nu.* 6. *Geminian. cons.* 120. *num.* 6. *Cravet. cons.* 126. *num.* 7., *Rota coram Merdan. decis. prima de rescript. coram Otthobon. decis.* 22. *num.* 10. *& seqq. in rec. decis.* 407. *num.* 7. *part.* 3., *decis.* 198. *num.* 7. *parte* 5. *decis.* 114. *num.* 8. *parte* 6. *decis.* 238. *num.* 18. *parte* 9., *& in Mediolanen. bonorum* 18. *Martij* 1707. §. *Præsertim coram bo. me. Caffarello.* Nullum obicem præbente, quod id m concordatum non fuerit integre exhibitum Summo Pontifici deroganti; ut enim bene obseruat *Decisio bo. me. Cerri*, vel censeri debet totus tenor Papæ exhibitus, vel pro exhibito, & integre registrato habendus est, eo ipso, quod Papa eo non

39. obstante, ita voluit derogare, ut ejus tenor habendus esset de verbo ad verbum pro inserto in sua gratia derogatoria, ut ex *dicta Decisione* §. *Quia prætermissa*, & præter ibi allegatos firmat *Felin. in cap. nonnulli num.* 6. *de rescript.*, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 9. §. 2. *num.* 56., *& gloss.* 36. *num.* 23., 29., 30., *Garz. de benef. parte* 5. *cap. primo num.* 567. *Rota coram Gregor. dec.* 240. *num.* 2., *in rec. decis.* 407. *num.* 8., *& sub num.* 10. *parte* 3., *decis.* 114. *num.* 8 *parte* 6. *decis.* 200. *num.* 8. *&* 9. *part.* 9. *& decis.* 247. *num.* 6. *& seq. parte* 16.

Demum pro substinenda obtenta dispensatione iterum animadvertere placuit, quod non agitur de gratia nova, & exorbitanti per Comitem de Nesselrode petita, & obtenta, sed de

40. gratia passim, & alias à Pontificia munificentia aliis Equitibus Linguæ Alemaniæ concessa, ut connotant exempla relata in dicta priori *Decisione* §. *final. coram bo. me. Cerro*; etiam si in dd. exemplis non fuerint expressa ea omnia, quę hodie obiicitur fuisse exprimenda, quia adhuc gratiæ prædictæ plenissimum habuerunt effectum quoties evenit casus promotionis ad dictum Prioratum, itaut in his circumstantiis nulla sit ratio assignabilis quare Comes de Nesselrode, qui in sua supplicatione Summo Pontifici porrecta, cum omni ingenuitate, & circumspectione processit, quique non inferioribus pollebat meritis in Sacra Religione, simili gratia gaudere non debeat, sed ex hoc solito magis strata redditur via executioni gratiæ ab ipso obtentæ, juxta *Auctoritates allegatas in dicta*

41. *præcedenti Decisione prima Julii* 1726. §. *Et in hanc coram bo. mem. Cerro*; Secundo quod magnus Magister, cui gratiæ executio à Papa fuerat commissa, non dubitavit ejus executionem decernere, quod certe minime demandasset in præjudicium non minus juris sibi competentis tamquam Collatori, quam aliorum Equitum Linguæ Alemaniæ futuram vacationem expectantium, quatenus gratia prædicta, vel plene justificata non fuisset,

42. vel exorbitantem recognovisset, ut in

in specie de Judicio magni Magistri in similibus causis sæpius judicavit Sac. Tribunal, & signanter *coram Dunozet. Jun. decis.* 675. *num.* 4. *in rec. decis.* 88. *num.* 12. *par.* 14. cum aliis in d. priori *decis. prima Julii* 1716. §. *final. coram bo. m. Cerro*.

Et ita in reliquis approbantibus Dominis fundamenta dictæ decisionis bon. me. Cerri, ad quam remissive se habuerunt, resolutum fuit utraque &c.

Arnaldus, seu *Filius Arnaldus*: vid. d. Statut. tit. 19. della significatione delle parole n. 24. verbo *Fiarnaldi*.

Arreragium, juxta præfatum Statutum *Della significatione delle Parole n.* 19. *sono debiti vecchj, o sia resto de' debiti*, sicuti supra dictum est *n.* 19. in verbo *Arreraggi* in Statuto &c. unde *Macer* in verbo *Arreragium* ait, quod apud Equitum Melitensium Statuta, significat contractum, & antiquatum debitum, seu administrationis residuum.

Baily, seu *Baglivi* in Statuto prædicto tit. 19 della Significatione delle Parole n. 6. habetur: *Sotto nome di Baili, o come diciamo Baglivi, si comprendono i Baglivi Conventuali, e Capitolari, i Priori, il Castellano di Emposta, ed i Bagly nell' antica lingua Francese erano chiamati i Prefetti, o gli Amministratori ec.*, & ut latius videre est in *d. Statuto*.

De hujusmodi Vocabulo plura tradunt Scribentes; dicunt enim, quod Bajulus, idem, ac Baliuus dicitur morum director, cui Filii Principum committuntur, qui sit maturus, & prudens ac sobrius: Et quod vocatur etiam Curator, Administrator: *Macer in Verbo Bajulus*; & *Verbo Baliuus*.

Italice, ac Hispanice *dicitur Aio*: *d. Macer. d. Verbo Bajulus*.

Et sic *Bailia* intelligitur directio: idem *Macer* in verbo *Bajulus*.

Ex antiquo usu Orator Venetus in Constantinopolitana Civitate dicitur *Ballius*, idest Negotiorum Gestor, seu potius ex Gerulo, qui onera gerit *Bajulus*, idest Orator dicitur: *d. Macer in verbo Bajulus*; ubi quod tempore Græci Dominii Venetus Orator Mpailus vocabatur: Magistratus vero, qui certis temporibus eo mittuntur Venetorum Mpailus, sive Curator, Pisanorum, & Genuensium, Potestas appellatur.

Tandem apud Equites Melitenses, & Equites Sancti Stephani Papæ, & Martyris *Baliuus* est Dignitas. Cum vero in Italia, præsertim in Neapolitano Regno pro Cursore, & Mandatario usurpetur, idcirco in dicto Regno Neapolitano Equites Melitenses obtinuerunt à Concilio Conventus *Ord. Capitul Generalis anno* 1631. *tit.* 9 *n.* 5. *de' Baglivi*; Compendium Alphabeticum in verbo *Baglivi Capitolari* vers. *Baglivi Capitolari della Lingua d' Italia*, ut Priores, & non Balivi vocentur, quod vocabulum est cum Cursoribus commune: *d. Macer in verbo Balivus*.

Sicque Equites Sancti Stephani Florentiæ ad tollendum Dictionis æquivocum, variant ultimam sillabam corripiendo, ac ultimam Litteram demendo, & *Bali* pronunciant, tali enim modo, a Balio, idest Cursore distinguunt: *d. Macer in d. Verbo Balivus*.

Et quod Balivi nomen proveniat à Lingua Gallica *Bail Baillis*, ac importet Provinciarum Gubernatores, Judices, Custodes, & similes, sequendo *Du cange Glossario à Valle Ardain colum.* 1. *pag.* 178. notat *Pater Sebastian. Pauli in Codic. Diplomatico sub tit. Osservaz. sopra i Diplomi*

ad

ad Diplom. 12. *pag.* 490., & *ad Diplom.* 173. *pag.* 540., ubi quod Justitię Custodes dicebantur, ubi quod de Bajulivo Ecclesiæ, Italice *Baglivi*, vel Procuratores Monasteriorum, ac Ecclesiarum, se remittit ad Glossarium Du Cange, & quod antiquitus Gallica Lingua *Baily* vocarentur Præfecti, aut Administratores Domorum, & Prædiorum. Unde Commendę dictę fuerunt Bailiæ, & hodie etiam Galli vocant *Bailie* locationes Prædiorum ad certum tempus, aut concessiones sub conditionibus factę: *d. Statut. tit.* 19. *della significatione delle parolę n.* 6. *Compendium Alphabeticum in verbo Baglieve*.

Et quod in nonnullis Religionibus Equestribus Bajulivus, Italice *Baglivi*, *Balio*, *Balì* importet Gradum, & Dignitatem, quę dicitur *Bajulivia*, *Bajulivatus*, *Baliaggio*, *Ballivia*: Volumen cui titulus - *Vocabulario degli Accademici della Crusca in verbo Baliaggio*.

Titulus, sive Dignitas viget quoque in Religione Teutonicorum, ut de Ballivia Austriaca late agit *Duellius Historia Ordin. Teutonici par. pr. cap.* 1. *cum seqq.*

Benemerenza astratto di Benemerito, latine *Meritum Promeritum*. Vide *Vocabulario degli Accademici della Crusca*, *Volumine primo* in verbo *Benemerenza*.

Benemerito subst. *Benemerenza*, latine *Meritum Benemerito*.

Hinc apud Equites Militenses bene gesta in obsequium servitiumque Hierosolymitanæ Religionis appellantur *Benemerenze*.

Sane in Ordine Hierosolymitano merita in pluribus considerari debent, & prevalent ipsi Antianitati, ubi agitur de Dignitatibus Conventualibus, juxta *Statutum de Electiοn. tit.* 3. *n.* 5. ut explicat *Rot. in Melevitana Bajulivatus Sancti Stephani* 14. *Januarii* 1732. §. *Quandoquidem*, & §. *Nulla cor. clar. me. Card. Calcagnino*, & *in Melevitana Dignitatum* 12. *Junii* 1733. §. *In hac*, & *seqq. cor. Emo Domino Cardinale Rezzonico*, quæ hic apponitur.

Vel ubi agitur in concursu simplicium Equitum, qui nondum experimentum fecerint propriæ Benemerentiæ, ut sequendo *Rotam dec.* 475. *n.* 7. *cor. bo. me. Crispo tom.* 3. firmat eadem *Rota d. Decis. cor. Emi Rezzonico n.* 10., & *seq.* hic apposita.

Aut ubi adesset ęqualis Antianitas, sed maxima concurreret impar, & maxima ratio meritorum, allegato *Card. de Luca disc.* 68. *De Beneficiis*, & *Decis.* 88. *part.* 14., & *d. Dec.* 475. *à n.* 3. *cum seq. cor. Crispo* firmat *d. Decis. cor. Calcagnino* §. *Quandoque*, & *d Decisio cor. Emo Rezzonico n.* 11.

Qui ultra Caravanas à Statuto præscriptas aliam peragit, vel succursum, ut vocant, præstat, Benemerentiam consequitur: *Rota Decis.* 293. *n.* 12., & *Decis.* 303. *sub n.* 2 *p.* 7. cum quibus transit *d Decis. cor. Emo Rezzonico n.* 16.

Benemerentia pariter habetur per exercitium graviorum, & principaliorum Sacræ Religionis officiorum laudabiliter administratorum, ut est illud Pręsidis magnę Crucis, Castellaniæ Infirmarii, & Infirmariæ, juxta ea quę ponderantur in sæpe allegata *Decis. cor. Emo Rezzonico n.* 18., & *seqq.* ubi plura de Merentia.

Eminentissimo Domino

CARD. REZZONICO

Melevitana Dignitatum

Veneris 12. *Junii* 1733.

AR.

ARGUMENTUM

Agitur de Dignitatibus Conventualibus in Sacra Religione Hierosolymitana, ad quas assequendas, non simplex Ancianitas, sed Benemerentia requiritur, exponiturque in Decisione, in quo consistat Benemerentia, & quomodo hæc probetur.

SUMMARIUM

1. *Hospitalariatus est una ex octo Dignitatibus Conventualibus Ordinis Hierosolymitani.*
2. *Antianitas favet Possessoribus Dignitatum Conventualium juxta Stat. tit.* 44. *de* Bajulivis.
3. *Conventualis Dignitatis acquisitio tribuit Jus acquirendi Prioratum, sive Bajulivatum primo vacaturum juxta* Statut: 44. de' Bajulivis.
4. *Officium magni Hospitalarii segniter exercitum causat incapacitatem.*
5. *Ad assequendum Dignitates Conventuales Antianitati prævalet* Benemerentia, *ut disponit* Statut. de Electione cap. 5, & n. 6., & 7., & n. 13., & 15.
8. *Dignitates etiam Conventuales, quando cætera sunt paria, ut si essent* Bajulivi *omnes, tunc deferuntur juxta Ordinem Antianitatis*, & n. 9. & 13.
Ex Bajulivis componitur Concilium Ordinarium.
9. *Bajulivatus non dantur absque* Benemerentia.
Bajulivis pluribus concurrentibus, non tenentur ferre testimoniam Benemerentia.
10. *Ad Conventualem Dignitatem, concurrentibus simplicibus Equitibus, principaliter tenentur justificare prærogativam* Benemerentia, & n. 11.
11. *Major* Benemerentia *unice attenditur, & Antianitas non operatur quando cætera non sunt paria.*
12. *Non solum in Dignitatibus Conventualibus conferendis, sed etiam in aliis materiis, Antianitas non attenditur, quando cætera non sunt paria.*
14. *Equites statim ac consequuntur Dignitates Conventuales, evadunt capita Linguarum, & suarum Nationum.*
Item Consiliarii magni Magistri, & columna Religionis, Religionem gubernant, & regunt sub magni Magistri auctoritate.
15. *Antianitas simplex non dat aptitudinem, & benemerentiam pro gubernio, & regimine Reipublicæ, nec prælationem ad consequendam Dignitates.*
16. *Merita alicujus probantur ex litteris magni Magistri testantibus, talem Equitem, longo tempore, resedisse in Conventu, & ultra quatuor* Caravanas, *unum voluntarium* Succursum *peregisse.*
17. Succursus *consistit in cursitatione contra Infideles ultra metam propriæ obligationis cum propria Vita periculo.*
Succursus *inter* Benemerentias *numeratur in Sacra Religione Hierosolymitana.*
18. Benemerentia *habetur ex quo quis graviora, & principaliora officia Religionis laudabiliter exercuit.*
Ut Præsidis magnæ Curiæ, Castellaniæ, Infirmarii, Sacræ Infirmariæ, & n. 19.
19. *In Infirmaria Hospitalis Regimine, particulariter residet Institutum Sacræ Religionis Hierosolymitanæ.*
Infirmariæ Officium solet committi Equitibus, prudentia, & charitate præstantibus.
20. *Magnæ Crucis præeminentia, obtinetur ex speciali* Brevi *Sanctæ Sedis Apostolicæ, quod dirigitur magno Magistro pro executione, & stantibus merentiis executioni demandatur.*

Magnæ

Magna Crucis distinctio debetur Personis præfulgentibus in Religione maximis meritis, & gravioribus servitiis.

21. *Magistri Novitiorum Equitum Officium difficillimum reputatur, uti secum ferens onus invigilandi bonis moribus, & observantiæ Statutorum.*
Dictum Officium defertur Personis decoratis magna Cruce, & Prudentia, ac Sagacitate insignibus.

22. *Benemerentia major probatur ex testimonio magni Magistri.*
Merita suorum Militum nemo melius scit, quam magnus Magister.

23. *Benemerentia non probatur eo quia quis Caravanas adimpleverit, meliorамenta confecerit, & Cabrevium, quia hæc important solum sua satisfecisse obligationi*, & n. 24.

24. *Benemerentia in assequendis Dignitatibus Conventualibus non probatur ex quo, quis suæ Professionis obligationibus satisfecerit*, & n. 25. 26. 29. 30., & 31.

25. *Meritum particulare non potest allegare qui facit id, quod facere debet.*

26. *Benemerentia pro Dignitatibus Conventualibus intelligitur quoad ea, quæ sunt extra debitum.*

27. *Meritis præmia proponuntur, ut ad præclaras res agendas, ultra debitum quis excitetur, quæ lex est salutaris in omni Republica.*

28. *Probatio exercitii munerum, quando non concurrit, non potest allegari, pro Benemerentia.*

29. *Benemerentia non habetur per exercitium Officii Commissarii Furnorum, vel Operum, Procuratoris Linguæ, & Locumtenentiæ, Thesaurarii, & Hospitalarii, quia vel hæc sunt lucrosa & tenuis incumbentiæ, sive laboris, vel comparata ex debito Justitiæ, ratione Antianitatis.*

Benemerentia solum oritur à præclaris gestis, & ab Officiis, maxime laboriosis, & arduis, ultra proprium obligationem, in servitium, & profectum Religionis præcisive à materiali requisito antianitatis.

30. *Benemerentiam majorem ille habet, qui respectu alterius plura fecit in gratiam Religionis.*
Benemerentiam majorem habenti debetur Dignitas Conventualis, vigore Statuti Sacræ Religionis.

31. *Antianitas consistens in quatuor mensibus eo minus potest æquare Benemerentiam majorem, quam habet alter.*

32. *In smutionis actu petens vacantem Dignitatem ex causa incapacitatis alterius, & smutione secuta favore Antiani capacis, sublata incapacitate talis, jus acquiritur tali Antiano.*

33. *Smutitio semper fit sub ea forma pro Antiano capaci quoties concurrunt plures competitores.*
In Dignitate conferenda per electionem magnus Magister, & Concilium debent eligere magis dignum, & benemeritum, & n. 34.

35. *Smutitio non tollit, neque potest tollere prælectionem faciendam à magno Magistro, & Concilio de magis benemerito inter capaces*, & n. 36. & 37.
Smutitio *nil aliud est, quam species nominationis facta à Lingua magno Magistro, & Concilio, ad quæ spectat jus conferendi.*

36. *In Dignitatibus electivis non est semper servanda Smutitio Linguarum, sed forma particulariter præscripta*, & n. 37., & 38.

39. *Dignitatem ex. gr. Hospitalariatum petens in casu quo incapax esset talis, non privatur præsidio Benemerentiæ*, & n. 41.
In Beneficialibus non est prohibita cumu-

cumulatio plurium Titulorum,

40. *In profanis etiam non prohibetur cumulatio Titulorum, qui non sint inter se repugnantes*.

41. *Dignitatis petitio, in casu incapacitatis in tali, non limitat nec restringit arbitrium magni Magistri, & Concilii obligati eligere Digniorem & magis benemeritum vigore Statuti. Dicta Petitio, juxta subjectum materiam, cum congrua intelligentia debet operari*,

42. *In Dignitatibus vacatio, & respective Smutitio gradatim habetur*,

R. P. D.

REZZONICO

Melevitana Dignitatum

Veneris 12. *Junii* 1733.

VAcante Dignitate Hospitalariatus Sacræ Religionis Hierosolymitanæ una ex octo Dignitatibus Conventualibus Ordinis, Eminentissimus magnus Magister, ejusque Venerandum Concilium inter plures Competitores preelegit Equitem Guillelmum de Bocage tradita possessione per assignationem Loci huic Dignitati competentis. Unus ex Competitoribus Eques Franciscus de la Roche Brochard, cæteris quiescentibus, contra hanc Dignitatis adjudicationem appellavit ad Sanctam Sedem; Appellatione autem pendente, vacavit in Ven. Lingua Franciæ Bajulivatus Moreæ; qui fuit pariter smutitus favore dicti Guillelmi de Bocage, ob cujus promotionem ad hanc novam Dignitatem, denuo vacavit supradicta Dignitas Hospitalariatus, quæ smutita fuit favore dicti Francisci de la Roche Brochard.

Finita videbatur qualibet controversia postquam ambo Competitores, juxta recensitas vacationes, provisi fuerant, sed non ita accidit, quia dictus Franciscus de la Roche Brochard animo revolvens sibi competere assecutionem sive ascensum ad Bajulivatum Moreæ, qui ultimo loco vacavit, quatenus definitum remaneret, Dignitatem Conventualem Hospitalariatus primo vacatam in priore Smutitione ad ipsum spectasse, & minus juste fuisse adjudicatam dicto Guillelmo de Bocage, ex quo Antianitas, cujus fundamento nitebatur, ad assecutionem dicti Ba-2. julivatus, nonnisi Possessoribus Dignitatum Conventualium suffragare potuisset, stante *Statuto tit. de' Baglivis num.* 44. Hinc cupidus assequendi dictum Bajulivatum è re sua putavit prosequi appellationem jam antea interpositam adversus præfatam priorem adjudicationem, subscripto, que de Partium consensu generali Dubio - *An, & cui sint respective adjudicandæ Dignitates Bajulivatus Moreæ, & magni Hospitalariatus* - eoque in hodierna Audientia per Me proposito, Domini responderunt - *Bajulivatum Moreæ adjudicandum esse Fr. Guillelmo de Bocage, Magnum vero Hospitalariatum Fr. Francisco de la Roche Brochard*.

Non impugnabatur enim inter Partes, ascensum ad Bajulivatum Moreæ posteriori loco vacatum pendere ab ea Inspectione, an d. Dignitas Conventualis Hospitalariatus, quæ primo vacavit, fuerit juste collata d. Guillelmo de Bocage in concursu d. Francisci de la 3. Roche Brochard, ex quo per acquisitionem Dignitatis Conventualis Jus acquiratur ad Prioratum, sive ad Bajulivatum primo vacaturum, juxta *supradictum Statutum* 44 *de' Bajulin.*, & dixit *Rota coram Dunozett. Jun.*

decis.

decis. 662. in princip., & *num.* 1. *ac per tot.*, & *decis. 675. ante num.* 1., & *in Melevitana Marescallatus* 24. *Aprilis* 1716. §. 1., & 2. *coram bon. memor. Cerro*.

In hac autem Inspectione ad sustinendam Justitiam dictæ Collationis, non obstante concursu dicti Francisci de la Roche Brochard magis Antiani, duo ad ejus exclusionem proponebantur obstacula; *alterum* contractæ Incapacitatis, ex quo retinendo Officium Locumtenentis Magni Hospitalarii absentis, segniter illud exercuerit, negligendo debitis 4. temporibus visitationem Pharmacorum, ut Statuta, & ordinationes Capitulares præscribunt; *Et alterum*, quia, licet Guillelmus esset minus Antianus, erat nihilominus magis de Sacra Religione benemeritus, quę Benemerentia in Digni 5. tatibus Conventualibus prævalet Antianitati, juxta *Statut. de Elect. cap.* 5.

Verum Domini, omissa indagine circa allegatum obstaculum assertæ Incapacitatis tamquam involuentis graviores inspectiones, & procedendo cum supposito capacitatis utrinque concurrentis, undique expeditam putarunt Justitiam prioris Collationis Hospitalariatus favore dicti Guillelmi de Bocage utpote suffulti prærogativa majoris Benemerentię; Cum enim Statutum Sacræ Religionis in *dicto cap. 5. de Elect.*, clare præscribat, quod in concursu Equitum concurrentium ad consecutionem Dignitatis Conventualis magis Meritorum, quam Antianitatis ratio habeatur, ibi - *Una Persona degna, e di maggiori meriti, avendo più tosto consideraxione alla sufficienza, e benemeriti che all' anzianità* - Utique 6. verificata in Persona dicti Guillelmi de Bocage meritorum præponderantia, juxta statutum primevæ vocationis ejus favore undequaque certa dicenda erat prælatio in consecutione memorati Hospitalariatus; non atten- 7. ta majori Competitoris antianitate, ut consentanee ad supradictum Statutum tradunt *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 15. *num.* 47., & 48., *Rot. coram Dunoz. Sen. decis.* 166. *num.* 6., & 7. *coram Coccin. decis.* 1168. *num.* 1., & 12. *coram Dunozett. Jun. decis.* 662. *numeris* 2., 3., & 10. *coram Reverendissimo Crispo decis.* 475. *num.* 3., & *seqq. coram bon. mem. Molines decis.* 565. *n.* 15., & *in Melevitana Bajulivatus S. Stephani* 14. *Januarii superioris anni* §. 22. *coram R. P. D. meo Calcagnino*.

Et tunc Dignitates etiam Conventuales ad tramites Stabilimentorum Sacrę Religionis deferuntur, juxta ordinem antianitatis, quando cœtera sunt paria, ut accideret, si Concurrentes jam essent Bajulivi ejusdem 8. Sacræ Religionis, ex quibus componitur Concilium Ordinarium; Cum enim Bajulivatus non dentur absque benemerentia, posito concursu plurium Bajulivorum, isti aliud Benemerentiæ testimonium ferre non te- 9. nentur, sed, ea præsupposita, propter ipsam assecutionem Bajulivatus, Collatio Dignitatis Conventualis fit juxta Ordinem antianitatis; Secus vero, ubi prout in casu, ad consecutionem Dignitatis Conventualis aspirant simplices Equites, qui ex aperta Lege Statuti in *dicto cap.* 5. *de Elect.*, 10. prærogativam Benemerentię principaliter justificare debent; Tali siquidem casu, cum cœtera non sint paria, antianitas non operatur, sed major Benemerentia unice attenditur, ut in 11. specie distinguendo firmant Auctoritates mox allegatę, & præ cœteris egregie

gie explicat *Rota coram Dunozett. Sen. decis. 166. num. 8. & seq.*, *coram Coccino decis. 1168. numer. 11. & coram Reverendissimo Crispo decis. 475. num. 7., & 8.*, & procedit in aliis quoque materiis, quod antianitas, ubi cetera non sint paria, nul-
12. latenus attendatur: *Mastrill. de Magistrat. lib. 2. cap. 5 num. 62. Borell. eodem tractat. lib. 1. cap. 6. axiom. 1. num. 85.*, *Piton. Discept. Eccles. 93. num. 6.*, *Rota coram bon. mem. Molines decis. 565. num. 14.*

Summoque jure in Dignitatibus Conventualibus semper a nostro Sacro Auditorio servata fuit prælatio a Statutis concessa Equiti majoris benemerentiæ supra Equitem antianum
13. hanc prærogativam non habentem; Cum etenim Equites, statim ac ad hujusmodi Dignitates promoventur, evadant Capita Linguarum, suarumque Nationum, nec non etiam Consiliarii Eminentissimi Magni Magi-
14. stri, & dicantur Columnæ Religionis, dum illam gubernant, & regunt sub ejusdem magni Magistri authoritate ad sancita *in Statut. primo de Bajulivis, & in cap. 5. tit. 19. de verborum signific.*; Hinc simplex antianitas, quæ de per se nullam dat aptitudinem, & benemerentiam pro gubernio, & regi-
15. mine Religionis, prælationem tribuere nequit in assequendis dictis Dignitatibus, juxta citatum *Statut. 5. de Election.*

Merita vero dicti Fr. Guillelmi de Bocage abunde emergere visa sunt ex Litteris Testimonialibus magni Magistri, ex quibus constat, quod di-
16. ctus Eques in decursu fere triginta annorum, quibus resedit in Conventu, ultra quatuor Caravanas ex præscripto Statutorum adimplendas, unum voluntarium Succursum peregit, qui Succursus cum pariter consistat in Curitatione adversus Infideles ultra metam propriæ obliga-
17. tionis cum propriæ Vitæ periculo, connumeratur in Ordine Hierosolymitano inter benemerentias, ut patet ex *decis. 293. sub num. 12.*, *& decis. 303.*, *sub num 2. part. 7. Recent.*; Deinde que graviora, & principaliora Officia Religionis laudabiliter exercuit, nam anno 1706. nominatus fuit ad Officium Castellani,
18. seu Præsidis Magnæ Curiæ Castellaniæ, & hoc munus exactissime per biennium adimplevit; Itidem anno 1710. per Ven. Concilium deputatus fuit in Infirmarium S. Infirmariæ, quod laboriosum Officium per sex annos vigilantissime sustinuit, bis in die cum Medicis visitando Infirmos, aliaque adimplendo onera a Statutis præscripta hujusmodi Infirmariis; In quo sane Regimine Infirmariæ Hospitalis particulariter residet Institutum S. Religionis, & non-
19. nisi Equitibus prudentia, & charitate præstantioribus committi solet, ut in specie ad effectum dimetiendi veram benemerentiam alias ponderavit *Rot. coram Dunozett. Jun. d. decis. 662.*, *num. 8.*

Rursus post exercitum munus Infirmarii idem Guillelmus de Bocage anno 1726. insignitus fuit honore, & præeminentia Magnæ Crucis obtentæ ex speciali Breve S. Sedis Apostolicæ directo ipsi magno Magistro, qui libentissime executionem concessit, attentis illius singularibus benemerentiis jam præcognitis, &
20. apprime consentaneis dicto conspicuo distinctivo Magnæ Crucis unice debitæ Personis, quæ maximis meritis ex graviori servitio præstito S. Religioni acquisitis præfulgeant; & de-

& demum idem Guillelmus ab Eminentissimo magno Magistro, & Ven. Concilio deputatus fuit in Magistrum Novitiorum Equitum Ordinis, quod Officium cum secum ferat onus invi-
21. gilandi bonis moribus, ac implemento omnium Novitiis prȩscriptorum in Stabilimentis S. Religionis, difficilimum reputatur, adeout Gubernium hujusmodi deferri consueverit Personis decoratis magna Cruce, necnon prudentia, & sagacitate insignibus; & proinde, tot concurrentibus prærogativis in dicto Guillelmo, de quibus testimonium perhibet Eminentissimus magnus Magister, non erat
22. in dubium revocanda veritas majoris benemerentiæ illius favore militantis, cum nemo melius scire, & asserere possit merita suorum Militum, ut omissis generalibus, dixit in puncto *Rot. in Recen. par.* 14. *decis.* 88. *num. pariter* 14., *& in Melevitana Bajulivatus S. Stephani* 14. *Januarii superioris anni* §. 8. *cor. R. P. D. meo Calcagnino*.

Viceversa Franciscus dela Roche Brochard destitutus apparuit quolibet legitimo documento suȩ assertæ benemerentiæ; nam quatenus asseruerit implevisse Caravanas, confecisse melioramenta, complevisse Cabreum, &
23. similia, non alia merita obtentare poterat, nisi quod adimpleverit ea omnia, quæ ex necessitate, & ad formam Instituti Equites adimplere tenentur; ea autem, quæ fiunt, & fieri debent ab omnibus vigore præcedentis obligationis, non inducunt illam benemerentiam, de qua mentionem fecit Statutum in conferendis
24. Dignitatibus Conventualibus *de Elect. dicto cap.* 5., ibi - *Eleggeranno ec. una Persona degna, e di maggiori meriti, avendo più tosto considerazione alla sufficienza, e benemeriti, che all' anzianità* - Ista enim ratione *vel* omnes eandem haberent benemerentiam, quia omnes hæc præstare tenentur, *vel* potius nullam habent benemerentiam particularem, de
24. qua Statutum loquitur, quia qui facit quod facere debet, non potest aliquod particulare meritum allegare, *Pinell. in Leg.* 1. *par.* 3. *num.* 62. *Cod. de bon. matern.*, *Venturin. consf.* 31. *num.* 74., *& sequen. lib.* 1., *de Ponte consf.* 59. *n.* 17. *lib.* 1., *Capic. Latr. consult.* 38. *num.* 16., *Card. de Luc. de Feud. disc.* 94. *num.* 14. *Afflict. dec.* 307. *n.* 7.

Benemerentia quippe, de qua loquitur Statutum intelligenda est illa non pro operibus præstitis ad mensuram propriȩ obligationis, sed pro iis, quæ
26. sunt extra debitum; nam ea ratione prȩmia meritis proponuntur, ut quis ad præclaras res agendas ultra debitum excitetur, quod in omni Republica salutare Statutum reputatur, ut plene *Capic. Latr. dicta consult.* 38 *num.* 33., *Menoch. de præsumpt. lib* 6. *præsum.* 100. *n.* 3. *cum plurib. seqq.*, *Antunez de donat. reg. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 7., *& seq.*, *& lib.* 2. *cap.* 12. *sub num.* 49. *in fin.*, ubi refert illud *Aristot. Politic. cap.* 7. - *Naturali quodam instinctu Homines amant præmium, & diligentius rebus agendis se præbent*.

Nec hujus conspicuæ benemerentiæ gradum attingunt Officia Commissarii Furnorum, vel Operum, nec non Procuratoris Linguæ, ac duplicis Locumtenentiæ Thesaurarii, & Hospitalarii, quȩ d. Francisco de la Roche Brochard assistere dicebantur; Ultra quod enim nullum exhibitum fuit documentum, quod verificaret in il-
28. lius Persona exercitium prætensorum Munerum, animadversum fuit,

quod

quod hujusmodi Officia, *vel* tanquam lucrosa, & tenuis incumbentię, sive laboris, *vel* tamquam comparata ex debito Justitiæ ratione Antianitatis, nullum pręstare possunt argumentum specialis benemerentiæ, quæ solum derivat à præclaris gestis, & ab Offi-
29. ciis maxime laboriosis, & arduis ultra mensuram propriæ obligationis in servitium, & profectum Ordinis præcisive à materiali antianitatis requisito, ut probant tradita per *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 68. *sub n.* 4., *&* 5., *Rot. coram bon. mem. Molines decis.* 565. *sub num.* 6. *versic. nihilominus*.

Et in omni casu negari non potest, quod magis benemeritus fuit dictus
30. Guillelmus, qui plura fecit in gratiam Religionis, quam Franciscus, & sic illi erat debita Dignitas, ad quam Statutum eligi voluit - *Una Persona degna, e di maggiori meriti, che all' anzianità*: eo etiam attento, quod prærogativa Antianitatis, quam pręseferebat Franciscus, non excedebat breve spatium quatuor mensium, unde eo minus ęquare, vel compensare poterat pręponderantiam meritorum Guillelmi ex Statuti dispositione magis attendendam; *Rota in Recen. decis.* 88. *num.* 10. *par.* 14. *coram Dunozett. Jun. dicta decis.* 662. *num.* 9., *& in Melevitana Bajulivatus Sancti Stephani* 14. *Januarii* 1732. § 21., *&* 22. *coram R. P. D. meo Caleagnino*.

Absque eo quod, his constabilitis, obesse visum fuerit Guillelmo de Bocage, quod in actu smutitionis dictę Dignitatis Hospitalariatus ipse Guillelmus illam petierit ex causa Incapacitatis Francisci de la Roche Brochard, & Lingua illam smutiverit favore Antiani Capacis; Ideoque, cessante incapacitate ipsius Francisci,
32. fuerit illi Jus quęsitum uti magis Antiano, ad tramites ipsius Statuti *de elect. dicto cap.* 5., ubi mandatur observandam semper esse .. *La smutitione delle Lingue, secondo l'antica consuetudine*.

Etenim, dato concursu plurium Competitorum, Smutitio semper, & in omnibus Linguis fit sub ea solita forma
33 pro Antiano Capaci; Spectat vero ad magnum Magistrum, ejusque Ven. Concilium, quando Dignitas conferenda est per Electionem juxta *d. Statut.* 5. *de elect.* præeligere inter capaces magis dignum, & magis benemeritum, ut per ipsum Statutum ordinatur, ibi .. *Il Maestro riceva il giuramento dalli Baglivi,*
34. *e Priori, che saranno presenti in Consiglio, che eleggeranno una Persona degna, e di maggiori meriti, avendo più tosto considerazione alla sufficienza, e benemeriti, che all' Anzianità &c.* . quam præelectionem smutitio non tollit, nec tollere potest, quia smutitio non est aliud, quam species nominationis, quę fit
35. à Lingua Eminentissimo magno Magistro, ejusque Ven. Concilio, quibus competit Jus conferendi, ut habetur ex Statutis *tit.* 13. *de elect. cap* 3. *in fin.*, *& tit.* 19. *de verb. signific.*, & notat *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 15. *num.* 44.

Hinc redditur extranea a casu præsenti animadversio, quod *Statut.* 5. *de election.* mandet, observandam esse semper smutitionem Linguarum, secundum antiquam consuetudinem;
36. Id enim procedere nullatenus potest in Dignitatibus electivis, in quibus alia forma præscripta est; alioquin frustra daretur electio magno Magistro, & Ven. Concilio, si servanda solum esset Smutitio; Et omnes Auctoritates in oppositum adductę

ctæ non loquuntur de Dignitatibus electivis, in quibus electio consistere non potest sine arbitrio præeligendi Digniorem, & magis Benemeritum, ut Statutum ipsum disponit, & eruitur *ex dicta decis.* 475. *num.* 4., & 5. *coram Reverendissimo Crispo*; & proinde ex dicta generica expressione - *Osservata sempre la smutitione delle Lingue, secondo l'antica consuetudine*: censeri quidem debet præserva-ta præcedens smutitio more solito, & juxta antiquam consuetudinem

38. facienda per Linguam, sed ex ea redargui nequit electio juxta prærogativam meritorum, ut par erat, à magno Magistro, ejusque Concilio ritè facta *pro Antiano Capaci, & Benemerito*.

Prout etiam nil obstat, quod Guillelmus petiisset Hospitalariatum in casu incapacitatis Francisci: quoniam non

39. ideo destitutus remansit præsidio benemerentiæ, tum quia in Beneficialibus non est prohibita cumulatio plurium

40. titulorum, ad tradita per *Piton. discept.* 126. *num.* 23., & neque in profanis, quando ipsi tituli non sunt inter se repugnantes: *Rota in Recen. decis.* 218. *n.* 14. *part.* 6.; tum, & fortius, quia dicta petitio Guillelmi non poterat limitare, & restringere arbitrium magni Magistri, ejusque Concilii, dum ex proprio eorum of-

41. ficio tenebantur eligere Digniorem, & magis Benemeritum ad formam Statuti, & sic attenta indole subjectæ materiæ cum congrua intelligentia operari debet, *Surd. consi.* 431. *num.* 12., *Rot. coram bo. me. Molin. decis.* 710. *num.* 15. *tom.* 3. *par.* 1., & *cor. Emo Falconer. decis.* 31. *n.* 19. *tit. de Usur.*

Constito ex prædictis, quod Guillelmus de Bocage juxta statum primæ vacationis juste assequutus fuerit Hospitalariatum, inde oritur ejus bonum Jus

42. pro assecutione Bajulivatus Moreæ postea vacati, & exinde resultante vacatione Hospitalariatus, ejus posterior Smutitio firma remanet favore dicti Francisci de la Roche Brochard Antiani, adeout ad tramites dicti Juris, unicuique competentis, decernenda, veniat exquisita Dignitatum adjudicatio, optime *Rot coram Reverendissimo Crispo* d. *dec.* 475. *à n.* 3. *ad* 9. & *in d. Melevitana Bajulivatus S. Stephani* 14. *Januar.* 1732. *coram R. P. D. meo Calcagnino*.

Et ita resolutum fuit, utraque &c.

Cabimentum ex Statuto Religionis Hierosolymitanæ *d. tit.* 19. *Della significatione delle Parole n.* 22. *è Vocabolo Francese da Cabire, che significa togliere a fare qualche cosa, della quale altri stima poter dare buonconto. E così si chiama la prima Commenda, che si concede al Fratello per ordine della sua antianità*; unde allegatus *Macer* in verbo *Cabimentum* inquit, quod Cabimentum venit à verbo Gallico *Cabire, quod aliquam rem in assignationem suscipere significat*.

Cabimentum ergo in Religione Hierosolymitana est Commenda, quæ confertur in concursu, jure antianitatis, & benemerentiæ; adsunt quippe aliæ Commendæ nuncupatæ *di Melioramenti*, quas Optionem appellant Canonistæ, aliæ recuperationis, aliæ ablatæ à malis solutoribus, aliæ ex Gratia Magistrali, ac aliæ ex Priorali Gratia, de quibus agemus in nostro tertio Volumine *in Discursibus de Commendis*.

Hicque de præsenti notandum, quod magnus Magister in principio sui Magistratus, & in quolibet quinquennio ingreditur, ut ajunt *in Gratiam*, hoc est, tunc consequitur facultatem, in quo-

quocumque Prioratu, eligendi unam Commendam sibi benevisam, illamque conferendi Equiti Titulo Benemerentiæ pro servitiis Religioni præstitis, de quibus videri potest *Macer* in verbo *Cabimento*, *Prior Caravita in Compendio Alphabetico Statutorum Religionis* in verbo *Commende* & in d. nostro *Tertio Volumine in Discursibus de Commendis*.

Cabreum est Vocabulum deductum ex *Capibrevio*, hoc est Scripturarum Fascis, ubi breviter capita Bonorum notantur; hinc enim Equites Melitenses dicunt Cabreum, vel Libellum Censualem, & ex eorum statutis, significat Inventarium bonorum stabilium Commendæ, cum illius ichnographia, aliarum scilicet formatarum Descriptionibus, statusque antiqui, & recentis relatione, una cum authentica Relatione Melioramentorum &c. *Statutum Ordinis tit. Delle Commende tit. 14. num. 2., & seq. Compendium Alphabeticum Statutorum in verba Cabrei: d. Macer in verbo Cabreum, & verbo Capibrevium*.

Dictum Cabreum renovare tenentur omnes Priores Balivii, ac Commendatarii in quolibet spatio annorum vigintiquinque, & præsentare tenentur cum tribus consimilibus Cabreis, ad reportandum unum in Archivo Commendæ, aliud in Archivo Conventuali illius Linguæ, & tertium in Archivo Prioratus: *d. Macer in verbo Cabreum*.

Vide nostrum *Discursum de Cabreo* in tomo 5. ubi cum Sacræ Rotæ Decisionibus Magistralibus, plures resolvuntur Dubitationes quoad Cabreum illiusque confectionem, & nunc hic damus *Decisionem in Melevitana seu Portugallien. Commenda 21. Junii 1721. cor. Rovault de Gamaches*.

R. P. D.

ROVAULT DE GAMACHES

Melevitana seu Portugallien.

Commendæ

Veneris 20. Junii 1721.

ARGUMENTUM

Capacitas ad obtinendum Superiores Commendas semel probata durare præsumitur, nisi in contrarium probetur nova incapacitas, & quidem concludenter. Cabrea juxta *Statut. S. Religionis Hierosolymitanæ tit. 14. de Commendis n. 21. & seqq.* debent fieri de 25. in viginti quinque annos, & quomodo hoc onus intelligatur; exponitur in Decisione, & adducitur forma continens idem Cabreum, exponitur etiam conclusio, quod cum Thesaurus ratione mortuarii, & vacantis lucretur fructus per biennium, interim novam Commendam acquirens percipit Fructus Commendæ præcedentis.

SUMMARIUM

1. **Q**ui fuit admissus ad aliquam Dignitatem tamquam capax tatis similiter habetur in optione ulterioris Dignitatis, nisi probetur contraxisse novam incapacitatem, & n. 2.
3. *Amplia, maxime quando antecedenter positive probavit suam capacitatem*, & n. 4.
4. *Et eo fortius si talis probatio transivit in rem judicatam.*
Res judicata edita super Statu, illam firmat respectu omnium.
Res judicata super capacitate in uno casu, proficit etiam pro futuris vacationibus, & n. 5.
6. *Cabraum juxta* Statutum Sacræ Religionis Hierosolymitanæ de Commendis

mendis, n. 21. *fieri debet de vigintiquinque, in vigintiquinque annis.*
Cabraum non fuisse factum de prima Commenda obiici non potest illi, qui ante lapsum termini ad Cabraum conficiendum, per assecutionem alterius Commendæ exutus fuit Titulo, & Jurisdictione primę Commendæ, & n. 11.

7. *Cabręi confectio non consistit in simplici descriptione Mobilium, & aliorum effectuum Commendæ, sed aliquando debent Commendatarii mulctare Colonos, aliosque male versatos in cultura, vel conductionibus, & sic convenit exercerę actus jurisdictionem involventes.*
8. *Actus prædicti Jurisdictionis debent fieri à Possessore Commendæ.*
9. *Acquirens novam Commendam, cum fructus illius lucretur Thesaurus Religionis ratione mortuorii, & vacantis per biennium, d. Acquirens loco dd: fructuum novę Commendæ, percipit fructus Commendæ præcedentis,* & n. 10.
11. *Quando quis conficit Cabraum pro alio Equite, qui illud omisit, Cabrai confectio subrogatur loco Melioramentorum, & sic ex negligentia non facti Cabrai oritur præjudicium Religionis, & ita incapacitas in d. Equite omittente.*
Intellige id procedere in casu, quo certe quis tenetur ad Cabręi renovationem, ut quando tempus renovandi Cabraum recurrit tempore, quo quis Commendam possidet, secus quando renovatio recurrit, tempore quo Commendatarius amplius Commendam non possidet.
12. *Pœna quælibet inflicta à Statutis Religionis est temporalis, donec fuerit prospectum incolumitati Commendarum.*
13. *Capacitas, vel Incapacitas Equitum, unice consideratur de tempore smutitionis, nec attenditur tempus antecedens,* & n. 14.
15. *Incapacitas, uti res pœnalis & odiosa, restringenda est, & pro illius exclusione, omnis capienda est interpretatio.*
16. *Pro capacitate Equitis Judex semper in dubio inclinare debet.*
17. *Incapacitatis incursus debet esse certus, & nullo colore excusabilis, sicque non intrat, quando adest justa credulitas, & bona fides.*
18. *Incapacitatis pœna non inducitur extra casus, in quibus à Sacra Religione specifice irrogatur.*
Illa non habet locum in non adimplente Decreta Visitationum.
19. *Decretum mandans tempus, & tempora non currere, suspendit cursus temporis antecedenter assignati.*
20. *Decretum donec fuerit revocatum, haberi debet pro valido, & justo.*
21. *Ad incapacitatem inducendam requiritur culpa, quæ tollitur ex diligentiis factis circa talem rem faciendam.*

R. P. D.

ROVAULT DE GAMACHES

Melevitana seu Portugallien.

Commendæ

Veneris 20. Junii 1721.

AD impediendum ascensum Bajulivi Oduardi à Costa vigore suæ antianitatis postulatum ad Commendam de Oliveyra de Ospital, quatuor ei opposuit incapacitates. Bajulivus

vus Frater Emanuel Almeyda, semel atque iterum coram Me examinatas, atque rejectas, nempe die 10. Maii, & 6. Decembris anni nuper elapsi. Cumque inter eosdem fuerit hodie restauratum certamen; Dominis denuo visæ sunt recte propulsatæ exceptiones omnes oppositæ Oduardo, & proinde, *in decisis* perstiterunt.

Et sane prima obiectio inde petita, quod Oduardus minime adimpleverit decreta visitationis Prioralis secutæ anno 1702. in Commenda de Torres Novas, y Vedras, quam tunc ille possidebat, sine fundamento apparuit. Quoniam constabat anno 1706. dictum Equitem a Costa transivisse e Commenda de Torres Novas, y Vedras ad alteram Commendam de Tavora; inde vero perspicuum emergebat argumentum suæ capacitatis etiam pro assecutione Commendæ de Oliveyra de Ospital; nam Eques tamquam 1. Capax semel assumptus ad aliquam dignitatem, talis similiter habetur in optione ulterioris dignitatis, nisi postmodum novam contraxisse incapacitatem doceatur: *Caravit de Commend. cap.* 13. *sub num.* 4. *Michalef. in Summ. Jur. Equit Hierosol. verbo Capax. num.* 7. verbo Electio *num.* 5. verbo Appellatio *sub. num.* 3. *Rot. dec.* 561. *n.* 19. *part.* 5. *tom* 2. *rec. coram Dunozett. decis.* 675. *num.* 11. *coram Bichio decis.* 212. *num.* 1. *& seq. in Melevitana Prioratuum* 15. *Junii* 1705. §. *Eoque fortius coram Caprara*, *&* 21. *Junii* 1706. §. *Et ex his coram Ansaldo*.

Quæ regula sapienti consilio apud Religionem Hierosolymitanam stabilita, 2. atque recepta illæse custoditur, ut litibus, quantocius fieri potest, sublatis, Equites pacifice inter se vivant, nec intervertatur totus ordo præcedentium smutitionum; *Rot. in Melevitana Prioratuum* 12. *Martii* 1714. §. *finali coram Reverendissimo D meo Decano & in hac causa* 6. *Decembris* 1720. §. *Non obstant coram me.*

Præsumpta capacitas Bajulivi a Costa majus robur assumebat ex concursu quoque positivæ probationis ea de re factæ per ipsum Bajulivum in conflictu judiciali habito anno 1706. cum 3. Equitibus Lupo de Almeyda, & Antonio de Vasconcellos super consecutione Commendæ de Tavora siquidem occasione smutitionis hujus Commendæ idem hic defectus executionis præceptorum Visitationis peractæ año 1702. in Comenda de Torres Novas y Vedras fuit oppositus Oduardo.

Illo tamen cognito insubsistenti ex Epistola Receptoris Lusitaniæ testantis, expleta fuisse per Equitem a Costa prænarrata decreta; idcirco Fiernaldi, seu immediate Antiani, tam Almeyda, quam Vasconcellus liti renunciarunt in actis Cancellariæ Religionis; ac subinde prævia citatione quorumcumque sua interesse putantium affixa in Conventu Melevitano, & nemine comparente, ad se opponendum promotioni Oduardi, is obtinuit a Concilio Ordinario adjudicationem Commendæ de Tavora sibi factam uti Antiano, & Capaci. Quamobrem usque ab eo tempore fuit ejus capacitas confirmata per rem judicatam, quæ tamquam edita super Statu, il- 4. lum firmat respectu omnium *l ingenuum ff. de Stat. Hom. Surd. dec.* 289 *n.* 17. *Sperell. decis.* 73. *n.* 53. *Rot. coram Celso decis.* 300. *n* 4 *& decis.* 313. *n.* 3. *& in recen decis.* 173. *n.* 19 *part.* 18. ac proficit pro cunctis futuris vacationibus *Prior Caravit de Comend. cap* 13. *num* 5. § *Quandi è.*

Potiori autem Jure affixit Equitem Almeydam, qui per ascensum Oduardi ad Commendam de Tavora post

Equitem Vasconcellum obtinuit, & ab anno 1706. hucusque possidet Commendam de Torres Novas, y Vedras ab Oduardo dimissam; Hęc enim minime vacasset sine legitima optione Oduardi per dictam rem judicatam canonizata: ideoque cum exinde Bajulivus Almeyda videatur
5. tacite approbasse hanc rem judicatam, eam jam tanto tempore, & tanto cum compendio approbatam amplius impugnare non valet: *cap. quod semel de regul. Jur. in 6. l. observare §. final. de Offic. Proconf. Rot. coram Celso decis. 370. num. 7. coram Bichio decis. 376. num. 8. in Reatina manutentionis 17. Januarii 1721. §. Hujusmodi, & in Posnanien., seu Varsavien. Parochialis 3. Martii 1711. §. Id quod coram Me.*

Transeundo ad secundum caput incapacitatis, hoc desumi prætendebatur, ex quo Oduardus non confecisset Cabræum memoratæ primæ Commendæ de Torres Novas y Vedras, quemadmodum fieri de viginti quinque in viginti quinque annos jubet Statutum 21., & 23. de Commendis.

6. Verum enim vero, cum die 2. Januarii 1706. quo cessit terminus ad Cabræum conficiendum præstitutus, Bajulivus à Costa per assecutionem Commendæ de Tavora reperiretur exutus titulo, & Jurisdictione Commendę de Torres Novas y Vedras; utique redargui haud posse visus est, si Cabræum non fecerit, quia confectio Cabræi non consistit in simplici descriptione mobilium, aliorumque
7. effectuum Commendæ, sed aliquando Commendatario occurrit mulctare colonos, aliasque personas perperam versatas in bonis ad culturam, vel in locationem susceptis, qui propterea actus cum involvant jurisdictionem, ut dixit *Rot. in Curien. Jurisdictionis 26. Junii 1702. §. Non minus cum seq. coram Caprara, & in Caputaquen. Jurisdictionis super bono jure 1. Julii 1707. §. Visum est coram Cerfarello*, nequaquam exerceri valebant ab Oduardo, sed debebant expleri à Bajulivo Suc-
8. cessore, in quem tota jurisdictio simul cum titulo defluxerat: *Rot. coram Priolo decis. 41. num. 14. coram Emerix. decis. 1305. num. 1. & 6. Decembris 1710. §. Pari insubsistentia coram Me.*

Neque officit, quod Miles a Costa tunc perseveraret percipere reditus Commendæ demissæ: Quoniam fruitionis prosecutio non oriebatur a titulo Commendæ relictæ, sed fiebat loco fructuum Commendæ denuo acquisitæ, quos sicuti lucrabatur pro suo Thesauro Sacra Religio per biennium nuncupatum mortuorii, & vacantis, ita eo temporis decursu indulget, ut fructus Commendæ precedentis consequatur Commendatarius ad
9. novam promotus, ut habetur ex auctoritatibus *Michallef. in Summ. Equit. verbo Cabræum n. 5., & Card. Artus in opusc. Commend.*, cujus particula fuit exhibita in summario pęteritæ propositionis, & male hodie uti supposititia impugnabatur, cum fuerit pariter tradita in *Summ. num.* 43. per Bajulivum de Guevara in alia Causa Bajulivatus Loræ ad ejus favorem decisa die 14 Januarii proximi præteriti coram R. P. D. meo Foscaro, & quidem non sine fundamento dum ipsa particula inferra reperiebatur in processu constructo Melitæ, & ad Urbem transmisso pro capienda determinatione illius controversiæ:

Veritatem hujus assumpti comprobabat quoque factum Equitis Almeyda. Is namque cum tempus advenisset renovandi Cabręum Commendæ de Torres Novas y Vedras, quam erat assecutus, haud hæsitavit illud perficere, nec ullo modo interpellavit Bajuliuum a Costa,

Immo

Immo suam prætensionem in eo restrinxit, quod ratione talium fructuum ille teneretur ad refusionem ex-
10. pensarum a se factarum pro eo factione Cabræi; quibus stantibus, nemo non videt, quod etiam ipse ultro agnovit onus renovationis Cabræi ad se pertinere; ista autem interpretatio, & argumentum erutum ex actis ipsius Almeyda recta ratione efficiebat, ut ei nunc adhærere, & acquiescere compelleretur: *Rot. coram Duran. decis. 338. num. 10., & seq. & in recen. decis. 340. num. 8. part. 15.*

Similiter non obstat Commendatarios duplici adstrictos esse curæ, scilicet melioramentorum, & Cabræi, & quando quis conficit Cabræum pro alio Equite, qui illud omisit, subrogari confectionem Cabræi loco melioramentorum, unde inferebatur, quod propterea eveniat semper præjudicium Religionis ex negligentia non facientis Cabræum, & per consequens subsistat istius incapacitas.

11. Quippe satisfacit responsio, quod sermo procederet, ubi certe quis teneretur ad renovationem Cabræi, ex quo tempus illius renovandi contingeret, eo possidente Commendam, secus autem quoties, ut est jam animadversum, Commendatarius carens Commenda, & titulo, cum occurrit Cabræi renovatio, ad eam non erat obligatus, ut superius declaratum est in §. *Transeundo*.

Eoque minus hodie curandum occurrit de ejusmodi incapacitate, quia si quælibet pœna a Statutis Religionis inflicta est temporalis, donec, & quousque prospectum fuerit incolumitati Commendarum *Caravit. de Com.*
12. *mend. cap. 38. n. 11. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 15. n 69. Rota in Melevitana Commenda 10. Januarii 1710. §. Corruit cor. Prio-*
lo; Si ad effectum dijudicandæ capacitatem, vel incapacitatem Militum unice spectatur tempus suscitationis
13. dignitatum, posthabito tempore præcedenti *Rot. in Melevitana Bajulivatus 11. Martii 1718. §. Constabilito coram Rmo D meo Ravennaten.* Si denique Cabræum Commendæ de Torres Novas y Vedras explerum extitit anno 1712. nullus plane ob id, nulla macula incapacitatis poterat amplius considerari in Bajulivo à Costa anno 1717. quo smuritvit Commenda de Olivesa de Ospital, ideoque habilis, & idoneus ad hanc assequendam recte judicatus est, juxta theoricas congestas in utraque
14. præcedenti decisione coram me edita, nempe prima §. *Minus vero* & secunda § *Vel si renovatio cum seq.*

Accedente insuper animadversione, quod etiamsi prædicta rem in tuto non ponerent, prout jam probatum est, sed tantum reducerent ad statum dubietatis, equidem sola dubietas sufficeret, ut omnis capienda
15. foret interpretatio pro exclusione incapacitatis: tum quia hæc tamquam pœnalis, & odiosa est restringenda *cap. odia de regul jur. in 6. l. cum quidam ff de liber. & posthum Rot. cor. Pen. dec 1090. n. 14. in rec. dec. 9. n. 35. par. 19.* Tum quia in quacumque animi hæsitatione arbitrium judicantis inclinare semper debet pro Equitis capacitate: *Rot. in Melevitana Marescallatus 24. Aprilis*
16. *1716. §. Utique cor. R. P. D meo Cerro, in hac causa 10. Maii §. finali, & 6. Decembris 1710. §. Validitas coram Me. & in Melevitana Bajulivatus Lora 13. Januarii currentis anni § Ea nonque coram R. P. D meo Foscaro.*

Tum denique, quia Oduardus ex juribus superius adductis, cum versari posset in ju-

in justa credulitate, & bona fide, non erat, cur diceretur decidisse a Jure Antianitatis sibi perfecte quæsito, ad quem effectum oportet ostendere incursum in incapacitatem certam, & nullo pacto, nulloque colore ex-

17. cusabilem ad tradita per *Lamberi de Jurepatr. part. 1. lib. 2. quest. 9 art. 16. per tot. Garz. de benefic. part. 7. cap. 8. nu. 47. & seqq. Rot decis. 323. num. 21. & seq part. 16. decis. 101. num. 44. & seqq. part. 17. recen. coram Cerro decis. 622. num. 1. coram Ansaldo decis. 32. num. 16. & in Melphiten. Beneficii 12. Aprilis 1720. §. Preterea coram Me.*

Tertia incapacitas repetebatur ex quo Oduardus non mandasset executioni præcepta Prioralia ei commissa intra annum explenda in visitatione Commendæ de Tavora anno 1715. At vero nunc quoque rejecta fuit exceptio, tum quia in decreto Visitationis non indicitur pœna inhabilitatis in casu negligentiæ Commendatarii; sed unice demandatur, ut ponerentur sub sequestro fructus, ex quibus onera injuncta valerent impleri, quamobrem sustineri non queit, Oduardum incidisse ob inadimplementum in pœnam incapacitatis, quando juxta veterem S. Religionis praxim ea non trahitur ex-

18. tra casum, in quo fuerit specifice irrogata. *Rot. cor. Ottobon: decis. 160. num. 11. in Assisien. Habitus 28. Junii 1717. §. Constabilito, & 28. Martii 1718. §. Idque adeo cum seq. coram R. P. D. meo Foscaro, & 12. Decembris ejusdem anni §. finali coram R. P. D. meo Cerro.*

Tum quia a decreto Visitationis interposita per Bajulivum a Costa appellatione ad magnum Magistrum, ab eo remissa extitit causa ad suum Concilium Ordinarium, quod mandavit acta Visitationis transmitti Melitam, ac interim tempus, & tempora non currere, ideoque culpæ aut defectui Oduardi tribuendum non est inadimplementum dictorum præcep-

19. torum, quorum dies nondum effluxit, cum posteriori decreto Melitensis Concilii fuerit suspensus temporis cursus: *Card. de Luca de Testam. discursu 72. num. 9. Rocca disput. jur. cap. 62. num. 2., & 6.* Minime admissa replicatione circa prætensam nullitatem, aut injustitiam decreti Sacræ Religionis; Quoniam donec

20. per contrarium decretum sit e medio sublatum, semper haberi debet pro valido, & justo: *Mans. consul. 38. nu. 48. Rota coram Pentinger. decis. 414. num. 10.*

Postremo debilissima omnium visa est quarta incapacitas constituta in neglecta recuperatione nonnullarum jurisdictionum Commendæ de Tavora facienda intra triennium, & commissa Bajulivo a Costa anno 1713. Quippe ad eam rem omni studio, atque opere conficiendam, cum ipse deputaverit specialem Procuratorem, pluresque litteras scripserit ad Receptorem Ordinis Hierosolymitani apud Serenissimum Portugalliæ Regem, & insuper pro fine negotii facilius, & expeditius assequendo, exoraverit quoque Venerandum Thesaurum Religionis, ut hanc recuperationem daret in mandatis dicto Receptori, ultro offerendo, quod fieret totum sumptibus ipsius Oduardi, satis constare censuit Tribunal de diligentiis ab hoc Equite adhibendis, ut præservatus, atque immunis evaderet

21. a culpa, quæ requiritur pro inducenda incapacitate, ut firmatum est latius in utraque præcedenti decisione §. *finali coram Me*, ad quas in reliquis remissive se Domini habue-

buerunt, ita utraque &c., & videntibus quinto, & sexto.

Camera Magistrales, *& Priorales* sunt Commendę ex gratia Magistrali, sive Priorali, ut in Libello cui Titulus *Breve, e Particolare Istruzione del S. Ordine Militare degli Ospitalarii detti ora volgarmente di Malta Impress. Patavii Anno 1724. Typis Josephi Comini per Joannem Baldanum in cap. 13. De i Priori pag. 46.*, & de his meminit Bulla sa. me. Pii IV. edita Anno millesimo quingentesimo sexagesimo, incipiens *Circumspecta*, quæ est impressa post Statuta Ordinis pag. 2. post verbum, & Sixtus IV., & pag. 15. in verbo *Nec non Cameras Magistrales*.

Vigore Statuti *sub. Tit. 9. del Maestro n.* 8. sub magno Magistro Claudio della Segle unita fuit magno Magisterio perpetuo Commenda una in quolibet Prioratu, & ob id vocantur Cameræ Magistrales, ibidem enumerantur Commendæ distinctim in quolibet Prioratu.

Cancellarius, quæ gerere teneatur. Vide Macrum in Verbo *Cancellarius*. Inter Militares Equites reperitur quoque Dignitas Magni Cancellarii, quę ad Priorem Linguæ Castellæ, & Lusitaniæ spectat quoque Vicecancellarius substitutus: *d. Macer in Verbo Cancellarius*.

Capacitas, *& Incapacitas*. Hierosolymitani Equites ad explicandum eorum Equites pollere Requisitis necessariis pro collatione Commendarum, vel illis carere, ac demum ad demonstrandum Equites aptos esse, vel non esse ad recipiendam collationem Commendarum, utuntur Dictionibus *est Capax*, *vel Incapax*; plura enim in Statutis enumerantur capita, quæ requiruntur in conferente, & recipiente, & plura sunt capita, quibus stantibus, nec conferre, nec recipere possunt Commendas.

Quoad Priores conferentes Commendas juxta eorum Prioralem præeminentiam, ut sint capaces conferendi, requiritur, quod talis Commenda sit una ex tribus, quę vacaverit extra Conventum, & intra limites sui Prioratus, ita ut prima spectet ad magnum Magistrum, secunda ad Linguas, tertia spectet ad Priorem, juxta tradita per *Rotam in Melevitana Commenda de Macon 17. Martii 1741. n. 3., & seqq*, quam hic exhibemus *cor. R. P. D. Vicecomite*, & diximus in hac Sectione 8. in verbo *Quinquennium*.

Requiritur, quod d. Prior onus Visitationis impleverit, ut prosequitur allegata *Decisio cor. R. P. D. Vicecomite, & in Melevitana Commenda de Valence 11. Martii 1746. cor. R. P. D. Bussio*, quæ pariter hic exhibetur, & quomodo procedat d. Omissio Visitationis: vide supradictas Decisiones.

Item requiritur, ut non sit debitor Ærarii: *d. Decisio coram Vicecomite à n. 16. cum seqq.*

Et quod sit ex illis debitis, quæ incapacem reddunt ad collationem Commendæ: eadem *Decisio cor. Vicecomite n. 18., & seq.*

R. P. D.

VICECOMITE

Melevitana Commendæ de Macon.

Veneris 17. Martii 1741.

AR-

ARGUMENTUM

Ponderatur Tempus Quinquennii datum Prioribus ad conferendam Commendam unam in dicto termino vacantem.

SUMMARIUM

1. F*Acti series refertur.*
2. *Priores Ordinis Hierosolymitani habens jus conferendi in uno quoque quinquennio unam ex tribus Commendis extra Conventum, & intra limites Prioratus vacantem, ita ut ex dictis tribus Commendis magnus Magister primam, Lingua secundam, Prior tertiam conferat*, & n. 3., & 9.
4. *Priores, qui intra quinquennium non visitaverunt, non possunt ob incapacitatem conferre vacantem Commendam.*
Dispensatio super hac incapacitate, uti stricti Juris, non extenditur ve. gr. ad tertium quinquennium.
5. *Commenda collatio si sit facta à Priore incapace, est nulla, & fit locus collationi in Lingua.*
6. *Ponderatur Quinquennium datum Prioribus ad conferendam vacantem in quolibet Quinquennio, quando incipiat currere, & quomodo*, & n. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15., & 16.
17. *Debitum Ærarii excluditur à collatione Commenda.*
18. *Debitum Ærarii, quando dicatur impediens Commenda collationem, & quando non*, & n. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38., & *seqq.*
43. *Terminus ad solvendum jura Ærarii statuitur à Statuto Dies solemnitatis Sancti Joannis Baptista*, & n. 44.

R. P. D.

VICECOMITE

Melevitana Commendæ

de Macon.

Veneris 17. Martii 1741.

VAcata per obitum Fr. Aloysii de Cambon Marsilliac Commenda 1. nuncupata *de Macon*, Magnus Alverniç Prior Fr. Claudius Franciscus Lescheraine propria utens priorali preæminentia sub die 15. *Maii* 1738. mediante Persona Equitis Filibert Bord de Montignac Procuratoris constituti illam contulit, ac donavit Equiti Jacobo de Montiovant.

Divulgata hac collatione, quidam illico irrepsit rumor super incapacitate tam Magni Prioris ad conferendum, quam Equitis de Montiovant ad illam obtinendum, ex quo uterque Debitor communis Ærarii reperiretur. Quapropter sub sequenti die 16. *ejusdem mensis Maii* convocata Lingua, non obstante, quod in ea Eques de Montignac, uti Procurator Magni Prioris exhibuisset collationem Commendæ jam factam, & ad suffocandum vulgatum rumorem super incapacitate Conferentis, & Collatarii exhibuerit quoque singrapham *di ben Pagante* ab ipso Ærario expeditam; nihilominus deventum fuit ad exmutitionem Commendæ favore Antiani Capacis *in caso d' incapacità del Sig. Gran Priore*. Cumque Eques de Valdisere, qui tamquam Antianus capax se se opposuerat dictæ Collationi, assecuta altera Commenda *de Maisonis*, interim vacata, illi renunciaverit, secundo, ac tertio eadem Commenda de Macon in Ven. Lin,

Lingua, spretis contrariis protestationibus smutita fuit favore Antiani capacis.

Hac ultima fretus exmutitione Equitis de Margoun Antianus capax Commendam sibi procul dubio debitam autumavit in exclusionem Equitis de Montiovant: quamobrem desuper instaurato litigio non minus Ven. Concilium ordinatium insequendo votum duorum Commissariorum, quam Ven. Concilium completum in gradu appellationis prædictam Commendam dicto Equiti de Margoun adjudicandam esse pronunciarunt. Verum delegata ulteriori appellatione huic nostro Auditorio de subsistentia, & justitia earundem Sententiarum, hoc mane disceptandum proposui sub consueto dubio - *An constet de duabus*, cui responsum fuit - *Negative*.

Ea namque habetur in Statutis Sacræ Hierosolymitanæ Religionis inalterabilis Lex, amplissimaque facultas Magnis Prioribus cujusque Linguæ impertita conferendi in unoquoque

2. Quinquennio à die ascensus ad Prioratum unam ex tribus Commendis, quæ extra Conventum, & intra limites Prioratus vacari contigerit, nempe postquam Magnus Magister primam ex tribus Commendis, & Ven. Lingua secundam contulerint, ut expresse sancitur in dictis Statutis 27. 28. *& 29. tit. 14 de Commendis*. Cum itaque controversa Commenda *de Macoæ* vacaverit in tertio Quinquennio, & extra Conventum, & intra limites Prioratus per obitum Equitis de Marsiliac, tam Magnus Magister, quam Ven. Lingua præcedenter per collationes duarum aliarum Commendarum proprium Turnum consumpserint, dubitari profecto non poterat, quod Eques Claudius Lesche-

3. raine Magnus Alverniæ Prior vigore suæ præeminentiæ prioralis, juste, & valide dictam Commendam Equiti de Montiovant conferre potuerit, ut consentanee ad eadem Statuta firmat *Rot. decis. 562. num. 1. par. 5. tom. 2. dec. 18. num. 1. par. 12. recen., & in Melevitana Commenda 13. Junii 1733. §. Potissima coram R. P. D. meo Nunez, & in alia Melevitana Commendæ 12. Aprilis 1734. §. 7. coram R. P. D. meo Calcagnino Decano*.

Ut hanc Prioralem Collationem nullam, & invalidam ostenderet Eques de Bulinat de Margoun, Primum, cui nitebatur, fundamentum vertebatur in eo, quod Magnus Prior Alverniæ, qui in primo sui Prioratus Quinquennio visitationem à Statutis præscriptam non complevit, incapax ingressus fuit in secundum quinquennium, & quia pariter in secundo eamdem visitationem omiserat, eadem affectus incapacitate in tertium quoque quinquennium ingressus fuerat, propterea que omnimoda destitutus erat facultate conferendi in hoc tertio quinquennio Commendam. Et quamvis à præd. functo Summo Pontifice Clemente XII. à qualibet incapacitate incursa in primo, & secundo Quinquennio dispensatus fuerit, attamen quia in hac dispensatione potestas dumtaxat facta fuit magno Priori conferendi Commendam pro secundo Quinquennio, quatenus in eo vacare contigisset, vel in cursu tertii, quatenus in secundo non contulisset; neutiquam vero impertita fuit facultas conferendi in tertio Quinquennio, & pro tertio Quinquennio, respectu cujus obstabat defectus visitationis in secundo, quæ in Brevi Pontificio una cum aliis incapacitatibus dispensata non fuit. Ideo non potuit Magnus Prior Commendam in tertio Quin-

4. quennio vacatam pro suo tertio

Quin-

Quinquennio Equiti de Montivant conferre, & quemadmodum Gratia dispensationis tanquam strictissimi juris trahi non potest ad tollendam incapacitatem, qua pro tertio quinquennio Prior innodatus existebat, *ad Text. in leg. Porro in fin. de Privileg. in 6.*, *Rot. coram Molines decis.* 807. *num.* 27., *&* 30. *& in Faventina Gabella* 27. *Februarii* 1739. §. 16. *coram R. P. D. meo Canilliac*, ita nulla, & invalida detecta collatio. ne ejusdem Prioris Commenda tribui

5. debet Equiti Antiano, & Capaci, favore cujus in Ven. Lingua exmutita fuit: *Rot. coram Dunoz. Sen. decis.* 166. *num.* 1. *coram Priol. decis.* 169. *n.* 1. *coram Falconer. decis.* 4. *sub num.* 28. *tit. de Benef. coram Rmo Crispo dec.* 10. *num.* 16., *&* 17.

Hęc difficultas, quæ nunc primo ab Egregiis Defensoribus Equitis de Margoun excitata fuit, facillime dilui compertum fuit ex ipso tenore Brevis reportatę dispensationis. Quando. quidem Magnus Prior post ascensum ad Prioratum Alverniæ, postque retentam pro sua quinta Camera Priorali Commendam de Madieù in primo Quinquennio vacatam, cum eo durante visitationem, quam incnoaverat absolvere non potuerit, nisi in decursu secundi Quinquennii; & in hoc quoque secundo Quinquennio pariter Visitationem incepisset, illam tamen neutiquam terminare posse prę

6. nosceret, antequam Quinquennium laberetur attenta brevitate temporis, quod supererat; eaque de causa nec minus Commendam ad prioralem præeminentiam spectantem conferre posse speraret; idcirco hisce expositis Summo Pontifici plenissimam à quacumque Incapacitate dispensationem obtinuit, ea unice excepta, quę ex causa Debiti erga commune Ærarium contracta foret, amplaque illi facultas fuit impertita conferendi pro sua Priorali præeminentia in dicto secundo Quinquennio Commendam, quatenus in eo vacaret, vel etiam in tertio Quinquennio, quatenus Commenda ad Prioralem praeminentiam pertinens non vacasset in secundo, sed in tertio Quinquennio; Cum itaque nulla in secundo Quinquennio Commendę vacatio contigerit, itaut vacua, & inexercibilis remanserit facultas in hoc secundo Quinquennio Priori elargita; e converso autem in tertio Quinquennio controversa vacavit Commenda *de Macon*, jam infici nequit, quod ad tramites hujusce Pontificiæ Dispensationis, & indultæ facultatis licite, ac valide potuerit Magnus Prior illam pro suo tertio Quinquennio conferre.

Nilque turbat subtilis reflexio, quod Summus Pontifex absolverit quidem Magnum Priorem ab incapacitate contracta ob non completam Visita-

7. tionem in primo Quinquennio, adeo ut capax ingressus fuerit in secundum ad conferendum pro secundo Quinquennio Commendam, quæ in eodem secundo, vel in tertio Quinquennio vacaverit; non vero fuerit habilitatus ad conferendum in tertio Quinquennio Commendam pro eodem tertio Quinquennio, ad quod ratione omissæ Visitationis in secundo incapax ingressus fuerat.

Hæc namque absona, & incongrua Apostolici Brevis interpretatio illico corruebat sub ea animadversione, quod inauditum plane est in Sacra Hierosolymitana Religione, quod aliquis Prior, qui non contulit in primo, vel secundo Quinquennio, ex

8. eo quod in uno, vel in altero non contigit vacatio Commendæ ad Turnum Prioralem spectantis, eam excitaverit

taverit prætensionem explendi in tertio Quinquennio collationem non factam in primo, vel secundo, eamque facere attentaverit non pro ipso tertio Quinquennio, sed pro illo primo, vel secundo, in quibus ob defectum vacationum conferre non potuit. Cum absolutissima, & undique certa sit Statutorum dispositio, quibus cavetur, quod nisi con- 9. tingat in unoquoque Quinquennio trium Commendarum vacatio, quarum prima à Magno Magistro; Secunda à Ven. Lingua collatis; Tertia ad Priorem spectet; Præeminentia Prioralis remanet in unoquoque Quinquennio omnino sterilis, & effectu vacua; Neque ullo modo potest Prior in uno, eodemque Quinquennio, videlicet in secundo, duas conferre Commendas, unam nempe pro primo Quinquennio, pro quo non contulit, quia non vacavit, & alteram pro ipso secundo quinquen- 10. nio, in quo reperitur, quod expresse prohibetur *in Stat. 27. tit. de Commend.* relat. per *Rot. coram Dunoz. Jun. dec. 497. num. 4. coram Priol. dec. 69 num. 3., & in recent. dec. 562. n. 1. in princ. par. 5., & in Melevitana Comenda 16. Junii 1683. §. Quamvis coram bon. mem. Paulutio.*

Dum ergo in Gratia elargita Magno Priori, neutiquam alterata fuit in hac parte dispositio Statutorum; Sed Summus Pontifex eisdem Statutis dumtaxat derogatum voluit ad tollendam incapacitatem a Magno Priore contractam ob non completam tam in primo, quam in secundo Quinquennio Visitationem, eaque de causa eumdem habilitavit ad 11. conferendum in secundo Quinquennio Commendam quatenus in eo vacaverit, sin minus in tertio, fateri pernecesse debet, quod talis facultas ad collationem unius dumtaxat Commendæ restricta fuerit, sive in secundo, sive in tertio Quinquennio vacaverit; Quodque collatio in secundo pro secundo, & in tertio pro tertio Quinquennio à Magno Priore expleri deberet juxta dispositionem Statuti, cui quo magis fieri 12. possit, Gratia Summi Pontificis uniformis debet interpretari; *Fagnan. in cap Causam qua n. 4., & seq. de Rescript., Bald. cons. 121. sub num. 2. lib 1., Surd. cons. 203. num. 33. lib. 2., Ciriac. contr. 291. num. 59. tom. 2., Rota coram Pen. dec. 1209. sub num. 3. tom. 2.*

Et hanc fuisse genuinam relati Pontificii Brevis intelligentiam, mirifice convincit subsecutum Decretum Magni Magistri, cui executio ejusdem Brevis uti mere facultativa directa fuit; Siquidem in dicto Decreto executivo Brevis, & Dispensationis A- 13. postolicæ tribuitur Magno Priori facultas conferendi prioralem Commendam in secundo Quinquennio, & pro suo secundo Quinquennio, quatenus in illo vacaverit; Si vero vacaverit in tertio Quinquennio, potestas elargitur illam conferendi pro eodem tertio Quinquennio; Unde etsi in eodem Brevi expressum non fuerit, quod Prior conferendo Commendam, quæ in tertio Quinquennio vacaret, conferre eam deberet pro suo tertio Quinquennio: Attamen, quia neque expressum fuit, quod eam conferre deberet pro secundo Quinquennio, & hic modus conferendi directe adversatur Statuto Religionis, cui in hac parte non fuit derogatum; Ideo non alia Gratiæ Pontificiæ intelligentia amplecti potest, quam ea, sub qua a Magno Magi- 14. stro illius Executore accepta, & executioni missa fuit; ad *Text. in leg 1.*

 Cod.

Cod. de divers. rescript., *ibique Iason n. 7.*, *Rocc. disput. Jur. cap. 71. n. 23.*, *Rota in Calaguritana Canonicatus de Victoria 7. Decem. 1731. §. Omisso confirmat. 28. Aprilis 1732. §. Placuit coram Reveren. Crescentio.*

Nec subsistit, quod Magnus Prior in petitione porrecta Summo Pontifici narraverit quidem incapacitatem, sub qua in secundum Quinquennium ingressus fuerat ob non completam in primo Visitationem, non vero exposuerit incapacitatem, qua pariter erat innodatus ob non completam in secundo Quinquennio Visitationem, & sub qua in tertium ingredi erat inevitabile; adeout tam dispensatio, quam Jus conferendi pro secundo dumtaxat Quinquennio tributum censeri debeat; Quandoquidem attente perscrutata expositione Brevis, ex ea dilucide patet, quod Magnus Prior primario, & principaliter supplicationem exposuit, ut quolibet solutus impedimento, omnino capax Tertium ingredi posset Quinquennium. Siquidem ingenue in ea narravit, quod in primo Quinquennio jam suam præeminentiam consumpserat, retinendo pro sua quinta Camera Commendam *de Madieù* in eo vacatam, quodque licet in eo 15. dem Quinquennio Visitationem non complevisset, illam tamen jam absolverat in secundo Quinquennio; Et quamvis in hoc secundo Quinquennio pariter Visitationem incepisset; attamen quia breve admodum tempus hujus Quinquennii supererat, ideo nec Visitationem complere, nec Commendam in eo conferre posse sperabat; eaque de causa ne incapax tertium ingrederetur Quinquennium, supplicavit - *Ut sibi in præmissis opportune provideret* - Dum itaque Magnus Prior optime prænoscens, quod in secundo Quinquennio attenta brevitate temporis nec Visitationem complere, nec Commendam conferre poterat, dispensationem postulavit; hæc non ad alium effectum petita dici potest, quam ut capax ingredi posset in tertium Quinquennium. Et si Summus Pontifex consentanee ad ejus petitionem, facultatem indulsit conferendi Commendam Prioralem pro secundo Quinquennio, si in eodem secundo vacaret, & quatenus in secundo non vacaret, sed vacaret in tertio, illam in tertio Quinquennio conferendi; jam plusquam dilucide emergit uniformando Pontificis Gratiam intentioni Supplicantis, Gratiam dispensationis, & facultatem conferendi in secundo pro secundo, in tertio pro tertio quinquennio fuisse concessam, ad tradita per *Lotter. de Re benef. lib. 3. quæst. 4. num. 1. & sequen.*, *Cyriac. controv. 57. num 33. controv. 2 9. num. 11.*, *Caren. resol. 75 num. 1.*, *Rot. coram Cavaler. dec. 255 num 8. coram Dunoz. Jun. dec. 604 num. 7.*

Minoris est relevantiæ, quod Magnus Prior, ejusque Procurator collationem controversæ Commendæ non peregerint vigore Brevis, & dispensationis Pontificiæ. Ultraquod etenim Eques de Montignac Procurator Magni Prioris ad actum collationis devenit non solum vigore Præminentiæ Prioralis ad formam Statutorum, sed etiam vigore *cujuscumque alterius facultatis, & omni meliori modo*, & Breve Apostolicum jam erat in Cancellaria registratum, & ante insinuationem in Ven. Lingua fuit exhibitum; Cessat insuper qualibet difficultas, quia dispensatio ab 16. incapacitate aliud non operatur, quam tollere obstaculum illud, quo

M agnus

Magnus Prior erat irretitus, ne posset conferre, quoque remoto, remanet in plena facultate, & libertate conferendi juxta primævas, & ordinarias facultates sibi a Statutis tributas, quarum vigore optime potuit collationem explere, ut in simili ponderat *Card. de Luc. de Benef. disc. 2. per tot. disc. 31. similiter per tot.*

Profligato primo Fundamento noviter hodie excitato. Alterum, sub quo Concilium Ordinarium, & Completum Melitæ collationi Prioris obstiterunt, consedit in incapacitate ex causa Debiti, quo tam Prior conferens, quam Eques de Montiovant Collatarius erga commune Ærarium obstricti prætendebantur; Cum etenim Magnus Prior de tempore vacationis controversæ Commendæ reperiretur descriptus Debitor in Libris Ærarii, quos vocant *Debitori Cavalieri* in scut. 295. 11. monetæ Melitensis ex causa expensarum, quas Sacra Religio subivit in nonnullis Litigiis Parisiis ab anno 1727. in posterum actitatis, & spectantibus

17. ad eumdem Magnum Priorem Alverniæ. Eques vero de Montiovant pariter descriptus esset Debitor in scutis viginti pro portu literarum; idcirco hoc stante eorum Debito cum Ærario, illico certa resultat nullitas Collationis tanquam factæ a Priore incapace, ut ex literali præscripto Statutorum 24. 25., & 26. *del Tesoro* concludunt Commissarii in eorum Voto.

Verum longe debilius agnitum fuit hoc quoque fundamentum. Duplex namque est Debitorum species, sub quibus Equites Sacræ Hierosolymitanæ Religionis obstricti remanere possunt erga commune Ærarium. Altera, quæ profluit a solutione Jurium, vulgo *Diritti* Communis Ærarii,

18. quæque distinctim, & nominatim recensentur in *Statuto XX. de verbor. significat.*, nempe *Spolia Mortuaria*, *Vacantia*, *Responsiones*, *Impositiones*, *Pensiones*, *Passagia*, *Arreragia;* & quemadmodum hæc Jura sunt semper certa, liquida, & fixa, statoque tempore exsolvenda, nempe quolibet anno a prima die mensis Maii ad totam diem 24. Junii, in qua recurrit Solemnitas Divi Joannis Baptistæ. Ita hæc debita, ut probata dicantur, eorumque Causa, ut contracta dicatur incapacitas ab Equitibus non solventibus sufficit, quod in Libris Ven. Ærarii pro illis Debitores descripti appareant, quodque non doceatur de illorum solutione,

19. ut apposite notat *Rota decis. 775. num. 1. par 4. tom. 3., decis. 140. n. 3., decis. 186., n. 6., & sequen. par. 5., decis. 7. num. 19. par. 17. Recent., & in Melevitana Marescial-latus 24. Aprilis 1716. §. Quemadmodum coram bon. mem. Cerro.*

Altera vero Debitorum species est, quæ provenit ex Causis mere accidentalibus, nempe ex Causa mutui, vel alterius Contractus, vel ex Causa expensarum; quas pro tuendis Commendarum Juribus, præsertim Lutetiæ Pa-

20. risiorum Sacra Religio de more subire solet. per medium sui Receptoris ibidem Residentis, & quarum subinde reintegrationem in unoquoque Prioratu repetere solet à Commendatariis, in quorum defensionem illæ expletæ fuerunt; & cum hæc Debita sint penitus incerta, & illiquida tam quoad substantiam, quam quoad quantitatem, &

21. facillime error subesse possit in illorum verificatione, & repartitione, ac pertinentia, potius ad unum, quam ad alterum Equitem. Idcirco provide statutum fuit, quod ex Causa isto-

22. rum Debitorum, ut Eques notam Incapacitatis incurrat, sat non est, quod Debitor sit descriptus in Libro, quem vocant *Debitori Cavalieri del Commun Tesoro*; sed unum de duobus expresse requiri sancitum fuit, aut quod Eques legitime monitus fuerit à Receptore, & Procuratore Generali sui Prioratus, si extra Conventum reperiatur; si vero adsit in Conventu, à Conservatore Conventuali, & post
23. monitionem per Sententiam Ven. Camerę Computorum sit condemnatus; aut quod Debitum in Libris descriptum idemmet Eques propria confessione admiserit, & approbaverit, ut sub hac distinctione explicando cœtera Statuta generalia apertissime definitur *in Statuto XXI. de verbor. significat.*, quod refert *Prior Caravit. in Tractat. de Commendis Tit. del Commun Tesoro* §. *Debiti*, *& Tit. della Significazione delle Parole* §. *Per simili*
24 *Diritti*. *Michaleff in Summa Jur. Hierosolymit. verb Debitor num. 9.*, eandemque distinctionem constantissime semper amplexa fuit *Sac. Rota*, signanter *in decis. 303. à num. 9. ad 13. par. 7. Recen.*, *coram Reverendissimo Crispo decis. 475. num. 23.*, *& in dicta Melevitana Marescallatus* §. *Et denique*, *& in Melevitana, seu Avenionen. Commenda 7. Decembris 1725.* §. *34. coram Reverendissimo P. D. meo Calcagnino*, *& in Melevitana Commenda della Romagna 28. Januarii 1731.* §. *Cœterum coram Eminentiss. D. Card. Aldrovando*.

Hac igitur pręmissa certa, & infallibili diversorum Debitorum distinctione ad effectum contrahendi Incapacitatem neutiquam inficiabatur Debitum Ven. Priori impictum non esse primi
25. generis, sed oriri dumtaxat ab expensis factis in Curia Parisien. in Litibus ad Magnum Priorem Alverniæ pertinentibus. Unde cum nullum ex supra expositis requisitis verificetur tale Debitum, nec probatum dici valet, neque incapacitas ex eo inducta censeri potest; & quidem verificata non fuit pro prætenso Debito legitima Magni Prioris monitio. Am-
26. plissimum namque habetur Testimonium ipsius Receptoris, & Procuratoris generalis in Prioratu Alverniæ Lugduni Residentis, quod Magnus Prior singulis annis punctualissime in ejus manibus exsolverit non solum omnia onera fixa, & certa communis Ærarii, verum etiam omnes extraordinarias expensas Litium in notulis sibi de more transmissis, vel à Ven. Camera Computorum, vel ab aliis Receptoribus Lutetiæ Parisiorum Residentibus, quodque si aliquid à magno Priore solvendum fortasse superesset, id pernecesse dicendum sit neque ad suam, neque ad ejusdem Prioris notitiam devenisse: quæ quidem attestatio tanquam emissa à Persona,
27. quæ ratione Officii Priorem monere debuisset, indubiam constituit probationem super defectu talis monitionis: *Rota coram Bich. decis. 238. num. 5. decis. 257. num. 17. coram Falconer. decis. 4. num. ultimo tit de probat. & in Melevitana Commenda 10. Februarii 1710.* §. *Corruit coram clar. mem. Card. Priolo*.

Neque talis monitio desumi poterat, vel ex quo ageretur de Debito jam noto Magno Priori, eo quia de anno 1737. in Oratorio Conventus Melitensis notulę Debitorum perlectæ fuerunt, & in Capitulo Provinciali Lugduni celebrato, ultra dictarum Notularum exhibitionem, perlectę quoque fuerunt duæ Circulares Epistolæ, altera Magni Magistri, altera Ven. Cameræ Computorum ad ip-

sum

sum Receptorem missæ, qui in illarum executionem respondit recepisse notulas Debitorum, omniaque ferme Credita exegisse, & pro reliquis diligentias facturum. Vel ex quo ad tramites dictarum Notularum liquidus Debitor descriptus fuerit in Libris Ven. Cameræ Computorum, quos Sententiæ condemnatoriæ æquiparari sustinent Commissarii in eorum Voto.

Quandoquidem hæc omnia infelici prorsus studio proponebantur. Præmisso etenim quod quando Statutum exigit legitimam monitionem, & condemnationem; Talis monitio alia esse non potest, quam vera, 28. & formalis citatio, cujus vigore prætensus Debitor coram Judice vocatus fuerit, dum sine tali Citatione subsequi nequit Sententia condemnatoria, ad *Tex. in § finali Instit. de pæn. temer. litig., & in Leg. 1. §. Item cum ff. quæ Sent. sent. sine Appellat. rescindun., Rota coram Dunoz. Jun. decis. 133. num. 1. coram Molin. decis. 31. n. 7. decis. 641. num. 17.*, Prout quoque condemnatio alia esse nequit, quam Sententia Judicis, quæ nonnisi 29. prævia legitima Citatione aliisque de Jure, ac stylo servandis proferri valet, ad *Text. in Leg. 4. §. Condemnatum ff. de Re Judicata. Rota decis. 16. num. 16. decis. 303. 12., & 13. par. 7. Recent.*

Hisce inquam præhabitis, talis monitio erui neutiquam poterat ex lectura dictarum Notularum, & Epistolarum, sive quia non probatur Ma- 30. gnum Priorem, vel in Oratorio Melitæ, vel in Capitulo Provinciali Lugduni fuisse præsentem; itaut talis lectura vices legitimæ monitionis supplere nullo modo possit, ad *Text. in Leg. Scire oportet §. Qui autem ff. de Excusat. Tutor. Rota coram Seraph. decis. 1176. num. 4.*, sive quia nec probatur tales Notulas 31. comprehendisse assertum Debitum Magni Prioris ex Causa illarum expensarum, quodque ejus nomen in dictis Notulis expressum fuerit ad *Text. in Cap. finali de Decim. in 6., Ubert. de citat cap 9. n. 214., & 222., Rota decis. 1. num. 19. decis. 151. num. 2. par. 2. Recent.*

Minusque talis monitio deduci valet ex tribus Epistolis, quæ à Receptore Lugduni, vel ab ejus secretario scriptæ dicuntur Aloysio Corazzier ejusdem Receptoris Procuratori Melitæ degenti. Ultraquod etenim prædictæ Epistolæ nonnisi dubitative, & sub obscuro, & incerto scribendi modo loquuntur de prætenso Debito Ma- 32. gni Prioris. Insuper impossibile plane est, quod dd. Epistolæ suppleant Vices Monitionis ad effectum incurrendi pænam incapacitatis, dum scriptæ fuerunt tertiæ Personæ, nec ullatenus docetur, quod pervenerint 33. ad manus Magni Prioris, vel quod de illis fuerit certioratus, cum ad effectum incurrendi pœnam incapacitatis nec sufficiat, quod monitio peracta fuerit Procuratori ipsius Debitoris: *Innocen. in cap. Sed Adversarius de eo, qui mittit. in possess. Rot. decis. 20. de dol, & contumac. in antiquis coram Put. decis. 332. num 2. part. 1.*

Constito de defectu monitionis, certior undique evadit defectus condemnationis, quippe cum non agatur de Debito primi generis proveniente ex Juribus certis, & fixis communis Ærarii, sed de Debito, quod oriri prætenditur ex accidentali causa expensarum Litium; absolutissimum est, quod, ut adsit condemnatio, requiritur Sententia, & declaratio Judicis,

præ-

prævia legitima citatione Debitoris, 34. neque sola descriptio in Libro *de Cavalieri Debitori* apta est ad inducendam pro hisce Debitis pœnam incapacitatis, quia talis descriptio tanquam privatim, & extrajudicialiter facta insciis, & non citatis, neque auditis Debitoribus pro Debitis omninò incertis, & illiquidis, nec Sententiæ condemnatoriæ æquiparari, neque ejus effectum parere unquam valet, ut ultra superius laudatos in §. *Altera* in puncto tradit *Rota decis.* 116. *n.* 5. *part.* 7. *Recen.*

Nec quidquam profuit allegare ejusdem Magni Prioris confessionem circa Debitum ex causa dictarum expensarum in Libris Ærarii descriptum, erutam, vel ex partiali illius solutione, vel ex eo quod sub *die* 16. *Maii* 1738. summo mane, & ante exmutitionem controversæ Commendæ integraliter solutum fuerit. Siquidem ad excludendam allegatam confessionem exuberat reflectere, quod agitur de Debito citra ullam notitiam Magni Prioris descripto ab Officialibus Ærarii 35. de anno 1737., & compacto ex minutissimis Partitis, quæ in computis præcedentium annorum omissæ prætenduntur, quodque Debitum in subsequenti anno 1738 in parte quo- 36. que erroneum fuit ab eisdem Officialibus recognitum: unde exclusa scientia Magni Prioris hujus Debiti, inutiliter allegatur circa illud confessio, dum nemo Debitum, quod ignorat confiteri possit: *Rot. cor. Crescent. decis.* 1. *de confess. per tot.*

Et quamvis idem Magnus Prior exsolverit omnes Partitas expensarum, quæ à Receptore Lugdunen., qui erat quoque sui Prioratus Receptor, sibi fuerunt notificatæ; perperam tamen ex hac solutione inferri autumatur confessio Debiti quoad alias Partitas expensarum sibi penitus ignotas, & de quibus absque ulla sui scientia Debitor descriptus fuit. Prout quoque nil relevat solutio majoris 37. quoque summæ facta *sub die* 16. *Maii* 1738., quia cum facta fuerit ab Amicis ipsius Magni Prioris absque ejus scientia, & mandato, & sub conditione illam repetendi à Communi Ærario, quatenus Prior nihil deberet, ex ea inferri nequit ad confessionem Debiti. Præsertim quia ex mente Statuti ad incurrendam Incapacitatem requiritur confessio, quæ 38. vices, & locum supplere possit Sententiæ condemnatoriæ, adeout nullo pacto intelligi potest de confessione tacita, & subtiliter deducta ex conjecturis, argumentis, & ratiociniis, sed necessario intelligi debet, de vera, & formali confessione, quæ unice de Jure Sententiæ, & Rei Judicatæ potest æquiparari per *Text. in Leg.* 1. *ff de Confess.*, *ibique Paul. de Castr.*, *Rota coram Bich. decis.* 238. *num.* 27., & *dicta decis.* 116. *num.* 14. *part.* 7. *Recen.*

Hæc omnia hactenus enucleata ad ostendendum, quam irritis conatibus Incapacitas ex Causa asserti Debiti Magno Priori impingi autumaretur ad eum privandum sua Priorali præeminentia, pari passu, ac æquo Jure procedunt ad abstergendam quamcumque notam Incapacitatis in Equite de Montiovant controversæ Commendæ Collatario, in alio pariter asserto Debito scutorum viginti monetæ Melitensis pro portu tot Literarum: quandoquidem cum etiam istud 39. Debitum sit de genere illorum, quæ non inducunt ipso Facto, & ipso Jure incapacitatem Debitoris, sed ad tramites *Statuti XXI. de verb. significat.* alternative requiritur, vel Sententia condemnatoria Judicis,

præ-

demnatoria Judicis, prævia legitima monitione, vel Judicialis Debitoris confessio; cumque ad hoc Debitum verificandum simpliciter afferatur illius adnotatio in Libris Portæ, & extraiudicialis attestatio Secretarii Ærarii, nec ullatenus doceatur de legitima
40. monitione, vel condemnatione Judicis, vel de illius confessione Judiciali; propterea ex tali asserto Debito nullo pacto, nulloque Jure incapax potest dijudicari ad obtinendam controversam Commendam.

Probe noscentes Defensores Equitis de Margoùn, quod ex Causa asserti Debiti expensarum impossibile foret in Magno Priore adstruere Incapacitatem ad Præeminentiam Prioratum exercendam, eo confugiebant, quod in Computis Receptoris Lugdunen.
41. idem Prior de tempore factæ Collationis, nempe *sub die 15. Maii* 1738. Debitor descriptus reperiebatur in libris 4275 pro Juribus Ærarii, quas non prius exsolvit, quam *sub die 21. subsequentis mensis Junii* 1738., quod Debitum cum sit primi generis ipso Pacto, & ipso Jure in eo induxerit incapacitatem ad conferendum.

Ast falsitas hujus objecti patentissima detecta fuit, animadvertendo, quod licet verum sit, quod Magnus Prior *sub die 15. Maii* 1738. Debitor esset descriptus in libris 4275. pro Juribus Ærarii, & verum quoque esset, quod illas non prius solverit, quam *sub die 21. Junii* subsequentis; atta-
42. men est æque certum hanc summam fuisse debitam pro anno 1738., quodque illius solutionem idem Prior impune poterat protrahere usque ad finem Capituli Provincialis, quod quolibet anno terminatur in Festo S. Joannis Baptistæ, hoc est *die 24. Junii*, qui est terminus à Statutis præfixus ad solvendum Jura Ærarii,
43. quo elapso, & non prius incurritur Incapacitas, ut clare sancitur *in Statut. 2., & 19. del Commun Tesoro & in Ordinat. 16. de Communi Ærario*, ut docet *Rota decis.* 303. *num.* 18. *par.* 7. *Recen*; unde si Magnus Prior hoc Debitum præventive ad diem præfinitam, nempe *sub die 21. Junii* exsolvit, profecto nul-
44. lam contraxisse dici potest de tempore Collationis Commendæ incapacitatem, quia de eo tempore, nempe *sub die 15. Maii*, nec adhuc tale Debitum cesserat, nec adhuc dies illius solutionis advenerat.

Et ita in acerrimo utriusque Partis Contradictorio resolutum fuit &c.

R. P. D.

BUSSIO

Melevitana Commendæ de Valence.

Veneris 12. Martii 1745.

Amplissimo, quo Magni Priores Sacræ Hierosolymitanæ Religionis pollebant præeminentiali Jure conferendi singulas Commendas extra
1. Conventum vacantes in Prioratibus eorum Curæ commissis, modum imposuerunt Statuta ejusdem Inclyti Ordinis; in quibus decreta Smutitione omnium Commendarum in qualibet Lingua vacantium, sancitum fuit, ut Priores ex tribus Commendis vacaturis quolibet quinquennio à die eorum
2. promotionis menuendo, unius tantum Commendæ collatione potirentur, eo tamen adhibito graduali ordine, ut prius Magnus Magister, mox Conventus, seu Lingua, tertio

demum

demum Prior jure conferendi gauderet.

In viridi observantia hoc Statuto manente, ad Magnum Prioratum Sancti Ægidii de mense Decembris 1737. promoto Fr. Vincentio Salvatore Gaillard, de Sacra Religione optime merito, ac ineunte secundo quinquennio per obitum Fr. Aloysii de Raymond Deaux contigit anno 1744. intra illius limites vacatio Commendę nuncupatæ *de Valence*; quamobrem

3. sicuti in geminis precedentibus vacationibus, secundo ineunte quinquennio sequutis, tam Magnus Magister, quam Lingua Provincię eorum respective Turnum consumpserant, ita Magnus Prior Vincentius præeminentiali jure utens, vacantem Commendam contulit Eq. Fr. Dominico de Gaillard ejus Nepoti, qui alteram Commendam nuncupat. *Poet la Val* cessit Eq. Chrisostomo de Gaillard.

Ejusmodi Prioralem Collationem exhibitam in Lingua Provinciæ rite convocata, animo haud æquo ferre visi sunt nonnulli Equites, qui freti asserta incapacitate Magni Prioris conferentis, Commendam semel, atque iterum petierunt; ast cæteris resilientibus, unus peritit Eques Fr. Jacobus de Verdelin, quem inter, &

4. Equitem Dominicum contestata lite, licet gemini Commissarii Bajulivus de Sousa, & Commendatarius de Scarreambourg, quorum Votum exquisitum fuerat, Prioralem Collationem validam renunciassent, nihilominus ob suffragiorum præponderantiam Eques de Verdelin Commendæ adjudicationem obtinuit tam in Concilio Ordinario, quam in Concilio completo. Harum sententiarum gravamine pressus Eques de Gaillard confugit ad nostrum Sac. Auditorium; cumque ad formam Commissionis contigerit mihi exquirere à Dominis - *An constet de duobus*; prodiit resolutio - *Negative*.

Commendam nempe *de Valence* sitam esse intra limites Magni Prioratus S. Ægidii, ejusque vacationem extra Conventum contigisse, ineunte secundo quinquennio post promotionem Fr. Vincentii Salvatoris ad dictum Prioratum, in discrimen non revocabatur: quamobrem si in die hujus vacationis Eminentissimus Magnus Magister, ac Ven. Lingua Provinciæ Turnum propriæ Collationis re ipsa consumpserant, nemo inficias ire poterat, quin observando Statutariis Sacræ Religionis legibus, jus conferendi dictam Commendam delatum fuisset Magno Priori de Gaillard, prout consentaneè ad dispositionem dictorum Statutorum sæpissime firmavit *Rota*, & presertim *in rec. decis. 561. num. 1. par. 5. tom. 2.*, *& dec. 18. num. 1. par. 17. coram Dunoz. Jun. decis. 997. num. 2.*, *& in Melevitana, seu Aquitanien. Commende 19. Junii 1711. §. Præcipuum coram clar. mem. Card. Scotto*, *& in altera Melevitana Commenda 23. Junii 1733. §. Potissimum coram bon. mem. Nunez*.

Adeout quo potiora inde eruerunt jura Equitis Dominici de Gaillard tuentis Collationem Commendæ sibi elargitam à Magno Priore Fr. Vincentio vigore Prioralis præeminentiæ, ac Ordinarię suæ Jurisdictionis: *Rot. in Melevitana Commenda 12. Aprilis 1734. §. 7. coram Eminentissimo Calcagnino*, eo minus dubitari posset de injustitia Sententiarum utriusque Concilii, quæ aboleta Priorali Collatione, Commendam adjudicaverant Equiti de Verdelin, quocumque Jure penitus destituto; unde detecta illarum Injustitia, neutiquam aptari

poterat

poterat responsum. *Constare de duabus*, quo dumtaxat utimur, ubi sententiæ, validitate, ac Justitia, omni ex parte redundant, ut alias respondit Sac. Tribunal *in Melevitana Commenda de Astros* 8. *Aprilis* 1737. §. *De duabus enim*, & 10. *Februarii* 1739. §. 2. *coram Me*. & *in Melevitana Commenda de Mason*. 17. *Martii* 1741. §. 3. *cor. R. P. D. meo Vicecomite*.

5. Hæc, quæ inspectis Hierosolymitani Ordinis statutis firmissima sunt, convellere satagens Eques de Verdelin viriliter propugnabat incapacitatem Magni Prioris conferentis, quippe qui a jure Prioralis præeminentiæ ceciderit, tum propter exhibitionem Prioralis Visitationis omnino defectuosæ, tum ob perniciem illatam prædiis Prioratus ex causa incisionis procerarum arborum, tum denique propter neglectum implementum præceptorum, quæ Magno Priori injuncta fuerant in Visitationibus anni 1729, & anni 1743.

6. Verum tamen singulis propositæ obiectionis partibus opportunæ occurrebant responsiones, idque ut facibus assequeretur, opus erat præmittere, quod onus Visitationis, de cujus minus integra confectione conquerebatur Eques de Verdelin, a Statuto non præscribitur per modum conditionis antea adimplendæ ad assequendam capacitatem conferendi singulis quinquenniis alteram ex Commendis extra Conventum vacantibus, qua Ven. Priores proprio, ac nativo jure fruuntur; Quin immo cum Statutum prædictam Prioralem præeminentiam auferre curaverit in casu neglectæ Visitationis, veluti præstat in scriptio Statuti, ejusque dispositio *in Cap.* 4. magis opportuna videtur interpretatio, quod Statutum processerit per viam pœnæ ac privationis;

7. adeo ut adstruendam in Magno Priore incapacitatem conferendi, ultra nudum factum omissę Visitationis, sive in totum, sive in parte, inquirere oporteat, an talis omissio admixtam habuerit negligentiam, & culpam, sine qua pœnæ locus esse nequit, ut in puncto firmavit *Rot. in recent. decis.* 562. *num.* 6., & 7. *par.* 5. *tom.* 2. *in Melevitana Commenda* 22. *Aprilis* 1689. *per totam coram bon. mem. Rondinino*, & *coram Molines dec.* 130. *num.* 4. cui accedit opinio Concilii Meliten. juxta individualem Sententiam prævio Commissariorum voto prolatam anno 1690., quæ uti in rem judicatam prolapsa, ad Causæ definitionem erat omnino supponenda, ad notissimos *Textus in leg. Ingenuum ff. de Stat. Homin.*, & *leg. Res judicata ff. de regul. Jur.*

8. Quoties itaque Statutum pœnale est, & Magnis Prioribus negligentibus Visitationes, per viam pœnæ adimit præeminentias Priorales, è vestigio consequitur, quod ad exosum, & pœnalem effectum orbandi Magnum Priorem nativo illo jure conferendi perfectę acquisito ab ipso momento, quo Prioralem Dignitatem adeptus est, non jam sufficiat qualibet levis omissio, sed gravissima requiratur inobservantia Statuti præseferens illius contemptum nulla prorsus excusatione tegendum: *Rot. coram Ottb. bon. decis.* 167. *n.* 13. & *seq.*, *coram Bichio decis.* 238. *n.* 14. *coram Cerro decis.* 621. *n.* 1. & *seq.*, & *in Melevitana*, *seu Portugallien. Comenda* 10. *Maii* 1720. §. *final* & 6. *Decembris ejusdem anni* § *Vel tandem coram b. m. Gamachis*. Ittamque Statutorum corruptionem veluti summopere affinem latæ culpæ, probationibus adeo certis, & nitidis demonstrandam

 esse

esse jus imperat, ut rebus quoquomodo in ancipiti manentibus, in illius exclusionem, prout juris præsumptio suadet, Judicium proferendum sit; juxta constantem Sac. Rotæ sententiam, de qua in subjecta materia *in Melevitana Bajulivatus Lora* 13. *Ianuarii* 1721. §. *Ea undique coram bon. mem. Foscaro*, & *in Melevitana Commenda* 27. *Aprilis* 1689. *per tot. coram bon. mem. Rondinino confirmat. coram Molines dec.* 130. *n.* 1. & *seq.*

Sub his principiis properantes Domini ad cribrandam assertam Magni Prioris incapacitatem, illum vel levissimæ culpę undique expertem renunciarunt. Differendo namque de Priorali Visitatione, quæ haud integra prædicabatur ob omissam Visitationem duarum Domorum, quas uti pertinentes ad Commendam Niciensem Prioratui S. Ægidii subjectam, Magnus Prior visitare tenebatur, prompta, ac legitima proponebatur causa excusandi Magnum Priorem. Ejusmodi siquidem Domunculæ constituentes membrum Commendæ Niciensis, sitę repeiiuntur in Insula Melitensi a Commendæ finibus longe dissita. Rursus de pertinentiæ dd. Domorum ad Commendam, nullum præstabant monumentum regestra anteactę Visitationis in Archivio Provinciali asservata, à quibus cognitionem Bonorum visitandorum Ven. Priores sumere consueverunt, ac denique adimpulebatur factum ejusdem Commendatarii Niciensis, qui consentanee *ad Statutum X. de Visitationibus* adactus a Visitatoribus ad patefaciendum omnia membra Commendę sub Jurisjurandi religione, recensitis omnibus bonis ad illam spectantibus, adnectaque desuper expressa negativa existentiæ aliorum Bonorum, pertinentiam dd. Domorum amico silentio prætermisit. In his autem circumstantiis, si magis justa, magisque opportuna Causa excusans ab omni penitus opinabili negligentia excogitari nequit ea, quę ex ignorantia facti promanat, ad *Text. in leg. Nec ignorans Cod. de Donat.* Nemo sane erat, qui non agnosceret, omissam Domorum Visitationem negligentiæ Visitatorum, & respective Magni Prioris minime tribuendam esse: *Surd. cons.* 25. *num* 30. *Arias de Mes. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4., *Mans. consult.* 733. *n.* 17., *Rot. in rec. decis* 188 *num.* 13. *par.* 7., & *coram Cavaler. decis.* 141. *num.* 2.

Minime relevante, *quod* descriptio istarum Domorum licet deficeret in Processu existente in Archivio Provinciæ, adesset tamen in altero Processu asservato in publica Cancellaria Conventus, juxta Visitationes sedulo confectas a Magnis Prioribus *Javon*, & *Grimaldi*. *Quodque* Magnus Prior de Gall tu præsidendo tribus Comitiis celebratis año 1736. & 1737. a tore temporis Commendatario Niciensi certior evaserit de pertinentia dd. Domorum ad Commendam.

11. Siquidem in Statutis Sacræ Hierosolymitanæ Religionis committitur quidem Magnis Prioribus Cura diligenter visitandi omnia membra, & pertinentias Commendarum; at nullibi cautum reperitur, quod Magni Priores ad hunc effectum, gravissimo, & ferme intolerabili premantur onere perquirendi omnia Archivia, omniaque Acta præteritarum Visitationum existentium in Cancellaria Melitensi. Unde si Magnus Prior priusquam visitationi operam daret, omnem, prout moris est, adhibuit diligen-

ligentiam in perquirendis Visitationibus in Priorali Archivio asservatis, ac insuper Visitatores in actu perficiendi Visitationem detulerunt juratę Bonorum designationi Commendatoris Nicien; hoc satis erat, ne Magnus Prior, qui de cætero in positiva Ignorantia versatus fuerat, ob prætermissam hujus membri descriptionem de culposa negligentia posset incusari, *Rot. coram Pen. decis* 430. *num.* 5. *coram Molin. decis.* 608. *num.* 15., *& decis.* 1070. *num.* 13., *& in Romana reintegrationis* 11. *Junii* 1745. §. 5. *coram R. P. D. meo Caprara*.

Ponderando præsertim, quod ideo Præcedentes Magni Priores *Javon*, & *Grimaldi* habuerunt Copiam visitandi prædictas Domos, quia cum Melitę continuo morarentur, facilis, & obvia eis fuit occasio sciendi illarum 12 pertinentiam ad Commendam. Non sic autem res se habebat erga Magnum Priorem de Gaillard, quippe qui coactus à Statutis Sac. Religionis moram trahere in Prioratu S. Ægidii sito in longe dissito Galliarum Regno, nedum oculos, manusve convertere poterat ad Visitationes in Cancellaria Melitensi existentes; Verum etiam penitus vacaverat omni scientia etiam vaga, & incerta circa pertinentiam dd. Domorum, quam ipsamet mansio in Civitate Melitæ suppeditare potuisset, Proindeque ex magis accurata, & diligenti Visitatione Magni Prioris Grimaldi, cui proximam causam præbuerant obvia dd. Domorum monumenta iniqua prorsus videbatur illatio ad effectum de culposa negligentia notandi Magnum Priorem de Gaillard ejsdem cognitionibus omnino imparatum: *leg. Papinianus ff. de minor.* de qua *Rot. coram Caprar. decis.* 675. *num.* 19. *coram Molin. decis.* 716. *num.* 5. *coram Lancett. decis.* 1181. *num.* 25., *& coram Reverendissimo Crispo decis.* 413. *num.* 12., *& decis.* 516. *num.* 3.

Ex eo autem, quod Magnus Prior de Gaillard longe antequam assequeretur Prioratus dignitatem, veluti Præses Linguæ interfuerit Comitiis, in quibus Commendator Nicien poterat eligi Commissarios, ad effectum verificandi melioramenta facta in dictis Domibus, datum non erat, legitimum ducere argumentum scientiæ 13 in Magno Priore circa Domorum pertinentiam ad Commendam; Ea potissimum adstipulante ratione, quia ad effectum incurrendi culpam, & respective gravissimam pœnam, non sufficit scientia mere possibilis, sed omnino requiritur scientia certa, specialis, & individua, relative ad tempus, in quo geritur actus, de quo disceptatur: *Rot. in recent. decis.* 130. *n.* 26. *par.* 6, *& decis* 506. *num.* 15. *par.* 18. *coram Molin. decis.* 841. *num.* 22, *coram Lancett. decis.* 949. *num.* 10., *& in Romana Salviani* 19. *Januarii* 1731. §. *final. coram Eminentissimo D. Card. Crescentio*.

Et re quidem vera, si magnus Prior de Gaillard eo tunc Comitiis interfuit, qua Præses Linguæ; si onus verificandi melioramenta Domorum illi non fuit injunctum; Et si denique prelaudatus Magnus Prior jam erat Senio confectus, quid aliud expectandum erat, ut dici posset *vel* Magnum Priorem Gaillard ex acci-14 dentali interessentia Comitiis anni 1736., & 1737. minime acquisivisse scientiam certam, & individuam, ac protrahendam usque ad annum 1742. quo confecta fuit visitatio, *vel* saltem attento lapsu septem, & ultra annorum, Magnique Prioris ætate

ætate continvo ingravescente, præsumendam in eo esse oblivionem prædictæ incertæ, & subobscuræ cognitionis, quę illius interesse, eo tunc minime tangebat, juxta *Glossam in leg. Licet Cod. de acquiren. Possession., Rot. in recent. dec. s. 22. num. 12., & decis 289. num. 8. part. 17., & decis 350. num. 16. par. 19. coram Dunoza. Iun decis. 762. num. 15. coram Molin. decis. 798. num. 4., cor. Ansald. decis. 584. num. 5., & cor. Falcon. decis 5. num 7. tit. de reb. Cred.*

Indubitantius quia ad suadendam ignorantiam pertinentiæ dd: Domorum erga Commendam tum in Magno Priore, tum in Visitatoribus, vehemens urgebat pręsumptio, ac verisimilitudo. Quis enim unquam sibi suadere poterat, ut magnus Prior de Gaillard, qui licet ob ejus ingravescentem ætatem, adversamque valetudinem Curatore, & Administratore Prioratus usque ab anno 1740. donatus, adhuc tamen opportuno tempore imploratis etiam Eminentissimi Magistri Officiis ad effectum adigendi Receptorem Massiliensem ad subministrandas necessarias expensas, intactum lapidem non reliquerat, ut opus Visitationis ad optatum finem perduceretur, post tot labores, ac rerum discrimina, vel Commendarum pertinentias sibi cognitas celando, vel opportunas diligentias omittendo in illis indagandis, voluerit postea deficere in prætermissa hujus unici membri Visitatione? Argumento *Text. in leg. Mævius in princ. ff. de legat. 2., Abbas in cap Quia verisimile de præsumpt., Alciat. de Præsumpt. par. 3. sub num. 7., Rot. coram Falconer. decis 10. num, 12. tit. de probat, & dec s. 4. num. 13. tit. de subhast.*

15\.

Id autem quod sollicitudini, & Curæ Magni Prioris vehementer adversabatur, validius incalescebat perpensa maxima diligentia, ac studio Visitatorum, inter quos merito recensetur Eques Dominicus de Gaillard. Illi enim non solum visitarunt omnes Commendas, Bajulivatus, & Monasteria Prioratui subiecta in diversis disparatisque regionibus existentia, & quidem cum tanta Commendarum, totiusque inclyti Ordinis utilitate, ut describi curaverint innumera ferme bona, & membra, de quibus nullum penitus extitebat monumentum in præteritis visitationibus, veluti retulerunt Periti subinde electi: verum etiam opus sane arduum, ac ab aliis Visitatoribus prætermissum, alacri animo aggressus Eques Dominicus de Gaillard, eo usque pervenit, ut juxta piissimam mentem Eminentissimi Magni Magistri, quam plurimi Presbiteri, ac Parochi in Commendis visitatis existentes, cum maximo Catholicæ Religionis incremento, abjuratis Jansenianis erroribus, ratam habuerint celebrem Pontificiam Constitutionem, quæ incipit *Unigenitus*. Si qui autem in suis erroribus pertinaciter adhuc restiterunt; opera, ac studio Equ. Dominici à membris, & pertinentiis Prioratus fuerunt ejecti.

16\.

Si igitur tota rei gestæ series bene perpensa undique præseferebat enixam ac determinatam Magni Prioris, & respective Visitatorum voluntatem curandi, ac peragendi Visitationem. Si ex eorum parte omnis revera adhibita fuit possibilis diligentia, ut visitatio integra, ac numeris omnibus absoluta congruo tempore perficeretur, absonum plane esset asserere, eosdem Consultissimos Viros, post visitationem totius vastissimi Prioratus, nec laboribus, nec expensis parcendo, sedulo, ac utiliter confectam, cul-

17\.

culposa negligentia se gerere voluisse in visitatione duarum domorum, in quibus visitandis, utpote sitis in Insula Melevitana, nullus labor, & modica impensa requirebatur; adeout eo minus pessumdata dicenda esset dispositio Statuti, necnon patrata culpa, quae exosa Prioralis Praeminentiae amissione plecteretur. Ita etiam suadente tum levitate omissionis dd: Domorum, quae respectu ingentis numeri Commendarum visitatarum, modicam merebatur considerationem; tum maxime bona fide Magni Prioris, qui post detectam beneficio temporis hanc unicam Domorum omissionem, illico curavit, ut illarum specialis visitatio quam citissime conficeretur ad firmata per *Rot. in Melevitana Commendae 27. Aprilis 1689. §. Idque facilius coram bon. me. Rondinino, & coram Molines decis. 130. num. 2., & seq.*

Praetereundum nec erat praedictas Domos praecise sitas reperiri in Civitate 28. Vallettae sub oculis Eminentissimi Magni Magistri, totiusque Conventus, unde si in Statutis, ut bono publico Hierosolymitanae Religionis, ac membrorum omnium conservatio-28. ni prospiceretur, imposita est Magnis Prioribus praecisa Lex accuratae visitationis omnium Commendarum, earumque singulorum bonorum, nec credi, nec fingi posse videbatur quod tam Magnus Prior, quam providi Visitatores culpose, ac scienter praetermisissent visitationem hujus membri, quod ut positum ante oculos Magni Magistri, totiusque Conventus, eorum culpam, & negligentiam facile detegere potuisset: *Rot. in rec. decis. 562. num. 18. part. 5. tom. 2. decis. 16. num. 8. par. 7. coram Otthobon. dec. 161. num. 13., & 14. coram Bich. decis. 238. num. 33., & seq. in Melevitana, seu Portugallien. Commenda 4. Februarii 1721. §. Ea propter coram bo. mem. Gamachos & in Melevitana, seu Avenionen. Commenda 16. Junii 1727. §. Posito autem cor. bo. mem. Ratto.*

Explosa tali pacto asserta incapacitate Magni Prioris conferentis ob defectum integrae visitationis, occurrebat inci-19. sio arborum procerarum, quam in Praediis Prioratus anno 1739. à Magno Priore de Gaillard contra dispositionem *Statuti 60. de prohibit.* patrata fuisse contendebat Equ. de Verdelin; sed frustra. Inanitatem siquidem hujus exceptionis illico detegebat *Statutum 27 de prohibit.* in quo pro regula sancitum est, ibi - *Se alcuno de' nostri Fratelli sarà inquisito per qualche delitto, colpa, e negligenza, non s'intenda essere in giustizia &c. se non dopo che per tale delitto sarà condannato*: ac proinde si in die vacationis hujus Commendae Magnus Prior de Gaillard nulla affectus condemnatione, nullaque Sententia Judicis renunciatus auctor assertae arborum incisionis, ordinaria Jurisdictione, ac Priorali praeminentia utens ad collationem Commendae manus admovit, hoc satis erat, ad hoc, ut praecisive à firmitate accusationis, executio dictae Collationis retardanda non esset, prout explicando Statuta *de prohibit.* communiter tradunt *Caravit sub tit. 13. de elect. cap. 3., & sub tit. 14. de Commend. cap. 3., Rot. in Melevitana Commenda de Macon. 17. Martii 1741. §. Quandoquidem coram R. P. D. meo Vicecomite.*

Praeterea assertam perniciosam arborum incisionem, vel probatione legitima destitutam, vel ex causa necessaria reparandi Domos, & ruinosa aedificia Prioratus expletam fuisse suadebat animadversio, quod licet Magnus Prior ex

ex invidia, ac livore delatorum de
20. ejusmodi crimine accusatus, ad cautelam, & animo repetendi subinde deposuisset libras 1236.; nihilotamen minus nec Testes, nec monumenta fuerunt producta, quibus abusiva arborum Incisio inniti possit. Quinimo ex relationibus Equitum Commissariorum compertum extitit, prędictas arbores cæsas fuisse intra casus, & limites ab ipsomet Statuto permissos - *Per reparazione della Commenda, ed Edificj, e per moderno uso di Casa:* Constititque insuper nonnullas arbores à Magno Priore traditas fuisse Clero, & Presbyteris Ecclesiæ Collegiatæ S. Ægidii in adimplementum oneris Prioratui incumbentis.

Quo factum est, ut integritas Magni Prioris de Gaillard uno ore per totam Melevitanam Insulam resonare visa fuerit. Primo enim Eminentissimus Magnus Magister, ejusque Con
21. cilium, Illum senio confectum Curatore donarunt - *Senza pregiudizio delle Preminenze Priorali:* mox anno 1740. currente primo quinquennio, ac superventa vacatione Commendæ *Port la Val*. Quamvis nonnulli Equites incapacitatem Magni Prioris propugnassent, ac Ven. Lingua de tuenda oppositione deliberasset, nihilominus prędicti Equites à lite resilierunt, & Lingua saniori ducta consilio Magni Prioris capacitatem ausa non fuit in discrimen revocare; adout collationem dictæ Commendæ, quam Magnus Prior expleverat, Sententia Magni Magistri, ac Ven. Concilii roboraverit. Ac denique ad magis patefaciendam accusationis vanitatem Tribunal Ven. Cameræ Melitensis libras 1236., quas Magnus Prior animo repetendi deposuerat, eidem restitui mandavit.

Porro universa hæc monumenta tam seorsim, quam unitim perpensa omni culpa vacuum adeo ostendebant
22. Magnum Priorem, ut de illius integritate nequiquam ambigendum esset, ex si mavis per *Rot. in Melevitana Marescallatus* 24. *Aprilis* 1716. §. *A prima coram bo. mem. Cerro*, & *in Melevitana, seu Portugallien. Commenda* 10. *Maii* 1720. §. *Abstergebatur* 6. *Decembris ejusdem anni* §. *Constito*, & *seq. coram bo. mem. Gamaches*; Propterea que cum exceptionis rejectæ certamen denuo instaurari jura nostra vetent, cumque in hac incapacitatis materia loco regulæ adamussim receptum sit in Sac. Ordine Hierosolymitano, ut incapacitatis
23. exceptio in una vacatione semel posthabita amplius proponi nequeat, veluti testantur *Michaleſ in Summ. Jur. Equ. Hierosol. verb. capax num.* 7., & *verb. electio num.* 5., *Caravit. de Commend. cap.* 13. *sub num* 4.. *Rot. in rec. decis.* 562. *num.* 19. *part.* 5. *tom.* 2. *coram Lancett. dec.* 830. *num.* 19.: præclusus hinc Equiti de
24. de Verdelin remanebat aditus objiciendi assertam perniciosam arborum incisionem, quę in alio quinquennio, & in vacatione alterius Commendæ inepta fuerat reputata: *Rot. in Melevitana, seu Portugallien. Commenda* 20. *Junii* 1721. §. *Et sane*, & 4. *Februarii* 1722. §. *Utraque coram bon. mem. Gamaches*, & *in Melevitana Commenda della Romagna* 18. *Januarii* 1732. §. *Quod si coram Eminentissimo Aldrovando*.

Spreta responsione, quod Incapacitas Magni Prioris non fuerit opposita, nec sedulo cribrata ob defectum contradictoris. Quoties enim jactatam arborum Incisionem non ignorabant Equites de Lingua, quę etiam Commissarios deputaverat ad illius verificationem. Quoties smutitioni Commendæ

mendæ *Poet la Val* sex Equites ejusdem Linguę, inter quos F. Paulus Germanus Frater Equitis Jacobi Ver-
25. delin, Contradictores se præbuerant, iique comperta oppositionis inanitate liti renunciaverant; ac denique quoties Eminentissimus Magnus Magister una cum Ven. Concilio pro validitate Prioralis Collationis, nemine discrepante, pronunciaverat, eademque sententia prolapsa fuerat in auctoritatem rei judicatæ; utique nullus superaerat dubitandi locus, quin excepto hujus incapacitatis dicenda esset cognita, discussa, ac solemniter rejecta, ita quidem, ut in Judicio amplius audiri non mereretur, ut obiecto præcise respondendo firmavit *Rot. in Melevitana seu Portugallien. Commenda 6. Decembris* 1720. §. *Necurget*, & 20. *Junii* 1721. §. *Illo tamen* & *seq. coram bon. mem. Gamaches*.

Denique ad impingendam Magno Priori de Gaillard notam incapacitatis in. si minus opponebatur defectus meliorамentorum in Cameris Prioralibus, & inadimplementum præceptorum præcedentis visitationis. Etenim pon-
26. derabant Domini, quod obligatio faciendi melioramenta in Prioratu, itemque onus exequendi præcepta visitationis, ac denique pœna incapacitatis in casu negligentię à Statuto comminata non afficit Magnos Priores, nisi post elapsum quinquennium, & quidem metiendum à die perceptionis fructuum, prout expressè patefaci debet decretum anno 1734. per viam legis universalis editum ab Eminentissimo Magno Magistro, & Supremo Concilio, de quorum potestate præsertim ad effectum prorogandi terminum adimplendi præcepta visitationis præfinitum, dubitare nefas erat ex firmatis per *Rot. in dicta Melevitana, seu Portugallien. Commenda* 10. *Maii* 1720. §. *Ejusdem insubsistentia*, & 6. *Decembris* 1720. §. *Vindicata* & 20. *Junii* 1721. §. *Tamquam coram bo. mem. Gamaches*.

Quo posito, cum Magnus Prior de Gaillard subducto anno Mortuarii, nec non etiam anno vacantis, non prius pacifica fructuum possessione largitus fuerit, quam ineunte mense Maii 1739. statim inde consequitur, quod
27. quinquennium fructuosæ possessionis ab hoc tempore computandum perdurabat usque ad diem 1. Maii 1744. taliter ut, si magnus Prior de Gaillard sub die 13. Aprilis 1744. jam Commendam *di Valence* contulerat Equ. Dominico N poti, manifestissimum de per se redderetur, quod sicuti quinquennium nondum elapsum fuerat, ita ad irritandam Commendæ collationem, defectus melioramentorum, & omissum implementum præceptorum Visitationis, nullo pacto obici posset.

Cæterum ad memoriam Magni Prioris ab impictis defectibus firmius tuendam, ex facto observatum est, quod usque à die 31. Octobris 1740. sibi lata præfato Magno Priori Economica administratione, ex ob illius ingravescentem ætatem ex Decreto Eminentissimi Magni Magistri, ac Supremi Concilii, addicta fuit receptori Massiliensi, qui expressam suscepit obligationem satisfaciendi omnibus oneribus, etiam *reparationum*, *ac melioramentorum*; ideoque si onus melioramentorum, & implementum
28. præceptorum Visitationis collata fuerunt in Curatorem, utique illius negligentia verti non debet vitio Magni Prioris, qui nec integris fructibus, nec administratione fruebatur, quique indiligentem Receptorem ad opus excitare pro viribus non omiserat, prout optime ponderat *Rot. in Mele-*

Melevitana Bajulivatus Lore 13. Januarii 1721 §. 3., & seq cor. bon. mem. Foscaro.

Et ita in acerrimo utriusque Partis conflictu resolutum fuit &c.

Respectu aliorum Equitum, ut sint capaces, necesse est; Ut Eques provisus de aliqua praeceptoria possit ascendere ad smutitionem alterius Commendae illamque consequi, requiritur, ut non sit Debitor Ærarii, sed ulterius, quod Cabraeum confecerit, & quod meliorem reddiderit statum prioris Commendę, & quod in ea integre per quinquennium resederit, ut de his duobus requisitis disponit *Statutum de Commendis n. 14., & 15.*

Vide nostrum Discursum de *Cabręo* in Tomo tertio.

Deficiente autem uno ex dictis Requisitis, miles licet Antianus dicitur incapax ad assequendam alteram Commendam ex capite melioramenti, quamvis sit Antianus, & aperitur Via immediato, & capaci, ut sequendo *Card. de Luca de' Beneficiis*, qui unum requisitum ab altero distinguit, docet *Rota in Melevitana, seu Portugallien. Commenda 4. Aprilis 1719. §. Incapacitas n. 2. cor. cl. mem. Card. Scotto*, quae infra refertur.

Debet, ut diximus, ostendere confecisse Cabręum, & ejus formam ostendit *Dec. in Melevitana, seu Portugallien. Commenda 20. Junii 1721. cor. Rovale de Gamaches* superius adducta post verbum *Cabraeum*.

Adversus omissionem *Cabrei* aliquando adsunt suae excusationes, quarum aliquae recensentur *in Melevitana Bajulivatus Lorę 13. Januarii 1721. cor. bo. mem. Foscaro*, quam hic inserimus.

Requiritur, quod probentur Melioramenta facta, de quibus agit *d. Decisio cor. Foscaro, & cor. cl. me. Card. Priolo, & Scotto*, quae hic pariter inseruntur.

Et quod justificet Residentiam quinquennalem in Conventu, sicut late perpendit *Dec. in Melevitana, seu Portugallien. Commendarum 19. Junii 1722. cor. Cerro*, hic adducta.

R. P. D.

FOSCARO

Melevitana Bajulivatus

Lorae.

Lunae 13. Januarii 1721.

ARGUMENTUM

Cum Eques Hierosolymitanus Antianus, & benemeritus habeat Jus quaesitum, & expectativam ad meliores Commendas, ei non obstat incapacitas objecta ex capite omissae confectionis Cabraei, & Meliorationis, nisi concludenter, & incontinenti probetur; latque ostenditur in Decisione, quod tempus ad conficiendum Cabraeum, & Meliorationes statutum non currit, quando legitima adsunt impedimenta, & quę talia sint perpendit eadem Decisio.

SUMMARIUM

1. *SErvitia laudabiliter praestita de jure motivum praebent ad consequendas majores Dignitates, & Gradus.*
2. *Sic etiam disponunt Statuta Sacrae Hierosolymitanae Religionis.*
   Aliquando tamen movent invidos ad livorem contra benemeritos.
3. *Sententia declarans imputationes esse insubsistentes, & non justificatas abstergit maculam reatus, & suspicionem delicti.*
   Ita Sententia absolutoria ex capite innocentiae.

4. Ibi.

4. *Itidem Sententia declarans accusationes calumniosas.*

5. *Equites antiani, & benemeriti, tam de jure, quam ex Statuto Religionis Hierosolymitanæ habent jus optandi Superiores Commendas.*
Iidem habent jus quæsitum, & expectativam quoad ad alios Juniores Equites.

6. *Exceptio incapacitatis, nisi sit concludenter, & incontinenter ostensa, non impedit, neque tollit jus ex antianitate, & expectativa quæsitum.*

7. *Et quoties non adest certitudo incapacitatis, Judex debet semper inclinare pro capacitate, & benemerentia,* & n. seqq.

8. *Qui semel Commendam melioravit, non obligatur ad alias meliorationes, quamvis per alia lustra continuaverit in possessione Commendæ ex eodem titulo.*

9. *Limita, si Commendam possederit ex diversis titulis, & sic tanquam de novo acquisitam, & ita declaratur* in Decision. Melevitana Marescialliatus 24. Aprilis 1716. cor. Cerro.

10. *Cabræa debent perfici infra terminum viginti quinque annorum, alias intrat incapacitas.*

11. *Excusatur tamen incapacitas ex commissione eorundem Cabraorum, & Melioramentorum, quando in Equite concurrunt impedimenta, veluti ejus carceratio, & appositio Æconomi Commendæ, ac interdicta administratio Bonorum, qua stante tempus non currit,* & n. 12. 13. 16. 17. 20. 21. 22. 23. 40. & 41.

13. *Tempus non currit ei, qui tenebatur ad factum, quousque durat impedimentum.*

14. *Et tempus impedito prorogari debet, ad mensuram temporis, quo duravit impedimentum,* & n. 15.

15. *Impedimento probato, procedendum est cum æquitate, juxta* Statutum Sacræ Religionis Hierosolymitanæ 23. de Commendis, & n. 18., & 19.

16. *Incapacitas non intrat ex omisso adimplemento alicujus facti injuncti à Statuto Religionis, quando concurrit justa causa ex legitimo impedimento,* & n. 17., & n. 27. 28. 29., & 35.

18 *Atque ita in omissa confectione Cabræi & Melioramentorum.*

19. *Melioramentorum omissio excusatur in Commendatario, qui pacifice non percepit fructus vel in litibus fuit implicatus aut aliis muneribus distractus, nequivit meliorare, vel ex causa Bellorum Melioramenta inutilia possent censeri; aut non pateret tutus accessus,* & n. 20.

21. *Carceratio, quamvis secuta ex causa probabili, ac etiam justa ob culpam, & delictum, excusat ab incursu in incapacitatem ob omissionem confectionis Melioramentorum & Cabræi.*

22. *Eo fortius posita injusta carceratione,* & n. 23. 33., & 34.

24. *Magis si in libertatem positus, statim instetit sibi prorogari terminum ad conficiendum Cabræum ac etiam Meliorationem,* & n. 25.

26. *Impedimento stante, non est necesse obtinere prorogationem termini ad Cabræum, & Melioramenta,* & n. 27. & 30

31 *A brevi prorogatione termini ad conficiendum Cabræum datur appellatio, et ea stante intrat ad ejus favorem major dilatio ex legali æquitate.*

32. *Cabraorum, et Melioramentorum confectio, exigit tempus, et ulterius debent etiam revideri, et approbari prius in partibus, et deinde in supremo Conventu Melitæ.*

36. *Cabraorum, et Melioramentorum confectio, an possit fieri per Procuratorem*

rem, agit Prior Caravita de Commend. cap. 26. n. 8. cum seq.

37. *Procuratorem constituendi actus, est mere voluntarius.*

38. *Impeditus non tenetur constituere Procurat. ad effectum evitandi pœnam.*

39. *Eo magis quando agitur de re requirente expensas.*

40. *Cabrevationem facere tenens ex titulo Melioramentorum, ad eam tenetur cum ea dilatione temporis, quam habet ad meliorandum*, & n. 41.

R. P. D.

F O S C A R O

Melevitana Bajulivatus Loræ.

Luna 13. *Januarii* 1721.

QUo præclarius in D. Bajulivo Didaco Vellez de Guevara ob servitia laudabiliter præstita Sacræ Religioni Hierosolymitanæ, & ob melioratas Commendas gradatim possessas, effulgebat ejus Antianitas, & Benemerentia, in modum, ut ab anno 1712. extolli promeruerit per Ven. Concilium Melevitanum ad Dignitatem Magni Cancellarii Sac. Religionis, & successive obtinuerit Bajulivatum Euboichum, & deinde alterum novem Villarum; Et quo exinde 1. necnon ex sumptibus pro Albergia eidem dignitati annexa erogatis, securior reddebatur ascensus ad alias majores Dignitates impoſterum vacaturas juxta dispositionem Juris, de qua in *cap. primo de Majorat.*, *& obed. cap. fin. de consuetud. in 6.*, *& can. miramur dist. 61. Capyc. Latr. consult.* 38. *num.* 3., *& seq.*, & ejusdem Sacræ Religionis Statuta sæpe laudata 2. per Rotam, & signanter coram *Coccin. decis.* 1168 *num.* 4. *in recent. decis.* 152. *num.* 21. *part.* 8. *in Melevitana Antianitatis* 9. *Octobris* 1702. §. *Et porro coram bon. mem. Molines, in Melevitana Commendæ* 10. *Februarii* 1710. §. *Stetit coram cl. mem Cardinali Priolo, in Melevitana Prioratuum* 13. *Julii* 1703. §. *Clara coram Reverendissimo D. meo Lancetta Decano, & in Melevitana seu Portugallien. Commendæ* 10. *Martii* 1720. §. *Etenim coram R. P. D. Rovault de Gamaches*. Eo vehementius in eum erupit Invidentium livor, & cupido decolorandi ejus benemerentiam tot laboribus comparatam; unde evenit, quod sub obtentu malæ administrationis exercitæ in Commenda *de Bamba*, qua de causa demandata fuerat à Ven. Assemblea Regnorum Castellæ, & Legionis ejus Carceratio cum interdictione administrationis dictæ Commendæ, & sequestratione bonorum, in vinculis fuerit retentus à die 11. *Septembris* 1712. usque ad totum annum 1716. primo in Arce Civitatis Pampilonæ, secundo in Civitate Logrogni, & tertio in Civitate Palentiæ, privatusque remanserit præfatæ Commendæ administratione sine ulla destinatione congruæ, eo interim commissa Equiti de Arriaga cum menstruo assignamento duplarum quindecim, ac denique denudatus extiterit pecunia, & mobilibus etiam pretiosis, cæterisque ejus effectibus, quæ omnia ad sequestratarii manus pervenerant.

Sed ubi D. Bajulivus longa pertæsus mora, neve jugi tolerantia in longius protenderentur incommoda, Melitam se transtulit, ibique ad illius Curiæ dispositionem permanens, suam pandidit innocentiam, Sacra Religio, sive ejus Ven. Concilium, prævio opportuno

portuno accusationum, & Processus examine, pleneque recognita earum insubsistentia, non dubitavit ejusdem Equitis innocentiam, & Accusatorum calumniam declarare per Sententiam in his præcise verbis compositam - *& cognito ex relatione prædicta, dictas imputationes esse insubsistentes, & non justificatas, immo calumniosas, Admodum Rev. Episcopus Melitensis Præsidens, & Ven. Concilium cum suffragiorum Scrutinio, eundem D. Bajulivum Fratrem D. Didacum Vellez de Guevara utpote innoxium, ab omni prorsus pœna absolverunt, & liberarunt*.

Etsi autem Sententia hujusmodi omnem absterserit Reatus maculam, & delicti suspicionem, ut de Sententia absolutoria ex capite innocentiæ est regularis propositio, de qua *Barbos. de Offic., & potest. Episcopi allegat.* 43, **3.** *num.* 20., *Sanchez consil. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 6. *num.* 26., *Rot. coram Pen. dec.* 1036. *num.* 4. *vers. ex his coram Priol. decis.* 267. *num.* 6. *decis.* 269. *num.* 5., *& dec.* 397. *num.* 7. *coram Emerix Iun. dec.* 5. *num.* 5. *cum seq., & in rec. decis.* 8. *num.* 23. *part.* 11., & de Sententia declarante accusationes calumnio- **4.** sas, *Rota in Tridentina Parochialis* 11. *Maii* 1711. *§. fin. coram b. m. Ansaldo, & in Bovinen. Archidiaconatus* 2. *Iunii* 1713. *§. Tantum coram Eminentissimo Scotto*; non tamen D. Bajulivum ab ulterioribus molestiis exemit, nam statim ac ipse libertati restitutus, cognovit adhuc Commendas non extitisse melioratas, proindeque opportunum duxerit instare apud Ven. Concilium ordinarium pro prorogatione termini cabrevandi Commendam de Bamba, ac supputatione totius temporis duratæ carcerationis, nec non pro declaratione, quod nullam contraxerit incapacitatem, statim comparuit D. Bajulivus de Corduba utrique instantiæ se opponens; Quocirca Ven. Concilium dictum terminum ad annum prorogavit, relicta in suspenso, & ad aliud Judicium remissa indagine capacitatis; adversus quam Sententiam interposita nomine utriusque Colligantis appellatione, causa mihi fuit delegata.

Et insuper pendente dicta appellatione, secuta postmodum vacatione controversi Bajulivatus Loræ, idemmet Corduba non destitit, sub obtentu incapacitatis Vellez Equitis Antiani instare in Ven. Prioratu Castellæ pro smutitione ejusdem Bajulivatus. Unde demandata ibidem smutitione, ut moris est, favore Antiani Capacis, controversia delata est ad Ven. Cōcilium ordinarium Melitæ, ubi neglectis protestationibus pro parte ejusdem Vellez emissis, & repetitis, quod circa prætensam incapacitatem lis jam pendebat in Sacræ Rotæ Auditorio, quodque propterea alibi de ea cognosci non poterat, Bajulivatus adjudicatus fuit D. Equiti de Corduba, qui etiam posthabitis contrariis appellationibus, ejusdem Dignitatis possessionem acceptavit. Unde processit, quod per Sanctissimum Dominum Nostrum nova subsignaretur Commissio mihi directa cum clausula de appellatione cum facultate procedendi appellatione remota præviis duabus Decisionibus conformibus, ac suffragantibus omnibus, & cum facultate etiam purgandi attentata: quare subscriptis per me duobus Dubiis, altero super negotio principali, nimirum - *An, & cui esset adjudicandus Bajulivatus Loræ* altero vero super attentatis - *an constaret de attentatis, & quomodo venirent purganda* cum in hodierna Rota ab omnibus Do-

minis meis super eisdem Dubiis votum exquisiverim; in hoc responso unanimiter convenerunt - *Bajulivatum adjudicandum esse Fratri Didaco Vellez de Guevara*

Ea undique firma moti ratione, quod cum de jure, atque etiam, & clarius ex Statutis Sacræ Religionis optio ad Superiores Commmendas Bajulivatus, cæterasque Dignitates debita sit militibus antianis & benemeritis, qui proinde habere dicuntur 5. jus quæsitum, & expectativam exclusive quoad alios juniores Commilites, ut ultra superius relatas Authoritates firmavit *Rota decis. 166. num. 7. coram Dunozet. sen. decis. 690. num. 1. coram Dunoz. jun. decis. 69. num. 8. & seq. coram Priolo decis. 1168. num. 4., & decis. 2110. num. 3. coram Coccino, & in Melevitana Prioratuum super adjudicatione Prioratus* Bohemiæ *3. Julii 1703. §. Clara siquidem coram Reverendissimo Decano, ac Melevitana Bajulivatus 11. Martii 1718. §. cum enim coram Reverendissimo Ravennaten.* Hinc Bajulivatus Loræ, de quo agebatur, denegari non poterat D. Didaco sub prætextu incapacitatis, nisi concludenter, & incontinenti ostenderetur, eum incidisse in 6. certam, & inexcusabilem incapacitatem, quæ expectativam, & jus ex antianitate perfecte quæsitum abstulisset, ex traditis per *Lambert. de Iur. patron. par. 1. lib. 2. quæst. 9. art. 16. per tot. Garz. de benefic. par. 7. cap. 8. num. 47., & seqq. Rodoan. de Simon. par. 4. cap. 12. num. 19. Rot. coram Comitul. decis. 10. num. 6. coram bo. me. Ansaldo decis. 32. num. 16. in rec. decis. 323. num. 21. & seq. par. 16. decis. 201. num. 44. & seqq par. 17 in Senogallien. Canonicatus de Luchis 23. Iun. 1710. §. Ex quibus, coram Reverendissimo Aldrovando, & in Trivicana Iurispatronatus 17. Iunii 1718. §. Non obstante coram me.* Cum de cætero hac seclusa certitudine in quacumque dubietate Arbitrium Iudicantis semper inclinare debeat pro 7. capacitate, & benemerentia, ut adhæsive ad regularem juris propositionem militantem in exclusionem privationis, & pœnæ firmat in terminis *Rota in Melevitana Marescallatus 24. Aprilis 1716. §. Utique coram R. P. D. meo Cerro, & in Melevitana, seu Portugallien. Commenda 6. Decembris anni mox elapsi 1720. §. Vel tandem coram Reverendissimo Domino meo Ravennaten.*

Incapacitas vero in subiecta hypothesi nedum dubia, & incerta, sed penitus insubsistens comperta est; Nam quatenus desumi posse contendebatur, ex quo D. Bajulivus melioraré prætermiserit Commendam de Bamba pro quinquennio effluxo ab anno 1707. usque ad mensem Aprilis 1712. assumptum irrelevans detectum fuit statim ac constitit, D. Bajulivum d. Commendam jam meliorasse in alio antecedenti quinquennio, quo illam retinuit, quia secuta semel Commendæ melioratione, tam ex Statuturo 16. quam 19. propriæ jam satisfecit obligationi; & licet per alia lustra in ejusdem Commendæ posses-8. sionem continuaverit, non exinde ad alias adstringi poterat meliorationes, juxta ordinationes, & praxim Sacræ Religionis, quibus non adversatur decisio edita in *Melevitana Marescallatus 24. Aprilis 1716. coram R. P. D. meo Cerro*, quæ utpote agens de illo Commendatario, qui per plura quinquennia eamdem 9. Commendam retinuerit, sed tamen ex titulis diversis; & tamquam

de

de novo acquisitam, applicari non poterat in præsenti, ubi D. Bajulivus sub unico titulo Gratiæ magistralis Commendam de Bamba possedit usque ad annum 1718. quo illam cum non dissimili Commenda de Quiroga commutavit.

Quatenus vero incapacitas desumebatur, vel ex quo idem D. Bajulivus in mox relata Commenda non perfecerit Cabræum infra terminum viginti quinque annorum a sacra Religione præfinitum, qui ducto Calculo a præcedenti Cabrevatione compilata de anno 1691. expiraverat de anno 1716., vel ex quo neglexerit melioramenta in alia Commenda de Puerto Marin, quorum dies calculando quinquennium a die prima Maii 1713. a qua ejusdem Commen-10. dæ fructus percipere incepit, cessarat in mense Aprilis anni 1718. Prætensio omnino insubsistens, & sane exorbitans evincebatur ex relata circumstantia in facti narratione exposita, quod nimirum D. Bajulivus Velez, hoc eodem tempore, quo explere debuisset melioramenta, & Cabræum, perpessus est quatuor annorum totidemque mensium carcerationem cum contemporanea privatione administrationis Commendæ de Bamba, additoque etiam bonorum ac Pecuniarum sequestro. Certum est enim, quod exinde non unicum, sed plura emerserant impedimenta, quominus idem D. Bajulivus commissa sibi onera adimplere valuisset, nam præter Carcerationem, quæ ei 11. ademerat libertatem accedendi ad Commendas, ubi explenda erant Cabræum, & melioramenta; Rursus non debebat, neque poterat durante Æconomia, & interdictione administrationis actus dominicales, & possessorios in Commenda de Bamba exercere in spretum Æconomi, ad quem translata fuerat administratio, qua durante nempe de anno 1716. maturaverat tempus illam cabrevandi: Et præterea si Cabræa, & meliorationes expleri nequeunt sine magnis sumptibus, ecce aliud invincibile obstaculum descendens a generali, & præsertim a Pecuniarum sequestro.

Unde si in linea facti clara, & insuperabilia per quatriennium, & ultra viguerunt impedimenta, in planum in-12. inde descendit consequens, de jure calculari non posse ad implendam mensuram temporis ad cabrevandum, & ad meliorandum prætituri, totum illud tempus, quo dicta impedimenta perdurarunt: & ita tempus 25. annorum Cabrevandi Commendam de Bamba, initium desumens ab anno 1691. non expirasse nisi de anno præterito 1720., & quo ad aliam Commendam de Puerto Marin cum perceptione fructuum possessam à mense Maii 1713. quinquennium præfinitum ad meliorandum adhuc perdurare usque ad mensem Decembris currentis anni 1721., & consequenter de tempore smutitionis controversi Bajulivatus sequutæ de mense Julii 1718. inadimplementum Cabrevationis, & melioramentorum opponi non valuisse, quia de jure ubi impedimentum se vertit in perniciem 13. ejus, qui tenebatur ad factum, tempus non currit, donec, & quousque impedimentum perduraverit, juxta *Textus in l. quibus diebus ff. de condit. demonstr. l. prima in fin. C. de prascript. annal.*, *& l. 3. C. de dol. mal. cap. fin. de elect.*, *& in cap quia de concess. prabend.*, & firmat *Rott. disput. jur. cap. 61. num. 8.*, *& seq.*, *Cyriac. contr. 349 num. 15.*, *& 16.*, *Cancer. var. resol. cap. 12. num. 31. cum seq.*, *Fontanell. decis.*

decis. 134. *num.* 16. *& sequen.*, *Rota coram Seraphin. decis.* 220. *num.* 4. *coram Duran. decis.* 365. *num.* 26., *& sequen.*, *& decis.* 62. *num.* 3. *&* 4 *coram bon. mem. Ansaldo.* Eique est facienda restitutio, & prorogatio tanti temporis, quantum de eo abstulit impedimentum, ut præter jura superius citat. sunt *Textus in* 14. *l. sed si per Prætorem Si feria ff. ex quibus caus. major. l. quæsitum* 43. *ff. de usufruct. auth. quod si quis* 2. *de præscript. long. tempor. cap. cum vobis, & cap. auditis ubi gloss. de præscript.*, & advertit *Capoll. in l. sex menses num.* 8 *ff. de ædil. Surd. cons.* 374. *num.* 8., *Valenzuol. cons.* 4. *num.* 73., *& sequen.*, *& num.* 76. *cons.* 44. *num.* 28. *& cons.* 55. *num.* 87., *Menoch cons.* 246. *num.* 30., *Valasch. consult.* 130. *n.* 31., *Cirocch. discept.* 29. *num.* 38, *& sequen.*, *Rota coram Seraphin. decis* 997. *num.* 9. *fere per tot. coram Ubago decis.* 79. *num.* 5., *& in recent. decis.* 506. *num.* 8 *par.* 18.

Et in terminis Militum Hierosolymitanorum adest in Sacra Religione Statutum 23. de Commendis mandans, 15. quod constito per legitimas probationes de impedimentis procedendum sit secundum æquitatem; Ex qua æquitate scripta concordante cum dispositione Juris communiter inter scribentes, & in Tribunalibus receptum est, illos semper reputandos esse a quacumque incapacitate immunes; quatenus in adimplementum facti per Statuta Sacræ Religionis demandati, ex justa causa, & ex legi-16. timo impedimento provenisset, ut referunt, & probant *Michaless. in sum. Equit. Hierosolymitan. verb. melioramens. num.* 10., *& Prior Caravit. in ejus tract. magn. de Commend. cap.* 35. *num.* 2., *& Cardin. de Luca de Benefic. disc.* 68. *num.* 10. *cum aliis seqq.*, & sæpe judicarunt Ven. Concilia Melitæ, ut videre est penes eosdem *Michaless.*, *&* 17. *Prior Caravit*, *& Rota coram Duran. decis.* 386. *num.* 1. *&* 2. *fere per tot.*, & constanter firmavit *Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis.* 341. *num.* 1. *&* 2. *coram Bich. decis.* 370. *num.* 16. *in Melevitana Antianitatis* 23. *Februarii* 1684. *coram bon. mem. Albergat. in Melevitana Commendæ Zamisan.* 16. *Januarii* 1683. *coram bon. mem. Rondanino*, *& in confirmatoria* 23. *Januarii* 1690. *coram bon. mem. Molines*, *& in Melevitana Antianitatis* 15. *Februarii* 1700. §. *Et si enim coram Reverendissimo dell' Olmo*, *in Melevitana Prioratuum* 15. *Junii* 1705. §. *Quoniam coram clar. mem. Card. Caprara*, *& in ejus confirmatoria* 13. *Decembris* 1706. *coram b. m. Ansaldo*, & præcise agendo de omis-18. sa confectione Cabræi, & melioramentorum *Prior Caravit. in dicto tract. de Commend. cap.* 57. *sub num.* 5., *Michaless. de verb. melioram. num.* 10., *& Rota in una Anglisana Prioratus coram Litta*.

Et si juxta sensum relatarum Authoritatum excusationem promeruere Commendatarii, qui non meliorarunt, vel ob non pacificam perceptionem fructuum Commendæ meliorandæ, vel quia in litibus implicati, aut in aliis muneribus distracti meliorare nequivissent, aut ex causa bellorum melioramenta inutilia censeri possent, aut non pateret tutus accessus, ut præseferebat earumdem authorita-19. tum confrontatio, præsertim *Prioris Caravita dicto cap.* 35. *num.* 2., *& cap.* 37. *sub num.* 5., qui has, & similes excusationes recensuit. Potiori equidem jure, & citra hæsitationem debuit

debuit excusationem promereri D. Bajulivus, qui non unico, sed pluribus, uno eodemque tempore detinebatur impedimentis, ex quibus sibi præreptа fuerat facultas nequidem assumendi laboriosam Provinciam Cabrevationis, & melioramentorum tam habito respectu ad Personam, quam etiam ad locum, quam deinde ad modum. cum exploratum in Jure sit,

20. ut eo plenius succurrendum veniat impedito, quo plura, & graviora adhibita fuerunt impedimenta, juxta *Theoric. Canonist. in cap. unic. de Cleric non resid. in §. Quam in proximis terminis adducit Pellizar. in Manual. regul tom. 1. tract. 5. cap. 8. num. 148., Monet. de distribut. quotid. part. 2. quæst. 5. num. 43., Lotter. de re Benefic. lib. 3. quæst. 17. num. 142. & seqq.*

Eoque indubitantius, quia ipsemet D. Bajulivus substinuit Carcerationem non solum diuturniam, quæ integrum fere consumpsit tempus, intra quod expleri debebat adimplementum; sed etiam injustam, & ex calumniosis accusationibus procuratam; nam si quoad id, quod respicit adimplementum facti excusationem parit sola

21. detentio in Carceribus, quamvis ea sequatur ex causa probabili, ac etiam justa, puta propter culpam, & delictum, prout in terminis defendit *Solorz. de Iur. Indiar. lib. 2. cap. 15. num. 62. cum pluribus seqq., Rot. in Melevitana Commenda 22. Aprilis 1712. §. Quinimo coram Illustrissimo Domino meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & in Melevitana Bajulivatus 11. Martis 1718 § Constabilito coram R. P. D. meo Crispo*, & comprobat generaliter *Tusch concl. 295. num. 36., Sanfelic. decis. 406., ubi adden. num. 1., & seqq.*, certe quo nec in discrimen revocari debuerat dicti Equitis capacitas, postquam Sac. Religio per Sententiam definitivam eum innoxium, & accusationes insubsistentes, ac calumniosas declaraverat, cum in hac circumstantia, quatenus dubitaretur de capacitate ultra jam toleratas vexationes, quas

22. de cætero quoad factum nec abolere valuit ipsamet Sententia absolutoria ut ponderant *Marian. Soccin. in cap. Omnipotens sub nu. 3. vers nisi & num. 5. vers. Damasus. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 31. num. 15. & seqq., & Rot coram Bich decis 653. num. 15. & seqq.* calumnia suum plenarium consequeretur effectum, in hoc quod d. Bajulivus sine delicto, & citra propriam culpam ex aliena machinatione pœnam incapacitatis incurrisset contra omnia Juris, & æquitatis principia, quę omnia clamant pro indemnitate Innocentis & ut ei neque per indirectum, & secundarie gravis conditio inferatur,

23. juxta *Text. in leg. non debet ff. de regul. Jur. leg. Debitor pact on. Cod. de pact. cap. non debet de regul. Jur. in 6 cap. Compromissarius §. Porro de election. in 6.* cum aliis apud *Barbos. axiom. Jur. 26. num. 1., Castrens cons. 424 num. 6. & 7. lib. 1., Rota in Romana prætensarum Societatum Officiorum 3. Julii 1712. §. Et altera coram me. & in Firmana Commenda 3. Julii 1713 coram bon. mem Ansaldo.* & magis in specie *Rota dicta decis. 341. num. 2. coram Ludovis., & decis. 115. num. 13. coram Manzaned.*

Maxime hic ubi prompta aderat demonstratio, quod idem D. Vellez prædictas omissiones unde modo D. Corduba contradictor ejus desumere contendit caducationem, statim ac fuit libertati restitutus, flagranti animo reparare

arare concupiverat, propptereaque facta expositione impedimentorum, & quatriennalis Carcerationis institit sibi prorogari terminum ad conficiendum Cabræum Commendę de Bamba, quod etiam de facto exhibuit mense Septembris anni 17 8., prout etiam non omisit explere meliora menta, & Cabrevationes in altera Commenda de Puerto Marin. Cum enim Domini exinde perspexerint ejusdem Equitis sollicitudinem, & vigilantiam deveniendi statim post finitam Carcerationem ad implementum dictorum onerum, certiorem hinc reputarunt ejus capacitatem, quæ

24. nequequam læsa neque in minimo diminuta censeri poterat, quando constabat, quod ipse quamcitius adimplementum procuraverit, ut bene advertit *Rota in alia Melevitana Bajulivatus* 11. *Martii* 1718. §. *Qua sane coram Reverendissimo Domino meo Ravennaten.*, *& in Melevitana*, *seu Portugallien. Commenda* 10. *Maii anni mox elapsi* 1720. §. *Ut etiam coram R. P. D. meo de Gamaches.*

Dum igitur supra Juris dispositionem peculiares etiam facti circumstantiæ præseferebant, quod D. Vellez in nullam incapacitatis pænam incidisset, nil obstitit ipsum termini prorogationem impetrasse, non ad effectum meliorandi Commendam de Puerto Marin, sed tantum ad effectum perficiendi Cabræum in Commenda de Bamba, quod tamen exhibitum non fuit, nisi post annum, ad quem Ven. Concilium coarctaverat prorogationem Etenim præterquam quod instantia prorogationis, ac supputationis temporis Carcerationis per quatriennium, & ultra toleratę, referri etiam posset ad finem meliorandi Commendam de Puerto Marin

25. ratione causæ universalis excusationem producentis quoad utramque obligationem, juxta *theoric. Bard. communiter receptam in leg. prima num.* 24. *versic. tu dic. C. d. emancip. liber.* perpetuo amplexam per *Rot.*, *& signanter coram Mantic. decis.* 3 0. *num. 6. coram san. mem. Greg. XV. decis.* 557. *num.* 6., *& sequen in Gerunden. Benefic.* 4. *Maii* 1704. §. *Cum inventa cor. bo. me. Molines*, *& in Melevitana*, *seu Portugallien. Commenda* 10. *Maii* 1710 §. *Abstergatur cor. R. P. D. meo Rovault de Gamaches.*

Objectum penitus penitusque removebatur ex animadversione, quod nulla viget in Sacra Religione necessitas obtinendi prorogationem intra terminum Cabræi, vel mehoramentorum, quando vere intercessit impedimen-

26. tum; Quoniam Statutum 23. de Commendis quatenus disponit, quod si *per qualche legitima cagione non gli abbino potuto fare*, *se ciò averanno fatto costare legitimamente negl' atti de loro miglioramenti*, *allora sarà in arbitrio del Maestro*, *e del Conseglio di provedere sopra ciò*, *come parerà loro essere di equità:* hujusmodi obligationem minime imponit, cum potius relatę dispositionis contextus præsupponat elapsum jam fuisse terminum adimplementi,

27. & adhuc præservet arbitrium providendi secundum equitatem: Et de facto ubi impedimenta fuissent legitima, & concludenter probata, semper fuerunt per Sacram Religionem admissa ad excusandos Equites a pę-

28. na incapacitatis, in quam incidissent habito respectu ad temporis lapsum, ut demonstrant exempla relata per *Caravit. in dicto suo tract. de Commend. cap.* 35. *num.* 2. *et cap.* 37. *sub num.* 5., & magis punctualiter

liter per *Michaleff. in Summ. Equit. Hierosolymit. verb. Caravana sub nu.* 10., & firmavit insuper *Rota in Melevitana Commenda de Palisers* 15 *Junii* 1643. de qua fit mentio apud mox *cit. Michaleff*. Quæ sane æquitas volita a statutis Sacræ Religionis, eo libentius admittenda erat in hoc casu, quo impedimenta provenerunt a
29 decretis illis Tribunalium Assembleæ scilicet, & Concilii pro Carceratione, sequestris, ac privatione administrationis ex postea pro injustis declaratis a b eodem Concilio, mediante Sententia absolutoria ex capite Innocentiæ.

Quamobrem hac seclusa obligatione Dominus Bajuliuus de nulla poterat negligentia redargui, ex quo non impetraverit prorogationem pro Commenda de Puerto Marin; nam dum citra necessitatem, & ad majorem suæ capacitatis cautelam, petiit sibi prorogari terminum quoad Commendam
30. de Bamba, nullum exinde oriri valuit obstaculum, quin deinceps nequivisset allegare impedimenta, quæ eum excusarunt a melioramentis Commendæ de Puerto Marin, ut tradit *Rot. decis.* 519. *n.* 3. *versic. minus facit parte prima divers.*, & *in rec. decis.* 320. *num.* 47. *part.* 16. *in Hortana Sylvarum* 9. *Junii* 1698. §. *Donatio coram Muto*, & *in Romana Subappaltus Theatri* 22. *Januarii* 1700. *coram b. m. Molines*, nec pariformiter negligens censendus erat, ex quo non perfecerit Cabræum Commendæ de Bamba intra annum a Ven. Concilio prorogatum; quia cum ipse tam
31. arctę prorogationi non acquieverit, immo adversus illam expresse appellationem interposuerit, utcumque se gesserit Concilium, semper ei præservata remansit ea major dilatio, quam ei legalis æquitas indulgebat, ad tradita per *Bald. in leg.* 2. *C. de appellat. Fontanell. decis.* 377. *num.* 15. *Rot. coram Celso decis.* 174. *n.* 3., & 4. *in Neapolitana Pecuniaria* 12. *Aprilis* 1687. §. *Et ad id cor. b. m. Molines*, & *in Surrentina Jurisdictionis* 21. *Feb.* 1698. §. *Dependenter cor. b. m. Ansaldo*.

Et hinc frivola detegebatur exceptio, quod à die Sententię absolutorię ad diem smutitionis Commendę de Lora, de qua agitur, intercesserit spatium 18. mensium, intra quod commode expleri valuissent & Cabræum, & melioramenta; nam non omisso, quod hæc suppositio magnam præseferebat difficultatem in facto, cum Cabræa, & melioramenta ultra temporis consumptionem indispensabiliter requisitam pro illorum confectione in singulis Commendarum membris, postquam fuerint absoluta, re-
32. quirant etiam revisionem, & approbationem, prius in Partibus, atque demum in Supremo Conventu Melitæ. Exceptio hujusmodi in eam reincidebat exorbitantem consequentiam, quod Dominus Bajuliuus cogeretur intra 18. menses explere id, quod ei permissum erat per quatuor annos, totidemque menses, quos substulit injusta Carceratio, quæ sane nullatenus toleranda videbatur, cum quidquid dicendum sit in alia, & indifferenti impedimentorum specie, justitia non patiatur aliquam fieri posse temporis subductionem in præjudicium sæpedicti D. Bajulivi Vellez, cui fuerat impedimen-
33. tum procuratum ex aliena machinatione, & calumnia, juxta *Text. in cap. quoniam frequenter* §. *Porro ut lite non contest.*, & *leg. Si Titius* 14 *ff. de condit.*, & *demon. Rota coram Burat. dec.* 416. *n.* 4. & 5. *cor. Pamphil. dec.* 27. *per tot. ibique Adden. n.* 4. *cor. S. M. Gregor XV. dec.* 527. *sub n.* 3., & *in Papien. Præpositura* 28. *Febr.* 1698. *cor. bo. me. Ansaldo*.

Nec ad necessitatem conficiendi Cabræum,

brçum, & melioramenta leve dici merebatur impedimentum, vel ex quo ipse non semper fuerit in vinculis detentus, sed permissionem, ac facultatem habuerit vagandi per Loca sibi bene visa, & quandoque signanter accesserit ad Commendam de Puerto Marin, vel saltem ex quo commode valuerit proprias adimplere obligationes per medium Procuratoris. Pro eo enim, quod concernit Carcerationem, constans erat in facto, quod postquam ab Arce Pampilonensi traductus fuerat ad Civitatem Longroni, & inde ad Civitatem Palentiç, licet ibidem non permanserit in Vinculis, Civitatem nihilominus loco Carceris acceptavit, retinuitque, eamque non dereliquit, nisi quando longis inducijs defatigatus, & ulterioris dilationis impatiens, effregit mandata, & animo recurrendi ad Sanctam Sedem, aliosue Superiores, prius ad Urbem, & deinde Melitam se transtulit, ubi tandem optatam Sententiam absolutoriam reportavit. Igitur cum durante judicio semper permanserit, vel in præciso, & formali Carcere, vel sub sequestro tam quoad Personam, quam etiam quoad bona, nec aliter discesserit, nisi per modum fugæ, & animo petendi Urbem, vel Melitam, ut hic suam panderet innocentiam; Per totum proinde tempus, quo duravit Judicium, nunquam

34\. cessarunt impedimenta, & quidem gravissima, & insuperabilia, quia quando moram trahebat Longroni, & Palentiæ, adhuc substinebat Carcerationem licet ampliatam per Civitatem, juxta *Text. in L. in eadem vers. in Vinculis ff. ex quibus Caus. major. & l. nec eum ff. eod.*, & advertit *Guid. Pap. dec. 253. n. 1., & seq. Menoch. de arbitr. Jud. cas. 301. n. 9. & seq. Sabell. var. resol. cap. 70. n. 8. & Rot. dec. 26. n. 40. & 41. par. 6. rec.* Et quando ad Urbem se contulit, qua occasione transitum fecit per Commendam de Puerto Marin, eo minus libertatem habuit, & commodum deveniendi ad confectionem Cabreçi, & melioramentorum; dum præterquam quod hæc expleri non poterant intra paucorum dierum spatium, & per transitum, ac sine pecuniarum sequestratarum auxilio, comitem secum semper ducebat timorem, ne reincideret in posse Magistratus de partibus, a quo post ten-

35\. tatam fugam, & effractionem carcerationis, juste debuisset severiorem districtionem expectare, ad *Text. in leg. 2. Cod quor. appell. non recip. leg. prima §. Divus ff de quæst.*, *Gabriel. cons. 169. n. 75. vol. primo Grammatic. cons. 15. num. 7, & Valenzuol. cons. 163. num. 33. & num. 85. & seq. 2. vol.* Semper itaque substitit, quod usque ad Sententiam absolutoriam D. Velez nequivisset dictas obligationes per se ipsum explere; Unde nec ei deneganda erat excusatio, ex quo saltem neglexerit adimplementum per Pro-

36\. curatorem, quia quidquid sit, an hujusmodi onera sint personalia, vel demandari valeant Procuratori, de quo articulo tractat *Prior Caravit. de Commend. cap. 26. num. 8. cum seq.* difficultas plenè removebatur in Iure, quia actus constituendi Procuratorem est me-

37\. rè voluntarius, iuxta *Text. in cap. 2. & cap. querelam de Procurat.* & notat *Bald. in cap. intelleximus in princ. de judic. Innocent. in cap. exposuit verb. teneri n. 2. Gratian. discept. for. cap. 891. num. 21., & decis. Marcb. 107. n. 1., & Golin. de Procur. par. 1. cap. 3. n. 1.* nec quis, quatenus existeret impe-

38\. ditus ad effectum evitandi pœnam tenetur Procuratorem constituere: *Tiraquell.*

quell. de retrac. convent. §. 1. *gloss.* 2. *n.* 60. *Corbul. de emphit. tit. de caus. privat. ob non solut. Can. limit.* 10., & *Solorz. de Jur. Indiar. lib.* 2. *tom.* 2. *cap.* 25. *num.* 85. ultra quamquod cum ageretur de re gravi, & in qua graves etiam requiruntur expensę, cogendus non erat D. Velez, ut illam fidei Procuratoris committeret cum periculo amittendi omnes expensas, & incurrendi incapacitatem, quatenus postea compertum fuerit, quod ipse minus legitime, & sine

39\. debita diligentia suum munus adimplevisset, ex firmatis per *Montan. de Tutor cap.* 32. *regul* 9. *num.* 50., & *seq. Afflict. decis.* 50., *num.* 5. *in fin. Paril. cons.* 102. *num.* 3. *cum aliis sequ. Capyc. decis.* 123., & *Gelsin. de Procurat. part.* 1, *d. cap.* 3. *num.* 5., & 6 & *num.* 17. *Gratian. discept. for. cap.* 145. *num.* 32., & *Corbul. de Jur. emphyt. tit. de caus. privat. ob non petit. investitur. num.* 21., & 22.

Pretær superius expositas omissiones, Defensores D. Bajulivi Cordubæ aliam distinctam proponebant incapacitatem desumptam ex quo D. Velez neglexerit confectionem Cabrei in Commenda de Puerto Marin, sed Domini animadvertentes, quod ejusdem Cabræi dies cesserat ante annum 1713. quo D. Velez ejusdem Commendę fructus perciperet, non alia ratione eum teneri censuerunt ad Cabrevationem Commendę de Puer-

40\. to Marin, nisi ex titulo meliorationum, & sic cum eadem dilatione temporis, quam habebat ad meliorandum, ut præseferunt Sac. Religionis *Statuta* 21., & 23. *de Commend.* & *Statut.* 5. *de Visitat.*, nec non Sac. Religionis stylus, de quo testatur *Prior Caravit. de Commend. cap.* 37. *num.* 5., & *cap.* 38. *num.* 13. quamobrem cum circa meliora menta competeret dilatio quinquennalis, & juxta hactenus firmata ab ea subducendum veniat tempus

41\. injustæ Carcerationis, hoc ipsum judicium ferendum erat circa Cabræum cadens sub eadem determinatione, juxta *regul. Text. in leg. illud ibique gloss. verb quo de uno ff. ad leg. Aquil. de qua Rot. decis.* 350. *num.* 6. *part.* 4. *decis.* 40. *num.* 18. *part.* 7. *dec.* 348. *num.* 13. *part.* 17. *decis.* 18. *num.* 9. & *in Bononien., seu Imolen. bonorum* 27. *Januarii* 1698. §. 1. *coram dell' Olmo*, & *in Romana Laboreriorum* 28. *Aprilis ejusdem anni* §. *Et eo magis coram clar. me. Card. Priolo*.

Ad majorem suæ capacitatis tutelam D. Bajuliuus Velez rursus sustinebat, quod cum ipse ante vacationem, & smutitionem Bajulivatus de Lora jam permutasset Commendas de Barba, & Puerto Marin cum Commenda de Quiroga, & tempore permutationis nondum cessisset dies Cabrevationis, & meliorationum, nequeat per consequens incapax reputari ratione omissionis non consummatæ, nisi post dimissiones Commendarum permutatarum. Verum Domini agnoscentes illius benemerentiam, & capacitatem satis ab omnibus exceptionibus præservatam, ex supra recensitis impedimentis, quæ nullam neque in facto, neque in Jure admittebant difficultatem; Satius putarunt relinquere in suspenso hanc novam defensionem veluti exuberantem, & ad Causę decisionem non necessariam.

Et ita omnibus Dominis suffragium ferentibus conclusum fuit in strenua utriusque Partis colluctatione &c.

R. P. D.

CERRO

Melevitana seu Portugallien.

Commendarum.

Veneris 19. Junii 1722.

ARGUMENTUM

In Sacra Religione Hierosolymitana juxta *Statutum Religionis Tit. 14. de Commendis n. 16.* Antiano docenti fecisse Melioramenta in Commenda, & per Quinquennium in ea resedisse, debetur Commenda vacans: & explicatur in Decisione, quomodo ad d. effectum probetur hæc Residentia. Sic quomodo ratione adversæ valetudinis excusetur Miles ad accedendum ad Melitam Insulam, ad quam sub pæna incapacitatis anno 1715. fuerant Equites generaliter vocati, ob invasionem Insulæ, quam Turca meditabatur: & tandem agitur de Incapacitate ad Commendas, & de quatuor Caravanis.

SUMMARIUM.

1. *SI intra biennium appellans non transportat Acta Sententiæ, transeunt in judicatum.*
2. *Res judicata executioni debet demandari, nisi stante manifesta injustitia, locus sit restitutioni in integrum.*
3. *Antiano, & docenti fecisse Melioramenta in Comenda ad formam* Statuti Sacræ Religionis Hierosolymitanæ tit. 14. de Commendis n. 16., *ac per quinquennium resedisse, debetur Commenda vacans.*
4. *Residentia Quinquennalis probatur plene testibus formiter examinatis, sub interrogatoriis solitis adhiberi ab Equitibus Revisoribus melioramentorum*, & n. 5.
6. *Eadem quinquennalis residentia probatur aliis Testibus præclaris, & Sacerdotibus, licet deponant extrajudicialiter.*
Testes licet extrajudicialiter deponentes, inserviunt ad confovendam veritatem depromptam à formali examine aliorum.
7. *Residentia Quinquennalis requisita à Statuto Sacræ Religionis Hierosolymitanæ non est necesse, quod sit continua de momento ad momentum, seu de die in diem, sed sufficit moralis, quod scilicet Commendatarius resederit debitis temporibus, & pro majori parte quinquennii*, & n. 8. 9. 10., & 11.
9. *Curam habens Animarum debet physice, & continue residere.*
12. *Domus aperta retentio quomodo probetur*, & n. 13.
14. *Explicantur termini, in quibus loquitur* Decisio in Melevitana, seu Portugallien. Commendę 4. Aprilis 1710. cor. cl. me. Card. Scotto, & n. 15.
16. *Anno 1715. Turca accerrimus Christianorum inimicus invadere minabatur Melitam, & Sacra Religio Hierosolymitana mediante Generali Citatione omnes Milites Ordinis vocavit, ut ad Insulam accederent sub pæna incapacitatis ad Commendas.*
17. *Dicta Citatio excipiebat Milites justo impedimento detentos, veluti adversę valetudinis.*
18. *Stante adversę valetudinis impedimento, pæna incapacitatis non incurritur.*
19. *Adversæ valetudinis impedimentum probatur ex Medicorum attestationibus.*
20. *Et etiam ex aliis Testibus Nobilitate, & Dignitate præclaris*, & n. 21.
22. *Item ex Epistolis à Receptore Assemblea Melitam scriptis.*
23. *Testes infensi, vel consanguinei Adversaris, aut de simplici auditu, & absque præcisa scientia, ac ab aliis*

Testibus

Testibus contrariis, numero, & qualitate praeponderantibus, non probant.

24. *Pro delicti exclusione omnis praesumptio militat.*

25. *Pecuniarum solutio facta pro impedimento accedendi ad Insulam Melitae vere probat impedimentum adfuisse*, & *n.* 26.

27. *Incapacitatis exceptio non efficit, nisi de tempore smutitionis certa, & liquida illico demonstrari possit.*

28. *Ob Delictum, vel culpam, aut negligentiam Inquisitus, non arcetur à consecutione Commendarum, nisi postquam à Tribunalibus Religionis fuerit condemnatus*, & n. 29., & 30. juxta Stat. Religion. Hierosolymitanae Tit. 17. De Prohibit., & Poenis, & n. 27.

29. *Amplia, licet esset carceratus de tempore smutitionis.*

31. *Quarta Caravana non completę exceptio, quando deficientia consistit in quinque diebus, videtur opposita prater rationem.*

32. *Maxime, quando Eques obtinuit à magno Magistro licentiam adeundi Patriam, non obstante repartitione Caravanarum.*

33. *Maxime etiam, quando obtenta fuit Sententia canonizans bonam, & validam Caravanam, & Sententia transivit in Judicatum, contra quam Sententiam necesse est, actis transportatis, obtinere Restitutionem in integrum*, & n. 34.

35. *Amplia pracipue, quando Oppositor Eques prasens in Conventu, à Sententia non appellavit.*

36. *Sententia Conciliorum approbantes pravüs Edictis generalibus Militum Caravanas, si sint in judicatum transactę, amplius non possunt impugnari. Attestationes magni Magistri & Concilii, de Observantia ejus Religionis circa talem stilum observandi Sententias, plenam fidem merentur.*

R. P. D.

CERRO

Melevitana, seu Portugallien.

Commendarum.

Veneris 19. Junii 1722.

VAcatio Praeceptorię Sancti Joannis *de Corviera* secuta per obitum Equitis Aloysii de Melo magnum suscitavit certamen inter Fratres Milites Venerandi Prioratus Lusitanici; Eo etenim convocato sub die 22. Junii 1618. ad effectum deveniendi ad smutitionem, pro hac in sui favorem primus institit Emanuel de Barros de Almeyda Eques antiquior, facta dimissione Commendae *de Fregin*, quam titulo cabimenti possidebat, & jam juxta Ordinis Statuta melioraverat; Secundus vero postulavit Martinus Velho de Fonseca immediatus Antianus nomine Cabimenti, in casu, quo idem de Barros incapax foret; quatenus vero capax existeret, petiit Commendam de Fregin ab illo dimissam; Tertius suam exposuit instantiam Sixtus Pereyra de Bacellar in casu incapacitatis utriusque praefati Antiani, & pro Commenda de Fregim in casu incapacitatis secundi. Demum arduam nimis aggressus Provinciam propugnandi incapacitatem omnium praedictorum, Bajulivus Payus de Abreu de Lima Eques minus antiquior, alterutram ex dictis Commendis sibi decerni expostulavit; Quamobrem facta per memoratum Vene-

neran-

nerandum Prioratum smutitione Commendæ favore Antiani capacis in genere, Causa delata fuit ad Concilium Ordinarium Religionis, in quo prævia relatione, & Voto duorum Equitum, quibus competitorum capacitates recognoscere commissum fuerat, prodiit sententia adjudicans Præceptoriam S. Joannis de Corveira Emanueli de Barros; Alteram vero de Fregin Martino de Fonseca, & Sixto Pereyra decernens manutentionem in quasi possessione ejus capacitatis; quæ sane sententia cum in omnibus confirmari promeruerit à Concilio Completo, ac etiam postea desuper emerserit res judicata; idcirco delegata mihi Causa vigore specialis Commissionis Sanctissimi Domini Nostri, dedi Dubium - *An constet de re judicata, seu potius de Causis restitutionis in integrum, in casu &c.* produitque Rescriptum *Constare de re judicata*.

Non enim revocari poterat in dubium 1. existentia rei judicatę: quoniam tametsi Eques Payus de Abbreu provocaverit à postrema sententia Concilii completi, & Causam appellationis committi curaverit, intra tamen biennium neglexit actorum transportationem: quapropter certum est ex hujusmodi omissione sententias in judicatum prolapsas fuisse, juxta tradita per *Rot. decis.* 345. *num.* 1., *&* 2. *coram Bichio decis.* 219. *num.* 1. *part.* 11. *Rec. in Camerinen. Census* 25. *Iunii* 1696. §. *Moti coram bo. mem. Molines*, *& in Romana Salviani*, *seu Locorum Montium* 17. *Aprilis* 1711. §. *Et sane coram Reverendissi-* 2. *mo P. D. Lancetta Decano*; ita quidem, ut nisi concurrat manifesta earundem injustitia, quę viam aperiat restitutioni in integrum, res judicata omnino sit executioni demandanda, ad firmata per *Rot. in Imolen. Spolii, seu Bonorum super deliberatione* 10. *Decembris anni præteriti* §. *Nulla etenim coram Me*.

Tantum vero abest, ut in præsenti sententiæ de injustitia redargui possint, quod immo in omni earum parte justæ deteguntur; quatenus enim primo loco adjudicarunt titulo melioramenti Commendam S. Joannis de Corveira Emanueli de Barros, hoc sane summo Jure fecerunt, cum ex parte illius doctum fuerit non minus de antianitate respectu cœterorum Competitorum, quam de adimplemento melioramentorum in priori Commenda de Fregin, ad formam à Statutis Sacræ Religionis prçscriptam; Unde 3 præcedente dimissione Commendæ melioratę, procul dubio altera vacans Commenda eidem debita erat, ut post *Statut.* 16. *de Commend.* animadvertunt *Card. de Luca de benefic. disc.* 68. *num.* 8., *Rot. decis.* 123. *num.* 2. *&* 6. *coram Celso decis.* 303. *num.* 5. *part.* 7., *& decis.* 7. *num.* 20. *part.* 17. *Recentior. in Melevitana Commenda* 17. *Martii* 1702. §. *Potissime coram Reverendissimo P. D. Lancetta Decano*, *& in Melevitana*, *seu Portugallien. Commenda* 4. *Aprilis* 1710. §. *Incapacitas coram Eminentissimo D. Cardinali Scotto*.

Quin subsisteret defectus quinquennalis Residentiæ, quam Payus contendebat minime fuisse adimpletam à præfato Emanuele in Commenda de Fregin, propterea que hinc promanasse incapacitatem prępedientem, ne titulo melioramenti assequi valeret Commendas, utpote quia ex Statuto 14. de Commendis ad hujusmodi effectum ultra melioramentorum verificationem, quinquennalis etiam Residentiæ probatio requiratur: Siquidem ad hanc incapacitatem summovendam, satis est

est perlegere depositionem Testium examinatorum ab Equitibus Commissariis, qui processum super meliorамentis compilarunt, ex illis namque aperte habetur, Commendatarium de Barros non solum complevisse prędictam quinquennalem Residentiam, sed etiam illi incubuisse tali assiduitate, & diligentia, ut Prædecessores omnes superaverit, quemadmodum diserte deponit alter ex Testibus ibi - *Disse, che per la notizia, e pratica, che ha di questa Commenda mai ha visto nè inteso che verun altro Commendatore vi abbia fatto mai tanta Residenza, quanta questo Attuale, il quale va, e viene continuamente, e vi assiste due o tre mesi continui senza partirne &c*, rursusque alter similiter affirmat ibi: - *Che il Commendatore attuale dopo che è entrato in questa Commenda, è stato, ed è solito per lo più farvi la sua Residenza, nè verun altro come egli vi ha tanto assistito ec.*, & concordant cœteri Testes, quibus omnibus tanquam formiter examinatis sub consuetis Interrogatoriis ab Equitibus revisoribus meliorament orum adhiberi solitis, plena fides indubie est prę standa, ad firmata per *Rot. decis.* 935. *num.* 3., & 8. *coram Seraphino decis.* 46. *num* 4. *coram Cavaler. dec.* 8. *num.* 57. *part.* 12., & *dec.* 275. *num.* 6. *part.* 19. *Recent.* Eo potissimum, quia non leve adminiculum recipiunt ab aliis Testibus, vel ob characterem Sacerdotalem, vel ob eximiam qualitatem omni exceptione majoribus, inter quos Frater Dominicus Pereyra de Thauora, alter ex Commissariis, qui dictum processum melioramentorum exararunt; & licet hi postremi Testes non deponant, quam extrajudicialiter, tamen negari non potest, quin ad confovendam veritatem à formali aliorum examine deprompt am inservire debeant, juxta Doctrinam *Bartol. in l. admonendi num.* 41. *ff. de jur. jur. Rot. decis.* 648. *num.* 6. *coram Buratt. decis.* 744. *num.* 5. *coram Dunoz. Jun. decis.* 564. *num* 2. *par.* 18. *decis.* 13. *num.* 22. *part.* 19. *tom.* 1. *Recent*, & *decis.* 18. *num* 8. *lib.* 3., & *decis.* 16. *num.* 15. *lib.* 9. *ad ornatum Card. de Luc.*, & *in Melevitana Marescallatus* 24. *Aprilis* 1716. §. *Ex eadem coram Me.*

Neque vero quidquam obest, quod Emanuel non impleverit residentiam præcisam, & continuam, sed ut colligitur ex ipsismet Testibus, interpolatim, & discontinue, atque ulterius non retinuerit semper Domum apertam, & mobilibus instructam pro congrua illius habitatione, sed immo ex ipsamet visitatione peracta per Commissarios pateat, nulla alia mobilia recensita fuisse, quam vasa ad Cellam vinariam spectantia; quoniam respectu qualitatis residentiæ, illa juxta germanam Statutorum intelligentiam, & perpetuam Sacræ Religionis observantiam, nunquam exacta fuit in sensu physico, itaut dici deberet continuata de momento in momentum, seu de die in diem, sed satis esse dijudicatum fuit, ut verificaretur moraliter, puta quia Commendatarius resederit debitis temporibus, & pro majori quinquennii parte, ut speciatim decisum habetur ex duplici re judicata annorum 1668., & 1688. quarum primam refert, & sequitur *Caravita in tract. de Commend. tit.* 14. *cap.* 36. *num.* 14., nullique dubium est, quominus ex eis eruatur specifica observantiæ probatio circa interpretationem Statuti loquentis de residentia, normam tribuens pro consimilium casuum decisione, ex notatis per *Rot.*

per *Rot. decis.* 175. *num.* 10. *coram sa. me. Alexandro VIII. decis.* 169. *num.* 2. *coram Coccino decis.* 315. *num.* 7. *coram Rojas decis.* 300. *num.* 29. *part.* 12., *& decis.* 75. *num.* 7. *part.* 18. *Recen.*, *& in Melevitana Commenda* 12. *Decembris* 1688. §. *Observantia coram bo. me. Rondinino*.

Præsertim quia mox dicta observantia optima quidem suffulta est ratione, quod residentia Commendatariis indicta, non est de eo genere requirente continuam personæ præsentiam, prout est Cura Animarum, & similia quæ onus 9. habent annexum, non implendum nisi ex residentia physicè continvata, *cap. relatum* 4. *de Cleric. non residen.*, ibique Scribentes, sed ut probè advertit Idem *Caravita de Commendis cap.* 36. *sub num.* 1. ad hoc unum requiritur, 10. Nimirum - *Per riparare, migliorare, e difendere i Beni, & Immunità delle Commende, e consolare i Vassalli, se vi sono con la presenza de' Commendatori* - quæ omnia optimè perfici possunt, ubi residentia adimpleatur per 11. majorem anni partem, licet ea fuerit interpolata, & discontinva; tunc etenim Legi abunde dicitur obsecundatum, quoties ejusdem legis præcipuus finis expleatur; ad tradita *per Rocc. disput.* 25. *num* 31., *& seqq.*, *& disput.* 194. *num* 143. *Card. de Luca de credit. disc.* 84 *num.* 5., *& de legat. disc.* 50. *num.* 6. *Rota in Forosempronien. donationis* 23. *Martii* 1711. §. *Ac propterea*, *&* 15. *Januarii* 1712. §. *Nihilque refert coram Reverendissimo Domino meo Aldrovando*, & in puncto alterius Statuti Sacræ Religionis *in Melevitana Bajulivatus* 11. *Martii* 1718. §. *Qua sane coram Reverendissimo Archiepiscopo Ravennaten.*

Quod attinet autem ad aliam circumstantiam, retentionis Domus apertę cum commodo habitationis, ex eisdemmet Testibus removebatur quælibet difficultas, cum deponerent, tempore brevis absentiæ Commendatarii eum semper in Domo Præceptoriali reliquisse Capellanum, & proprios famulos; circumstantia vero, quod in Visitatione nulla descripta fuerint mobilia ad usum habitantium, parvi momenti dignoscebatur, utpote quia 12. congruum fuisse patuit, ut in visitatione haberi dumtaxat debuerit ratio de illis rebus, quæ ad statum Commendæ pertinebant, non autem de aliis propriis Commendatarii, quę ad ejus usum, & commodum inserviebant. Id quod comprobasse videntur Commissarii prædicti Visitationem explentes, qui recognitis melioramentis, & residentię implemento, absque ulla reservatione relationem fecerunt capacitatis Commendatarii; neç etiam improbasse constat, eundemmet Payum nunc Contradictorem, qui licet præsens esset in Conventu, quando Prioratus Lusitaniæ processum melioramentorum, & Commissario-13. rum relationem comprobavit, nullatenus tamen adversus eam reclamavit, ut in puncto respondit *Rota in alia Melevitana, seu Portugallien. Commenda* 6. *Decembris* 1720. §. *Multoque minus cor. R. P. D. meo de Gamaches*.

Atque hinc inaniter obiiciebantur duo judicata alias prodita ratione incapacitatis Fratrum, qui residentiam perfecte non impleverant; alterum nempe anni 1632. in Causa Equitis Falchi: alterum vero in Causa Equitis Lupi de Almeyda, de qua *in Melevitana, seu Portugallien. Commenda* 4. *Aprilis* 1710. *coram Eminentissimo Domino Card. Scotto*. Neutrum etenim præsenti hypothesi applicari visum fuit; non primum, quia etiamsi

tiamsi Falchus tunc rejectus fuisset, ex quo eidem pro complemento integræ residentiæ quinquennalis, unus tantum modo mensis deficiebat, attamen tunc nequaquam versata est quæstio super qualitate residentiæ, an requireretur physice continua, vel sufficeret interpolata, sed cum Commendatarius effe-
14. ctive non resedisset in loco Commendæ, legis adimplementum allegatum fuit per æquipollens, ob tempus impensum in servitium Religionis, juxta id, quod permittit Ordinatio 30. de Commendis: ideoque non verificato eo tunc dicto servitio per totum tempus quinquennii, cum deficeret unus mensis, recte responsum fuit pro incapacitate, eo quod Statuto requirenti residentiam per integrum quinquennium non fuisset per æquipollens satisfactum, quod sane nihil commune habet cum præsenti quæstione, in qua nullum oritur dubium de quinquennio integre completo, sed solummodo disputatur de modo illud implendi; Nec etiam secundum, quia in eo casu Eques Antianus destituebatur integra residentia, tam actuali quam æquipollenti, cum non resedisset, quam per paucos menses; proindeque Commissarii, qui ejus melioramenta appro-
15. baverant, agnoverant etiam incapacitatis defectum, atque, ut ab eo se eximere valeret, consilium eidem suggesserant dispensationem per Breve Apostolicum procurandi, ut distincte adverttit *eadem decisio coram Eminentissimo Scotto* §. *Quibus positis*, quæ proinde summa ratione firmat ex canonizatione melioramentorum facta a Commissariis non insurgere approbationem quinquennalis residentiæ, ut ex §. *Et sane cum seqq.* inibi habetur.

Transeundo autem ad alteram sententiarum partem, in qua decreta fuit Commenda de Fregin Equiti Martino de Fonseca, non minus justitiæ consentanea apparuit, cum non subsisteret incapacitas eidem opposita, ex quo non paruerit de anno 1715. Citationi universaliter promulgatæ, ut om-
16. nes Milites Sacri Ordinis accedere deberent ad Conventum Melitensem ad hoc, ut junctis viribus resisti posset invasioni, quam tunc Turca acerrimus Christiani nominis Hostis minabatur; Nam cum ex lege hujusce citationis exceptuarentur Milites justo impedimento detenti, Exploratum proinde est, Equitem Fonsecam
17. tunc temporis adversa valetudine afflictum, nullam ob hanc non paritionem, incapacitatis pœnam incurrisse, id etiam dictante Juris censura secundum *Textus expressos in leg. cum aetus 54. ff de re Milit. l. qui cum* §. *Examinatur ff eodem ibi - Et datur venia valetudini*, & *l. cum Hera Republica* §. *Stichus 2 ff de stat. lib. Gannaver. decis. 12.*, & *13. per tot.*, & in specie
18. Militum Hierosolymitanorum dixit *Rota decis. 15 per tot. dec. 162 n. 3.*, & *4. par. 5.*, & *decis. 492. num. 4. par. 9. tom. 2. Recentior.*

Porro veritas talis impedimenti ab infirmitate exorientis, in discrimen adduci nequibat, cum resultaret, non solum ab attestatione plurium Medicorum,
19. quibus utpote affirmantibus rem ad proprium Officium pertinentem, valde deferendum est, *ad Text. in leg. sept. mense ff de stat. homin. Rot. decis. 776. n. 4. cor. Dunoz Jun. dec. 334. n. 2.* & *dec. 651. n. 7. cor. Propatruo meo dec. 45. n. 28.*, & *seq par. 6. dec. 312. n. 8 par. 7.*, & *dec. 302. n. 16 par. 15. Rec.* Atque ulterius a plurimis aliis Testibus nobilitate, vel dignitate præcellentibus inter quos Eques Sixtus Pereyra de Bacellar, cui utpote Fernaldo, hoc est immediato Antiano post Fonsecã, valde intererat eum esse incapacem,

 & ta-

& tamen veritati obsequendo, infirmitatem prędictam publice testatam fecit, nec non Archiepiscopus Bracharensis, ac Generalis Pręfectus Regię Militiæ talem infirmitatem similiter perspectam habuisse asserentes qui o-
21. mnes tam ex numero, quam propter eorum qualitatem superlativam fidem promerentur, ex firmatis *per Rotam dec.* 449. *n.* 5. *cor. Gregor. dec.* 572. *n.* 12. *cor. Buratt. dec* 113. *n.* 5., *& dec.* 1167. *n.* 6. *cor. Emerix*, Verum etiam clarius patet ex Epistolis Melitam tunc transmissis a Receptore Lusitaniæ, atque a Veneranda Assembiea ejusdem Regni, in quibus recensetur; mandatum Eminentissimi Magni Magistri fuisse jam intimatum singulis Fratribus, eosque jam proxime iter suscepturos, exceptis legitime impeditis, inter quos enumera-
22 tur Martinus Fonseca, utpote graviter infirmus; quod sane Testimonium, utpote procedens a Ministris, & Officialibus Sacræ Religionis, nefas est, ut in dubium revocetur, in puncto *Rota decis.* 166. *n.* 4. *cor. Dunoz. Sen. decis.* 376. *nu.* 11. *cor. Dunoz. Iun. decis.* 238. *num.* 5., *& decis.* 257. *n.* 17. *cor. Bich. decis.* 26. *num.* 5. *par.* 7. *Rec.*, *& in Melevitana Commenda* 10. *Febr.* 1710. §. *Corruit namque cor. cla. m. Cardin. Priolo confirmat.* 22. *Apr.* 1712. §. *final. cor. R.P.D. meo Falconer. Alma Urbis Gubernatore.*
Tali itaque pacto constabilita veritate impedimenti, frustra in contrarium congerebantur plures attestationes super morbi insubsistentia, & super eo, quod Eques Fonseca alias ad evitandum servitium Religionis, se infirmum falso asseruerit; prout etiam inaniter obiciebatur, cum tanquam contumacem Anno 1715. condemnatum fuisse ad solutionem duplarum
23. atque subinde ad instantiam Equitis de Abbreu deputatos fuisse Commissarios in Partibus pro eruenda veritate supradictę infirmitatis; Quoniam singillatim ad hęc omnia occurrendo, Testes prædicti nullam sibi fidem adsciscere valent, utpote vel infensi Equiti Fonseca, vel Consanguinei Equitis de Abbreu, vel demum deponentes de simplici auditu, & absque præcisa scientia, ac propterea
23 omnino conflictati a cæteris Testibus numero, & qualitate pręponderantibus: *Rot. decis.* 575. *n.* 5. *par.* 2. *& decis.* 562. *num.* 5 *par.* 3. *recent.* Quatenus vero deponunt de machinata alias morbi fictione, nullius relevantiæ deteguntur; talis enim delicti nullum adest vestigium, & quatenus illud commissum fuisset, cum sane Superiores Ordinis inultum non prætermisissent: Unde locum sibi vin-
24. dicat Regula, quod omnis præsumptio militet pro ejusdem exclusione *l. merito* 51. *ff. pro Socio l.* 1. *ibique Glos. verb. profitearis*, *Cod. de crim. expilat. hæredit. Paris. de resignat. Benefic. lib.* 14. *qu.* 7. *num.* 55. *&* 56. *Rot. decis.* 395. *num.* 13. *coram Celso decis.* 132. *in fin. coram Emerix Iun. & decis.* 102. *n.* 11. *par.* 19. *recent.* Illa insuper circumstantia solutionis duplarum 25. plane retorquetur, cum ab ea non fuerint absoluti, quam qui in aliis Par-
25. tibus servitium Religioni præstiterant. Cæterum omnes legitime impediti eam rependerunt: Unde ex hoc, quod Fonseca fuerit admissus ad contribuendum, censeri debet impedimentum illius approbatum fuisse, ad regul. 56. *Text in l. obs.* §. *final. ff. de Offic. Proconsul. Rot. decis.* 370. *n.* 7. *cor. Celso decis* 1213. *n.* 14. *coram Emerix Iun. & decis.* 84. *n.* 20 *par.* 18. *recent.* Demum nullius est momenti, quod fuerint deputati Commissarii ad

ad detegendam veritatem mox dicti impedimenti; quia cum ab inde citra nihil actum fuerit, & de tempore Smutitionis Eques Fonseca reperiretur in legitima quasi possessione suę capacitatis, nullum ex præfatis actibus judicialibus eidem obstaculum inj̄ectum fuit, cum exceptiones super 27. incapacitate nentiquam noceant nisi de tempore smutitionis certæ, & liquidæ illico pari fieri possint, ut pluries respondit *Rota*, & signanter *decis.* 757. *num.* 11. *& seqq. coram Bich. decis.* 165. *num.* 2. *coram Dunoz. Jun. decis* 26. *n.* 6., *& seqq. par.* 7. *decis.* 552. *n.* 18 *par.* 15. *recent.*, *& in Melevitana Bajuliva tus* 11. *Martii* 1718. §. *Quod si hæc cor. Rev. Archiepiscopo Ravennatensi.*

Præter autem huculque deducta, animadvertebat unus ex Dominis eo validius excludi incapacitatem Equitis Fonseca, quia cum agatur de incursu in illam ducto ex prętextu culpę contractę ob inobedientiam pręfatæ 28. citationi Eminentiss. Magni Magistri; in hisce profecto terminis locum obtinere poterat dispositio Statuti 27. *de prohibit.*, *& pæn.* qua cautum est, quod inquisitus ob delictum, culpam, vel negligentiam arcendus non sit ab assecutione Commendarum, nisi postquam fuerit a Tribunalibus Religionis condemnatus, etiamsi de tempore Smutitionis Carceribus mancipatus e- 29. xitleret; Propterea que nihil officeret Equiti Fonseca ejus accusatio, & inquisitio ob assertam ejusdem inobedientiam, cum in die Smutitionis nulla desuper adesset Sententia con- 30. demnatoria, prout ad formam dicti Statuti 27. pronunciavit Concilium Ordinis in simili Causa, de qua in *Summario* Equitis Fonseca *num.* 20. & comprobat *Prior Caravita sub tit.* 13. *de elect. cap.* 3., *& sub tit.* 14. *de Commend. pariter cap.* 3.

Postremo justitia Sententiarum emicuit quoad tertiam partem decernentem Equiti Pereyra manutentionem in quasi possessione capacitatis, non obstante sibi opposito defectu Quartæ Caravanæ integre non expletæ. Nam ultra quam quod præter rationem videri posset objectus hujusmodi defectus: tum quia ad complen- 31. dum perfecte tempus præstitutum solumodo deerant quinque dies, & jam navigationis cursus dici poterat consummatus: tum qua Eques Pere- 32. yra obtinuerat ab Eminentiss. Magno Magistro licentiam adeundi Patriam non obstante repartitione Caravanarum; in universum tollitur difficultas ex eo quod, cum istiusmodi incapacitas fuisset jam dicto Equiti opposita a suis Fiernaldis, habito per ipsum recursu ad venerandum Concilium, citatisque de more per Edictum interesse habentibus, pronun- 33. ciari obtinuit sub *die* 23. *Novembris* 1704 Sententiam, qua declaratum extitit d. Quartam Caravanam fuisse bonam, & validam; proindeque nullo pacto ex hoc capite Equitem Pereyram reputandum fore incapacem: Quæ sane Sententia cum transierit in rem judicatam, non potest proinde in discrimen adduci, non 34. impetrata prius adversus illam restitutione in integrum, & transportatis Actis, ut in consimili casu Sententię super capacitate prolatæ dixit *Rota in Melivitana, seu Portugallien. Comenda* 10. *Maii*, *&* 6. *Decembris* 1720. *coram R. P. D. meo Rovault de Gamaches*; eo potissimum, quia tempore prolationis dictæ Sententiæ Eques de Abbreu præsens erat in Conventu, nec ab eadem appellavit; 35. Quapropter multo fortius illum quoque afficere censetur, ut notavit

Rota decis. 248. *num.* 14. *coram Bich. decis.* 348. *n.* 9. *par.* 5. *recen.*, & in similibus terminis dictum fuit superius, §. *Quod attinet autem;* Idque validius attenta Religionis observantia, juxta quam Sententiæ Conciliorum approbantes præviis Edictis generalibus Militum Caravanas, si in judica-
36. tum prolapsæ sint, amplius impugnari nequeunt, prout constitit ex solemni attestatione alias facta ab Eminentissimo magno Magistro, & Concilio, de qua in *Summario* Pereyræ *num.* 23. quę indubiam meretur fidem, ut in specie dixit *Rot. in Melevitana Pecuniaria* 3. *Iunii* 1714. §. *Finali coram Reverendissimo Archiepiscopo Ravennaten.*, *& in Melevitana Habitus* 10. *Maii* 1720. §. *Supremam coram R. P. D. meo Herrera.* Et ita conclusum fuit. Partibus utrinque auditis &c.

Emo D. Card.

P R I O L O

Melevitana Commendæ

***Luna* 10. *Februarii* 1710.**

ARGUMENTUM

Incapacitas Equitis ad consequendum Commendas, ex motivo Debiti erga Ærarium, quando intret, & quomodo doceatur de Solutione Debiti, ostenditur in hac Decisione.

SUMMARIUM.

1. *ANtiano debita est prælatio ad assecutionem Commendæ, tum vigore Statutorum S. Religionis Hierosolymitanæ, tum Juris Civilis, & Canonici*, & n. 2.
2. *Tempore Smutitionis, hoc est petitionis seu nominationis, qui est debitor communis Ærarii, dicitur incapax ad consequendam Commendam ex Statuto ejusdem Religionis.*
3. *Incapacitas ex causa Debiti erga communem Thesaurum non est perpetua, sed durat solum quousque Debitum solvatur*, & n. 4.
5. *Debiti solutio probatur ex partitis extractis ex publicis Officialibus Thesauri.*
Iisdem Officialibus semper Sacra Rota fidem adhibuit.
6. *Solutio facta ipsamet die smutitionis Commendæ non prodest, sed debet precedere vacationem, ut excludatur incapacitas.*
7. *Solutio ficta, & collusiva dicitur ver. gr. mediante sola partitarum transportatione, ad debitum unius, & creditum alterius, absque istius scientia, & mandato.*
Partita vulgo nuncupata Passatora *nequit habere vim solutionis.*
8. *Solutio licet facta eadem die smutitionis, istam precessisse pro validitate actus, indubitanter præsumitur.*
9. *Solutio dici nequit serotina, quia Statuta Religionis capacitatem, vel incapacitatem in assequendis Commendis, & Dignitatibus ipso smutitionis tempore considerant*, & n. 10.
10. *Collusio solutionis quando excludatur*, & n. 11.
12. *Solutionis vim obtinet descriptio pecuniarum facta de ordine habentis illarum dominium in faciem alterius.*
13. *Solvere potest quilibet extraneus pro Debitore, & liberare ipsum Debitorem, etiam ignorantem, & invitum.*
14. *Mandatum in solvente præsumitur, quando agitur de summa considerabili.*
15. *Procura Mandatum requiritur in smutitione facienda pro absente.*

Intellige

Intellige tamen in actibus judicialibus, non autem in petitione Commendarum.

Commendæ regulantur ad instar Beneficiorum.

16. *Beneficiorum Provisio, quamvis facta absenti, & ignoranti valida est.*

17. *Mandati sufficientia ex Statuto Sacræ Religionis remittitur arbitrio Superioris.*

Nec opponi potest, quando Concilium Ordinarium, & Completum adjudicavit Commendam tali, cujus Mandatum sic supponitur ab ipsis Conciliis.

18. *Conciliis Religionis Hierosolymitanæ in respicientibus intelligentiam Statutorum, & Styli, plene informatis Sacra Rota plurimum defert.*

Eminentiss. D. Card.

PRIOLO

Melevitana Commendæ.

Lunæ 10. Februarii 1710.

COmmendam de Cantaviesa vacantem per obitum Equitis Antonii de Castelvi expostulavit Eques Vincentius Carroz, ac supposita illius incapacitate illam sibi adjudicari instetit Eques Jacobus Togores, qui tamen rejectus per binas sententias in partibus prolatas, à Concilio nempe Ordinario, & Completo, causam appellationis committi curavit nostro Auditorio, in quo examinatis utriusque Juribus responsum fuit — *Commendam esse adjudicandam Fr. Vincentio.*

Stetit ratio decidendi in eo, quod ipsi tamquam magis Antiano debita est prælatio, non minus juxta formam Statutorum Religionis, quam ad præscriptum Juris Pontificii, & Cæsarei, cujus utriusque dispositione attenta semper antiquior est præferendus propter majora onera, & servitia ab eo præstita, ut de Jure Canonicò habetur in *cap. 1. de majorit. & obed. can.* quid poderit *cum sequen dist. 71.*, & in Jure Civili sunt *Textus in L. 2. Cod. de offic. magistrat, l. 1. & 2. Cod. de Offi. Præf. Et. Prætor.* cæterisque prætermissis, alias in his terminis dictum fuit *coram Dunoz. Sen. dec. 166. n. 1. coram Coccino decis. 1168. num 4. decis. 152. num. 21. part. 8. & in Melevitana Antianitatis 9 Octobris 1702. § Et porro cor. Rmo D. meo Molines Decano.*

[margin: 1. 2.]

Haud refragante unico obstaculo impacto eidem Fr. Vincentio, quod scilicet de tempore smutitionis, hoc est petitionis, seu nominationis ipse reperiretur debitor communis ærarii, adeout ex Statutorum Censura reputandus sit incapax hujus Commendæ, quemadmodum antea ab assecutione alterius fuit hac eadem de Causa repulsus.

Corruit namque talis oppositio attenta solutione debiti, quod licet alias dum vigebat præstiterit impedimentum, quin Fr. Vincentius Commendam tunc vacantem obtinere potuerit; cum tamen, ut ex eorumdem Statutorum contextu apparet, & plene probat *Lotter de re benef. lib. 2. qu. 15. à n. 69.* incapacitas ex debito resultans non sit perpetua sed duret solum, quousque debitum solvatur, allegari utique non meretur in præsenti, ubi cessante causa impeditiva, evanuit pariter effectus impedimenti ad consequendam Commendam, de qua agitur. Solutio autem in majori etiam summa, qua Eques

[margin: 3. 4.]

Eques Vincentius reperiebatur debitor satis superque probatur ex partitis extractis à publicis Officialibus 5. Thesauri, quibus semper Sac. Rota plenam fidem adhibuit, ut videre est *coram Dunoz. Sen.*, *dec.* 165. *num.* 4. *coram Bichio*, *dec.* 238. *n.* 25., *& dec.* 257. *n.* 17. *cor. Dunoz. Jun. dec.* 376. *num.* 11., *& in recen. decis.* 562. *num.* 2. *par.* 5. *dec.* 26. *num.* 11. *par.* 7.

Frustra vero hujusmodi solutio arguebatur, vel tamquam intempestiva, utpote facta ipsamet die smutitionis Commendę, quando illius vacatio-6. nem præcedere debuisset pro incapacitate removenda, ex firmatis per *Rotam coram Bichio dec.* 212., *& dec.* 238., vel uti ficta, & collusiva, cum sequuta appareat mediante sola partitarum transportatione ad debitum Bajulivi de Caspe, & creditum Equitis Vincentii absque ulla i-7. llius scientia, & mandato, itaut tamquam simplex partita, vulgo nuncupata *passatora*, nequeat vim veræ solutionis habere, ad tradita per *Card. de Luc. de Cambiis disc.* 25. *num.* 17. *cum aliis in Romana*, *seu Albanen. Ferracci* 8. *Martii* 1709. §. *Applicando igitur coram R. P. D. meo Ansaldo*.

Quandoquidem cum solutio quamvis facta eadem die smutitionis istam præ-8. cessisse pro validitate actus indubitanter pręsumatur, juxta regulam, de qua plene apud *Franch. decis.* 649. *à num.* 9., *& per Rotam decis.* 67. *n.* 5. *cum seqq. par.* 10., *& in Romana Dotis*, *seu legatorum super expensis* 28. *Junii anni pręteriti* §. *Attamen coram me*, dici sane nequit serotina, quia Statuta Religionis capacitatem, vel incapacitatem, in assequendis 9. Commendis, aliisque dignitatibus ipso smutitionis tempore considerant, ut ex particulis datis *in Summario Equitis Jacobi num.* 3., *&* 10., neque contrarium, sed imo hoc idem firmavit *Rota cor. Bich decisionibus* 10. *supra in obiecto allegatis*, pręcipue *d. dec.* 238 *num.* 7., & id ipsum habetur *coram Dunoz. Jun. decis.* 376. *sub num.* 11., *cum seqq. & decis.* 26. *num.* 11 *&* 12. *part.* 7. *recen.* Minusque redargui valet de collusione aut insubsistentia, harum enim utraque excluditur à veritate facti in partitis librorum expressi, ac successive etiam comprobati à publico instrumento quietantię, quam communis ærarii Procuratores exararunt favore prędicti Bajulivi de Caspe, & quod magis est, admissi quoque ab ipso 11. Fr. Jacobo, qui ut habetur *in Summario dato pro ejus parte num.* 18. comparendo in Concilio Ordinario admisit factum solutionis, & solum opposuit factam fuisse ab Extraneo, & non ab ipso Fr. Vincentio ibi - *Neque illi suffragari potest solutio facta die smutitionis*, *quia facta fuit non à debitore*, *sed à Tertio* -. & cessat prorsus in Jure ad cujus tramites, sicuti certum est pecuniarum descriptionem factam de ordine habentis il-12. larum dominium in faciem alterius vim veræ solutionis obtinere, juxta theoricam *Bartoli in l. finali num.* 3. *Cod. de novat. Scaccia de Cambiis* §. 2. *glos.* 5. *n.* 55. *cum aliis*, quos refert, & sequitur *Rota decis.* 832. *num.* 4. *cor Dunoz. Jun.*, ita pariter exploratum habemus, nedum quem-13. libet extraneum pro debitore solvere posse, & debitorem ipsum etiam ignorantem, & invitum liberare *l. solvendo ff. de negotiis gestis l. solutionem*, *& l. solvere ff. de solut. Giurba decis.* 91. *à num.* 1. *Rota cor. Gregor. decis.* 111. *num.* 4., *& dec.* 104. *num.* 11. *part.* 9. Verum quoque ex eadem solutione quando, ut

in

14. in præsenti, agitur de considerabili summa, mandatum in solvente præsumi: *Spada cons. 104. num. 2. lib. 2. Rota cor. Priolo dec. 30. à num. 15. cor. San. Mem. Alex. VIII. decis. 158. num. 7. decis. 118. num. 15. cum seq. part. 12., & decis. 391. num. 19. par. 17.*

Nullius denique visa fuit relevantiæ exceptio fundata in defectu alterius mandati Procuræ requisiti, ut dicebatur, in smutitione pro absente facienda à Statutis; ultro quod enim ista lo-
15. quuntur de actibus judicialibus, ac proinde neutiquam trahi possunt ad petitionem Commendarum, quæ cum regulentur ad instar Beneficiorum, ut dictum fuit in *Melevitana Commenda 17. Martii 1702. § Qua si procedant*
16. *cor. R. P. D. meo Lancetta*, valida remanet provisio, quamvis facta absenti, & ignoranti: *cap. si tibi absenti de prabendis in 6. Rebuff. in prax. Benef. tit. de Procurator. ad resignand. num. 14. Gonzal. ad regul. 8 Cancell. §. 5. prœm. num.* 108. Tollitur
17. objectum ex verbis ipsius Statuti, quibus sufficientia mandati remittitur arbitrio Superioris, quapropter opponi nequit in præsenti, ubi à Concilio tam Ordinario, quam Completo per adjudicationem Commendæ favore Equitis Vincentii legitimum ejus mandatum pernecesse suppositum fuit ab ipsis Conciliis, quibus in res-
18. picientibus Statutorum intelligentiam, & stylum tamquam plene informatis, nostrum Tribunal plurimum deferre consuevit, *ut in Melevitana Consilieratus 27. Junii 1698. §. finali coram Reverendiss. Domino meo Molines Decano, & in alia Melevitana Iuris optandi 2. Iunii 1704. coram Reverendiss. Omanna Episcopo.*

Et ita utraque &c.

Emo D. Card.

S C O T T O

Melevitana, seu Portugallien.

Commendæ

Veneris 4. Aprilis 1710.

A R G U M E N T U M

Ut Eques Hierosolymitanus possit ascendere ad smutitionem alterius Commendæ, non solum necesse est, quod non sit Debitor communis Ærarii, & quod confecerit Cabræum, doceatque meliorem reddidisse Statum primæ Commendæ, sed debet quoque ostendere, quod in eadem Commenda per integrum Quinquennium resederit, juxta Sanctionem *Statuti Religionis Hierosolymitanæ tit. 14. de Commendis n. 14.*, & 16. super qua Residentiæ late agit hæc Decisio.

S U M M A R I U M.

1. *Provisionem Commendæ ex titulo primi Meliorameuti non obtinet ille, qui non adimplevit leges Statutorum Sacræ Religionis, hoc est meliorationis status primæ Commendæ, & residentia quinquennalis in eadem priori Commenda.*
Sublato, de medio veluti incapace primo Antiano, Commenda vacans adjudicatur Antiano Capaci immediate sequenti, & n. 3., & 4.
2. *Ærarii Debitor non potest consequi aliam Commendam.*
Ascendere ad aliam Commendam cupiens debet ostendere confecisse Cabræriam.
3. *Debet meliorasse Statum prioris Commendæ* ex Statut. tit. 14. de Commendis n. 14.
Et fecisse Residentiam quinquennalem in Commenda, juxta Statut. tit. 14. de Commendis n. 16.

4. *Non*

4. *Non potest meliorare Commendam, qui non probat juxta Statuta Religionis complevisse integre Quinquennii residentiam in Commenda, illiusque Statum meliorem reddidisse.*
5. *Dicta requisita, non sufficit concurrere in rei veritate, sed debent authentice justificari de tempore smutitionis in Conventu Melita, alias pro illa vice efficitur incapax, & probationes facta postmodum suffragantur solum pro futuris vacationibus*, & n. 6. 22, & 23.
7. *Ex defectu probationis quinquennalis Residentia efficitur Eques incapax ad consequendam Commendam, jure optionis, seu pro primo melioramento.*
8. *Residentia Quinquennalis probatio excluditur per Testes deponentes, talem resedisse per aliquod tempus absque specificatione, quia potest verificari etiam per paucos dies.*
9. *Fortius excluditur probatio quinquennalis residentia, quando Testes deponunt de sola residentia unius mensis.*
Testis inductus, licet unicus, contra inducentem plene probat.
10. *Residentia Quinquennalis defectus probatur ex dicto Visitatoris, qui injunxit onus reportandi Dispensationem Apostolicam super defectu Residentia*, & n. 17., & 18.
11. *Visitatoris Relatio judicialis acceptata plene probat, & vim habet rei judicata.*
Periti Relatio judicialis acceptata plene probat, & rei judicata vim habet.
12. *Residentiam non fuisse perfectam probat confessio emissa in judicio.*
Ennunciativa Partium relatę in Sententiis Judicis, uti desumpta ex petitionibus earundem Partium, probant veram partium confessionem.
13. *Nulla major dari potest probatio, quam proprii oris confessio.*
14. *Melioramenta, & Residentia sunt duo necessaria ad acquirendum Commendas, & sunt inter se distincta.*
15. *Potest unum concurrere, & non aliud*, & n. 16.
18. *Sententia semper recipiunt interpretationem ab Actis.*
19. *Integrum Residentia Quinquennium non suppletur per aquipollens, ob servitia prastita, quando servitia restricta sunt ad breve tempus.*
Determinati temporis per legem conditio, non dicitur purificata, nisi illo tempore in totum completo.
20. *Deficientia etiam unius Mensis ad complendum quinquennium Residentia, sufficit ad reddendum incapacem ad Commendam Equitem Hierosolymitanum juxta praxim dicta Religionis.*
21. *Sententia loco Jurium exhibita, & qua sit antiqua, probat etiam sine Actis.*
22. *Residentia probatio debet adesse de tempore smutitionis.*
Residentia probatio superventa post smutitionem inservit solum pro futuris vacationibus, non pro praterita, & n. 26., & 27.
23. *Dicta regula procedit non solum in materia probationis melioramentorum, sed etiam Residentia*, & n. 24. & 25.
25. *Smutitionis tempore, debet probari requisitum, quod non sit Debitor communis Ærarii.*
26. *Demandatur aliquando etiam post exactior discussio probationum jam factarum.*
28. *Residentiam non probant Testes inter se contrarii.*
29. *Inter Equites Hierosolymitanos, lites nonnisi in Tribunalibus Religionis discuti debent vigore Statuti, & conveniens Equitem cor. Judice Laico punitur*

punitur pœna privationis Antianitatis, & cujusque administrationis per triennium.

Et ex hoc inducitur incapacitas.

30. *Impetratio Brevis Apostolici super Dispensatione Residentiæ probat non recedisse.*

Amplia, licet impetraverit Breve cum præservatione Jurium, quia magis urget factum, quam jurium præservatio.

Titulum tutum, & certum habens, non solet de illo dubitare, nec per Privilegium impetrare quod sibi de jure competit.

31. *Breve Dispensationis in forma Commissaria, si non est executum, non probat,* & n. 32., & 33.

Dispensatio cum clausula servatis aliis de jure servandis, *hæc quoad cætera non expressa semper restringit dispensationem ad limites juris.*

32. *Dispensatio veluti res odiosa, rejicit quamlibet extensionem.*

Dispensatio, ne dicatur superflua, sufficit, quod operetur quid minimum.

33. *Commissariorum Relationibus uti de rebus ad eorum Religionem spectantibus informatorum, S. Rota deferre consuevit.*

Emo D. Card.

S C O T T O

Melevitana, seu Portugallien.

Commendæ

Veneris 4. Aprilis 1710.

VAcante de anno 1706. in Prioratu Portugalliæ Commenda de Torres novas, & Torres Vedras Sac. Religionis Hierosolymitanæ, gemini vicissim Oppositores pro obtinen. ejusdem Commendæ smutitione compparuere, videlicet Commendatarius Frater Lopus actualis possessor alterius Commendæ de Frigim petens d. Commendam vacantem jure optionis, seu pro suo primo melioramento, & Eques Frater Emanuel de Almeida instans admitti pro suo primo cabimento in casum incapacitatis d. Lopi, & postea quam in d. Prioratu Portugalliæ, præservando de more jura utriusque competitoris, smutita, seu concessa fuerat eadem Commenda ad favorem Equitis Arijni capacis in genere, delata successive controversia super illius adjudicatione primo ad concilium ordinarium Magni Magistri, & deinde ad concilium, quod appellant completum, utrobique prævio maturo examine jurium utriusque partis, & juxta votum, & elaboratam Commissariorum relationem, obtinuit Eques Emanuel: Cum autem ad iteratam provocationem dicti D. Commendatarii succumbentis, ulterioris appellationis causa huic Sac. Auditorio delegata fuerit, Judicium dicti Eminentissimi Magni Magistri, & Sac. Religionis ulteriorem etiam hodie confirmationem promeruit, respondentibus Dominis ad normam dubii per Me propositi, *Commendam esse adjudicandam Fr. Emanueli.*

Basis resolutionis stetit in eo, quod licet Commendatarius Lopus præcelleret in antianitate, nihilominus cum eidem jam semel proviso titulo primi Cabimenti de Commenda de Frigim obstaret incapacitas consequendi titulo primi sui melioramenti controversam Commendam ob non adimpletas leges stabilimentorum Religionis, consequens erat,

 quod

quod eo de medio sublato, dicta Commenda adjudicanda esset Fr. E-
1. manueli illius immediato Antiano, ceteroquin capaci, & de sua Religione ob plura servitia præstita benemerito, ut passim in terminis Commendarum dictum fuit, signanter *dec.* 643. *num.* 4. *coram Merlin.*, *& dec.* 26. *n.* 2., *decis.* 116. *num.* 3., *decis.* 293. *num.* 1. *& decis.* 303. *n.* 4. *par.* 7., *& decis.* 7. *num.* 3. *par.* 17. *rec.*

Incapacitas autem dicti Commendatarii patenter emergere visa fuit ex Statutis ejusdem Sac. Religionis, ubi Militi jam semel proviso de aliqua Præceptoria, ad hoc ut possit ascendere
2. ad smutitionem alterius, ultra generale requisitum nihil deberi communi Ærario, & confectionem novi Cabræi, duplex præ cæteris præscribitur distincta obligatio, docendi scilicet, quod meliorem reddiderit statum prioris Commendæ, quodque in ea per integrum quinquennium resederit, prout distincte de duobus po-
3. stremis requisitis cavetur in Statutis 14., & 16. de Commendis, & eorum altero deficiente, statim Miles, quamvis antianus, efficitur incapax optandi pro melioramento alteram Commendam, & fit locus antiano
4. immediato, & capaci, prout unum requisitum ab altero distinguendo tradit *Card. de Luc. de benefic. disc.* 68. *num.* 8. *Rot. coram Cels. dec.* 123. *num.* 2. *&* 6. *dec.* 303. *num.* 5. *par.* 7. *dec.* 7. *n.* 20. *par.* 17. *rec.*, *& in Melevitana Commenda* 17. *Martii* 1701. §. *Potissime coram R. P. D. meo Lancetta.*

Quæ porro requisita pro adstruenda capacitate Militis se meliorare prætendentis non proficiunt, si concurrant in sola rei veritate, sed ulterius necessarium est, quod ista palam justificetur authenticis documentis in Supremo Melitæ Conventu de tempore smutitionis, adeout Frater petens Commendam, sed carens legitimis justificationibus ad probanda dicta
5. requisita, pro illa vice efficitur incapax, licet deinde, pendente lite, supervenerint probationes, quia istæ suffragantur tantum pro vacationibus futuris, non vero pro illa, de cujus smutitionis tempore de præfatis requisitis non constabat, ut solemniter
6. definitum fuit geminis sententiis Concilii Ordinarii, & completi promulgatis de anno 1667., & magistraliter confirmatis per *Sacram Rotam decis.* 7., *&* 173. *per tot. par.* 17. *recent.*

Quibus positis, quamvis de tempore smutitionis controversæ Commendæ Commendatarius Lopus docuerit de requisito Cabræi, & melioramentorum, incapax tamen effectus est, ex quo nullibi docuit de altero non minus necessario requisito residentiæ quinquennalis, quia tunc nil aliud exposuit, quam processum melioramentorum factorum in Commenda
7. de Frigim, ex quo tantum abest, quod erui possit probatio residentiæ per quinquennium, quin potius totum oppositum resultabat, dum Testes super dicta residentia ibi examinati, omnes indeterminate deposuerant, Lopum resedisse per aliquod tempus, sed non specificant, imo dicunt nescire pro quanto tempore, quæ quidem generica affirmativa *per*
8. *qualche tempo* non concludit residentiam quinquenii, cum possit verificari etiam per paucos dies: *Natta Cons* 69. *num.* 1, *&* 2., *Alex. cons.* 198. *num.* 9. 11., *&* 12. *liber* 2. *Rot. Dec.* 344. *coram Ludovis.*, *& decis.* 101. *n.* 20. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.* fortius, quia de facto quintus ex eisdem Testibus deponit de sola residentia unius mensis, qui tanquam inductus

ab ipso

ab ipso Commendatario, licet unicus, plene tamen probat contra inducentem ex *Glos. in l. si Testis vers. excipere de Testib. Rota dec. 127. n. 1. cor. Ottbobon., & in Toletana Jurisdictionis super Decimis 21. Aprilis 1690. §. bis accedunt coram Reverendissimo D. meo Decano, & in Eugubina Fidei commissi 23. Aprilis 1706. §. Praeterea cor ....*

Et evidentius de defectu residentiae quinquennalis liquebat ex eodem Processu melioramentorum habente insertam relationem Commendatarii Visitatoris ab Eminentissimo Magno Magistro deputati, qui licet approbaverit melioramenta facta a Commendatario Lopo, recognovit tamen, & declaravit, ipsum non explevisse alterum requisitum residentiae, injuncto eidem 10. onere reportandi dispensationem Apostolicam super dicto defectu prae se ferente incapacitatem ascendendi ad Commendas vacaturas, ut ex eadem relatione data in *Summ. Emanuelis Num.* 10. quae cum sit judicialis, & amplius non impugnata, sed acceptata, plene probat, & obtinet 11. vim rei judicatae, ut de materia fraternizante relationis peritorum, *Rot. dec. 512. n. 2. par. 14 dec. 168. n. 5. par. 15., & in Pisauren. Haereditatis prima Junii 1695. §. Persti coram R. P. D. meo Priolo.*

Addita etiam ad exuberantiam solemni confessione ipsius Commendatarii, qui in prima hujus causae introductione in Concilio ordinario per medium Procuratoris ingenue fassus fuit, non resedisse in Commenda, quam per 30. dies, ut enunciat sententia Concilii Ordinarii *Summ. Emanuelis n.* 3. ex quibus enunciativis Partium relatis in dd. sententiis, veluti desum-12. ptis ex eorum petitionibus, resultare veram partium confessionem firmavit novissime *Rota in altera Melevitana Commendae* 10. *Februarii proxime praeteriti §. Quandoquidem coram R. P. D meo Priolo*, qua nulla major dari potest probatio *vulga-* 13. *ta l. cum precum ff de liber caus. dec. 186. n. 12. par. 10., & in Montis Regalis Prioratus 6. Martii 1701. §. Quid ultra cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Neque ex canonizatione melioramentorum facta in d. Processu ullatenus censeri poterat etiam canonizata residentia, quia licet melioramenta materialia in genere capacitatis una simul cum residentia, & caeteris requisitis concurrere debeant, in genere tamen probationis sunt quid distinctum, & disparatum a residentia, dum unum potest stare, & expleri 14. sine altero, ex illis tanquam inter se omnino distinctis stabilimenta Religionis disponunt per capita separata, ut pandunt dicta Statuta 14, & cum eadem distinctione semper processum fuit in sententia hujus Ordinis canonizata pluries incapacitate Militum ex solo defectu residentiae, 15. & non semel ex sola deficientia melioramentorum, ut *Summar. Emanuelis Num.* 11. prout semper de hujusmodi geminis requisitis separatam etiam habuit considerationem Sac. Rota in contingentiis causarum, 16 citra quod ex canonizatione, & existentia unius unquam facta fuerit illatio ad existentiam, vel approbationem alterius, ut videre est *in dec. 643. cor. Merlin. confir. dec. 26. & decis. 303. par. 7. & in dd. decis. 7., & decis 173. par. 17. rec.*

Et sane, quod Equites Prioratus Portugalliae nullibi voluerint, aut potuerint cum dicta canonizatione melioramentorum liquidare etiam tempus residentiae, evidentius convincebatur ex eo, quod in dicto Pro-

Processu melioramentorum nedum de illa non constabat, sed positive liquebat de opposito, dum inter cæ-
17. tera Commissarius deputatus in d. sua relatione apertam emiserat declarationem super incapacitate Commendatarii ob defectum quinquennalis residentiæ supplendum per Apostolicam dispensationem, cui quidem declarationi semper Lopus acquievit; Unde ad evitandam manifestam injustitiam sub secutæ sententiæ concludendum est, quod per eam simpliciter approbata
18. fuerint melioramenta, non autem residentia non probata, & exclusa a relatione Commissarii, cum regulare sit, quod sententiæ semper recipiant interpretationem ab Actis: *Surd. cons. 312. num. 14., Rot. dec. 122. n. 4., dec 194. num. 5., dec. 847. n. 1. coram Emerix, & dec. 64. n. 14. par. 9., & dec. 399. num. 10. par. 12. recent.*

Exclusa autem probatione effectivæ, & personalis residentiæ de tempore smutitionis, multo minus dici poterat tunc constitisse de residentia per æquipollens, ad quam recurrebant scribentes pro Commendatario ob plures Commissiones Ordinis a Lopo interim executas, & ob assistentiam præstitam cuidam liti contra Vicarium Commendæ; Lis enim cum Vicario tunc non aliàs desumebatur, quam ex enunciativa contenta in d. Processu melioramentorum, & incertum erat de illius initio, & fine, ut bene expendunt Commissarii in eorum relatione data *Summario Emanuelis Num. 4. §. Molto meno:* Tempus vero consumptum in Commissionibus ex eadem relatione Commissariorum, & ipsa computatione temporis non excedebat septem menses circiter: Quamobrem nunquam supplere poterat integrum quinquennium,
19. dum ubi Leges præscribunt conditionem alicujus determinati temporis, non inducitur purificatio, nisi illo in totum completo: *Gl. in cap. quam §. Cupientes de electione Marant. contr. jur. respons. 46. num. 16., & seqq. par. 4. decis. 130. num. 9. coram Cels., & decis. 300. num. 31. par. 10. rec.*, & consonat Praxis Religionis declarantis incapacem fratrem ex sola deficientia unius mensis ad complendum quinquennium, ut ex
20. sententia anni 1632. data *Summario Emanuelis Num. 4.*, quæ cum hodie exhibeatur loco juris & sit an-
21. tiqua probat etiam sine actis: *Rot. decis. 353. num. 69. par. 5., & in Novarien. Portionum 4. Julii 1696. §. Fradicta coram Reverendissimo D. modo Decano, & in Caurien. Jurisd. dict. 20. Junii 1698. §. Quod autem confirmat 22. Martii 1697. § Etenim coram bo. mo. Pio*,

His igitur se habentibus in exclusionem probationis cujuscumque residentiæ tempore smutitionis, frustra ad illam justificandam allegabantur Probationes superventæ, cum hæ juxta præmissum
22. celebre judicium totius Ordinis de anno 1667., & juxta firmata *in dd. Decisionibus n. 7. & 73. par. 17. rec.* inserviant tantum pro vacationibus futuris, quæ quidem decisiones licet loquantur in terminis Melioramentorum, æque tamen conveniunt requisito residentiæ: tum quia ad firmandam ne-
23. cessitatem hujusmodi probationis in ipso tempore Smutitionis, S. Rota potissimum fundamentum constituit in Statuto 43. loquente non de particulari incapacitate ex causa melioramentorum, sed de quacumque incapacitate in genere: tum & fortius, quia ratio motiva decidendi non stetit in aliqua peculiari circumstantia, quæ requisito melioramentorum tantum, modo

modo convenire potuerit, sed in generali ratione desumpta ex praxi, &
24. Statutis Religionis, & æque uni, ac alteri ex dd. requisitis adaptabili, occurrendi scilicet diuturnis vacationibus Commendarum, & ne per inextricabiles lites, & diffidia supplantati remaneant illi, quibus tanquam illico docentibus de sua Capacitate, ita, tum dicitur Ius quæsitum, ut videre est in *dicta decis.* 7. *num.* 14., & 18., & 19., & *in altera* 173. *n.* 2. *par.* 17. & in terminis alterius distin. cti requisiti nihil debendi communi
25. Ærario, quod debebat probari de tempore smutitionis, firmavit *Rota in d. Melevitana Comendæ* 10. *Februarii proxime præteriti coram R. P. D. meo Priolo*.

Neque ab hac clara dispositione juris difformis dici poterat observantia ex quibusdam sententiis ex adverso cumulatis ad probandum, quod quando
26. que admisse fuerint probationes post smutitionem; cum illæ vel loquerentur in terminis deputationis Commissariorum, cui jam abunde satisfactum fuerat in hac causa, vel procedebant in terminis demandandi exactiorem discussionem probationum jam factarum: & propterea tanquam emanatæ in distinctis, & peculiaribus circumstantiis, remanebant inapplicabiles, nec contraponendæ præmissis rationibus, & judicatis totius Ordinis, illo nempe emanato de dicto anno 1667., & altero magis præciso, & non minus
27. solemni prodito de anno 1652. in causa Equitis Lanfreducci, cui ad instantiam Equitum minus antianorum denegata prius commissione liquidationis suæ residentiæ, licet deinde de anno 1654. concessa fuerit eadem Commissio, id tamen non alias factum fuit, quam cum aperta declaratione, quod capax censeretur tantummodo à die Sententiæ, & pro vacationibus futuris, ut ex sententiis Concilii Ordinarii, & Completi, datis in calce Depositionis Juris Emanuelis.

Quæ licet de per se sufficientia, fortius procedebant, quia examinatis etiam per DD. ad meram exuberantiam probationibus superventis post smutitionem, nulla ex eis concludebat residentiam, vel præcisam, vel æquipollentem; Testes enim noviter deducti ad effectum probandi residentiam primæ speciei, non poterant contraponi d. confessioni ipsius Commendatarii, quæ nulla probatione convellitur, & ulterius erant valde suspecti, vel quia examinati ad perpetuam lite pendente, & contrarii dd: octo Testibus ab ipso Lopo inductis, qui tempore non sus-
28. pecto contrarium deposuerant in Processu melioramentorum, vel fortius quia unus ex dd: Testibus est sibi aperte contrarius, dum in d. Processu melioramentorum deposuerat de residentia Lopi per Mensem tantum, & in novissimo examine ausus est deponere de eadem residentia per tres annos, quæ contradictio ipsi, & cœteris fidem adimit: *Rot. decis.* 107. *num.* 2., *decis.* 132. *num.* 6. *coram Emer.*, & *in Carpentoracten. Matrimonii* 28. *Aprilis* 1701. §. *Non relevante coram R. P. D. meo Priolo*: Cœteræ autem probationes ad justificandum adimplementum residentiæ per æquipollens, quatenus ostendebant primam introductionem litis
29. contra Vicarium facta à Commendatario coram Judice laico, reassumpta deinde coram alio incompetenti, quod expresse interdicitur à Statuto 41. de Concilio sub pœna privationis antianitatis, & cujuscumque administrationis, potius novam superaddebant incapacitatem.

Animadvertentibus demum DD. pro

Coro.

Coronide præmissorum, & ad sem. per magis excludendum ad implementum cujuscumque residentię, quod Lopus usque de anno 1696. paucis mensibus elapsis à die assecutionis Commendæ de Frigim statim propalavit animum suum non residendi, reportando à san. mem. Innocentio XII. Breve dispensativum ejusdem residentiæ, & novissime postquam rejectus fuit duobus sententiis Concilii

30. ordinarii, & completi, agnoscens propriam incapacitatem ex eodem defectu, novum, & simile Breve dispensativum emendicavit à Sanctissimo D. N., in quo licet apposuerit præservationem Jurium, magis tamen urget factum, quam præservatio, cum habens titulum tutum, & certum non solæat de illo dubitare, nec cum dispendio, quod sibi de jure competebat per privilegium impetrare: *cap. 19. de præscript., Fagn. in cap. eodem num. 8. de verbor. signific. & in cap. Pastorali num. 10. de appell., & apposite Rota in nullius, seu fulden. Jurisdictionis 16. Februarii 1703. §. Sed ultra coram Reverendissimo D. meo Decano.*

Absque eo quod subsistere visum fuerit objectum, ad quod tanquam ad Aram confugiebant scribentes pro Commendatario, videlicet, quod per d. Breve san. me. Innocentii XII. saltem Commendatarius Lopus dici potuerit usque ab initio dispensatus à residentia, adeout illius omissio non produxerit incapacitatem, quoniam tenor ejusdem Brevis responsionem subministrabat; In illo enim summus Pontifex non concesserat dispensationem absolutam, & de per se, sed tantummodo commiserat magno Magistro facultatem dispensandi superioribus distinctis gratiis à Lopo expostulatis, primo petendi Commendas de melioramento per Procuratorem, & quamvis absens à Conventu; secundo obtinendi easdem Commendas, non obstante defectu quinquennalis residentię; & tertio, optandi Dignitates magnæ Crucis, quamvis non complevisset decennalem residentiam à Statutis requisitam; ex hujusmodi autem tribus gratiis, licet magnus

31. Magister Commissarius Executor dispensaverit quoad primam, & tertiam, nihilominus quoad secundam respicientem quinquennalem residentiam, nullam concessit dispensationem, sed potius rejecit, dum in actu tribuendi facultatem petendi Commendas de melioramento etiam in absentia, superaddit clausulam servatis aliis de jure servandis, quæ quoad cœtera non expressa semper restringit dispensationem ad limites Juris, ut ex *cap. cum dilect. de rescript. firmat Rot. decis. 145. num. 14. cor. Cerro*.

Quamobrem super dicto Brevi, tanquam in hac parte non executo, nulla vis fieri poterat, & abunde proficua fuit dispensatio ipsi Commendatario in aliis duabus gratiis à magno Magistro executioni demandatis, cum

32. de cœtero in hac materia odiosę dispensationis reiiciatur qualibet extensio, & ne dicatur superflua satis sit, quod operetur etiam quid minimum: *cap. 1. §. Ille de fil. Presb. Rot. decis. 270. num. 9. decis. 671. num. 4. coram Emer. lun., & decis. 363. num. 25. par. 10. recent.*

Quodque Breve in hac parte nunquam fuerit executum, nec potuerit esse proficuum ad eximendum Commendatarium à residentia, apertius etiam ostendebat factum ipsius, qui licet in diuturna prosecutione hujus causę primo in Concilio Ordinario, & deinde in Concilio completo pluries habuerit

habuerit opportunam occasionem illud allegandi, nunquam tamen id fecit, quamvis Commissarius Visitator in Processu melioramentorum de anno 1702. adamussim illi injunxerit onus reportandi Breve Apostolicum dispensativum residentiæ, sed potius aliam dispensationem à Sanctissimo D. N. emendicavit, agnoscens insubsistentiam primæ, & ulterius quod Breve nunquam fuerit executum super residentia quinquennali mature etiam re examinata, retulerunt Commissarii in 33. dictorum relatione §. *Dal prodotto*, quibus tanquam in his materiis versatis, & de rebus Religionis optime informatis, plurimum semper Tribunal nostrum deferre consuevit, juxta firmata *in dicta decis. 7. num. 16. par. 17.*, *& prius coram Duran. dec. 462. num 2.* & novissime relatis Concordantibus *in dicta Melevitana Commenda 10. Februarii proxime præteriti §. fin. coram R. P. D. meo Priolo*.

Et ita prætermissis cœteris frivolis excusationibus, quibus vel resistebat factum ipsum, vel abunde satis faciebat dicta Commissariorum Relatio, hodie responsum fuit, utraque Parte in acti Contradictorio audita.

Non solum autem in materia Commendarum, sed etiam in materia Pensionum in Sacro Ordine prohibent Equites eosdem supradictos Terminos *Capacitatis*, *& Incapacitatis*, ut videre est in nostro Discursu de Pensionibus, & videri possunt duæ, quas damus hic Decisionis *cor. Eminentiss. Domino Card. Crescentio*, *& Emo D. Card. Tanara*.

Caravana seu *Carovana* à Lingua Siriaca & Arabica nomen accepit, & significat opus aliquod, quod plures ad insimul conficiendum assumunt, ut supra dicitur *in d. tit. 19. della significatione delle parole sub n. 30.*, & Nos agemus in Discursu *de Caravanis tom. 3.*

Carena, seu *Quarantena* appellatur Pœnitentia illa, quæ imponitur Equitibus Hierosolymitanis delinquentibus, pro qua dicti Equites Toga induti, quæ Vestis vocatur *Manto di Punta*, ac genuflexi, Conventualis Ecclesiæ Missis cantatis, Horisque Canonicis durantibus, ad Scamnum incumbentes mulctantur: *d. Macer in verbo Carena*.

Dicitur autem Quarantena à quadraginta, scilicet spatio Quadraginta dierum, dicitur etiam Carena, corrupto Vocabulo ex quadraginta, sic etiam Carina, Carantena: *d. Macer d. verbo Carena*.

Clocca, sive *Crocea*, est vestis nigri coloris crispata circa collum longa usque ad terram, & ex parte anteriori aperta: *d. Macer* in verbo *Clocca*, & in verbo *Crocea*, *seu Croccia*, ubi apponit Crocciæ formam, quam ferebant antiqui Rhodiorum Equitum magni Magistri desumptam à monumento F. Ricardi Caraccioli magni Magistri in Ecclesia S. Joannis Prioratus Romę posito.

Collecta. vid. supra *d. Statutum della Significatione delle Parole tit. 19. num. 26.*

Commenda: *d. Statutum n. 15.*, & latius in nostro Discursu de *Commendis tom. 3.*

Convento juxta Statutum *tit 19 della significatione delle parole s' intende essere quello dove sono il Maestro . o suo Luogotenente. la Chiesa, l' Infermeria, e gli Alberghi, o sino le otto lingue*: sic dicitur in *Compendio Statutorum Ordinis, in verbo Conventus compilato à Priore Caravita*.

In Brevi Clementis VII. in *Bullario il*

10.

10. *pag.* 145. sub datum ab Urbeve-tana die 15. Januarii 1518 Pontificatus sui *Anno* 5. hæc verba leguntur, *& ad Conventum ipsius Hospitalis, qui esse dicitur ubi sunt octo Linguæ & Bullæ Religionis plumbantur.*

Et in Bulla Pii IV. incipien. *Circumspecta* Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno 1560. Kalendis Junii Pontificatus sui anno 10., pag. 30. hæc verba leguntur - *Ac ad Hospitale prędictum, ad præsens in Melevitana sit., & non in Roas Insulæ consistens.*

Concilium: multiplex consideratur Concilium in hoc Ordine, aliud Ordinarium, Extraordinarium aliud, ut exponitur in antecedenti *Tit. Statutorum* 19. *della Significatione delle Parole.*

Adest etiam Concilium *delle Retentioni*, quando scilicet congregato Generali Capitulo, & elapsis diebus statutis pro illius duratione, res quę indecisæ remanserunt, remittuntur decidendæ magno Magistro, & Concilio completo, quod dicitur Retentionum, *ut in Statuto tit.* 6. *n.* 14., *& in Ordinat. Capitularibus* anni 1631. *tit.* 6. *Del Capitolo n.* 9. *Prior Caravita in Compendio Statutorum Ordinis in Verbo Conciglio compito di Retentione*, & similiter determinat eidem commissas à Capitulo Generali, aut à sexdecim Capitulantibus.

Quod Capitulum *Retentionum* non potest iterum ad Concilium Ordinarium remittere, & delegare, exceptis his causis, quæ ad dictum speciali jure pertinent: *d. Capitularis Ordinatio d. n.* 9. de quo Concilio Retentionis loquitur Decisio sequens, *sub num.* 46.

R. P. D.

P E R A L T A

Melevitana Commendarum.

Lunæ 12. Martii 1736.

ARGUMENTUM

Hæc Decisio cum sit confirmatoria præcedentis, iterum agit de concordia facta in magno Prioratu Alemanniæ.

SUMMARIUM.

1. *Concordia anno 1505. inita fuit inter magnum Priorem Alemanniæ Fratrem Joannem Heywenser, & Linguam, ut magni Priores quolibet Quinquennio unam solum Commendam de Statu Equitum, omnes vero de statu Capellanorum, & Servientium conferrent.*
2. *Anno 1554. in Generalibus Comitiis sub magno Magistro sancitum fuit, ut magni Priores, singulo quinquennio ex tribus vacaturis, uno eodemque anno Commendis intra limites sui Prioratus, postremam conferre possent, sicut etiam quamlibet aliam, ex eadem collatione per cessum tunc vacantem.*
3. *Priores, à primæva institutione Sacræ Religionis Hierosolymitanæ, conferre poterant omnes Commendas in eorum Prioratibus vacantes.*
4. *Unam tantum Commendam vigore d. Concordiæ anno 1505. conferre possunt singulo quinquennio, si uno eodemque anno extra Conventum contigisset vacare.*
5. *Anno 1481. Magnus Prior Wardembergh Concordiam inivit, in qua renunciavit preaminentiæ Priorali ac Juri conferendi per biennium tantum, & non ultra. Anno 1503. Prior, si-*

ne

ut prajudicio suorum Successorum temporaliter concordavit nonnullas Commendas smutiri debere in Lingua; cæteras reservavit pro sua Priorali preeminentia.

6. *Dicta Concordia fuit approbata à magno Magistro, & Concilio*
Concordia inter Transigentes pro Lege servanda est à Successoribus commodum sentientibus.

7. *In* Statuto 27. de Commendis *statutum fuit, ut quilibet Prior à die promotionis unam Commendam singulo quinquennio conferre valeret.*

8. *In* Statuto 29. *præscribitur modus conferendi, hoc est ex tribus Commendis uno, eodemque anno vacaturis, ab una scilicet Festivitate Sanctorum Philippi, & Jacobi, prima à magno Magistro, alia à Lingua, & tertia à magno Priore.*

9. *In* Statuto 31. *cavetur, ut Priore conferente ex gratia Priorali, idem Prior posset admittere alterius Resignationem, illamque Commendam pariter conferre,* & n. 10.

11. *Anno* 1356 *fuit ademptum Jus conferendi à Prioribus, & Capitulis, & unice addictum magno Magistro, & supremo Conventui, ut qualibet Commenda conferatur ex Justitia Equiti Antiano, & de Religione optime merito.*

12. *Prior Alemaniæ partim ex jure delegato, tanquam Locumtenens magni Magistri, & de contentu Fratrum conferens partim ex stylo, & consuetudine in scriptis redacta, & ex gratia disponere potest de una Commenda quolibet quinquennio vacante certo modo, vel favore Equitis, vel pro sua quinta Camera Priorali.*

13. *Jus ordinaria collationis favet solum Linguæ, extraordinarium magno Priori, qui quoties est provisus de quinta Camera, consumpsit facultatem in primo Quinquennio, neque potest & sibi retinere, & alteri conferre.*

14. *Quod dictum est supra* n. 12. *reservatur discutiendum.*

15. *Concordia antedicta anni* 1505. *de qua supra* n. 1. *servanda est.*
Ita etiam Statutum, & dispositio anni 1554. *de qua supra* n. 2.

16. *Declaratur conclusio superius adducta* n. 11., *ut scilicet intelligatur de collatione ordinaria compatibiliter cum praeminentia Priorali, alias destruerentur tot Statuta tribuentia Jus Prioribus conferendi Commendam quolibet quinquennio,* & n. 17.

18. *In Collationibus Priorum licet ex antiquo stylo Religionis requiratur Concilium, & Assensus Fratrum Prioratus, sicut in Collationibus magni Magistri Concilium, & assensus Linguæ, attamen id paulatim in meram insinuationem, seu notificationem collationis deflecti capit.*

19. *Imo tandem hac formalitas ab Aula recessit, unde illius defectus amplius non potest obiici adversus collationes magni Magistri, & Priorum.*

20. *Retentio pro quinta Camera, quando obstet collationi Prioris.*

21. *Secus quando procedat.*

22. *Commenda vacantis in Turno Priorali retentio, ex quo jure procedat.*

23. *Et ex quo retentio pro quinta Camera,* & n. 24.

25. *Sententia in causa Status edita cum legitimo contradictore, & transacta in judicatum, constituit jus indubitatum, & pro veritate habetur quoad omnes.*

26. *Concordia quando dicatur personalis,* & n. 27. 28. 29. 30. 31., & 32.

33. *Commendam vacantem, quoties non adest Eques capax ad illam assequendam, Statutum* 14. Del Comun Tesoro

 mandat

mandat, quod fructus Commendę percipiantur à communi Ærario.

34. *Concordia, qua se invicem elidunt, corruunt*, & n. 35., & 36.

37. *Bulla magni Magistri expeditio semper est necessaria, sive collatio processerit per smutitionem in Lingua, sive ex gratia in vim Prioralis præeminentiæ.*

38. *Priores Alemaniæ semper retinuerunt pro quinta Camera Præceptorias de* Heitersheim, & Friburg.

39. *Sententiæ sunt strictè intelligendæ, nec ad res penitus diversas porrigendę. Sententia, quando supra triginta annos, non fuerunt executioni demandatæ, carere debent effectu.*

40. *Folium non habens legalitatem non probat.*

41. *Etiamsi sit in Archivio*, & n. 42.

43. *Sententia declarans Concordiam antecedentem nullam, & insubsistentem, rem in aperto ponit, maxime si sit transacta in judicatum*, & n. 44. 45., & 47.

46. *In Generali Capitulo sexdecim eliguntur Equites ex diversis Linguis, qui certis præstantioribus qualitatibus polleant. Iidem sexdecim Equites constituere debent Capitulum Retentionis.*

R. P. D.

PERALTA

Melevitana Commendarum.

Lunæ 12. Martii 1736.

COllationem Commendę *de Luggeren*, & alteram *de Trevers* ex gratia Priorali substinendam fore bis Melitæ definivit Concilium Ordinarium, & Completum Sacræ Hierosolymitanæ Religionis, ac subinde rescripsit nostrum Tribunal *die 10. Junii superioris anni coram Me* ex duplici inelucta bili fundamento, altero deprompto ex vetustiori, solemnique Concordia anno 1505. stipulata inter 1. M. Alemaniæ Priorem electum F. Joannem Heynser, & Ven. Linguam, qua pactum fuit, ut in posterum M. Priores unam dumtaxat quolibet quinquennio conferrent Commendam de statu Equitum, omnes vero de statu Capellanorum, & Servientium. Et altero elicito ex Religionis Statutis in generalibus Comitiis habitis sub Regimine M. Magistri de la Sengle anno 1554. quibus sancitum extitit, Magnos Priores singulo quinquennio ex tribus vacaturis uno eodemque anno Commendis intra limites sui 2. Prioratus, postremam conferre posse, & quamlibet aliam ex eadem collatione per cessum tunc vacantem. Hæcque omnia per beneficium novæ Audientiæ reiterato subiecta examini, immota adhuc manserunt ex mihi à DD. reddito responso - *Standum esse in Decisis*.

Primum siquidem Decisionis fundamentum merito viribus visum est subsistere. Porro quia quid utilius Ven. Linguę 3. Alemaniæ contingere potuit, quam ut M. ipsius Priores, qui à primęva institutione Sacræ Hierosolymitanæ Religionis amplissima pollebant facultate conferendi Commendas omnes in eorum Priorali Districtu vacantes, exinde contenti fuerint per eandem concordiam anno 1505. unam dum-4. taxat conferre Commendam singulo quinquennio, & ea sub lege, si uno, eodemque anno tres vacare contigissent extra Conventum. Quid etiam optabilius potuit ipsa sibi auspicari, quippe quæ vix anno 1481. à M. Priore Vvardembergh per concordiam obtinuit, ut iste renunciaret præ-

preeminentiæ priorali, ac juri conferendi per biennium tantum, & non
5. ultra, quæque etiam fategit altera temporali concordia anno 1503., ut Ven. Prior sine præjudicio suorum successorum assensum preberet, nonnullas Commendas smutiri debere in Ven. Lingua, cœteris remanentibus pro sua priorali præeminentia. Quidue tandem solemnius pacisci potuit, dum Concordia isthæc debita est suffulta solemnitatibus, in actis Concilii ad futuram rei memoriam sedulo fuit registrata, atque consulto etiam à M. Magistro, ejusque Sac. Concilio approbata, Quæ cum ita sint, in decorum videtur, ut ab eadem Ven. Lingua improbetur transactionis a
6. ctus, qui juxta ipsius vota contigerat, quique in maximum ipsius compendium cesserat; sed æquissimum est, quod pro lege inter transigentes pactum fuerat, à successoribus commodum sentientibus perpetuo servetur, ad firmata *in præterita Decisione à* §. 2. *ad* 5.

Alterum fundamentum eque immotum apparuit ex clara Statutorum S. Re
7. ligionis dispositione. In generalibus enim Comitiis habitis anno 1554., quo totius Religionis clavum moderabatur M. Magister de la Sengle, sancitum est *Statut.* 27. *de Commen.*, ut quilibet Ven. Prior à promotionis die unam valeret conferre Commendam singulo quinquennio, & altero *Statut.* 29. modus conferendi præscribitur, ut ex tribus Commendis
8. uno, eodemque anno vacaturis, ab una scilicet ad alteram Festivitatem SS: Philippi, & Jacobi, prima conferri deberet à M. Magistro, altera à Ven. Lingua, & postrema à M. Priore: *Statuto demum* 23. dispositum legitur, ut Ven. Priores occasione conferendi Commendam ex gratia
9. Priorali, valerent quoque admittere alterius resignationem, illamque pariter conferre. Quonam igitur pacto succenseri poterit Ven. M. Alemaniæ Priori Comiti de Nesselrode, qui pro suo primo quinquennio contulit Commendam de Luggeren in Turno Priorali vacantem Ven. Bajulivo de Geminich, quique insimul admittens
10. resignationem alterius Commendæ Trevirensis, illam pariter contulit Baroni de Velen; quoties hæc omnia peregit in vim solemnis transactionis, & apertissimæ legis à Statutis Ordinis præscriptæ, ut pluribus cumulatis firmat *Decisio* §. 6.

Adversus hæc inutili prorsus conatu reponebat Ven. Lingua, quod vetustioribus abrogatis Statutis sub regimine Magni Magistri de Cornillan anno 1356., omne jus ordinariæ collationis ademptum fuit à Venerandis Prio-
11. ribus, eorumque Capitulis, ac unice addictum extitit M. Magistro, supremoque Conventui, ut quælibet Commenda quolibet vacans modo conferri ex justitia deberet Equiti antiano, & de Religione optime merito, uti exinde præcepit etiam *Stat.* 1. *sub tit.* 14. *de Commen.*, & confirmarunt Apostolice Constitutiones *Innocentii VIII*, *Pii II.*, *&* *Pii IV.* Que vero in posterum potestas adfuit
12. conferendi in M. Alemaniæ Priore, fuit quidem ex jure extraordinario, nempe partim ex jure delegato tamquam Locumtenens M. Magistri, & conferens de consensu Fratrum Prioratus; & partim ex stylo, & consuetudine S. Religionis in scriptum non prius relata, quam anno 1554., ut ex gratia disponere posset quolibet quinquennio de una Commenda certo modo vacante, vel illam alteri Equiti conferens, vel pro sua quinta Camera Priorali retinens. Atque hinc

hinc desumebat jus ordinariæ collationis favere dumtaxat Ven. Linguæ, jus vero extraordinarium ex delegatione M. Magistri, sive ex Religionis
13. stylo, & scripta consuetudine eo minus à M. Priore exerceri posse, ex quo pinguissimas retinet Commendas de Heitersheim, & Friburg pro quinta Camera Priorali, ac propterea in hoc primo quinquennio consumpta fuit potestas conferendi, dum non utrumque, alteri scilicet conferre, & sibi retinere, sed alterum facere oportet, juxta dispositionem alterius *Statut.* 33. *de Commend.*

Quandoquidem exceptionis partibus in frustra dilectis, quæ proponebantur super antiquatis Statutis, ac super conferendi jure ordinario, vel extra ordinario attributo M. Priori ex as
14. serta delegatione M. Magistri, sive ex stylo, & consuetudine S. Religionis, extra quæstionis aleam erant, & alibi definire oportebit, cum id efflagitaverit necessitas; in præsens quidem unice expendi debet solemnis concordia anni 1505., & ineluctabilis Statutorum dispositio anni 1554.
15. quibus præservata est prioralis præeminentia juris conferendi, quin vel minima subesset necessitas inquirendi veritatem assertæ derogationis veterum Statutorum, & Causam, vel titulum, à quo hujusmodi proficiscatur facultas, ac modo pendeat.

Quæ vero eliciebantur ex censura *Statuti* 1. *sub litt.* 14. *de Commend.*, & ex Apostolicis Constitutionibus tribuentibus M. Magistro, & Con-
16. ventui facultatem conferendi Commendas, profecto intelligendæ sunt de collatione ordinaria, compatibiliter tamen cum præeminentia priorali, nam aliter nullus Prior conferre amplius potuisset Commendam quolibet
17. quinquennio, quod directo pugnaret contra tot alia Statuta in eodem Codice inserta, & hactenus observata. Quæ itidem respiciebant modum conferendi M. Prioris cum Consilio, & assensu Fratrum Prioratus, corrue-
18. re videbantur. Sane quia consensus licet adhibendus fuisset ex antiquo S. Religionis stylo, uti in collationibus quoque M. Magistri, alter requirebatur Ven. Linguæ, uterque tamen paulatim in meram insinuationem, sive collationis notificationem deflecti
19. cæpit, donec tandem ab aula omnis recessit formalitas, nec amplius collationi, vel M. Magistri, vel M. Prioris illius respective defectus obesse poterit.

Postrema denique exceptionis pars reposita super consumptione juris conferendi ex retentione Commendarum Heitersheim, & Friburg pro quinta Camera, plene, ac solide eversa est in præterita *Decisione* §. 7. 8. 9, & 10., ea præ ceteris validissima ratione,
20. quia retentio quintæ Cameræ tunc obstaret Priorali collationi, quoties in primo quinquennio, ac in ejus turno vacaverat, potius quam alteri conferre, sibi pro libito retinuisset; ea enim tunc retentio cederet loco explendæ collationis, omnisque consumpta remaneret potestas, ne bis eodem quinquennio conferre videretur. Cæterum M Alemaniæ Prior hasce Commendas non quidem pro libito, nec per viam collationis propriæ, ac directæ, dum in ejus primo quinquennio non vacaverant, sed as-
21. secutus fuit tamquam jus fixum, & annexum dicto Prioratui, eo prorsus modo, quo & alias Commendas pro secunda, tertia, & quarta Camera obtinuit; unde quemadmodum isthæc retentio stare non potest loco Prioralis collationis, ita nec consumere valet prioralem præeminentiam,

ut

ut late expendit *Decisio* §. 10.

Cujus fortassis ea videtur discriminis ratio, nam retentio Commendæ vacantis in turno Priorali dimanat ex jure conferendi concesso Equiti, qui ob emerita stipendia ad M. Prioratus Di-

22. gnitatem evectus est, & in signum Prioralis Præeminentiæ gaudere debet potestate conferendi singulo quinquennio, vel favore alterius, vel in sui ipsius Compendium; retentio vero Commendæ pro quinta Camera fixa, & invariabili promanat ex necessitate expletę annexionis favore Prioratus citra factum Successionis Prioris; quamobrem æquum non est, ut ex hujusmodi annexione pro quinta Camera privandus esset Prior jure conferendi ex peculiari sua pręeminentia competenti. Atque hæc videtur ra-

23. tio, qua nulla lege in toto Statutorum corpore vetitum est, quominus Prior habens quintam Cameram fixam, & stabilem conferre nequiret ex sua præeminentia Commendam in ejus Turno, primoque quinquennio vacantem, ut innuit præcedens *Decisio* §. 8. *in fine*.

Quodque insuper comprobavit eventus, nam aliter si obstaret simplex retentio quintæ Cameræ, nec in secundo, vel alio posteriori quinquennio conferre amplius potuisset quilibet Prior, nec itidem in Concordia anni 1505. postquam Commenda de Heitersheim, & Friburg pro quinta Camera invariabili fuit assignata magno Alemaniæ Priori quatuor alias Cameras

24. revera possidenti, præservata adhuc extitisset facultas conferendi quolibet quinquennio, ut prosequitur etiam eadem *Decisio* §. 10. *in fine*; neque demum anno 1618. per sententiam Ven. Concilii Ordinarii definitum fuisset, quod M. Prior Aquitaniæ utcunque retineret quinque fixas Cameras, adhuc pro Commenda vacante in ejus Turno Priorali primi quinquennii frui deberet præeminentia priorali. Quæ sententia in causa Status edita cum legitimo Contradictore, & in judicatum transacta, jus indubitatum constituit, ac pro verita-

25. te quoad omnes haberi debet: *leg. Ingenuum ff de Statut. homin. & Rot. Decis. 102. num. 1. cor. Herrera cum ibi citatis*.

Infausto etiam omine exinde insurrexit eadem Ven. Lingua adversus concordatum anni 1505., ut illud ostenderet, vel personale ad vitam Prioris duraturum, argumento deprompto à

26. successiva bulla collationis novi Prioris anno 1512., & à collationibus expletis anno 1531. à Ven. Lingua duarum Commendarum de Statu Fr Capellanorum non reclamante Priore; vel fluxum, & variabile capax modificationis juxta enunciata in literis conscriptis anno 1532., & 1533., & subinde conventa in Concordia 1534., vel rescissum per sententiam 1547., vel denique revocatum per posteriorem alteram Concordiam anni 1550.

Horum enim singula quęque objecta jam prius solide eversa fuerunt in præcedenti Decisione. Quandoquidem ne

27. temporale, ac personale dijudicaretur, evincunt solemnia conventa pacta perpetua, scilicet abdicatio M. Prioris sui plenissimi juris conferendi favore Ven. Linguę, & istius correspectiva in eum permissa annexio Pręceptoriæ de Friburg pro quinta invariabili Camera: confirmatio itidem magni Magistri, & Ven. Concilii, ac denique ad perpetuam rei memoriam

28. subsecuta in actis registratio ex jussu Locumtenentis, & Ven. Concilii ut respondit *Decisio* §. 12.

Ex quibus, uti recte colligitur concordatum

tum illud perpetuum fuisse, omnesque in Prioratu Successores afficere, ita nihil ejusdem perpetuitati detra-
29. hit, quod in Bulla collationis anni 1512. legatur expressum, Ven. Linguam assignationi præceptoriæ de Friburg pro quinta Cameria novum præstitisse consensum, qui aliter stante perpetuitate Concordiæ necessarius non fuisset; quoniam consensus iste favore novi Prioris non est ad liberum & ultroneum actum referendus, sed quidem ad confirmationem, & continuationem præcedentis Concordiæ anni 1505. veluti ad causam, & titulum præexistentem. Nec itidem
30. personalitatem suadent geminæ illæ Collationes Ven. Linguæ Commendarum de statu Fr. Capellanorum anno 1531. quia minime constat illas jure pertinuisse ad collationem M. Prioris, dum prius doceri debuisset, quando extra Conventum, & intra limites Prioratus vacaverint, uti solide firmat contraria rejiciens objecta *præcedens Decisio* §. 13., & 14.

Taleque concordatum anni 1505. neque fluxum, & variabile demonstrant Epistolæ à M. Priore conscriptæ anno 1532., & 1533. Ven. Linguæ. Enimvero in illis nimium conqueritur de unione Commendarum sine ipsius consensu expleta, semperque propugnat ex pluribus vacantibus Commendis alteram ad ipsum pertinere vigore Prioralis Præeminentiæ, & non obstante etiam quod agnosceret ex
31. defectu nondum expletæ visitationis Prioralis carere posse jure conferendi, adhuc ea de causa amicabilem proponebat Concordiam, ut cum in unius anni decursu tres vacaverint Commendæ de Tobel, Francfort, & Maguntiæ, & ipsarum prima jam fuerit smutita favore Antiani capacis, alterutra saltem ex remanentibus Commendis sibi foret relinquenda, & voti compos effectus est in successiva Concordia anni 1534. ex sibi facta
32. potestate conferendi Commendam Maguntiæ, quod satis superque fuit ad præservandam Prioralem Præeminentiam, licet non illa de Francfort relicta fuisset, ut prosequitur *Decisio* §. 16.

Nullamque vero modificationem præcedentis induxit subsequens Concordia anni 1534. qua conventum fuit M. Priorem conferre debere Commendas eo casu, quo nullus adesset in Ven. Lingua, qui valeret, aut vellet illas accipere pro suo Cabimento, Quoniam posterior hæc Concordia prorsus irrita fuit, dum nec à M. Magi-
33. stro, nec à Ven. Concilio confirmata extitit, cœteroquin adversatur claræ dispositioni *Statuti* 14. *del Commun Tesoro* præscribentis, ut quoties non adsit Eques capax, qui possit, aut velit vacantem consequi Commendam, fructus percipiantur à communi Ærario, donec aliquis superveniat illam ad obtinendam idoneus, & capax. Hujusmodi directe pugnantes dispositiones, quemadmodum contra verborum proprietatem, & sensum nequeunt ad Concordiam inflecti, dum fieri non potest, ut in defectu Equitis capacis, & fructus perciperet Æ-
34. rarium, & conferret M. Prior, ita mutuo sese elidentes, altera minus habens, concordia scilicet, corruere necesse est, ad firmata *in Decisione* §. 17.

Accedit etiam, tum quod Concordia an-
35. ni 1534. nullam de altera anni 1505 continet mentionem, ideo ad illius revocationem sive declarationem stare non debet. Tum quod jus conferendi attributum in illo posteriori casu quo nemo reperiretur in Lingua, qui posset, aut vellet acceptare

tare

tare Commendam est undequaque diversum, & penitus distinctum à jure conferendi unam tantum Commendam singulo quinquennio juxta antecedentis concordiæ anni 1505. dispositionem; Eo vel maxime, quia in
36. illa agebatur de iis Commendis, super quibus lis agebatur inter Vener. Priorem, & receptorem Sac. Religionis, ideo citra eversionem, vel modificationem præcedentis Concordiæ potuit aliter definiri in casu diverso, & pro dissita lite dirimenda. Tum quod nusquam illhęc Concordia anni 1534. observata dignoscitur, sed potius altera, dum M. Prior anno 1542. conferens Equiti de Cambianis Commendam de Mechlm expresse declaravit ad hujusmodi collationem processisse vigore stipulatæ Concordiæ 1505., quæ collatio fuit plene approbata cum Bullis M. Magistri, non quia M. Prior contulerat tamquam illius Locumtenens, cum simplex Concordiæ titulus fuerit expressus, sed quia ex stylo Sacræ Religionis invaluit,
37. ut necessaria semper esset expeditio Bullæ Magistralis, sive collatio procederit per smutitionem in Lingua, sive ex gratia in vim prioralis pręeminentiæ, quemadmodum comprobat eadem *Decisio* §. 17., & 18.

Momentum nec habuit opposita rescissio ex sententia lata anno 1547., vel revocatio ex postrema altera Concordia 1550. Enim vero sententia non respiciebat pręeminentiam conferendi, sed solum assertam nullitatem expletæ unionis Præceptorię de Heitersheim cum altera de Friburg. Quod quæ magis est, nusquam habuit effectum, dum omnes in Prioratu Suc
38. cessores easdem unitas retinuerunt Commendas pro quinta Camera, ut fassus est *Prior Caravita in Compend. Status. tit.* 14. *de Commend. cap.* 9. *quæst.* 3. Si enim ita in jure nostro comparatum est, sententias stricte esse intelligendas, & ad res penitus diversas haud esse porrigendas, easque effectu carere debere, ubi supra 30 annos executioni non fuisse demandatas constiterit: Æquissimum
39. propterea censetur, eandem sententiam 1547. super unione Commendarum editam, minime fore protrahendam ad jus conferendi ex præeminentia priorali, minusque post inexequationem duorum sæculorum executionem promereri ad bene firmata *in cit. decis.* §. 19., & 20.

Concordia itidem 1550. cui perperam refertur inexequatio d. Sententiæ, eo minus valida, & efficax comperta est ad revocandam pręcedentem Concordiam anni 1505., quæ cœteroquin ex hoc ipso detegitur, quod perso-
40. nalis minime fuerat, aliter nulla indiguisset revocatione. Et quidem omnimoda validitatis caret probatione, quia est simplex folium qualibet destitutum legalitate, neque à Magno Magistro, ejusque Ven. Concilio approbatum, solumque repertum inter inutiles, derelictasque pagellas in Priorali Archivio vigore obtentæ Compulsoriæ. Hisce omnibus attentis, nec ullum addente robur quali-
41. tate Archivii informi, & illegali scripturę, merito nullam in Judicio probationem in tertii pręjudicium constituere posse definivit *præterita Decisio* §. 21.

Eo vel maxime, quia usque ab anno 1513. in Ven. Lingua Alemaniæ præscriptum fuerat, ut quodlibet nego-
42. tium diligenter impoсterum referri deberet juxta temporum, & rei gestę seriem in Codice ad hunc effectum retinendo. Et nihilominus ass. Concordia 1550. neque inibi, neque in altero æque graviores continente materias

terias inscripta fuit, sed solum in alio recentiori incipiente ab anno 1665., & perducto ad 1692., idque sine ulla Ven. Linguæ deliberatione, & à persona privata, quæ legitima erat distincta facultate, quæque nec integram in transcribendo servavit fidem. Nihil propterea mirum, si anno 1686. ad judicialem trutinam expenso eodem folio tunc primum exhibito, & desuper accedente relatione duorum magni nominis, & spectatæ fidei Equitum, quorum alter ad supremum Magisterii fastigium paulo post fuit evectus, ipsisque à se deputatis adhærens M. Magister, ejusque Ven. Concilium, quicquid aliter electi à Ven. Lingua retulerint, sedulo definiverit, eamdem Concordiam nullam, & insubsistentem fuisse, neque ad actum perductam. Isthæc profecto sententia tam consulto edita, & in judicatum transacta, rem in aperto ponit, ac pro veritate servanda venit, ut prosequitur eadem *Decisio* §. 22.

43.

Et jure quidem prælaudati Equites à M. Magistro deputati renunciarunt, præfatum Concordiæ folium non fuisse ad actum perductum, quippe quod non resonat nisi in merum, & simplicem tractatum, continetque præparatoria tantum Capitula ad concordandum, ad quem effectum inibi nominantur speciales Procuratores, qui valerent eamdem Concordiam Melitæ pertractare, & stipulatione firmare, quique satagerent, ut nulla declararetur præcedens altera Concordia anni 1505., Cumque horum nihil gestum fuisset, merito pro ineffectuata renunciatur ex vulgatis juribus allegatis in *præcedenti Decisione* §. 23., quæ bene ad rem prosequitur *in* §. 24. 25., *&* 26., quod anno 1553. M. Prior rescribens Ven. Linguæ significavit eidem, se recepisse minutam Concordiæ nuncupans - *Il vostro sbozzo:* juxta fidelem traductionem è Germanica in italicam locutionem exhibitam, & ab iisdem Equitibus Procuratoribus, & à Secretario Ven. Linguæ subscriptam, quæ præferenda venit alteri recentiori traductioni sine auctore productæ in hac reiterata Causæ propositione: In ea itidem Epistola deputati fuerunt Procuratores, qui in generalibus instantibus Comitiis confirmationem peterent. Hinc contra rei evidentiam dignoscitur, velle propugnare quod minuta hæc perfecta esset, ac omnino efficax pro altera solemniori revocanda Concordia anni 1505., licet nunquam in stipulationem redacta, nec in generali habito Capitulo anno 1554. confirmata extiterit, quin potius per conventa inibi *Statuta* 27., & 29. præservata dignoscitur præeminentia, quod pugnat cum assumpto tractatu anni 1550., & valde cohæret cum præcedenti stipulata concordia anno 1505.

44.

45.

Fragilis quidem est replicatio, quod confirmationis defectus contigerit, ex quo nulli reperirentur Equites Linguæ Alemaniæ in eodem Capitulo Generali, ut refert *Bosius in sua histor. tom.* 3. *lib.* 17. pag. 358. Etenim præhabito, quod in quolibet Generali Capitulo sexdecim eliguntur Equites ex diversis linguis, qui pollere debent certis præstantioribus qualitatibus, dum ipsi constituere debent Capitulum Retentionis, ac leges sancire pro regimine totius Sacræ Religionis. Stat inde bene simul, quod juxta auctoritatem præcitati *Bosii* in Generalibus Comitiis anni 1554. nullus adesset Eques iis suffultus prærogativis, qui pro Lingua Alemaniæ in unum ex sexdecim posset eligi, quodque

46.

itidem

itidem in eodem Capitulo alii adessent Equites minus qualificati, qui optime valerent confirmationem Concordati petere; Aliter sane quisnam Melitę ex Lingua Alemaniæ paucos antementes rogavit M. Priorem pro ineunda Concordia? & cur eam Prior rescripsit pro illius stipulatione, & confirmatione pretenda? Sed magis

47. suadet sententia eorundem Commissariorum in pręcitato judicio 1686. ex jussu Magni Magistri referentium, quod confirmata non fuit, quia confirmari non potuit, ex quo pactum contineret directe contrarium Statutorum Ordinis dispositioni.

Hęc principium capita ex late firmatis in pręcedenti Decisione expendere, & vindicare sat fuit, dum pro cœteris levioribus Domini ad illam sese relative habuerunt. Et ita utraque &c.

Diritti del Commun Tesoro, e Debiti del Tesoro &c. quid super his veniat, vide supra *Della significazione delle Parole tit.* 19. *sub n.* 20., *&* 21.

Incapacitas ex causa Debiti erga Commune Ærarium durat solum quousque debitum solvatur, nec est perpetua: *Rota in Melevitana Commenda* 10. *Februarii* 1710. *cor. clar. mem. Card. Priolo*, quæ hic adnectitur.

Solutio licet facta eadem Smutitionis die, tamen ad sustinendum Actum præsumitur, quod facta fuerit ante, ut late probat allegata *Decisio cor. Card. Priolo n.* 8., *& seq.*

Dispropriamento exponitur supra in *Statuto della significazione delle Parole tit.* 19. *n.* 35. *pag.* 533.

Draperius, seu *Drappiere*. In Statutis hujus Sacræ Religionis Hierosolymitanę e Lingua latina in Italicam traductis per *F. Paulum del Rosso Equitem Hierosolymitanum*, *impress. Florentiæ apud Juntas anno* 1567., & dicatis magno Magistro F. Joanni della Valletta, sub pag. 393. adest etiam hic titulus *Del significato delle Parole*, *ubi n.* 37. habetur hoc vocabulum *Draperio*, quod tunc temporis erat nomen officii, ut videre est ibi *tit. X pag.* 235.

Em. & Rev. D. Card.

CRESCENTIO

Melivetana Pensionis super Aperitione Oris.

Veneris 6. Junii 1738.

ARGUMENTUM

Agitur in hac Decisione de impositione Pensionis facta ab Equite Commendatario super Commendam Melioramenti, facta favore Equitis Capellani à Summo Pontifice dispensati ob defectum Capacitatis nondum emissæ Professionis, & respondetur in Decisione Exceptionibus subreptionis.

SUMMARIUM

Constat ex ipso Argumento.

Vigore facultatis à Statuto Sacræ Religionis Hierosolymitanæ sub titulo *delle Commende ordinat.* 13.

1. concessæ Equitibus possessoribus Commendarum melioramenti, Fr. Carolus Justiniani sub die 10. Octobris 1732. super fructibus Commendæ, quam tunc possidebat S. Paterniani de Saxoferrato, annuam pensionem scut. triginta septem monetæ Romanæ imposuit, ac reservavit favore Joannis Philippi Resse inter Fratres Capellanos ejusdem Sac. Religionis

2. recepti, qui licet regularem professionem adhuc non emisisset, habilitatus tamen fuerat ad hujusmodi pensiones asse-

assequendas usque ad summam scut. 100. auri per Litteras Apostolicas in forma Brevis à san. mem. Innocentio XIII, usque ab anno 1723.

Verum quia delata postmodum dicta Commenda S. Patermani eodem titulo Melioramenti ad Fratrem Joannem Bichi Equitem pariter professum in d. Sac. Religione, renuit iste pensionem solvere sub prætextu plurium nullitatum, quibus reservationem hujusmodi putabat obnoxiam: opus idcirco habuit Joannes Philippus Resse illum vocare in Judicium coram A. C. Guiglielmo, qui concessa per Decretum manutentione eidem Joanni Philippo in quasi possessione exigendi controversam annuam pensionem una cum mandato executivo, rejecit per Sententiam exceptiones nullitatis, quas uti minus aptas retardare solutionem, atque manutentionis effectum, reservavit tantummodo deducendas, & cognoscendas in alio magis congruo Judicio petitorio.

Quoniam vero ass. nullitatibus obstaculum præcipue faciebat aliud Breve sanationis dicto Joanni Philippo concessum a Sanctissimo D. Nostro Clemente Papa XII. feliciffime regnante, è re sua putavit Commendatarius Bichi preces eidem Summo Pontifici exponere pro aperitione Oris adversus Breve prædictum, remissisque precibus ad Eminentissimum D. Cardinalem Sanctitatis Suæ Pro-Auditorem, atque ab eo ad Signaturam Justitiæ loco Signaturæ Gratiæ, hæc respectu Mandati de manutenendo rescripsit *Alteri cum facultate manutenendi quem de Jure*: respectu autem Brevis *pro aperitione Oris arbitrio Rotæ*. Cumque ad tramites utriusque rescripti duplex à me datum fuerit dubium sine resolutione propositum in Audientia diei 28. Aprilis proxime præteriti, iterum hodie consulti DD: *an intret arbitrium pro aperitione Oris*, responderunt *negative*.

Cum enim nullus daretur in hypothesi fumus obreptionis, vel subreptionis, quod nempe aliquid narratum, 3. vel reticitum Summo Pontifici fuerit, quod cum à gratiæ concessione retraxisset, aut saltem difficiliorem reddidisset; non erat profecto 4. cur arbitrium, cæteroquin semper à jure regulandum, interponi deberet pro aperitione Oris, sternendaque via ad impugnandas, ac irritandas Prin- 5. cipum gratias, quas præscindendo à voluntatis defectu, si mas decet esse mansuras, *Rot. dec.* 461. *num.* 1. *part.* 1., *& dec.* 707. *n.* 1., *& seq part.* 18 *recent*, *dec.* 381. *num.* 2. *& seq. cor. Molines in Colonien. Canonicatus super aperitione Oris* 27. *Aprilis* 1731. §. 6. *cor me*, *&* 27. *Aprilis* 1733. § *Iterum coram Eminentissimo D. Cardinali Aldrovando*, *& in Reatina applicationis Dotium super aperitione Oris* 17. *Junii* 1735. §. *final. coram Eminentissimo D Card Rezzonico*.

Exposuit namque Joannes Philippus de pensione sibi reservata in annuis scut. 37. minime obtinuisse Bullas à Cancellaria Conventus Sac. Religionis, ex quo Commendatarius Carolus Benedictus schedulam non habuit de bene solvendo communi Ærario, seu ut dicitur *di bene pagante*, & hoc 6. sicuti erat veritati innixum, ita pariter citra ullam subreptionem potuit legitimam præbere causam, ut Summus Pontifex reservationem hujusmodi pensionis validam redderet, ac confirmaret supplendo, atque sanando, prout fecit, omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui propter præmissa desuper quomodolibet

inter-

intervenerint, & quatenus opus sit dicto Joanni Philippo eamdem pen-
7. sionem auctoritate Apostolica, de novo reservando, constituendo, atque assignando; facta etiam potestate Joanni Philippo exigendi ad proprium commodum eamdem pensionem, perinde ac si reservata fuisset a Præceptore, seu Commendatario habente Schedulam boni nominis pro Ærario.

Non obstante, quod ex tenore d Brevis sanatus quidem dici possit defectus potestatis in Equite reservante, non autem alter expeditionis Bullæ Magistralis, quæ a Joanne Philippo reservatario obtenta non fuit nisi sub die 31. Octobris 1735., & sic longe postquam Frater Joannes Bichi asse, cutus fuerat Commendam S. Paterniani dimissam ab Equite Justiniano,
8. quod accidit de mense Junii ejusdem anni. Si enim exposita Summo Pontifici fuisset hæc circumstantia respiciens præjudicium tertii, ac novi Commendatarii, cui nullatenus notum erat onus hujusmodi pensionis, nil magis verisimile dicebatur, quam ut idem Pontifex gratiam sanationis non concessisset.

Ultra quod enim Statutum Sac. Religionis nullum præscribit tempus ad
9. exhibendas hujusmodi reservationes pensionum, obtinendasque Bullas à Ven. Concilio Ordinario, & propterea sicuti iste actus quandocumque expleri poterat, etiam post dimissam Commendam ab Equite Justiniano reservante, ita ex dilata exhibitione, & expeditione prædictis postquam Commenda smutita fuerat favore Equitis Bichi, inducere nequaquam po-
o. terat nullitatem specifice exprimendam, & particulari gratia sanandam, ut generalibus omissis, relataque alia Decisione *coram Ghisler. anni 1636. apud Michaleph* nuper dixit *Rot. in Melevitana Pensionis* 14. *Martii* 1732. *à* §. *Nullius ad plur. seqq. & signanter in* §. *Eo proinde cor. Eminentiss. D. Card. Rezzonico*.

Ea quoque satisfaciebat animadversio, quod Joannes Philippus non omisit Papæ narrare dimissionem ab Equite Justiniano factam de Commenda Saxiferrati, ejusque transitum ad alteram Præceptoriam S. Joannis Baptistæ *del Ronco*, & adhuc à se factam non fuisse exhibitionem pensionis, expeditionemque Bullarum: unde satis intelligere potuit Summus Pontifex, in quo rerum statu gratiam sanationis concedebat, de tempo-
11. re scilicet, quo Commenda favore alterius smutita fuerat; Hic autem concurrente scientia in Summo Pontifice ad effectum subreptionis, nullatenus attenditur qualecumque præjudicium Tertii, ex traditis per *Rot. dec.* 358. *num.* 6. *& seqq. part.* 11. *recen. in Melevitana Nullitatis Brevis* 26. *Junii* 1727. §. 13. *coram bon. mem. Cornelio in Juvenaten. Jurisdictionis* 28. *Martii* 1732. §. 25. *cor. R. P. D. meo Millino, & in Reatina applicationis Dotium super negocio Principali* 13. *Junii* 1735. §. 5. *& fin. coram Emo D. Card. Rezzonico*.

Neque in his circumstantiis difficultatem ingerebat Jus quæsitum Equiti Bichio, cui Papa non censetur voluisse derogare; etsi enim ille notitiam non haberet de onere pensionis
12. controversæ, optavit nihilominus Commendam Saxiferrati cum omnibus oneribus, ideoque nullum Jus eidem quæsitum dici poterat super libertate Commendæ ab hoc onere pensionis, quæ ut plurimum in his casibus reservari solet, & cuique no-
13. tum est, eam excedere non posse

 quintam

quintam partem reddituum. Qua ratione usus invaluit, non exprimendi, quatenus etiam innotescant hujusmodi pensiones in smutitionibus Com-
14. mendarum. Si ergo Equiti Bichio certum jus quæsitum non erat super libertate Commendæ ab onere pensionis, frustra queritur de illius præjudicio, & de omissa expressione pensionis, cum narrari minime opor-
15. teat, quod non existebat, aut nullam considerationem promerebatur, juxta firmata per *Rot. dec.* 243. *n.* 14. *coram Merlin. in Juvenacen. Jurisdictionis* 4. *Junii* 1734. §. 10. *coram Eminentissimo D. Card Rezzonico, & in Firmana Fidum, & Collectarum* 21. *Martii* 1735. §. 20. *in fin. cor. Riño P. D. meo Calcag. Decano.*

Cæterum cum agatur de gratia suapte natura præjudiciali successoribus in Commenda, quam Papa optime novit jam fuisse dimissam ab Equite Justiniano, & credere facile potuit jam fuisse smutitam favore alterius, dum occurrere velle declaravit liti-
16. bus, & controversiis, quæ oriri possent cum Præceptoribus, seu Commendatariis ejusdem; vel sola ista scientia satis erat ad excludendam quamcumque subreptionem, juxta firmata per *Rotam dec.* 101. *num.* 21. *& decis.* 506. *n.* 26. *& seqq. par.* 5. *& dec.* 769. *num.* 9. *part.* 18. *recent. in Constantien. Præcedentiæ super bono jure* 27. *Januarii* 1712. §. *Siquidem coram Ansaldo, in Hypporegien. Commenda seu Præceptoria* 12. *Martii* 1723. §. *final. coram bon. mem. Ratta in Juvenacen. Iurisdictionis* 4. *Iunii* 1734. §. 6., & 10 *coram Eminentissimo D. Cardinali Rezzonico, & in Reatina Applicationis Dotium super negotio principali* 13. *Iunii* 1735. §. 12. *coram eodem;* vel nulla erat habenda ratio de quocumque Jure alterius Commendatarij
17. ad effectum subreptionis, quæ omnino cessat in hujusmodi gratiis de sui natura præjudicialibus: *Gratian. discept. forens. cap.* 192. *n.* 7. *Tondut. quæst. benef. part.* 3. *cap.* 100. *nn.* 1. *& seqq Rota dec.* 193. *num.* 24. *cor. Buratt., & dec.* 97 *num.* 13. *cor. Caril. in Melevitana nullitatis Brevis prima Julii* 1726. §. 10. *coram bon. mem. Cerro, &* 20. *Junii* 1727. §. 13. *&* 16. *cor. bon. mem. Cornel. in Romana Juris baptizandi* 12. *Ianuarii* 1733. §. 21 *cor. bon. mem. de Summiniatis, &* 7. *Decemb.* 1734. §. *Siquidem coram me.*

Alterum subreptionis caput Eques Bichius desumebat ex eo, quod narratæ Pontifici non fuerint plures nullitates, quibus reservatio pensionis
18. scatebat; quia nempe à Commendatario Justiniani facta fuerit per Schedulam privatam, non vero *per atto di Cancellaria ovvero per atto di Notaro*, prout sub pœna nullitatis requirit Statutum. Quodque deficeret Decretum magni Magistri, & Ven. Concilii, in quo substantiatur gratia reservationis, non autem in actu, quem explet Eques Commendatarius, qui spheram non egreditur simplicis consensus pensioni reservandæ, prout
19. distinguendo inter pensionem mere temporalem, duraturam ad vitam, seu administrationem Commendatarii reservantis, & pensionem perpetuam duraturam ad vitam pensionarii observat *Prior Caravita in Comment. de Commend. cap.* 48., & 51. *Card. de Luc. de Pens. discur.* 91. *n.* 4. *Rota in Romana, seu Melevitana Pensionis* 11. *Junii* 1736. §. *Et necessitas coram Reverendiss. P. D. meo Calcagnino Decano.*

Verum quod attinet ad primam partem, opus

opus non erat alia responsione diffi. cultatem repellere, dum Defensores Equitis Bichi in hodierna propositione super ea non amplius insistebant, quia fortasse agnoscebant, formam Statuti satis fuisse adimpletam, 20. eo ipso, quod Commendatarius Justiniani in reservatione Pensionis, de qua agitur, operam adhibuit publici Notarii, qui non solum rogitum explevit super recognitione Carattheris, sed etiam approbatione medio juramento facta per Commendatarium de veritate omnium contentorum in eadem apoca privata, & quidem coram Testibus, & cum clasula *super quibus*. Unde vix aliquid d fi.ere videbatur ad publicum Instrumentum.

Ea præsertim accedente circumstantia, quod reservatio ista sub tali forma expleta per Commendatarium, ap- 21. probari meruit à magno Magistro, vel ejus V. Concilio, a quo expeditæ fuerunt consuetæ Bullæ, sub die 31. Octobris 1735. cum expressa relatione ad hujusmodi Pensionis constitutionem, donationem, & assignationem factam - *Per Chirographum manu propria ejusdem Commendatarii die 10. Octobris 1732. Romæ subscriptum, legitime recognitum, & legalitate munitum, in Cancellaria nostra exhibitum, & conservatum latius constat, & apparet*.

Quod vero attinet ad secundam, procedendo etiam cum supposito, quod in pensionibus hisce perpetuis, ac du- 22. raturis ad vitam pensionarii, substantia gratiæ consistat in assensu magni Magistri, vel ejus Concilii, non autem in voluntate, atque assensu Commendatarii: satisfecit nihilominus responsio, quod in hypothesi vel hujusmodi consensum, aut Decretum magni Magistri supplevit Summus Pontifex approbando reservationem istius pensionis factam à Commendatario Justiniani, & quatenus opus esset, auctoritate Apostolica illam de novo reservando, atque assignando; vel asseri nequaquam poterat deficere 23. consensum magni Magistri, eo ipso quod illud præseferebat Bullarum expeditio, quæ fieri certo certius non potest sine consensu magni Magistri, vel Concilii, satisque est, quod superveniat quandocumque, dummodo Re integra, & antequam illius defectus fuerit allegatus à Commendatario successore, ad firmata *per Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 51. n. 25. & 26. in Turritana Canonicatus 27. Martii 1726. §. Fin. coram bon. mem. Ratto, & in Burgen. Cappellaniæ 30. Junii 1732. §. Non obstante, & seqq. cor. Me*.

Non erant proinde applicabiles auctoritates in contrarium adductæ, & signanter *dec. in Romana seu Melevitana Pensionis 11. Junii 1736. coram Rmo P. D. meo Decano*, in cujus casu, sicuti Bullæ expeditæ num- 24. quam fuerant, ideoque consensus Magni Magistri, vel Concilii supervenisse dici non poterat, ut videre est *in §. Eoque certius*, ita judicatum fuit pro nullitate translationis pensionis, non quidem ex defectu capacitatis in Translatario Auctoritate Apostolica dispensato, sed ex defectu potestatis in Transferente, sine consensu, & Bulla Magistrali, quæ numquam obtenta fuerat, ideoque supplere non poterat, neque importare dictum consensum: Quam autem longe distet casus iste a præsenti hypothesi, in qua Bulla magistralis obtenta, atque expedita fuit, nemo est qui non videat.

Tertium denique diluendum supererat obreptionis caput desumptum ab Origi-

riginaris nullitate reservationis, quia nempe Joannes Philippus de tempore reservatæ pensionis præsens non erat in Conventu Sac. Religionis, prout requirit *Statutum tit.* 13. de Commendis, & firmavit *Rota dec.* 136. *n.* 7. *part.* 7. *recent.* facili tamen negotio ab hac etiam exceptione sese DD. expedierunt; si enim Summus Pontifex Joannem Philippum in Sacra Religione non adhuc professum, ita quidem habilem, & capacem ad pensiones reddere voluit, perinde, *ac si omnia requisita ad id necessaria habere reperiretur*, atque inferius - ibi - *Licet professionem regularem nondum emiserit, ac debitis requisitis careat*. Rursus, si Breve hoc Pontificium à magno Magistro successive fuit executioni mandatum, & vigore habilitationis, ac dispensationis Apostolicæ Joannem Philippum agnovit atque approbavit in legitimum Reservatarium controversæ pensionis, cujus solutionem in Bullis ei faciendam esse mandavit Equiti Joanni Bichio moderno Commendatario, ejusque successoribus, non erat profecto cur dubitari amplius posset, quin idem Joannes Philippus ab hoc etiam requisito conventualis residentiæ fuerit à Summo Pontifice dispensatus; cum ad hujusmodi interpretationis effectum non leve pondus habere soleat factum ipsius magni Magistri, qui sicuti optime conscius est omnium Statutorum suæ Religionis, eorumque observantiæ una cum Fratribus de Concilio vigilanter incumbit, ità profecto Bullas hujusmodi non concessisset, nisi eumdem Fratrem Capellanum Resse ab omnibus defectibus, & obstaculis Apostolica auctoritate dispensatum agnovisset.

Maxime quia in priori Indulto, seu

26. Brevi Pontificio eidem concesso sub annum 1719. à san. mem. Clemente XI. expresse fuerat dispensatus ab hac Conventuali residentia, ideoque facilius censeri poterat ab ea dispensatus etiam in secundo, vel tertio sub universalitate verborum, quæ cum genericam faciant mentionem de aliis quoque omnibus requisitis ad pensiones obtinendas, facile comprehendebatur, eumdem Joannem Philippum ad hunc effectum reddi voluisse omnino capacem absque specifica alia dispensatione à cæteris quibuscumque defectibus præsertim minoris relevantiæ, quam esset regularis professio, à qua nominatim dispensabatur.

Et ita utraque &c.

Em. & Rev. D. Card.

T A N A R I O

Melevitana Pensionis

Mercurii 6. Decembris 1741.

A R G U M E N T U M

In hac Decisione, quæ est confirmatoria duarum præcedentium 3. Julii 1739., & 27. Januarii 1741. cor. R. P. D. Millino, agitur de Jure Pensiones transferendi, quod competit Prioribus, Bajulivis, & Commendatariis Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani: expenditur, quid sit servandum in hac Translatione, & quæ formula teneatur.

S U M M A R I U M

1. P*Ensionem transferendi jus habent Priores, Bajulivi, & Commendatarii Ordinis Hierosolymitani*, *ex* Ordinatione n. 14. tit. de Commendis n. 6. 7., & 8.
Translatarius Pensionis habet titulum clarum, & manifestum ex translatione rite facta.

2. In

2. *In Pensionibus requiritur consensus magni Magistri, & Conventus.*

3. *Bulla Sancti Pii IV. la 9. in* §. 39. *& Statutum* 49., *&* 50. *de Commendis probibet, ne reserventur Pensiones, constituantur, seu assignentur aliis Personis, quam Ordinis Hierosolymitani, sine expresso consensu magni Magistri, & Conventus.*
Non loquitur autem de translatione Pensionis in Persona ejusdem Ordinis, & ideo ad istam non applicatur, & n. 4. 5. 6. 7., & 8.

9. *Pensio, quoties reservatur post contentum Titularis, debet fieri petitio, & expeditio Bullarum in Concilio, in quo assumitur discussio capacitatis reservantis, & reservatarii, & justæ quantitatis Pensionum*, juxta Ordinat. 13. de Commend.
Id vero non procedit in casu translationis Pensionis.

10. *Statutum loquens de uno casu, non debet extendi ad alium casum omissum.*

11. *Facultativa sunt, non inducentia necessitatem, & praceptum verba* - Si potrà conoscere dalla capacità, & n. 12.

13. *Maxime quando carent distinctione resolutiva, & nullitatem importante.*

14. *Conclusio, de qua supra* numero nono, *respicit dumtaxat executionem translationis jam factæ, nullam autem conditionem suspensivam inducit, ita ut dicta translatio, non possit dici prius perfecta.*

15. *Pensionum termini ante expeditionem Bullarum non ad Translatarium, sed ad Transferentem spectant: contrarium tamen firmat Votum Equitis Frisarii.*

16. *Pensionis Translationis executionem trantummodo, non illius substantiam respicit Bullarum expeditio.*

17. *Fructus, ut acquirantur, non sufficit sola Gratia collatio, sed necessaria est executio ejusdem.*
Fructus suos Beneficiatus non facit ante executionem Gratiæ.

18. *Bulla pro Commendis spectantibus per Linguas in Sacra Religione Hierosolymitana, quæ dantur die factæ collationis, expediuntur sub formula, & appellantur* Confirmatoriæ.
Bulla pro Commendis de Gratia Priorali, quæ conferuntur per Priores quolibet quinquennio, & vocantur Ratificatoriæ, *& concipiuntur per verba* Ratificantes confirmus.
Bulla translationis Pensionum quæ non sunt [illegible] *firmatoriæ, nec Ratificatoriæ, concipiuntur per formulam* In te transtulimus [illegible] que damus, concedimus, *& eadem datantur sub die expeditionis, non translationis.*

19. *In Collationibus Commendarum, sive per Linguam, sive per Priores, vel per magnum Magistrum tum in Translationibus Pensionum semper unívoce adhibentur verba* - Te Commendatarium, Te Pensionarium facimus & creamus.

20. *In Bullis Translationum Pensionis fit mentio Translationis cum adnotatione diei, Mensis, & Anni, & Contentus Titularis, tacite superinducta clausula* Ratifi antes, *& sic non obstat diversitas* datę.

21. *In Collationibus Commendarum de Gratia Priorali quæ à Prioribus ipsis perficiuntur, datantur sub die expeditionis, non sub die factæ collationis.*

22. Prior Caravita *reiicitur.*

23. *In Pensionis Translatione non est necessarius contentus magni Magistri.*

24. *Apostolicum Indultum super capacitate, ac habilitatione, ad assequendas Pensiones, super Prioratibus & Commendis Sacræ Religionis Hierosolymitana*

tana cum dispensatione ab affectatione Bullarum, & aliis solitis solemnitatibus importat dispensationem super assensu, de quo in numeris præcedentibus.

25. *Pensionis Translatio, an debeat fieri per Instrumentum publicum, & Actu Cancellariæ juxta* Ordinat. 13. de Commend., & Mical. ff. in verbo Pensio.

26. *Dicta* Ordinatio 13. *uti loquens solum de Reservationibus, non est trahenda ad Translationem Pensionis.*

27. *Pensionis Translatio sufficit, quod fiat per quemcumque Actum Notarii publici, ut disponit* d. Ordinatio 13. *& reiicitur Auctoritas* d. Michaletf.

28. *Pensionis Translatio facta per Chirographum trino teste munitum, propria manu transferentis subscriptum, & signatum, & recognitum coram Notario, est valida*, & n. 29.

29. *Pensionis Translatio, etiam ante assensum magni Magistri, & ante Bullarum expeditionem, sustinetur ex observantia.*
Observantia vero habetur etiam in Translatione facta per Chirographum, ut supra munitum.

30. *Pensionis Translationem fuisse validam deducitur ex observantia promanante ex diuturna solutione dictæ Pensionis translatæ.*

31. *Commissio cum clausula* - Videatur de Bono Jure etiam ad effectum manutentionis, *complectitur Judicium Petitorium, & Possessorium: & utrumque absolvi debet modo conveniente.*

32. *Lata Sententia super bono Jure talis, eidem concedi debet manutentio. Manutentio in qualibet Judicii parte conceditur.*

Em. & Rev. D. Card.

TANARIO

Melevitana Pensionis

Mercurii 6. Decembris 1741.

SUper bono Jure Joannis Philippi Ressii etiam ad effectum Manutentionis in quasi possessione exigendi pensionem adversus Ven. D. Priorem Donatum Mariam Antinorium, præcedentibus duabus Decisionibus editis cor. R. P. D. meo Millino, Sac. Auditorium Sententiam protulit, de cujus viribus cum vigore novæ Commissionis disputatio per me hodierna die proposita esset - *Sententiam Rotalem confirmandam DD. censuerunt.*

Cum etenim præeunte assensu Fratris Ferdinandi Crivellii Titularis, seu Prioris, Commendatarius Justinianus anno 1722. transtulerit pensionem annuam ducatorum 250. super fructibus Prioratus Capuæ in prædictum Joannem Philippum Ressium juxta facul-
1. tatem transferendi Prioribus, Bajulivis, & Commendatariis tributam *ex ordinatione* 14. *de Commendis*, contenta in Statutis Sac. Religionis, perperam impugnabatur bonum jus Joannis Philippi habentis titulum clarum, & manifestum pro validitate translationis substinenda, & fructibus consequendis, ut egregie firmat utraque Decisio præcedentis Instantiæ - *Prima nempe diei* 3. *Julii* 1739. §. *Desumebatur, & secunda* 27. *Januarii currentis anni* §. *At qui capitulum coram R. P. D. meo Millino.*

Quin ad infringendam validitatem translationis opponeretur defectus consen-
2. sus magni Magistri, & Conventus tam ex constitutione san. mem. Pii IV. inter suas *la* 9. §. 23., & §. 39.

Bullar.

Bullar. nov. tom. 3. quam *ex ordinationibus* ejusdem Sac. Religionis 49 & 50. *Statut. de commend.*

Quoad etenim Bullam Pianam iterum animadversum fuit, ex ea in §. 39. prohiberi, ne pensiones reserventur, constituantur, sive assignentur aliis personis, quam Ordinis Hospitalis
3. Sancti Joañ. Hierosolymitani absque expresso consensu Magni Magistri, & Conventus, non autem translationem pensionis in personas ejusdem Ordinis, circa quas dispositio Constitutionis prædictæ applicari non poterat ad *Text. in leg. quod dictum ff de pactis, leg. adigere* §. *Quamvis ff. de jurepatr. Surd. consil.* 371. *n.* 24. *Rota coram Lancett decis.* 1142. *num.* 33. Quin obstaret in reliquo dispositio ejusdem Bullæ in antecedenti §. 23., in quo cum loquatur
4. de resignationibus a Magno Magistro recipiendis, & pensionibus ab eodem reservandis favore Resignantium, prout verba ipsius Bullæ clare ostendunt, nihil prosecto facere videbatur ad casum translationis, de quo in præsens agi contingebat.

Statuta vero *in cap.* 49., & 50. *de Commend*, præter quam quod disponunt de pensionum reservatione,
5. ideoque itidem trahi nequibant ad casum translationis, de quo in speciali *ordinatione* 14. consultum extiterat, ut dictum quoque fuit in laudata *prima decis.* 3. *Julii* 1739. §. 7. *coram R. P. D. meo Millino*. Recte advertebatur ex illis ordinationibus non uni Magno Magistro hanc
6. facultatem tributam fuisse, sed iis etiam, quibus illam Generale Capitulum tribuisset: Quapropter cum idem Gener. Capitulum eam dederit *in ordinat.* 13. & 14. *de Commend.* Bajulivis, Prioribus, & Com-
7. mendatariis, nulla imposita lege requirendi assensum, clare sequebatur, hunc ad substantiam translationis necessarium non esse, quemadmodum audita Sac. Religione defi-
8. nivit sacrum nostrum Auditorium per magistralem *decis.* 219 *in part.* 7. *recent.*, cui adhæsit tam *prima decisio hujus Causæ* §. 7. quam *secunda* §. 10. & 11.

Absque eo quod aliquid momenti faceret, quod post interpositum consensum titularis, petitio, & expeditio Bullarum facienda sit in Concilio, in quo assumitur discussio capacitatis Reservantis & Reservatarii, ac justæ pensionum quantitatis. Prætermisso etenim, quod juxta *ordinationem* 13. *de commend.* examen tantummodo requisitum appareat in casu reserva-
9. tionis Pensionis, per quam novum onus imponitur titulari, non vero in casu translationis considerato in subsequenti *ordinatione* 14., quæ loquitur de prorogando onere antiquo, adeoque in uno casu expressum, & demandatum non est trahen-
10. dum ad alterum, in quo fuit omissum, juxta *conclus.* de qua *Bartol. in leg. Seia* §. *Caio ff de fund. instruct. Rot. coram Ludovis decis.* 27. *n.* 9., *ibique Adden. n.* 18., & *coram N nott. decis.* 72., & *in puncto cor. Ottbob. dec.* 22. *n.*38. & *sequen.*

Prætermissoque itidem, quod relictum potius appareat in facultate, quam inductum ex necessitate, ut demon-
11. strant verba illa - *dove si potrà conoscere della capacità ed incapacità*, quæ nullam dicunt necessitatem ad *Text. in leg. sæpe audivi, ibique*
12. *glos. ff. de offic. Præsid leg nonquidquid, ubi Bald. num.* 1. *ff. de Judic. Rot. coram Ludovis decis.* 85. *n.* 7. & *coram Falconer. in miscell. decis.* 39 *num.* 7. Potissimum cum non præseferant dictionem resolutivam, & nul-

& nullitatem per necessariam superinductam conditionem, ut distinguendo probant *Rodulph. allegat.* 71. *num.* 42., *Surd. decis.* 232. *num.* 9, *Rot. coram Molines decis.* 98. *num.* 66. *tom.* 3. *part.* 2.

13.

Penitus collabescere visa est utraque exceptio ob eam satis validam rationem, quia tam examen faciendum in Concilio circa capacitatem Reservantis, & Reservatarii, quam Bullarum expeditio petenda post interpositum titularis consensum, quæ unice actum ejusdem translationis jam perfectum, & à titularis consensu suum jus metientem subsequuntur, respiciunt dumtaxat executionem translationis jam factæ, modumque continent in ea executione observandum, nullam autem conditionem suspensivam inducunt, vigore cujus ipsa translatio prius perfecta dici non debeat, ut plene ad rem examinata Bullarum litera, & intelligentia respondit *Rota in Melevitana Pensionis* 14. *Martii* 1732. §. *Perfectio*, & *sequen. coram Emo Card. Rezzonico*, quam contrariis auctoritatibus fuse explicatis, & rejectis firmiter amplectitur *prima hujus causæ Decisio à* §. 12. *ad* 16., & *secunda* §. 12. & 13. *coram R. P. D. meo Millino*.

14.

Quin itidem subsisteret replicatio illa, quod ante Bullarum expeditionem pensionum termini spectent ad transferentem, non ad translatarium, Quidquid enim sit de veritate hujus propositionis, cujus oppositum firmat votum Equitis Frisarii distributum *in Summario Responsionis primæ propositionis Ressii num.* 1. id etiam potius mirifice comprobaret, quod scilicet Bullarum expeditio respiciat tantummodo executionem translationis jam peractæ, non vero illius substantiam, cum certum in Jure sit, quod ad effectum acquirendi fructus, non quidem sola gratiæ collatio sufficiat, sed ejusdem executio sit necessaria, ante quam executionem nemo sane fructus suos facere potest, ut generaliter de quolibet beneficiato adnotant *Felin. in cap. veniens num.* 3. *de accusat. Oldrad. consil.* 314. *num.* 5. *Mandos. ad regul.* 27. *Cancell. quæst.* 3., & *quæst.* 16. *n.* 3.

15.

16.

17.

Minusque equidem ad Causam faciebat nova animadversio diversitatis formulæ, sub qua expediuntur Bullæ pro Commendis smutuis per Ven. Linguas Sac. Religionis, quæ dantur sub die factæ collationis, & appellantur *Confirmatoria*, & pro illis de gratia Priorali, quæ conferuntur per Ven. Priores quolibet quinquennio, & vocantur *Ratificatoria* atque concipiuntur per verba *Ratificantes conferimus*; Cum è converso Bullæ translationum Pensionum, quæ nec confirmatoriæ dicuntur, concipi soleant per formulam, *in te transferimus, tibique damus, concedimus*, exque dantur sub die expeditionis, non vero translationis.

18.

Quidquid enim sit de vigore harum formularum Cancellariæ Melevitanæ, certum profecto erat, eas juxta ejusdem praxim in omni collatione tum Commendarum, quæ per Ven. Linguas smutiuntur ratione antianitatis, tum aliarum, quæ conferuntur de gratia Priorali sive Magistrali, tum etiam in translationibus pensionum prorsus univoce adhiberi per verba - *Te Commendatarium, Te Pensionarium facimus, & creamus*. Ac licet in Bullis translationum non exprimatur *Ratificantes*, attamen cum in iis expressa fiat mentio

19.

mentio de translatione, cum adno tatione diei, Mensis, & anni, nec
20. non consensus Titularis ea expres sio tacite superinducta videri debet. Proindeque argumentum desumptum ex diversitate *data* tantum aberat, ut exceptionem confirmaret, quin potius retorqueri poterat, cum etiam in collationibus Commendarum de Gratia Priorali, quæ absque dubio
21. à Prioribus ipsis perficiuntur, non sub factæ collationis, sed sub expeditionis die datentur.

Contrariis auctoritatibus jam antea quoque deductis superfluum DD. respondere arbitrabantur, cum ex singulatim rejectæ appareant *in prima decisione precedentis Instantiæ coram R. P. D. meo Millino §. 12., & duobus sequen.* Auctoritatem vero indicis Alphabetici Statutorum Sacr. Religionis parvi faciendam esse, ex eo
22. quia suum agnoscit authorem Priorem ipsum Caravitam, cujus opinio plene reprobata per votum Equitis Frisarii omnino reiici promeruit in *Melevitana Pensionis 14. Martii 1732. coram Eminentissimo D. Cardinali Rezzonico, & in dicta Prima hujus Causæ Decisione R. P. D. mei Millini* § 13.

Quibus ita se habentibus plurimum equidem prodesse videbatur, quod consensus Magni Magistri, quem alias necessarium non esse ad substantiam translationis manifestum erat, frustra in hoc casu requireretur, postquam Joannes Philippus mediante Apostolico Indulto S. m. Clementis XI. ob
23. tinuit capacitatem, seu habilitatem ad assequendas Pensiones super Prioratibus, & Comendis Sac. Religionis cum expressa dispensatione nedum ab assecutione Bullarum, verum etiam à cæteris aliis solemnitatibus observari solitis, ex quo plene sequebatur in omnem casum hujusmodi assensum
24 suppletum fuisse per dispensationem, per quam sublatum remanet impedimentum a defectu consensus forsan proveniens, ut bene notat eadem *Prima Causa Decisio* §. 16.

Illa autem quæ denuo obiiciebantur circa defectum formæ translationis, ex eo nempe quod translatio facta non fuerat per Instrumentum publicum, sive per acta Cancellariæ Melevitanæ,
25. prout exigitur *ab Ordinatione 13. de Commendis*, & testatur *Michalef. in verbo - Pensio -* inutili quidem conatu replicari compertum fuit; nam ultra quod ordinatio 13. disponens tantummodo de reservationibus non esset trahenda ad translationes ob di-
26. versitatem, & rationis differentiam, ut optime advertit *secunda Decisio R. P. D. mei Millini* §. 3.

Plenissime satisfecit responsio, quod etiam ad sensum ordinationis prædictæ satis esset, quod translatio fieret per quemcumque actum Notarii publici - *Che le donazioni di tutte le suddette
27. pensioni si debbano fare per atto di Cancellaria, ò vero per atto di Notaro publico* - proindeque assertioni Michalefii adversari literalem dispositionem ordinationis: Unde cum translatio facta extiterit per Chirographum trino Teste munitum, propriaque transferentis manu, signoque subscriptum & obsignatum, & co-
28. ram Notario recognitum cum approbatione translationis, omniumque in illa expressorum, satis apparuit impletam fuisse formam in Statutis præscriptam, ut firmiter probat dicta *secunda præcedentis Instantiæ Decisio* §. 4., *& sequen.*, & in similibus omnino terminis dixit *Rota in Melevitana Pensionis super aperitio-
ne*

ne Oris 6. Junii 1738. §. Verum coram Reverendissimo Crescentio.

Advertendo potissimum, quod non exiguum rationis momentum faceret ob
29. servantia, de qua pro eo quod attinet ad translationis perfectionem, ante assensum magni Magistri, & Bullarum expeditionem testatur memoratum votum Equitis Frisarii §. *Riceve più forza*; quoad vero formam, desumitur ex simili actu translationis expleto per Chirographum à Commendatario Gabuccino favore Commendatarii Justiniani. In specie autem eruebatur observantia contra utramque oppositam nullitatem ex diuturna solutione Pensionis jugiter continvata tam à Priore Crivellio,
30. quam à Priore Falconerio, quos tanquam bene conscios ordinationum, & Praxis Sacræ Religionis, præsumendum non est voluisse propriam pecuniam profundere, nisi translationem legitime fuisse peractam vovissent, quemadmodum concludit præfata *secunda Decisio §. final. coram R. P. D. meo Millino.*

Opposita demum circa Sententiæ Rotalis validitatem, ex eo quia in expeditione Causæ processum fuerit per viam confirmationis decreti contemporanee lati super manutentione, subsistentiam penitus non habere dignoscebatur: Cum enim Commissio præcedentis Instantiæ directa cum clausu
31. la *videatur de bono Jure, etiam ad effectum manutentionis*, Judicium petitorium, & possessorium complectetur, æquum profecto erat, ut utrumque absolveretur modo unicuique conveniente; ideoque cum per Sententiam pronunciatum fuerit constare de bono Jure Ressi, eidem utique in sequelam boni Juris conceden
32. da erat manutentio, quæ in quacumque Judicii parte impartiri solet: *Rot. coram Emerix Jun. decis. 338. n. 9. coram Lancetta dec. 291. n. 7. coram Ansalд. decis. 102 num. 1. & coram Molin. decis. 332. n. 6.*

Et ità in reliquis se referentes ad præcedentis Instantiæ Decisiones DD. responderunt utraque &c.

Ærarium vide *Thesaurus*.

Escardium apud Equites Melitenses, in eorum Statutis est Tribunal Appellationis in rebus criminalibus eorundem Religiosorum, & est Vocabulum Gallicum *Esgari*; *Macer* in verbo *Escardium*, vide *Sguardium*.

Gaggi, inter quatuor significationes, quas habet hæc dictio, de quibus agit *Vocabularium della Crusca* in verbo *Gaggi* §. 2. *significat Stipendium*; sed in Statuto Melitensium Equitum quid significet, & importet, vide *deducta* in præsenti Discursu *sub n. 38. Sect. 4. n. 58.*

Guba, seu *Cuba*, Idiomate Syriaco, vocatur Cisterna vetus, ex quo Equites Hierosolymitani dum in Syria morabantur, originem habuit denominatio Guvæ, hoc est penes ipsos carcer profundus, & obscurus; *Macer* in verbo *Guba*, ubi quod Hispani *Algoa* perangustum cubiculum appellant &c. Et Catalani *Algorfa*, Cameram Superiorem denominant à Syriaco, seu potius Arabico vocabulo *Gorffa* in eodem significatu quo Melitenses utuntur, Italice vero dicitur *Alcova*, vox Arabo-hispanica, latine *Tota*, & est locus capax unius lecti, solem hibernum prospectans, ut notat *P. Pomei in Indice Generali part. 3. cap. 2.*

Ianeti, vide *Soldea*.

Incapacitas, vide *Capacitas*.

Libatum, vide *Soldea*.

Limiti, clare, ac generaliter S. Religionis Hierosolymitanæ disponit Statutum, quod Prætendens ad hunc Ordinem admitti

admitti, probare tenetur se natum intra limites illius Linguæ aut Prioratus, intra quem admitti postulat, ut loquitur *Statutum del Ricevimento de' Fratelli tit. 2. n. 19. Et in Compendio Alphabetico dd. Statutor. in verbo Limiti.*

Qui vero sint limites Prioratuum, legitur in *Statuto tit. 14. Delle Commende n. 30.* ibi - *Dichiarando i confini de' Priorati del Regno di Francia essere tutto il Regno, e dovunque si estendano le Commende appartenenti ai detti Priorati; de' Priorati di Spagna, i Regni di Spagna; de' Priorati d' Italia, tutte le Provincie d' Italia, e l' Isola di Sicilia; di Alemagna, tutta la Germania così Superiore, come Inferiore; dell' Inghilterra, tutta l' Isola d' Inghilterra col Regno di Scotia, e l' Isola d' Ibernia. I Commendatori però che moriranno sopra il Mare, e fuori de' confini de' Priorati loro, s' intendono essere morti in Convento.*

Verum, quod detur receptio absque probatione limitum, legimus, quod de tempore quo vivebat sa. me. Innocentius Papa XII. cum quidam Nobiles Moscoviæ Duce Generali Boris *Seremetof* Venetiis se contulissent, Senatus Venetus honorificentissime excepit, & quidem eo modo, & forma, quo excipiuntur Ministri Capitum Coronatorum; deinde se Romam transtulissent, Summus Pontifex tunc Regnans sa. me. Innocentius XII., illos humanissime excepit, muneribus Sacris, ut vocant Agnos Dei, & Reliquiariis, nec non ruderibus antiquitatis, marmoreis scilicet Statuis decoravit: ex Urbe Neapolim petierunt, & subinde ad Melitensem Insulam appulerunt; ibi à Magno Religionis Hierosolymitanæ Magistro honorificentissime excepti fuerunt, eosdemque die Pentecostes ad Magistralem Mensam suam admisit, dictumque Generalem *Seremetof* accumbere fecit primo Mensæ loco, ante omnes Religionis Equites, eidemque Generali magnam Crucem Ordinis contulit adamantibus exornatam. Sic legitur in *Historia Vita Petri cognomento magni Russiæ Imperatoris scripta ab Abbate Antonio Catifor parte secunda in secunda Editione Venetiis impress. Typis Francisci Pitteri 1739 pag. 95* ubi subdit hæc verba - *Di sortechè questi è il primo de' Moscoviti, che sia stato ricevuto in quest' Ordine non meno illustre, che Religioso.*

Sed notare non omittimus, constare postmodum, hoc est 29. Aprilis 1706. fuisse receptum absque probatione limitum alium Nobilem Moscovitam.

Lingua, multoties expositum est in hoc discursu quid intelligitur sub nomine Linguę, seu linguarum, & quot sint in Religione Hierosolymitana; supra etiam in *Statuto della significatione delle Parole tit. 19. n. 25 pag. 533. Lingue nell' Ordine nostro sono chiamate le Nazioni.*

Litera Rogatoria scribuntur, quoties aliqua ex Familiis, cujus Nobilitatis probatio fieri debet, moretur in diverso Prioratu ab illo in quo sit Prętendens; tunc enim scribuntur literæ, quæ Rogatorię dicuntur; scribuntur autem Equitibus alterius Prioratus, roganturque, ut dignentur deputare Commissarios, qui forment Processum Probationum illius lateris, hoc est Quarto, eoque confecto transmittant, ut uniatur aliis Probationibus, & cuncta transmittantur ad Capitulum, aut Assembleam illius Prioratus in quo natus est Prętendens, & deinde transmitatur ad Melitam, ut recognotratur Probationes, juxta tradita in Volumine sub Titulo - *Istruzione sopra*

tra gli Oblighi più principali de' Cavalieri di Malta, cavata da alcune Osservazioni date da uno di detti Cavalieri di Francia, e data in luce in lingua Francese ad uso ec. tradotta in lingua Italiana ad istanza di un' altro Cavaliere Italiano ec. Stampata in Roma per il Barnabò 1713. al cap. 13. à pag. 255., & à Nobis iterum relata in hoc nostro Discursu 128 *sect.* 7. *pag* 468.

Marescallus apud nonnullas Nationes est nomen est Dignitatis, & Officii, & apud Melitenses Equites, est Primas Linguę Alemaniæ, qui Generalis Dux Terrestris est, penes quem asservatur Clavis Portarum Civitatis: *d. Macer in d. Hierolexico* in verbo *Marescallus*, ubi notat, quod est vox Saxonica, & significat Stabuli præpositum, & quod aliquando legitur in Codicibus *Marisfallus:* in Volumine pariter Italico della Crusca habetur in verbo *Mareściallo, sorta di Dignità di cui vedi il Dufresne, latine Marescallus: Compendium Alphabeti, cum Statutor. Ordinis* in verbo *Marescialло*, ubi indicat, quæ sit illius *Auctoritas Laurentius Polymathia, lib.* 4. *Synops. XII. Lugduni apud Laurentium Anisson* 1666.

Mortuarium secundum Jus Canonicum significat quandoque tertiam, quandoque quartam, quandoque medietatem Funeralem ad tradita per Glossam in cap. 16. tit. 31. lib. 1. alios que textus relatos à *Macro* in verbo *Mortuarium*.

Meritum, vide *Benemerentia*.

Mortuarium autem in Statutis Melitensium Equitum dicuntur fructus Commendę currentes à die obitus Commendatarii usque ad futurum proximum mensem Maii, qui fructus spectant ad commune Ærarium.

Et ad idem commune Ærarium spectat etiam subsequens, ac integra annata à prædicto nempe mense Maii, usque ad alium mensem Maii, diciturque vacans: *d. Macer d. verbo Mortuarium; d Statutum tit.* 19. *n.* 17., *&* 18. *Della sign.fic. delle Parole* & antecedenter sub tit. 5. *del Commun Tesoro n* 4.

Motitio, Motitione, quę vulgariter dicitur *Smutitio Smutire*, de qua Statutum Hierosolymitanum *Della significatione delle Parole tit.* 19. *n.* 23. venit à Verbo *Motire*, hoc est *Nominare*, ac idem est ac Optio; quando nempe Commendatarius pollens necessariis Requisitis, relinquit Commendam, quam possidet, & meliorem Commendam optat: *Macer d. Hierolexicon in verbo Motitio*, vide *Smutitio*.

Nativitas, vide *Origo*.

Origo.

Cum in Ordinationibus Capituli Generalis habiti anno 1630. expresse cautum sit *sub tit. del Ricevimento de' Fratelli tit.* 2. *n.* 8. ut in Processu Nobilitatis pro Militibus fiant, & recipiantur, ac diligenter per Comissarios deputandos perscrutentur probationes non solum in loco Nativitatis, verum etiam in locis Originis Familiarum recipiendi, intelligi non debet de quacumque origine etiam remotissima; ita ut necesse sit, ut dicitur, fodere Agrum Damascenum, & perscrutari Tritavorum Tritavos, eorumque origines, sed satis est se conferant Commissarii ad loca Originis Patris, & Avi, ut explicat *Rota coram Pirovano* per Nos allegata in præsenti Discursu 128. *sect.* 7. *sub n.* 14. *pag.* 440.

Passagium est Tributum, quod jure transitus solvitur: *Macer in Verbo Passagium*.

Iuxta vero Melitensis Ordinis Statuta Pas-

sagium est quædam solutio, quę fit communi Ærario in receptione Equitis, & hujusmodi Pecunia applicatur pro expensis Phari Turris, in manu tenendo Lucernas tempore nocturno ad commodum Navigantium, vocaturque Passagium à prima Institutione; nam quando Religio Hierosolymitana Hierosolymis residebat, ex Oriente Navem mittebat per maritima Europæ loca ad colligendos Tyrones, qui huic Sacræ Religioni ad scribi cupiebant, aut Devotionis gratia erga Sacra Terræ Sanctæ loca, Passagium proinde nuncupata fuit illa solutio: *d. Macer in verbo Passagium*, & tradimus in nostro præsenti *Discursu 128. sect. 6. à n. 32. cum seqq.* ubi sub n. 34. d. Navis bis ad has Occidentis Partes quolibet Anno de mense Martii, & tunc dicebatur *Vernale Passagium*, & de mense Augusti, & vocabatur Passagium æstivum.

Pilieri ex Lingua Gallica *Pilier*, hoc est Pila, Italice *Pilastro*, est Dignitas inter Equites Melitenses, & vulgo *Pilieri* dicitur, & est primus in ejus Natione, quia ex numero Nationum, quæ sunt octo, sunt quasi ejusdem Militię Columnæ: *Statutum Ordinis tit. 19 della significatione delle Parole n. 5. Macer* in d. Hierolexicon verbo *Pillerius*.

Planta de qua dictione *Statutum d. tit. 19. n. 29.* est terminus, quo Equites Melitenses utuntur ad significandam querelam, & accusationem, & est desumptus à Phrasi Gallice *Plante*, quę Plantam, hæc est Prototypum significat, ac etiam Querelam denotat, nam sicut ex prototypo dirigitur Fabrica, ita ex Querela fabricatur Processus: *d. Macer in verbo Planta*.

Polani, vide supra in Statut. della significatione delle Parole tit. 19. n. 24. verb. *Fiarnaldi*.

Priores quo ad jus conferendi Commendas, vide *Quinquennium*.

Prodomus, Italice *Prodomo*, *Prodromus* latine, diciturque Præcursor: *Calepinus in suo vocabulario*: *Pater Benedictus Pereira in sua Prosodia*: *Vocabularium Bilingue Latinum, & Lusitanum in verbo Prodomus*.

Hoc Vocabulo Sacra Hierosolymitana Religio utitur in statuendo Assistentes Equites, ex Linguis semper diversis selectos, ut attente, & fideliter invigilent super exercitio, ac implementi recognitione rerum illarum, vel ad particulares, vel ad Religionem generaliter spectantium, quemadmodum notatur in Libello - *Breve, e Particolare Instruzione del Sacr Ordine Militare degli Ospitalari detto oggidì volgarmente di Malta al cap. 7. de Prodomi pag. 55. juxta impressionem Patavinam Typis Josephi Comini 1724*.

Quapropter à statuto præficiuntur & deputantur *Prodomi della Chiesa*, *Prodomi della Conservatoria*, *Prodomi dell' Infermeria*, *Prodomi dell' Artiglieria*, *Prodomi dell' Arsenale*, *Prodomi del Granaro*, *Prodomo dell' Opere*, *Prodomo delli Schiavi*, *Prodomi della piccola Commenda*, *Prodomo sopra l' officio del Maestro Scudiere*, ut videre est in Rubricis Statutorum, de quibus *Prior Caravita in Compendiis Statutorum Ordinis in dd. Verbis Prodomi*, *e Prodomo* & in verbo *Marescialle*, *vers. i Prodomi*.

Quinquennium in Ordine Hierosolymitano magni Priores cujuscumque Linguę, & Castellanus Empostæ ampla pollent facultate in unoquoque quinquennio à die ascensus ad Prioratum conferendi unam ex tribus Commendis, quæ extra Conventum, & intra Prioratus sui limites vacare contigerit; ita ut prima vacans spectet ad

magnum

magnum Magistrum, secunda ad Linguam, tertia ad magnum Priorem, juxta Sanctionem Statutorum delle Commende tit. 14. n. 24. 25. 26. 27. 28., & n. 29. De hac re videque quæ dicimus in Discursibus *de Commendis tom. 3.*

Quomodo autem in hoc proposito Quinquennium hujusmodi mensuretur, enucleatur in Decis. *Melevitana Commenda de Macon 17. Martii 1741. cor. R. P. D. Vicecomite*, quam supra retulimus.

Debent tamen dicti Priores ostendere illos adimplevisse onus quod habent visitandi, nisi fuerint super hoc dispensati à Summo Pontifice, ut dicitur in allegata Decisione cor. R. P. D. Vicecomite, alias redduntur incapaces ad conferendam Commendam.

Recepta, hoc est Receptaculum, videlicet Camera in qua Pecunia Fisci recipitur, colligitur, & conservatur; & significat etiam Officium illius, cui incumbebat recipere Pecuniam Fisci. Hinc Melitenses Equites vocant Receptam onus illud, quod Receptori proventuum communis Ærarii incumbit: *Macer* in verbo *Recepta*.

Receptor apud Equites Melitenses est ille, qui in aliquo eorum Prioratu residens, ad recipiendos proventus, & Spolia pro communi Ærario deputatur: *d. Macer verbo Receptor*.

Talis Receptor gaudet Privilegio Residentiæ Conventualis: *d. Macer verbo Receptor*.

Retentio, vide *Consilium*.

Risforzo, vide *Statutum della significatione delle Parole tit. 19. n. 11.* supra relat. *pag. 532.*

Sguardio, quod *Macer* latine exprimit *Escardium*, unde sub d. Verbo, vide quid importet *Sguardio*, quod in summa est modus ministrandi inter Domesticos Justitiam expedite, inquit *Compendium Alphabeticum Statutorum* in verbo *Sguardio*, & supra in *Statut. della Significazione delle parole tit. 19. n. 20 pag. 532.* De isto Sguardio adest in Statuto *titulus ostensus*, & *sub n. 1.* traditur forma tenenda in Sguardio, n. 2. exponuntur Causæ, ob quas celebratur Sguardio & n. 3. 4. 5. 6. 7., & *sub n. 8.*, & *9.* exponitur *ad Concilium completum pertinet cognoscere, an sit concedendum Sguardium: sub n. 10. monentur Fratres ad servandam in Sguardio moderationem: sub num. 11. injungitur ut Fratres in Sguardio præstent Juramentum sub n. 13. statuitur ut pro re in Sguardio decisa possit aliud Sguardium concedi: & sub n. 14 præscribitur, quod res Sguardii extra Ecclesiam tractentur*, nisi agatur de punitione Fratrum, & de correctione.

Sguardium tandem potest peti adversus Præceptum Superioris, qui processit contra Statutum & consuetudines: *Statutum* n. 2. *sub tit. del Maestro*, & *Statutum* 3. *Del Sguardio*, de quibus *d. Compendium Statutorum* in verbo *Sguardio*.

Siniscalcus intervenit Concilio quamvis ex parva Cruce, cum Voto solum consultivo non decisivo: *d. Compendium Statutorum* in verbo *Siniscalcus*, ubi quod huic unitum fuit officium Turcupolien ex Bulla Gregorii XIII. Quæ spectant ad prædictum Officium *Siniscalchi*, vide *d. Compendium* in verbo *Siniscalcus*.

Smutitio vulgariter appellatur illa Motitio, quæ venit à verbo Gallico *Motire*, idest nominare, ut notat *Macer* in verbo *Motitio*.

Et in Statutis Equitum Melitensium idem est ac Optio: unde quoties Commendatarius, qui habet necessaria requisita, relinquit Commendam, quam

quam possidet, & optat meliorem, vulgariter dicitur *Smutire*, a voce Gallica *Mutire*, hoc est nominare: *d. Macer* in verbo *Motitio*.

Smutitio igitur est nominatio, quam Linguę faciunt Fratris, cui facienda est collatio Commendę: *Statutum tit. 19. n. 27 Della significazione delle Parole*, & Statutum *tit. 13 dell' Elezione n. 3. & 5. d. Compendium Alphabeticum Statutor.* in verbo *Smutitione*. Et explicatur à sa. me. Clemente XII. in suo Breve confirmatorio cujusdam Decreti magni Magistri, & Concilii Melitensis die 18. Maij in Bullar. novissimę editionis *tom. 3. fol. 18*

Quoad effectum Smutitionis, videndum Breve Pontificium san. me Clementis XII. statuens firmam Regulam in smutitionibus, quod hic inserimus; & ita loquitur.

CLEMENS PP: XII.

Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini divina dispositione præsidentes, illa, quę pro felici, & proficua Dignitatum, & Munerum Ecclesiasticorum quorumcumque, & præsertim Ordinum Militarium, egregiam Reipublicæ Christianæ operam navantium, provisione, ac præcavendis litibus, & controversiis, quæ suboriri possent, provide, prudenterque declarata, & decreta fuisse noscuntur, ut firma, atque illibata permaneant, Apostolici muniminis Nostri præsidio, cum id à Nobis petitur, libenter constabilimus.

I. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii magnus Magister, & Concilium Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, quod ipsi ad tollendos abusus, qui introducti fuerant in provisionibus Dignitatum, & Præceptoriarum, seu Commendarum dicti Hospitalis, de quibus aliqui statim post smutitionem, quæ aliud non est, quam pura nominatio, sibi jus esse disponendi, seu novam smutitionem petendi in casu obitus, seu cessionis, aut resignationis nominatorum, existimabant, etiamsi jus stabile in illis minime acquisivissent, adeoque ob defectum eorundem nominatorum ante collationem, seu adiudicationem Dignitatum, & Præceptoriarum, seu Commendarum hujusmodi, sic smutitarum, uti vacantes considerari nequirent, novissime declarationem, & decretum, nemine discrepante, ediderunt, tenoris sequentis videlicet. *Fr. D. Antonius Manuel de Vilhena &c. Magister &c. Notum facimus, & attestamur, qualiter infrascriptum Decretum extractum fuit ex libro Conciliorum in Cancellaria nostra conservat., cujus tenor &c. die 15. mensis Martii 1730. ab Incarnatione*: Eminentiss., & Reverendiss. D. Magnus Magister, & Ven. Concilium justis de causis moti, ac menti statutorum, & ordinationum Capitularium inhærentes, cum suffragiorum scrutinio, nemine discrepante, declaraverunt, & decreverunt, ut quotiescumque in venerandis Linguis, vel Prioratibus ad exmutitionem alicujus Dignitatis, vel Commendæ favore Fratris Antiani capacis ob concurrentium pluritatem deventum fuit ad novam Dignitatis, seu Commendę hujusmodi exmutitionem, nullo quęsito colore, ingenio, vel causa procedi nequeat; nec aliquis ad illius resignationem ab Eminentia sua admitti valeat, quin potius alteri ex concurrentibus per Venerandum Concilium adjudicata extiterit; & subinde per

illius cessum, vel decessum, sive privationem vacaverit; tunc enim, adepto scilicet certo titulo, novam veramque vacationem induci, ac novę exmutitioni locum esse dixerunt, sicque, & non aliter servari mandaverunt. Et quia ita se habet veritas &c. datum Melitæ in Conventu nostro die 15. mensis Martii 1730. reg. in Cancellaria &c. Bajulivus Fr. Emanuel Pinto Vice-Cancellarius.

Loco ✠ sigilli Magistralis.

II. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes, declarationem, & decretum prædicta quamvis æquissima, ac insimul etiam valida, & inviolabilia, utpote stabilimentis, & ordinationibus Capitularibus conformia sint, nihilominus illa ad majorem cautelam vim, & securitatem ad ejusmodi abusus eradicandos Apostolicæ confirmationis Nostrę robore communiri summopere desiderent; Nos magnum Magistrum, & Concilium prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excomunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, declarationem, & decretum Magni Magistri, & Concilii prædictorum facta, ut præfertur cum omnibus, & singulis in eis expressis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicę firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

III. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Magnum Magistrum, & Concilium, aliaque Tribunalia quæcumque Hospitalis prædicti judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

IV. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis; nec non dictorum Hospitalis Linguarum, & Prioratuum etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, ac ordinationibus Capitularibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 18. Maii 1731. Pontificatus nostri anno primo.

F. Card. Oliverius.

Sum.

Summarium Bullæ decerptæ ex Bullario novissimæ editionis tom. 13. fol. 180. Confirmatur Decretum magni Magistri, & Concilii Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, quo nonnulla statuuntur ad abusus tollendos in exmutitione Commendarum ejusdem Ordinis, earumque concessione.

Soccorso, & latine *Succursus*, *Subsidium*, *Auxilium*, unde habetur illa expressio: Et succursui Terræ Sanctæ magis noverit expedire cap. 7. de Fid. instrumentor., de quo *Macer in Hierolexicon* in verbo *Succursus*.

Succursus consistit in Curitatione adversus Infideles ultra metam pro præ obligationis cum propriæ Vitæ periculo, ut inquit *Rota in Melevitana Dignitatum* 12. *Junii* 1733. §. *Merita cor. Eminentiss. Rezzonico n.* 17. quam supra adduximus.

In Ordine Hierosolymitano *d. Succursus* connumeratur inter Benemerentias, ut sequendo *Dec.* 293. *n.* 12. & *Dec.* 303. *n.* 2. *Parte* 7. firmat *Rota d. Decisione Melevitana Dignitatum d.* §. *Merita cor. eodem Eminentiss. Rezzonico* in præsenti Sect. 8.

Viginti annorum est necessaria ad præstandum Succursum: *Prior Caravita, in Compendio Statutorum Ordinis Hierosolymitani* in verbo *Soccorso*, & vide supra in verbo *Benemerentia*.

Soldea, quid sibi velit hoc Vocabulum, sicuti *Gigliati*, *Fiorino di Rodi*, *Janeti*, exponitur in supra allegato Statuto *Della significatione delle Parole tit.* 18. *n* 31., & *seqq. pag.* 533.

Thesaurus, vide *Capacitas*, *Diritti*, & *Mortuorium*.

Turcopoliero, explicat *Statutum d. tit.* 19. *Della significatione delle Parole n.* 8. quod in *Historiis Bellorum Orientis* à Turcopolis sumpto Vocabulo, erant quos Nos dicimus *Cavalli Leggieri*.

In Regione vero Hierosolymitana est Dignitas, & vocantur hic *Baglivi Conventuali della Veneranda Lingua d' Inghilterra*: *d Statutum tit.* 19. *n.* 8. *Compendium Alphabeticum Ordinis Hierosolymitani* in verbo *Turcopoliero*.

Dictaque Dignitas erat annexa in Primaria ejusdem Nationis atque Turcopolis præerat, qui sunt levis Armaturæ Milites, unde remansit adhuc in Melita hoc Turcopoli Vocabulum, Nam vocantur hodie *Turcopuli* Equitantium Cohortium Præfecti: sic inquit *d. Macer* in verbo *Turcopolerius*.

Siniscaldus gerit Officium Turcupolieri, cujus Officium à san. me. Gregorio XIII. unitum fuit magno Magistro: *d. Compendium Alphabeticum* in verbo *Turcopoliero*.

De d. nomine Turcopoli fit mentio in vetere Statuto Equitum Teuthonicorum sub cap. 30. recollecto per *Raymundum Duellium Miscellaneorum impress. Augustæ Vind.*, & *Græcii anno* 1734. *pag.* 54. *num.* 52. ibi Magister debet habere unum dextrarium &c. alium Turcopulum &c., & in annotatione *sub litt. K.* ibi - Certæ autem Gentes *Turcopoli* appellabantur nutriti apud Turcas, *vel Patre Turco nati* &c.

Vacans, quid importet, vide supra in verbo *Mortuorium* vers. *Et ad idem*.

DISCURSUS CXXVIII.

SECT. IX.

ARGUMENTUM

Adducitur Catalogus Beatorum, & Sanctorum Religionis Sancti Joannis Hierosolymitani, & ostenditur in qualibet Classe dictorum Equitum Sanctitatem floruisse: Et habetur Compen-

pendium Vitæ dictorum Beatorum, & Sanctorum: Pariter traditur nomen Beatarum, & Sanctimonialium ejusdem Ordinis; Et tandem nonnulla referuntur de Venerabilibus viris dicti Ordinis.

Summario non indiget.

Catalogus Beatorum, & Sanctorum Sacræ Religionis Sancti Joannis Hierosolymitani ac Beatorum, & Sanctorum ejusdem Ordinis.

Sanctimonia redimitos Hospitalaria Militaris, & Equestris Religio Sancti Joannis Hierosolymitani plures enumerat Viros, pluresque Mulieres Sanctitatis Stola, & Gloria præfulgentes. Ut autem omnibus innotescas eorum ac illarum series, Catalogum texemus compendiarie Vitas referentem.

Hic vero prænotare non omittimus duplicem honorificam Historiæ circumstantiam. Primo, quod inter Sanctorum Fastis adscriptos, duo adsunt ejusdem Ordinis Magistri, ipse scilicet Ordinis Fundator, Institutor, primusque parens B. Gerardus, & Ordinis amplificator B. Raymundus de Podio.

Secundo notamus, Sanctitate præclaros ex quacumque ex tribus Classibus, quibus totus Ordo constat numerari, hoc est tum ex Classe Equitum Militum, tum ex Classe Ecclesiasticorum, & demum ex Classe Servientium Armorum.

Exordiendo itaque Historicam Narrationem à prælaudato Gherardo quem Institutorem fuisse hujus Hospitalaris Equestrisque Militaris Religionis late superius ostendimus, quemadmodum ex qua fuerit Patria Scriptores de hoc agentes in eodem præsenti Discursu cumulavimus, & ad illos nostros remittimus Lectores, solumque repetimus Gerardum hunc, circa annum nostræ Reparatæ Salutis millesimum centesimum, juxta *Patrem Magistrum Joseph Mariam Fornari*, in allegato *Volumine Anno Memorabile de' Carmelitani Tom. 2. in Appendice post Mensem Decembris pag.* 725. Hospitalis Regimen assumpsisse.

Hic viridi ætate Sacra Terræ Sanctæ Loca visitaturus, vel Bella Sacra militaturus, Sacram Palestinæ Terram adivit, ubi longo tempore moram traxit. Ex Scriptoribus aliqui illum Palestinum appellant; subinde Carmelitarum Habitum in Statu Laicali sumpsit, & Superiorum jussu Procurator constitutus fuit Conventus in Civitate Hierusalem ab iisdem Superioribus suis. Hic cum Piorum Virorum Eleemosinis Hospitale sub Titulo Sancti Joannis Baptistæ construxit, ibique Hospitalariorum Ordinem instituit, eo modo & forma, quam exponimus in hoc nostro Discursu, agentes de d. Gherardo Fundatore hujus Hierosolymitanæ Religionis, & infra Sect. sequenti.

Profecto hic Gerardus Vir fuit Pietate insignis, Christianæ Charitatis Operibus undequaque addictus; in Hospitali quippe intra Civitatem Hierusalem Divo Joanni Baptistæ dicato, cui ipse Gubernator, & Rector præerat, & in quo, ut superius comprobavimus, suam fundavit Religionem, ægrotis Pauperibus, & Peregrinis ad idem Hospitale confluentibus, operosa inserviebat Charitate, ad Animæ Corporisque Salutem nulla re deerat.

Hinc eo tempore, quo Hierosolymitana Civitas à Christianis obsidebatur, Christi Fidelibus in ea Urbe habitantibus solicite opitulabatur, & Hospitalitatis Munera erga illos obibat

obibat, quin etiam Misericordiæ viscera extendendo, obsidione Hierosolymitanæ Urbis durante, conscius, quod Christianorum Exercitus illam obsidens, ingenti laborabat fame, Gherardus clam Panis Annonam in Christianorum Militum subsidium, ingeniosa Pietate proiiciebat e Mænibus. Dumque quadam die, in actu, quo Charitativi Subsidii peragebat Opus, ab Infidelibus deprehensus fuit, & ad Gubernatorem Civitatis ductus, & jussus, ut Panem quem in Vestium fimbriis detinebat involutum, illico proderet, oh res miranda! effusis vestibus, Panes in lapides versi sunt, quemadmodum scriptum reliquerunt Auctores, de quibus *Bosius. Histor. Ordinis Hierosolymitani parte prima Libr. 1. cap. 12. Pater Dominicus Maria Curioni ex Ordine Prædicatorum* in allegato Volumine - *Il Glorioso Trionfo della Sacrosanta Religion Militare de' Nobili &c. Cavalieri di San Giovanni Gerosolimitano Cap 3. pag. 15. juxta impress. Neapolis Typis Scipionis Bonini 1619. Commendator Hieronymus Marulli* in Volumine - *Vite de' Gran Maestri della Sacra Religione di San Giovanni Gerosolimitano pag. 7. juxta impress. Neapolis Typis Octaviani Beltrami 1636. Ludovicus Moreri in magno Dictionario Historico &c.* in Litt. G. verbo *Gerard*.

Idem Gerardus ob præclara Charitatis munera, & perspectam in rebus agendis dexteritatem, in suspicionem venit Barbarorum, qui idcirco in Carceres illum detruserunt, ferreis catenis onerarunt, ac tormentis vexaverunt, illique Manuum, & Pedum digitos confregerunt, ut auctoritate gravium Scriptorum, inquit *d Bosius pag. 13. Pater Curionus*, ubi supra.

In Carceribus autem idem Gerardus mansit, quousque expugnata fuit à Christianis Civitas Hierusalem, qui eundem in Carceribus mancipatum reperientes, liberarunt: *d. Pater Curionus* ubi supra pag. 15. *d Commendator Marullus in Vita Gerardi pag. 5.*

Apud omnes, tam insignis Pietate Viri fama vigebat, ut ipse supremus Dux Gotifredus Buglioneus, post peractam Divini Redemptoris nostri Visitationem Sepulchri, etiam Gherardum, & ejus Hospitale visitavit, & illi Bona sua Patrimonialia donavit, ut infra dicemus in Catalogo magnorum Magistrorum.

Pium hunc Gherardum obiisse anno 1118. asserunt *d. Marullus pag. 7. d. Nomenclatura magnorum Magistrorum, d. Pater Curioni* ubi supra *pag. 16. Justinianus Istoria Cronologica dell' Origine degli Ordini Militari cap. 21. pag. 211. impress. Venetiis par. 1.*

Alii obiisse dicunt in fine illius Sæculi: *d. Pater Maria Fornari pag. 727.* loco superius allegato. Alii anno 1141. de quibus meminit *Pater Philippus à Sanctissima Trinitate Carmelita Discalceatus in sua Theologia Carmelitana quæst. 13. art. 8 pag. 279.* Alii tenent mortuum esse anno 1161. Alii melius comprobant anno 1120. decessisse, ut ostendimus in præsenti Discursu §. *Ex præmissis*, & infra sect. seq.

De Sanctitate ergo Vitæ hujus Beati Gerardi testantur *Cardin. Jacobus de Vitriaco Histor. Orientalis Cap 64. pag. 112.* ibi - *Vir quidam Sancta Vita, & probata Religionis nomine Gerardus* - *Bosius d. Libr. 2. pag. 13.* ubi quod semper in Sacra Hierosolymitana Religione constat habitum fuisse ut Sanctum, & Beatum: *d. Abb. Justinianus d. cap 21. pag. 211. par. pr. d. Pater Joseph Maria Fornari*

vi loco superius allegato pag. 727. *d. Sebastianus Pauli in Codice Diplomatico sub tit. Serie Cronologica de' Gran Maestri, che governarono l' Ordine Gerosolimitano in Soria pag.* 329. *Pater Carsoni* ubi supra allegatus: *Commendator Marullus pag.* 7 ubi quod non solum in Hierosolymitana Religione, ut Sanctus habetur, sed etiam in aliis partibus, quibus delatum est ejus nomen, inter Sanctos d. Religionis pingitur, & numeratur: sic ejus Effigies habetur apud *Rubeum* in sua *Chronologia magnorum Magistrorum publica luci data*, & de qua loquimur in nostra Nomenclatura magnorum Magistrorum.

Post infelicem Rhodi Insulæ amissionem, ejusdem Gherardi Corpus translatum fuit *anno* 1534 ad Manoascam, veterem Ordinis Hierosolymitani in Gallia, & Provincia Commendam: *d. Abb. Justinianus d. cap.* 21. *pag.* 211., *Ludovicus Moreri in magno Dictionario verbo Gerard. Co. Aldighetius Fontana* in suo Libello - *L' Ordine della Sacra, ed Eminentissima Religione Gerosolimitana in* §. *Origine della Sacra et.* vers. *il suo Corpo*.

Dicta Manoaschæ Commenda deinde in Titulum Bajulivatus erecta fuit, & in Magnę Crucis Dignitatem, de qua agemus infra in Catalogo magnorum Magistrorum.

Sane apud Manoacenses summa Veneratione servatur: *d. Marullus pag.* 7. *d. Sebastianus Pauli* loco superius allegato, & *d. pag.* 330. ubi in allegationibus, præcipue *sub Litt. H.* nominat *Columbum Manuacensem lib.* 3. *Historiar.* sic dicentem - *Girardus est in præcipua Mannacensium Veneratione, & sepe numero pluviam rogatus concedit: d. Bosius d. Parte prima lib.* 3. *cap.* 37.

Et licet ibi subdat, quod aliqui credunt Corpus Gherardi in d. Manoaschæ loco existens non esse Gherardi Institutoris Hierosolymitani Ordinis, sed alterius Gherardi; Nos tamen hujusmodi assertum, quod plures fuerint Gherardi, insubsistens penitus esse demonstravimus in præsenti *Discursu hujus Religionis in* §. *At prædictum*.

Certumque est, quod idem *Bosius pag.* 56. *&* 57. refert Iconem delineatam p. ælaudati Gherardi capite tonsi, & barbam gerentis, induti Habitu cum Cruce Sanctæ Hierosolymitanæ Religionis, cum Radiis, & Splendoribus Sanctorum, ac in actu, quo fercula ægrotis ministrat, asseritque Equites Provinciales testimonium perhibere, quod quoties Populi illi Pluvia indigent, Corpus hujus Beati processionaliter deferunt, & ad hujus Beati intercessionem, petitam pluviam indulget Divina Majestas, & in re hac continuum cernitur Miraculum, Prędicta vero Icon Sanctorum, & Beatorum radiis exornata asservatur in Oratorio Sancti Joannis Decollati in Civitate Valetæ Melitę, ut scribit idem *Bosius loco superius allegato pag.* 57. ubi Effigiem eandem refert.

Et quod ob multa Beneficia, quæ Homines Burgi Manoaschæ ad ejusdem Beati intercessionem recipiunt, magna idcirco veneratione colatur, scribit dictus Commendator *Marulli pag.* 8.

Crux tamen laudati Gerardi ibi pingitur, non in forma plana, prout de tempore, quo vivebat, juxta ejus præscriptum gerebatur, sed pingitur Crux Octogona per Anacronismum, cum Octogona fuerit injuncta, & reformata ab immediato Successore d. Beati Gerardi, scilicet Raymundo de

Podio

Podio: & ita cum d. Octogona Cruce adest Effigies, quam refert superius allegatus *Rubeus*.

De eodem Gerardo agimus etiam in ipso Discursu super hac Religione, & in Catalogo magnorum Magistrorum.

Secundus Hierosolymitanæ Religionis Sanctitate illustris fuit Raymundus de Podio secundus ejusdem Ordinis Hierosolymitani Magister: ex qua Natione, ac Urbe fuerit, dicitur in Elencho magnorum Magistrorum: constans autem est, in eadem Religione illum fuisse piissimum, & pro Fide Catholica, illiusque defensione, ac amplatione in Terra Sancta indefessis laboribus sudavit, & arsit: Sanctissimas Instituti sui regulas, à Gerardo acceptas, ut exacte à cunctis observarentur, vigilantissime fategit, reformavitque, & post longum quadraginta annorum cursum Sancti itreque Regiminis anno 1160. in odorem suavitatis in osculo Domini decessit, meritoque ab omnibus, uti Beatus recognoscitur, & colitur, & illius Imago inter cœteros ejusdem Hierosolymitanæ Religionis Beatos asservatur in dicto Oratorio S. Joannis Decollati, sito in Civitate Vallettæ Melitæ, quę Imago est Viri stantis, tonso capite, barbam habens, ac Aureola Sancti insignita, & picta cum Habitu, & Cruce Octogona Ordinis, geritque dextera manu Crucifixum, & in sinistra Rosarium, à quo Octogona Ordinis Crux pendet, estque accincta Ense, ut videre est apud *Bosium d. Histor. lib. 6. pag.* 219. *Ab. Justinianum d. cap.* 21. *pag.* 212. ubi refert Figuram cum antiquo Habitu Magistri Ordinis. Legantur quæ in præsenti Discursu, & in Catalogo magnorum Magistrorum exposita sunt. Imago etiam dicti Beati Raymundi conspicitur in supradicta Chronologia magnorum Magistrorum edita à *Rubeo* ut supra.

Tertius, & Quartus in Religione Hierosolymitana Sanctitatis Corona fulgentes, duo sunt Germani Fratres, Ferrandinus scilicet, & Nicasius gloriosissimi Christi Domini Martyres. Uterque fuit Ordinis Hierosolymitani Eques, Natione Siculi, ex Nobili Burgii, seu Burgesii Familia, quæ originem sumpsit ab illo Saraceno Principe nuncupato Kamet, qui notabili Littoralis Meridionalis Parti Siciliæ, usque ad Civitatem Castri Joannis imperitans, Bello captus à Comite Rugerio Hortmanno Domino Trinacriæ, Apulię, & Calabrię, ad Sanctam Christianam Fidem conversus, Sacrum Baptisma ab Episcopo Gergentano suscepit, imposito illi Rugerii nomine, eo quia illum è Sacro Fonte levavit præd. Comes Rugerius, qui subinde liberali manu, dicto Rugerio donavit Terram Burgii, à qua Familia Cognomen sumpsit: idemque Comes Rugerius Robertum præfati Rugerii Filium Equitem creavit, eidemque in Fœudum dedit Civitatem Venusiæ in Apulia. Ex isto Roberto tres filii nati sunt, Guillielmus, Ferdinandus, & Nicasius, qui duo postremi Equestrem Religionis Hierosolymitanę Habitum sumpserunt, & Professionem emiserunt, & pro Fide Christi Domini gloriosam Martirii palmam consecuti sunt. Floret vero usque ad præsens Nobilis hæc Familia; nam ex prenominato Guillielmo longa, & præclara Avorum serie descendit Franciscus Burgio Baro Gazzaræ, ac Patricius Drapanensis, ut adductis antiquis Documentis, efformataque Genealogica Arbore, testatur ***Sebastianus Pauli in suo Codice Diplomatico Ordinis Hierosolymitani Diplom. n. 78. pag.*** 82.

81, & seqq., & in tit. Osservat. soura i Diplomi ad d. Diplom. 78. pag. 509.

Tempus vero, quo hi Sancti Equites Ferrandinus, & Nicasius ad Orientis partes se transtulere, ponderat idem *Sebastianus Pauli locis superius allegatis*, verosimile reddi fuisse anno 1185., occasione qua Rogerius de Molinis Magister eorum Ordinis Hierosolymitani, qui missus ad Principes Occidentis Orator, ut subsidia Terræ Sanctæ solicitarent, ad Orientem remeavit.

Quemadmodum eosdem Sanctos Equites gloriosum subiisse pro Christo Martyrium anno 1187. sævo Prælio in loco Esini, quo cum à Saladino acerrimo Christianorum Hoste capti fuerint, ejus jussu decollati fuere, & ita Martirii Corona decorati Ferrandinus, & Nicasius.

Constat siquidem eorundem Sanctorum Martyrum obitum evenisse circa dictum tempus, ex quo de hac felicissima morte datæ fuerunt Litteræ à Magistro Ordinis Hierosolymitani Regi Guillelmo Siciliæ, ut testatur Diploma Imperatoris Friderici Secundi regiltrato *in d. Codice Diplomatico sub Diplom. 78. n. 2 pag. 83. & in observat. ad Diplom. 78. pag. 510.*

His facti Documentis carens *Bosius in Histor. Ordinis Hierosolymitani tom. 2. lib. 18. pag. 613.* nullam mentionem facit de Sancto *Ferrandino*, solumque nonnulla tradit de Sancto *Nicasio*, non tamen exprimit; ex qua Natione, vel Patria fuerit, neque Familiæ Cognomen, & Sancti Martyris obitum ponit sub anno 1242. quæ tamen omnia nunc liquent ex supra expositis; calculanti enim prænominatorum Principum tempora juxta ea, quæ habentur apud Historicos, patens est Mortem Sanctorum Martyrum referendam esse ad illa tempora.

Stante autem prædictorum Documentorum serie corruere videtur ratiocinium, quod promovet *d. Commendator Hieronymus Marulli in suo Volumine Vite delli Gran Maestri della Sacra Religione di S. Giovanni, impressa Neapolis Typis Octavii Beltrami 1636. in Vita Fratris Gerini decimi Quinti Magistri pag. 169.*, ubi nititur probare d. Sanctum Nicasium non fuisse Martyrem, sed locandum esse in Classe Sanctorum Confessorum & in æquivocum Historicum *Bosium* Martyrem illum asserentem: sed id quod scripsit *Bosius* confirmatur à Documentis per *Sebastianum Pauli* cumulatis, ut supra diximus, quibus constat, non à Friderico II., sed à suo Saladino acerrimo Christianorum Hoste in partibus Orientalibus martyrium subiisse.

Cæterum, utriusque Sancti Equitis *Ferrandini*, nempe, *& Nicasii*, cultum antiquissimum fuisse in toto Regno Siciliæ, notorium est & testatur *d. Sebastianus Pauli in d. Codice Diplomatico Observat. ad Diploma 78. pag. 509.*

Peculiaris autem Cultus, & Veneratio tribuitur *Sancto Nicasio* in eodem Siciliæ Regno, & Civitatis Drapani unus est ex Protectoribus. Plures ejusdem Sancti Martyris Nicasii Imagines servantur Sanctorum radiis exornatæ. In Ecclesia enim Sancti Dominici Civitatis Panormi Imago adest picta, cum Cruce alba Ordinis Hierosolymitani in pectore, ac Ense ad latus, & calcaribus aptatis in Pedibus, cum nonnullis Glandulis in collo, & sub hac Imagine leguntur hæc verba: *S. Nicasius Martyr, & Miles Domini Nostri Jesu Christi, multas in collo habuit Glandulas, & impetravit à Domino nostro Jesu Christo, ut quicumque Nomen suum supra se portaverit, Glan.*

Glandulæ ei nocere non poterint. Amen: ita tradit dictus *Bosius Lib.* 18. *à pag.* 613. ubi refert d. Sancti Imaginem. Alia similis picta est in Ecclesia Sanctæ Catharinæ de Olivella ad latum sinistrum Altaris Beatę Virginis de Itria cum Cruce Religionis Hierosolymitanæ in pectore cum Glandulis collo Ense ad latus, habensque Calcaria in Pedibus: sub ea adsunt verba prædicta - *Sanctus Nicasius*. Alia pariter in Ecclesia Sanctæ Marię Miraculorum, picta tamen sine barba cum Cruce Ordinis, Ense ad latus, & Calcaribus in pedibus; quemadmodum etiam imberbis est alia picta in Oratorio Sanct Joannis Decoliati Melitę in Civitate Vallettæ, gerens vestem rubeam, quam in Præliis deferunt juxta Indultum Alexandri Papæ IV. ut diximus, & albam Crucem in pectore, & sub ea adest Nomen sic: *Sanctus Nicasius*, de quibus omnibus videatur *d. Bosius Historia Ordinis Hierosolymitani tom.* 1. *lib.* 18. *pag.* 613., *& seq.* Utramque ejusdem Sancti Martyris Nicasii Imaginem, illam scilicet, quæ in prędicta Ecclesia Sanctæ Catharinę, & illam quæ in Civitate Vallettæ existit, delineatam affert idem *Bosius pag.* 613.

Subdimus tandem, ex antiquis Documentis relatis *à Patre Sebastiano Pauli in allegato Codice Diplomatico pag.* 511. constare, quod apud Nicolaum ex eadem Burgii Nobili Familia vetus Numisma aureum, unionibus exornatum servabatur, in quo d. Sancti Nicasii Martyris Caput insculptum erat, quodque olim Ruberto prædictæ Familiæ a Rege Guilielmo transmissum fuerat. Quod aureum Numisma postmodum Descendentes prefati Nicolai donarunt Drapanensi Senatui, qui anno 1534. idem Numisma dono dedit Siciliæ tunc temporis Proregi Ferranti Gonzagę, Sancti Martyris Nicasii devotioni addicto, quemadmodum totam hanc seriem refert *d. Sebastianus Pauli in Codice Diplomat. Ord. Hierosolymitani sub Tit. Osservat: Sopra i Diplomi, Osser. ad Diplom.* 78. *pag.* 511.

De Sanctitate hujus Sancti Nicasii, vide quæ scribit allegatus *dictus Commendator Marullus in Vitis MM Magistrorum*, cujus verba transcribimus infra in Calce Vitæ Sancti Gerardi Mercatti.

Quintus Ordinis Hierosolymitani Sanctitate florens, fuit Sanctus Ugo. Hic in Religione Hierosolymitana vocabatur Frater Ugo, cujus Familiæ Cognomen, & Patriam non refert *Bosius in d. Parte Prima Libr.* 17. *pag.* 567.: esse autem in Gallia natum claris Parentibus, asseritur in Lectionibus Secundi Nocturni pro dicto Sancto Ugone, quæ Lectiones licet non sint in usu, asservantur tamen penes Rectorem Commendæ Sancti Joannis Prædarum Civitatis Januæ, ac in Ecclesia Sanctæ Mariæ Victoriæ, sive Sancti Joannis veteris.

Animadvertens enim Ugo, Hierosolymitanos Equites, tunc temporis in Oriente contra Infideles fortiter pugnare, & in Occidente Sanctæ Hospitalitatis Officia exercere, & proinde apud Principes, & Fideles Populos, magno in honore haberi, omnibus expetebat votis, ut tam Sanctæ, tamque illustri Religioni Eques adscriberetur: Unde maximo cordis sui gaudio ad habitum Religionis admissus fuit, eratque Frater Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, ut inquit *Bosius in Historia Ordinis Parte Prima lib.* 17. *pag.* 567. Circa annum 1232. fuit a Religione huic Equiti demandatum Gubernium, & Admini-

ministratio d. Commendæ, & Hospitalis Sancti Joannis Prælatura Civitatis Januę, ut habetur in d. Prima Lectione Secundi Nocturni. *Bosius d. Parte Prima d. pag. 567. P. Dominicus Maria Curione ex Ordine Prædicator.* in Volumine - *il Glorioso Trionfo della Sacrosanta Religione Militare de' Cavalieri di S. Gio. Gerosolimitano*, esempio quarto n. 65. cap. 3.

Cœterum Commendam fuisse fundatam à quatuor Civibus Savonensibus, inter quos enumeratur Guillelmus Saccus, & ob hoc Beneficium, Religionem Equitum Melitensium, in die Paschatis, dono mittere quot annis Agnum benedictum, allegata Historia Savonensi, scriptum reliquit *Pater Aurelius à Genua Cappuccinus in Tract. Chronologico ab eo ex variis Auctoribus compilato in secunda Editione Genuæ Typis Joannis Franchelli in Chronologia Urbis Genuæ pag.* 349. In hujus ergo Januensis Commendę regimine optime se gessit Eques Ugo, tradita sibi à Domino talenta fideliter in suę Religionis commodum, proximi utilitatem, & Dei honorem, & laudem, mirifice exercuit, ac sanctissime multiplicavit; asperum quippe in se vitæ genus duxit, pellibus indutus, cilicio duro præcinctus, & ferrea ad renes cinctus catena corpus suum domabat, super nudis cubabat asseribus brevem somnum capiens in dimisso Hospitalis cubiculo erga maris aspectum sito. Quadragesimali tempore nihil coctum comedebat, extra quadragesimam quoque totius añi curriculo jejunabat, solumque cibis, quibus vesci in Quadragesima licet, vescebatur: in Officii recitatione fervidus, & quando Sanctissimo Missę Sacrificio adstabat, eo durante, pluries visus est à terra sublatus.

His cœterisque mortificationibus, sanctisque Exercitiis, & Virtutibus exornatus, in Hospitali pręcipue Sanctis admonitionibus consulendo succurrebat, propriis manibus solicita Charitate Pauperibus inserviebat, eis necessaria ministrando, ac humilitate pedes lavabat, Mortuos sepeliebat, cumque alba sui Ordinis Cruce, quam semper in pectore gerebat, Crucis mortificationem intus in corde præseferebat. Quotidie etiam aliquo temporis spatio cœlestium rerum meditationi, ac lectioni se totum tribuebat. Idcirco, ut Sanctum omnes eundem venerabantur, & tam ipso vivente, quam defuncto, Deus ad illius intercessionem Miracula patravit: nam dum quadam die nonnullæ mulieres in lavandis Linteaminibus Infirmorum Hospitalis, aquæ inopia plurimum laborarent, ac æstivo torquerentur calore, illic autem forte Ugo adesset, eundem anxie rogauerunt, ut suis precibus à Deo bonorum omnium Largitore, Aquam impetraret, ne misere ad eam hauriendam, tam longe pergere cogerentur. Ugone orante, signo Crucis facto, Aquæ è Saxo manarunt tam abundanter, ut non solum satis fuerint ad large bibendum, & ad rem linteariam tunc lavandam, sed etiam hodie Fons adhuc duret, vocaturque Fons Sancti Hugonis, qui Fons vivissimis scatet, & limpidissimis Aquis gustu gratissimis, & delectabilibus, ac ad multas tollendum infirmitates mirabiliter saluberrimis, & refertur in *Lectione secunda d. Sancti in Martyrologio sub die decima nona Octobris*, & apud *Bosium Parte prima lib.* 17. *pag.* 567. *d. Pater Curione d. cap.* 3. *Esempio quarto pag.* 66.

Prope Portus ingressum, quædam Navis existens, ventorum turbine, ac vi, adeo

adeo quassabatur, ut Naviculariorum singulis quælibet redderetur industria, & solicitudo, & Navis in Scopulos ruitura jam erat. Imminens è Turre Hospitalis Naufragium Sanctus Ugo prospiciens, & Miserorum pietate motus, e Turre statim descendit, & in singultus, & lacrimas effusus, undas Maris usque ad genua ingressus, ad Cœlum oculos extulit, & versus naufragantem Navem Signum Sanctæ Crucis efformans, illico ventorum impetus cessavit, & undarum, ac stridens Aquilone Procella, factaque fuit tranquillitas in Mari, sicque Navis Portum incolumis intravit: quamobrem Nautæ Ecclesiam Sancti Joannis statim adivere ad gratiarum actionem Deo reddendam pro Beneficiis ad hujus Viri undique Sancti intercessionem eisdem impertitis.

Nicolaus Pigliacarus, cum ad hujus Sancti Equitis Domum se transtulisset pransurus cum illo, parataque mensa, ipse Nicolaus aquam e Fonte hausit, & ad mensam detulit, dumque illam bibere voluit, facto per Ugonem Sanctissimo Crucis signo super eandem Aquam, in Vinum excellens immutatam agnovit, & gustavit.

Testes oculares referunt, Aves Cœli vidisse circum Caput Sancti Ugonis volitantes, dum ipse Orationi incumbebat.

Plenus itaque meritis, Januæ die octava Octobris anno 1233. obiit in Domino Sanctus Eques Ugo, ut habetur in prælli gatis Lectionibus. & scribit *Bosius Histor. Ordin. Hierosolymit. Parte prima lib. 17. pag. 569. d. Pater Aurelius à Genua Capuccinus in in d. Tractat. Chronolog. in d. 2. Editione pag. 352. d. Pater Curione d. cap. 3. Esempio 4. pag. 66.*

Corpus Sancti tumulatum fuit in eadem Sancti Joannis Ecclesia in Civitate Januæ, ubi summa colitur veneratione, atque annuatim die 19. Octobris Festum agitur. Caput vero asservatur peculiari custodia; atque annuatim die decimanona Octobris Festum agitur magno Populi concursu, illorum præcipue, qui ex devotione sub hujus Sancti Equitis Tutela peculiari Sodalitati, sub Fratrum nomine adscripti sunt, quique Fratres nigrum gerunt Habitum, & Crucem Ordinis deferunt, celebrare faciunt d. die solemnem Missam in eorum Oratorio ad Altare ejusdem Sancti Equitis.

Porro die decima nona Octobris, in tota Januensi Diœcesi Officium hujus Sancti recitatur de Communi Confessorum sub ritu duplici, & sequens Oratio dicitur. *Deus qui dedisti servo tuo Ugoni, in nomine tuo Signo Crucis de durissimo Saxo scaturire Fontem Aquæ vivæ, Dæmones effugare, & infirmos curare concede quæsumus, ut cujus exequimur cultum, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum &c.* Videatur *Bosius d. Parte Prima libr. 17. a pag. 567. & in Compendio Vitæ & Miraculor.*

Rursus antedictæ Sodalitatis Fratres in præfato Oratorio, quod de præsenti, est renovatum, aliam celebrant Solemnitatem die secunda Pentecostes. Solemnitas hæc magna pompa, Populi frequentia, ac Religione peragitur, & post Vesperas Processionaliter defertur argentea Sancti Ugonis Statua, seu Horma, & ut dicitur *Busto*, ubi Sacrum S. Ugonis Caput clauditur. Quæ Statua induta est nigra Veste Ecclesiastici ad instar, cum alba Cruce Ordinis Hierosolymitani supra Capsam ex Ebeno, & bene exornatam, associantibus magno numero Cereis.

Præterea alia ejusdem Sancti Ugonis Statua eadem die exponitur extra portam dicti Oratorii, & Ecclesiam, floribus exornata, & eo loco sita in Cryptæ formam disposito, ut imitetur locus non longe distans, ubi è Petra Sanctus Ugo aquas eduxit. Ad pedes igitur hujusmodi Statuæ antedictę Sancti Ugonis, cuniculis tenui salubris aquæ portione deducta, Fons efformatur illa die, à quo Devoti Aquam hauriunt, & bibunt.

In Litaniis, & Precibus ab Archiep. Januæ Jo. Baptista Spinola reformatis, quæ à Clero, & Populo Januensi recitantur, quoties occasione ingentis maritimæ tempestatis ad Januæ Portum Sancti Pręcursoris Joannis Baptistæ cineres venerandi deferuntur, invocatur etiam pręlaudatus Sanctus Ugo, & sequens recitatur Antiphona.

Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est.

Oh ineffabilem Virum, per quem Nobis tanta Miracula coruscant.

℣ Signavit petram, & fluxerunt Aquæ.

℞. Et Torrentes inundaverunt.

OREMUS.

Deus, qui precibus Beati Ugonis Confessoris tui in hoc Portu Navigantes in maximo discrimine salvasti; concede, ut ipsius meritis confidentes. Naves nostras, una cum Navigantibus incolumes recipere possimus; Per Dominum &c. ut videre est in Libro dictarum Precum pag. 28., & 35. Adest alia Oratio.

Deus, qui Beato Ugone Confessore tuo signante aridam Petram perenni fonte scatere mandasti, & Aquam in Vinum mirabiliter convertisti, quo etiam exorante, à sævissima tempestate devictam Navem prope hunc Portum piissime servasti &c.

Hujus Sancti Imago cum radiis, & laureola Sanctorum, cum nigra, & talari Veste, Religiosorum in morem, expressa habetur apud *Bosium d. lib. 17. pag.* 570., qui antecedenter *pag.* 567. refert hunc Sanctum Ugonem fuisse corpore parvum, & macrum.

Profecto, si perpendatur Spiritus vocationis ad sacrum Hierosolymitanæ Religionis Habitum, liquet Hugonem motum fuisse ad amplectendum Hospitalitatis Institutum, cui in Occidente idem Ordo Hierosolymitanus peculiariter incumbebat, ut dicitur in dd. Lectionibus secundi Nocturni. Si tenor vitę inspiciatur ejusdem S. hic totus, non solum in Peregrinis recipiendis, sed etiam ægrotis in Xenodochio Sancti Joannis in Civitate Januæ Christiana Charitate curandis versabatur; si demum consideretur ipsum fuisse nuncupatum Fratrem Hospitalis dicti *Sancti* Joannis, nec non vetus Fidelium erga eundem Sanctum Ugonem Pietas inspiciatur, quæ illius Imagines pingi, & sculpi curavit cum Ecclesiasticorum Veste, quibus omnibus simul cumulatis non abs re coniici posse videtur, Nobilem hunc Sanctumque Equitem voluisse recipi, & fuisse cum effectu receptum in Religionem Hierosolymitanam in Classe, & Gradu Ecclesiasticorum.

Cœterum, sicut eo vivente, Miracula ad Sancti Equitis Preces Divina patravit Majestas, ita etiam, eo post mortem intercedente Deus Miracula fecit: nam Mulier à Dœmone obsessa ad Sancti Ugonis Sepulcrum accessit, ibique occidente, jam Sole, nigerrimi coloris Rubetam ex ore evomuit pestiferum emittentem fœtorem, qui subinde una cum Rubeta evanuit, comprobavitque ad ejusdem Sancti inter.

intercessionem à Dœmone Mulierem fuisse liberatam: *d. Bosius d. Libro 17. pag. 569.*

Vir nervis attractus, & ad itinerandum impotens, ad Sepulchrum Sancti vigilans, quinta nocte se sanctum, & liberum invenit.

Quædam Mulier, nuncupata *Orta*, vivente adhuc in terris Sancto Ugone, Apopletico morbo laborans spatio octo annorum, Defuncto eodem Sancto Ugone, deferri curavit ad ejus Sepulchrum, & statim sanitatem recuperavit; unde in grati animi argumentum erga Sanctum Benefactorem, Habitum Sancti Joannis accepit, & in numero Monialium Hospitali inservientium toto vitæ suæ cursu, amore & charitate Infirmis inservivit: *d. Bosius d. Libr. 17. pag. 569.*

Constant huc usque dicta, & plura alia ex relatione, & lectione, quam jussu Summi Pontificis Gregorii Noni composuit Otho Fliscus Archiep. Ianuensis, quæ relatio, & lectio asservantur inter Monumenta præfatæ Commendæ Sancti Joannis Civitatis Januæ, ac de antedictis late agit *d. Bosius Histor. Ordinis Parte Prima Libr. 17. a pag. 567. cum seqq. d. Pater Dominicus Maria Curioni ex Ordine Prædicatorum in d. suo Volumine - Il Glorioso Trionfo della Sacrosanta Religion Militare de' Nobili &c. Cavalieri di S. Gio. Gierosolimitano Cap. 3. Esempio Quarto pag. 65 juxta impress. Neapolis Typis Scipionis Bonini Anno 1619* ubi quod d Otho Fliscus Archiep. Januen. scripsit Historiam hujus Sancti: sic etiam *Pater Magister Feo ex Ordine Divi Dominici anno 1483.*

Sextus Hierosolymitanę Religionis Beatus elucet Frater Girardus Mercatti natus in loco, nuncupato *Villa Magna* à Civitate Florentiæ, ultra quartum, vel quintum lapidem non dissito. Fuit hic Beatus Frater Serviens Hierosolymitani Ordinis; sed de quo tempore Habitum sumpserit, non liquet: *Jacobus Bosius Historia Ordinis Parte prima libr. 18 pag. 6.6. Pater Dominicus Maria Curioni - Il Glorioso Trionfo della Sacrosanta Religion Militare ec. cap 4. Exemplo 6. pag 70.* nam licet *Silvanus Razzi in Volumine Sanctorum, & Beatorum Æetruriæ* asserere videatur, dictum Girardum ad Insulam Rhodi fuisse delatum ab Equite Fiderico Folchi Architalasso Ordinis, ibique sumpsisse Religionis Habitum, id ex facto insubsistens redditur; nam cum idem Beatus obierit anno 1242., vel anno 1277. secundum alios, nondum de illo tempore Hierosolymitana Religio Rhodi Insulam tenebat, quam solum post sexaginta septem annorum cursum adivit, scilicet anno 1309., ut in hoc eodem Discursu ostendimus, & ita etiam *d. Silvano Razzi* respondit *Bosius in d. Historia Ordinis Parte pr. lib. 18. pag. 616*

Idem Girardus Frater Serviens Hierosolymitanæ Religionis, ab ineunte ætate valde devotus fuit, erga Pauperes Charitati ita addictus fuit, ut licet postmodum Sacro Habitu Hierosolymitano, & Cruce Nobili Ordinis insignitus, & decoratus, ostiatim eleemosinam quærens, id omne, quod ex quęstuatione colligebat, summo amore, christiana charitate, Pauperibus egenisque distribueret, quin imo solitudinis amore, & magis austerum Vitæ Genus ducere exoptans, Vestem Tertii Ordinis Sancti Francisci e manibus ipsius gloriosissimi atque archę Divi Francisci, tunc temporis viventis, devotus accepit, nunquam tamen præcedentem Hierosoly-

lymitana recessit, sed super rude Divi Francisci tegmen, allutam Crucem albam Hierosolymitanæ Religionis semper detulit, præscriptisque sibi cumulatis Regulis, multiplicatis obligationibus, & Votorum vinculis superadditis, in pauperem Domum confugit; Eremiticam Vitam ducens, continuis vacabat Orationibus, & Meditationibus, Jejuniis Corpus suum domabat, & Flagellis, ad carnem asperum adhibebat Cilicium, durissimis Pœnitentiis se macerabat, adeout Scriptores eundem novum illius ætatis Sanctum Antonium, & Hilarionem, nuncupare non dubitaverint, ut relatis *Pauli Minii Florentini* verbis in *Discursu Nobilitatis Florentinæ*, scribit *d. Bosius d. lib. 18. pag. 617.*, & *d. Pater Curioni d. cap. 4. Exemplo 6. pag. 71.*

Nocte intempesta, nullis videntibus, solitus erat se transferre ad quædam Religiosa Loca; iter autem peragebat genibus ad terram provolutis, sicque per longum trium milliarium spatium in ascensione ad quandam viam: ut aliquantulum quiesceret cuidam innitebatur saxo, in quo hodie etiam impressa cernuntur Dei miraculo vestigia manuum, & digitorum, ad quæ loca in hujus Sancti Girardi honorem, & Devotionem Societas Sancti Dominici dicti Loci di Villamagna certis anni diebus se transfert. Huc usque ita scribit *Bosius* loco superius allegato; *d. Pater Curioni pag. 72.*

Cæterum *Mazzara* refert, quod dictus Beatus Girardus ter qualibet hebdomada tres visitabat Ecclesias admodum inter se distantes; unam scilicet in vertice Montis nuncupati *L' Incontro*; alteram in Monte *Agesto* prope *Arnum*. Tertiam B. Mariæ in Monte *Remolo* prope Sesinam, hancque trinam Ecclesiarum visitationem die Lunæ pro Animabus in Purgatorio existentibus applicabat, ut Deus pœnas alleviaret: die Mercurii pro suorum peccatorum venia: die Veneris pro venia peccatorum omnium Fidelium, & pro conversione Infidelium.

Girardi Sanctitatis fama in dies glíscente, non solum Terrarum, & Civitatum, quæ prope sunt illius Patriam, sed etiam earum quæ ab illa distitæ sunt, ad Sancti Tugurium confluebant Populi, quibus magno zelo verbum Dei prædicabat, & salutis monita dabat: *d. Mazar.*

Dum vero adhuc viveret Girardus, & de mense Januarii ægrotaret, quadam die Sorori suæ, quæ ei Domi ægritudinis tempore charitative inserviebat, innuexit, ut in Hortum descenderet, sibique nonnulla Cerasa comedenda deferret; cumque hoc iterum demandasset, asserens, quod in tali Arbore Cerasi, inveniret, paruit tandem Soror jussionibus Fratris, & ad designatam Arborem accedens, rubentia invenit Cerasa, abscissoque Ramo fructibus referto, ad Ægrotum detulit: unde in hujus miraculi signum Beatus pingitur habens in manibus ramum Cerasi *Bosius* loco superius allegato: *d. Mazzara: d. Pater Curioni cap. 4. Exemplo 6. pag. 72.*

Serioque mortem cogitans quadam die, quatuor ingentia saxa, ad sibi Sepulchrum parandum eruit; & ut ad locum Sepulchri deferre vellet, Agricolam rogavit, ut tria Juga Bovum adduceret: id peragere renuente Agricola, accersit ipse duos tantumodo indomitos Juvencos jubens, qui facillime saxa, quæ vix ob ingens pondus eorundem decem Juga Bovum trahere valuissent, ad locum destinatum per vias dificillimas trium milliarium spatio evidenti quidem miraculo, transtulere, ut scribit *Bosius pag. 616. Curioni pag.*

pag. 73. *Mazzara*, ubi subdit, quod consimilia Miracula plurima patravit.

Demum anno 1242., vel 1277. Vir Sanctus ætate provectus Sanctissimis munitus Sacramentis, continentia, humilitate, charitate, & miraculis conspicuus in odorem suavitatis obiit, ut scribit *Bosius d. Parte prima libr.* 18. *pag.* 616. *Boyssat libr.* 2. *Histor. horum Equitum tom* 2. *Bzovius tom.* 13. *ad Ann.* 1242. §. 15. *d. Curtoni pag.* 73.

At Martyrologium Franciscanum ponit obitum hujus Sancti sub anno 1277. die 13. Maii Feria secunda Pentecostes, ut videre est in d. Martyrologio *Patris Arturi à Monasterio pag.* 184. qui refert etiam prædictos Auctores superius allegatos tenentes mortem hujus Sancti evenisse d. anno 1242.

Dum Discursum hunc nostrum revidemus, Dominus Abbas Joannes Baptista Serughi Patricius hujus Civitatis, qui Scriptorum Monumenta nocturna versare manu, versare diuturna non cessat, porrexit Nobis Volumen, cui Titulus - *Storia Letteraria d' Italia, Volumen secundum incipien. à mense Septembris* 1749., *usque ad alium Septembris mensem* 1750. *impress. Venetiis* 1751. *Typis Poletti*, ubi *cap.* 4. *tit. Storia Sacra Particolare pag.* 240. auctoritate Domini Doctoris Josephi Mariæ Brocchi recenset d. Sanctum Girardum obiisse anno 1258. Nos autem Lectores nostros ad rationes, quas laudatus Dominus Doctor Brocchi adducit, sicut & ad rationes, quas cumulant Auctores superius allegati, omnino remittimus.

Prædicti Auctores, referente *Boyssat*, contendunt ipsum Beatum Gerardum prius fuisse Equitem Hospitalarium Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, deinde Habitum Tertii Ordinis Minorum sumpsisse de manu Divi Francisci. Corpus ejusdem tunc temporis positum fuit in quadam Capsa lignea, & supra Quercum locata, prope locum, ubi mortuus fuerat. Cumque adeo se undequaque Sancti Viri fama diffuderit, & certatim confluerent Populi, & devotionis gratia Vestes scinderent, & sacras Reliquias acquirere satagerent, Res-Publica Florentina, ad idem Sacrum Corpus custodiendum, Militum copias misit, quousque inceptum fuit Ædificium Ecclesiæ, quæ in sui honorem constructa fuit in eodem loco, ubi Domus ejusdem constructa aderat in Villa Magna: *Bosius d. pag.* 618. *d. Pater Dominicus Maria Curtoni d. pag.* 73. Tunc temporis, cum quædam Famula Hospitali Sanctæ Mariæ Novæ Civitatis Florentiæ mortua esset Ruri, ubi tunc morabatur, ejusque Cadaver, ut sepeliretur, fuerit ad d. Locum delatum, ac locatum sub Capsa d. Sancti, ut dictum est, super Quercu locata, statim Deo Servum suum glorificante, à mortuis surrexit Famula, quę Deo optimo maximo gratias egit, qui dedit talem potestatem Hominibus servis suis: *Mazzarius*.

Tandem in d. Ecclesia di Villa Magna Sanctum ejus Corpus repositum fuit, & tumulatum in magna Capsa extructa ex prædictis ingentibus Saxis, & etiam hodie sub Ara maxima, pulchrum, & integrum servatur, & aliquando magna Populi devotione, ac frequentia ostenditur: *Bosius d pag.* 618., *& d. Curtoni pag.* 74., & quoties detegitur, suavissimum emittit odorem: *Bosius ubi supra pag.* 618. *d. Mazzarius præallegatus*: de hoc etiam Carolus Guido Fiori S. Stephani Papæ Martyris Eques in Catalogo Hagiologico Etrusco pag 116. Romę Typis Antonii de Rubeis 1731.

Quo-

Quotidie Deus ad hujus Sancti intercessionem gratias indulget; nam cum Funiculus ejusdem Sancti ad Ægrotos defertur, Ægroti sanitatem mirabiliter consequuntur: *d. Mazzara*.

Sancti hujus Festivitas celebratur die secunda Pentecostes: *d. Curioni pag.* 74. *d. Bosius d. Parte prima lib.* 18. *pag.* 618., *& seqq.* ubi refert Iconis ejusdem Sancti Tabellam, in qua exprimitur Sanctus stans cum radiis Sanctorum, manuque gerens Ramum viridem cum Cerasis, cum Cruce Ordinis in veste, adestque è dextero latere quercus, super quod picta apparet Capsa lignea, in qua, ut præmisimus, positum fuit illius Corpus, una cum Militibus illud custodientibus.

Ad ornatum trium hujus Hierosolymitani Ordinis Heroum in sanctimonia conspicuorum, scilicet supradicti Gerardi Mercatti, Gerlandi de Apolonia sive Alemania, seu Polonia, de quo mox sermo habebitur, & Sancti Nicasii, hic ad litteram transcribimus quod scriptum reliquit Commendator *Hieronymus Marulli in Vitis magnorum Magistrorum hujus Religionis Hierosolymitanæ in vita magni Magistri Genni*, quem ipse nominat vigesimum quintum *pag.* 168. *juxta impressionem Neapolis Typis Octavii Beltrani* 1636. ubi sic loquitur - *Nello stesso anno fu questa Militia adornata di ricchi fregi, ed illustrata dalla morte di tre suoi Devoti Religiosi, alla fama delle cui Vite, Santità, e Miracoli, corsero da più remote parti i Popoli, per visitare quei benedetti Corpi, gli andamenti de' quali, approvati poi da Santa Chiesa, furono cagione, che con grido di Santità connumerati fussero tra Beati nel Cielo. Il primo fu Fra Gerardo Mercatti in Villa Magna nella Toscana, ed in Sicilia nella Città di Calatagirone Fra Gerlando d' Alemagne, ed il terzo S. Nicasio*.

Septimus Religionis Hierosolymitanæ Sanctimonia insignis, currente antedicto Seculo decimo tertio, numeratur Frater Gerlandus de Apolonia, sive Alemania, aut Polonia, Eques Hierosolymitanus, cujus Cognomen & Patria ignoratur. Hic Federici Secundi Imperatoris tunc in Sicilia commorantis Aulam sequens, ac etiam à suo Hierosolymitano Ordine in Siciliam missus, ut Bonorum, quæ possidet Religio administrationi præesset in Civitate Calatæ, Italice *Calatagirone*. adeo Sanctitate floruit, ut veri Equitis Christiani exemplum cunctis exhibuerit: indefessa siquidem solicitudine Viduis patrocinium, Pupillis tutamen erat, Oppressos sublevabat, Afflictos consolabatur, Egenis liberali Eleemosinas manu largiebatur, & licet extrinsece Illustri Equestris Religionis Habitu indutus incederet, occulte tamen ad carnem asperrimum deferebat Cilicium, & Flagellis macerabat, plurimisque Jejuniis; ferventissima demum Oratione exercebatur, atque ideo ejus Sanctitatis fama longe, lateque diffusa fuit. Beatus Eques Gerlandus hic sub anno 1243. cumulatus meritis migravit ad Dominum, Populorum lacrymis, & Pauperum præcipue, qui ut Patrem defunctum amare deflebant, comitantibus: ejus Corpus tumulatum fuit in loco prope Civitatem *Calatagirone*.

Longa annorum serie in testimonium Sanctitatis prælaudati Sancti, eoque intercedente, plura Deus patravit miracula: nam Infirmi, & membris contorti, ad Beati Equitis Sepulchrum confluentes, sanitatem consecuti

sunt

sunt, & salutem.

Cumque subinde ob bellorum, pestis, cæterarumque humanarum miseriarum, ac temporum vicissitudines, quas Siciliç Regnum subiit, & quibus præcipue antedicta Civitas *Calatagirone* vexata fuit, loci Sepulturç notitia deperdita fuerit, mansitque ignotus; effluxo octoginta & quatuor annorum cursu, Divinæ placuit clementiæ in Populorum d. Civitatis *Calatagirone* Devotioni ejusdem Beati Gerlandi impense addictorum consolationem, miro sane modo patefacere: nam Sanctus Constantius Jacobo de Calarasimi in prçdicta Civitate habitanti Viro pio in somnis apparuit, eique revelavit Corpus Beati Girlandi fuisse sepultum in Ecclesia Sanctæ Mariç de Templo extra d. Civitatem, & specificç Sepulchri Locum indicavit. Accessit autem una cum nonnullis ejusdem Amicis 18 Junii anno 1327. d. Jacobus ad locum sibi in visione designatum; in d. Ecclesia Sanctæ Mariæ de Templo adamussim invenerunt Beati Equitis Reliquias in Capsa; quibus Sacris Reliquiis detectis, statim suavissimus odor emergens, totam implevit Ecclesiam. Ad hanc piam actionem Civitatis accessit Populus lçtitia perfusus, successiveque Magistratus decreto, maxima reverentia, & honore eædem Sacræ Reliquiæ translatæ fuerunt ad Ecclesiam Sancti Jacobi Apostoli Patroni, & Tutelaris ejusdem Civitatis Calatagirone. Tunc temporis Omnipotens Deus intercedente Beato Girlando antiqua renovavit Miracula, omnes infirmi, & debiles sanati fuere, ac prçcipue illi sanitatem consecuti sunt; qui viva fide, ac devotione languida membra Vino illo aspersæ runt, quo Sacræ Reliquiç lotæ fuerunt.

Totque tunc patrata fuerunt Miracula ut principaliora ex eis usque ad numerum nonaginta quinque juridicis Testibus comprobata fuerint ex Decreto Magistratus, & Juratorum d. Civitatis Calatagirone, atque in Volumine registrata, quod Volumen servatur in Arca Privilegiorum ejusdem Civitatis *Calatagirone*. Rursus de Sanctitate, & Miraculis hujus Beati constat ex antiquissimo Instrumento authentico stipulato in Gela, italice *Alicata*, Terra, seu Civitate Siciliæ anno 1331., de quo Instrumento mentionem facit *Bosius d. Parte pr. lib. 8. pag 621.*

Quemadmodum etiam constat ex aliis Documentis stipulatis anno 1616., & 1619. ejusdem Beati Imaginem servatam fuisse in prælaudata Ecclesia Sancti Jacobi Apostoli in d. Civitate Calatagirone, quæque Imago juvenilem faciem prçseferebat, Habitumque cum Cruce Ordinis Hierosolymitani gestantem, una cum Ense ad latus; quodque de mense Junii, die Inventionis Sacrarum Reliquiarum ejusdem Beati Girlandi Festum magna solemnitate, devotione, ac pompa, & Populi concursu annuatim agitur, ibique dictum Festum est ex solemnioribus ejusdem Loci. Super hactenus dictis videatur *d. Bosius d. pag. 621., & 622.* ubi delineatam refert ejusdem Beati Effigiem, eo modo, quo picta existit in Oratorio Sancti Joannis Baptistæ decollati sito in Civitate Vallettæ Melitæ, radiis Sanctorum exornatam.

De Sanctitate prælaudati Girlandi vide quç scripsit *d. Comendator Marulli in Vita magni Magistri* Gerardi, & ejus verba retulimus supra in Vita B. Girardi ultimo §.

Octavus adest Beatus Doctus, vulgo *degli Occhi*, Sacerdos Ordinis Sancti

Joannis Hierosolymitani. Hic Pisis in Capella Sancti Sepulchri curam gerebat Animarum, & forte etiam Sanctimonialium, Vir probatę Sanctitatis, de qua *Dominus Joseph Martinius Pisanus Canonicus* in affabre elaborato *Theatro Pisano edito Romæ anno* 1705. *Franciscus Orlandinus Ordin. Prædicatorum in Orbe Sacro, & Prophano, edit. Florentiæ anno* 1732. *Parte secunda lib.* 3. *cap.* 28. *pag.* 995. *Silvanus Razzius in Vitis Sanctorum, & Beatorum Ætruriæ* supra allegatus *Guido Forti, ex Civitate Pistia Eques Sancti Stephani Papæ, & Martyris in Catalogo Hagiologico Ætrusco seu de Sanctis, ac Beatis Ætruriæ pag.* 71. *Romæ Typis Antonii de Rubeis* 1731.

Imago hujus B. Docti picta videri potest in Oratorio Domus DD: Fratrum Marchionum de Moratinis, ut infra dicemus.

Nonus Religionis Hierosolymitanæ Eques inter Sanctos enumeratur Fr. Don Garzias Martinez. Hunc circa annos 1286. floruisse monumenta testantur. Fuit d. Fr. Don Garzias Natione Lusitanus, ac Commendator Commendæ nuncupatæ *I cinque Regni di Spagna*. Vitam hic duxit Sanctissimam, & ob id post ejus mortem, quæ contigit anno 1286. *Bosius Parte prima lib.* 25. *pag.* 813., & *seq.* Deus Servum suum pluribus illustravit Miraculis: *Commendator Hieronymus Marulli in Vitis magnorum Magistrorum in Vita magni Magistri Nicolai Lorgue pag.* 233. *juxta impress Neapolis Typis Octavii Beltrandi* 1636. Siquidem cum Corpus d. Sancti Equitis in Ecclesia Monasterii *de Leza*, ubi Fratres Capellani obedientiæ sacræ hujus Religionis resident, tumulatum fuerit, ad venerabiles Reliquias colendum, longo temporis cursu, Regionis illius Populorum frequens confluebat concursus: *Bosius Histor. Parte pr. lib.* 25. *pag.* 813. *Pater Dominicus Maria Curioni in Volumine - Il Glorioso Trionfo della Sacrosanta Religion Militare ec. cap.* 4. *Exemplo* 5. *pag.* 67. *d. Marullus* ubi supra. Quamobrem ipsa Principissa Eleonora Soror Joannis Portugalliæ Regis ad idem Sepulchrum se contulit, tribus sociata Episcopis, Visensi, Coimbricensi, & Portuensi, pluribus insuper Regni Magnatibus concomitantibus Devotionis gratia, trium dierum spatio in d. Loco di Leza moram traxit Principissa, quæ ibidem Eleemosinas Pauperibus distribuit, ad quas lucrandas pauperes, & debiles occurrerunt, inter quos unus adfuit, qui nervorum torsuica convulsione laborans, usum Pedum amiserat. Hic super Sancti Equitis Tumulum procumbens gemitibus, ac singultibus devoto corde exorabat, ut à Deo sanitatem Sanctus Garzias Martinez impetrare dignaretur. Correptus itaque somno, pauloque post evigilans, liber, & sanus effectus est. Lætus undique Pauper, & jam sanitate potitus, Principissam adivit, quæ ad Lezæ planitiei medium pervenerat, narrataque eidem Principissæ miraculi serie, stupore perfusa, una cum prælaudatis Episcopis cæterisque concomitantibus ad Lezam redit Principissa, ibique novem dierum spatio, assiduis Orationibus ad Dei Gloriam, ac in Sancti Equitis honorem quotidie magna solemnitate divina Officia, ac Missas celebrare fecit, ac super relato Miraculo publicum Instrumentum ab ipsa Principissa, à prædictis Episcopis, aliisque Magnatii Ordinis Viris subscripto confectum fuit. Præterea, etiam de præsenti Cruccia ipsa, italice *Gruccie*

Parie-

Parietibus Capellæ, ubi Sancti Equitis Sepulchrum servatur, alligatæ cernuntur in Miraculi testimonium. In eodem Lezæ loco aliud æque conspicuum ad Sancti Equitis intercessionem Deus patravit Miraculum.

Cum enim ibi instigantibus malignantis naturæ hominibus, quidam Faber Ferrarius adeo suspicionem cepisset de honestate ejus Uxoris, formosæ quidem Mulieris, sed honestis ditatę moribus, ut eam de Adulterio coram Judice accusare decrevisset; infelix Mulier sancti Equitis apud Deum intercessionis imploravit subsidium, ut ejus innocentia aliquo signo pateret. Plena igitur fide, e Mariti Officina, Marito vidente, Aratri candentem Vomerem nudis manibus accepit, cumque usque ad Sancti Equitis Sepulchrum detulit, nulla ab ignito ferro læsione recepta, stupentibus omnibus, ac potissimum honestæ Mulieris Marito, qui hujusmodi mirabili signo Uxoris innocentiam videns, eam postmodum maritali dilexit affectu, ab eaque insubsistentis suspicionis veniam petiit. In hujus pariter miraculi probationem, & in Anatema patens in Capella Sepulchri Sancti Equitis appensus adhuc pendet ferreus Vomer: *Bosius in dicta Historia Parte pr. lib.* 25. *pag.* 813. *d. Pater Dominicus Maria Curione cap.* 4. *Exemplo* 5. *pag.* 67.

De cætero ab illius Regionis Plebe communiter Sanctus Eques nuncupatur *Homo bonus*, aut *Homo Sanctus de Leza*, & hujus Sancti Imago cum radiis Sanctorum inter alias cæterorum Religionis Hierosolymitanę Sanctorum Imagines picta adest in dicto Oratorio Sancti Joannis Decollati Melitæ in Civitate Vallettæ, eamque delineatam affert cum prænotatis narrationibus *Bosius in d. Histor. Parte prima lib.* 25. *pag.* 813., & *seq.*

Decimus inter Beatos Hierosolymitani Ordinis coruscat Frater Petrus de Imola Eques hujus Religionis. Ex qua ipse Familia fuerit, nullam mentionem facit *Bosius in Histor. Ordinis Parte pr. lib.* 13. *pag.* 476. fuisse autem ex Nobili Familia Passerina Civitatis Imolæ Patricia, testatur Historicus ejusdem Civitatis Imolæ, hoc est bo. me. *Vincentius Savini I. U. D. & Nobilis Imolensis* in Historia dictę suæ Patrię latino idiomate scripta, nondum Typis data, quæ tamen servatur in publico ejusdem Civitatis Archivio *sub lib* 5. *à pag.* 391. 392. & 393., & cujus particulam in forma authentica nuper Nobis è Civitate Imolæ transmisit Vir Nobilis, & Patricius hujus nostræ Patriæ Forolíviensis Jacobus Theodulus, ad præsens in antedicta Civitate Imolę Prętoris munus laudabilissime exercens.

Floruit hic Beatus Eques Petrus egregius J. U. D., & in Jurisprudentia mirifice excellens, & in Alma Urbe Prior Prioratus Hierosolymitanæ Religionis. In Xenodochiis ejusdem sui Ordinis Florentiæ Christianæ Charitatis Officia Divino servitio mancipatus ministravit Ægrotis; tandem sanctimonia Vitæ illustris, in eadem Civitate Florentiæ obdormivit in Domino anno 1320. die quinta Octobris tumulatus in Ecclesia Sancti Jacobi, in Campo nuncupato Corbolini, in qua Ecclesia asservatur Sanctum illius Corpus, & supra Sepulchrum lapis appositus fuit, in quo ejus Imago, cælatura, ut dicitur *di basso rilievo*, conspicitur, estque figura humi extensa, & habens pulvinar sub capite Sanctorum Radiis exornato. Hodie vero situs est lapis in ingressu Ecclesię e dextero laterę quatuor bra-

chiis e terra elevatus, cum hac inscriptione e parte elata: *Hic jacet Dominus Petrus de Imola Juris Utriusque Professor Venerandus:* ex parte autem submissa leguntur hæc verba: *Prior Prioratus Urbis anno Domini MCCCXX. die quinta Octobris requiescit in Domino*: & in hac eadem submissa parte conspicitur stemma ejusdem Equitis superposita alba Cruce. Hanc iconem, cum Radiis sanctorum, tali forma expressam refert *Bosius d. Historia Ordin. d. Parte pr. lib.* 13. *pag.* 477. De isto Beato Equite ibi agit *d. Bosius; d. Historicus Imolensis in loco superius allegato. Antonius Maria Manzonius Juris Utriusque Doctor, & Cathedralis Ecclesiæ Canonicus* in Libro inscripto - *Episcoporum Cornelisensium, sive Imolensium Historia, Typis edito Faventiæ anno* 1719. *pag.* 235. Noster *Georgius Vivianus Marchesi Eques Ordinis Sancti Stephani in Monumentis Virorum Illustrium Galliæ Togatæ lib.* 1. *de Beatis cap.* 2. *pag.* 25. *juxta impress. Pauli Silvæ anno* 1727. Quem Equitem Georgium, dum hæc scripta revidemus, Regia Celsitudo Jo. Gastonis Primi Magni Ætruriæ Ducis Ordinis Sancti Stephani magni Magistri, ob præclara ejusdem Litteraria monumenta, etiam in Equestris sui Ordinis splendorem Typis data, gemino illo Volumine eruditione referto, cui Titulus - *Galleria dell' Onore*, ad Dignitatem Bajulivaris Provinciæ Forojuliensis extulit.

Memoriæ proditum est Corpus d. Beati Equitis Fratris Petri fuisse translatum à d. Tumulo, ac locatum sub Ara maxima ejusdem Ecclesiæ sancti Jacobi, in Campo Corbellini, & huic translationi motivum præbuisse Miraculum, quod idem Beatus patravit: cum enim occasione Festivitatis dicti Sancti Jacobi habendæ, ad ornandam Peripetasmatibus Ecclesiam, Homo quidam, seu Clericus scalam ligneam conscendisset, ad parietem prope Sepulchrum d. Beati Petri erectam, dictaque Scala lapsum minaretur, visum fuit: oh res undequaque mirabilis! Brachium prælaudati Beati Petri e tumulo erumpere, ac scalam vacillantem, & corruentem retinere; ex quo miraculo deinceps ejusdem Beati magnopere cultus excrevit, & summa apud omnes veneratione habitum fuit Sacrum Corpus, quod ex devotione Equitis Fratris Augustini Mego, Commendæ ejusdem Commendatarii, in quadam honorabiliori Capsa repositum fuit, in qua asservatum permansit quousque Eques Frater Franciscus de Antella Patricius Florentinus in eadem Commenda Successor, generosa pietate, nova Nobili constructa Ara, & Capsa novis ornamentis decorata, ac in eodem Altari locata, in ea Sacrum Beati Equitis Corpus reconditum fuit, ita ut ex cristallo, & crate deaurata idem Corpus inspiciatur, sicque eo magis cultus erga Beatum Petrum de Imola auctus fuit, confluentibus Populis devotionis ergo ad illud colendum, & venerandum: *Bosius d lib.* 13. *pag.* 477. *Historia Imolensis in loco supra citato*. Subdit autem *d. Bosius* supra allegatus *pag.* 477. ex traditione constare, quod tempore patrati Miraculi retentionis Scalæ corruentis, idem Brachium fuit à Corpore separatum, & in peculiari custodia conditum, in Altari Festivis diebus ad publicam Fidelium venerationem exponebatur, quodque hodie etiam conspicitur idem Brachium mirabiliter servatum; oculis enim corporeis visitur caro, & in digitis ungulæ. Anno autem

1557.

1557. cum ingens illa Fluminis Arni aquarum copia totam Florentiæ Civitatem inundasset, sicque etiam præ laudatum Sancti Jacobi Templum, idem quoque Sancti Equitis Corpus tunc sub Ara maxima existens sub aquis plurium dierum spatio mansisset, deperditas fuisse scripturas de eodem Sancto tractantes fama refert, & notat *d. Bosius prædicta pag.* 477.

Non solum Viros, juxta relatam seriem, sed & Fœminas ejusdem Ordinis gloriosis Beatorum Fastis enumerat adscriptas, & colit Hierosolymitana Religio. Primo quippe loco præfulget celeberrima illa Agnes Nobilis Matrona Romana, quę in Civitate Hierusalem, tempore eodem, quo ibi Beatus Gerardus Hospitalariorum fundavit Ordinem, hęc Agnes pium Gerardi sequens Institutum, pro Fœminis instituit Ordinem in Monasterio ædificato prope Ecclesiam Sanctæ Marię de Latina, sub titulo Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & eo tempore quo Hierosolymitana Urbs, nempe 1099. armis Christianis à Barbarorum manibus liberata fuit, Agnes in d. Monasterio præsidebat, ut late ostendimus in nostro *Discursu* 112. *à pag.* 108. *cum seqq. tom.* 2.

De ejusdem Agnetis zelo, pietate, Hospitalitatis Charitate, Religione, ac Sanctimonia testimonium perhibent amplissimum Veteres, ac Neoterici Scriptores: sic illam non minus Nobilissimam Romano sanguine, quam Sanctimonia illustrem nuncupat *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equest. n.* 133. *Collector Gallus tom.* 2. *pag.* 250. apud quos cernitur ejus Effigies, ut infra §. Fere etenim, & S. Beatę: *Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus in suis Dissert. Sebastianus Pauli in suo Codice Diplomatico sub tit. serie Cronologica fol.* 330. *litt. F.* refert. *Inventa est in Monasterio Fœminarum quadam Deo devota, ac Sancta Mulier Agnes nomine, nobilis secundum carnem, natione Romana* - & totidem verbis *Guillelmus Archiepiscopus Tyriensis in ejus Historia*, cui Titulus - *Guerra Sacra lib.* 18. *cap.* 5. *pag.* 464. *Venetiis* 1610. *Typis Thomæ Balleonii.*

Illam Venerabilem testantur omnes Scriptores, & expresse laudatam Agnetem Beatæ titulo nuncupat Historia Omnium Ordinum Monasticorum &c. & Militarium &c. Gallico Idiomate publicę luci data sine expressione Auctoris *à Patre Heilot Tertii Ordinis Sancti Francisci*, Natione Gallo, Scriptore undequaque docto, quæ Historia fuit è Gallico Idiomate in nostram Italicam Linguam fideliter translata per *Patrem Josephum Franciscum Fontana Mediolanensem Congregationis Matris Dei tom.* 3. *cap.* 14 *pag.* 133. *impress. Lucæ Typis Josephi Salani, & Vicentii Giuntini* 1738.

Ex Sebastiani Verronii Chronica Ecclesiastica lib. 8. *cap.* 19. *sub Callisto II. anno* 1119. *fol.* 377. hæc expressio habetur - *Sancta Agnes, Genere, Fide &c. & Sanctitate Nobilis, Institutum Virginum Monasticum Hierosolymis aggreditur.*

Præterea plures alii de hac B. Agnete mentionem faciunt Scriptores, sed pro majori parte quasi per eadem verba loquuntur. Sic in sua ad Nos data Epistola testatur *Pater Magister Joannes Antonius ex Nobili Familia de Petrignanis* hujus nostræ Patriæ Religiosus Ordinis Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo, ad pręsens in Conventu suæ Religionis in Urbe nuncupato di *Transpontina*, ibi Bibliotecarii munus docte exercens, in liberalibus scientiis, & literariis

terariis disciplinis, ac eruditionibus sibi preclaram supellectilem auget.

Secundo adest Beata Virgo Ubaldesca, quam *Bosius* Sanctæ titulo pene semper nuncupat, & fuit Monialis hujus Sacræ Religionis. Hæc nata est in Castro di *Calcinaja* Comitatus Pisarum, exacta sanctissime pueritia jejuniis, orationibus, eleemosinisque; sicque perventa ad ętatem quatuordecim annorum, ab Angelo monita, Virginitatem suam Deo, & Sanctissimæ Virgini Mariæ, Divoque Joanni Baptistæ dicavit; Monasterium Monialium Sancti Joannis de Templo di Carraja Civitatis Pisarum Ordinis Hierosolymitani religiosissime tunc etiam viventium ingrediens, Regularem Professionem emisit: *Bosius Parte prima lib.* 13. *pag.* 477. *d. Pater Dominicus Maria Curions cap.* 5. *Exemplo* 7. *pag.* 75.

Professa autem Orationi impensius incubuit, Humilitate, & Obedientia mirifice se exercuit, Corpus jejuniis macerabat, ciliciis flagellisque affligebat: hinc omnipotens famulam suam miraculorum gloria viventem illustravit. Quadam enim die, hoc est die Veneris Sancti, dum Beata Ubaldesca pro Monialium servitio è puteo aquam attingeret, superventis ad Monasterium nonnullis Mulieribus siti laborantibus, ab Ubaldesca petierunt, ut illis charitative aquæ potum tribueret. Beata itaque Ubaldesca charitate referta, humanissime aqua plenum Vas, quo attingerat aquam, quodque in manibus gerebat, porrexit Mulieribus, quæ prius illam rogaverunt, ut eandem aquam signo Crucis benedicere dignaretur, quod præstitit Ubaldesca, exhibuitque Mulieribus, quæ pretiosum vinum sentientes, recusabant illud bibere, quia dicta die Veneris Sancti vinum ipsæ non bibebant, sed solum aquam jejunantes in pane, & aqua solum; & unico conversionis aquæ in vinum miraculum recognoscentes, ad pedes Ubaldeschæ se prostraverunt illius manus deosculantes, illius Sanctitatem collaudabant. Verum Ubaldesca modestiæ rubore perfusa Mulieres rogavit, ne ulli factum panderent, ut narrat *Bosius d. Parte pr. libr.* 13. *pag.* 477. *cum seqq. d. Pater Curione cap.* 7. *Exemplo* 7. *pag.* 75.

Hinc Pictores imaginem Beatæ Ubaldeschæ efformantes, illam pingunt manibus situlam, italice *Secchia* tenentem, cum radiis Sanctorum, prout illam exhibet delineatam duplici modo *Bosius d. Parte prima lib.* 13. *pag.* 479. qui testatur in Civitate Pisarum antiquo, & moderno more esse pictam cum Monacali Clamyde, è manu tamen dextera Crucem Ordinis habentem.

Porro prędicta situla magna quidem veneratione servatur in Conventu Monialium d. Sancti Joannis de Templo; quin sæpe eam aqua ex d. puteo plenam Moniales ad febricitantes charitative mittunt, & ab ægrotantibus religiose bibitur, sępiusque adjumentum consequuntur.

Quemadmodum cum ex puteis, quibus Beata Ubaldesca utebatur, unus adsit in Ecclesia Sancti Sepulcri, magna devotione in die Festivitatis hujus Beatę Populus aquam dicti putei bibit: alius autem Puteus est in prędictarum Monialium Monasterio, in quo adhuc integra servantur cubicula d. Beatę, quæ iisdem ad earum usum utuntur, excepta tamen Ecclesiola, quæ maxima veneratione ac reverentia servatur. In muro autem Viridarii ejusdem Monasterii variis locis conspiciuntur insculptæ Cruces, quas fama est fuisse efformatas à d. Beatá, quæ non valens exire ad publicas preces

ces, peragebat idcirco intus in Viridario devotas stationes ferventissimis sæpiusque repetitis precibus, testantur, que Moniales, quod cum devote osculantur easdem Cruces, sentiunt ab iisdem mirabilem exire odorem, & fragrantiam, ut refert *d. Bosius d. lib.* 13. *pag.* 479

Non omittimus referre quod narrat Silvanus Razzius Camaldulensis Monachus in Vitis SS. et Beatorum Æ ruriæ, & exscripsere Bollandiani *Tomo 6. Maii ad diem* 28. *sub n.* 4. Cum enim ęgrotasset S. Ubaldesca, eam visitavit B. Doctus de Oculis, de quo supra §. octavus adest, dixit Sancti. monialibus, Sorore vestra Ubaldesca privabimini, & me præsentem facite. Hæc verba in spiritu audiens illa, Pater, inquit, non poteris adesse tempore; & sic accidit: nam cum ipsam aliquando visitasset extremis jam à se munitam Sacramentis, ac discessisset, oculos Ubaldesca in mortem clausit anno 1207. die 26. Maii tunc in Festo Sanctiss Trinitatis cadente.

Obiit tandem die Festo Sactiss. Trinitatis anno 1206., aut 1207. qui fuit die 26., seu 28. Maii: *d. Bosius d. pag.* 479. *Pater Dominicus Curioni pag.* 76. Cumque ejus Corpus fuerit tumulatum in loco bene viso Abbatissę Monasterii, d. Beato, & Fratri Docto degli Occhi Capellano Religionis Hierosolymitanæ præposito curæ Ecclesiæ Sancti Sepulchri, & Monialium prędictarum, Divinitus revelata successive fuit dicto Fratri Docto Beatitudo, qua in Cœlesti Patria fruebatur eadem Beata Ubaldesca, statuit d Frater Capellanus in novum Monumentum ejus jussu constructum magis decorum transferre, prout de facto fuit magno Populi concursu translatum: præcipue adfuerunt viginti numero Infirmi, languentes, & invalidi, qui omnes meritis, & intercessione Beatæ Ubaldeschæ, cujus opem constanti Fide imploraruut, sani evaserunt, quemadmodum refert *d. Bosius d. Parte prima lib.* 13. *pag.* 480.

Tandemque ejusdem Beatæ Ubaldeschæ venerabiles reliquiæ translatæ ad Ecclesiam Sancti Sepulchri fuerunt, & repositæ in pulcherrima urna locatæ super Altare: caput autem Beatæ donatum fuit Monialibus S. Joannis, in qua Ecclesia etiam de præsenti magna Religione colitur, & in utroque loco ad intercessionem d. Beatæ Ubaldeschæ multa Deus patrat miracula.

Festum vero hujus Beatæ annuatim celebratur in die Sanctissimæ Trinitatis, qua die sanctissime obiit, & hoc vigore Voti de eodem festo celebrando emissi ab Equite Bartolo de Palmeriis da Cascina Priore Sancti Sepulchri de Pisis. Fuerat hic Eques ob nonnullas inobedientias, erroresque à magno Magistro, & Conventu Religionis d. Prioratu de Pisis privatus: quamobrem precibus Omnipotenti Deo devote factis, d. Sanctæ Ubaldeschæ intercessionibus Votum emisit, quod si ad suum Prioratum restitueretur, annuatim celebrare faceret die Sanctiss. Trinitatis Festum d. Beatæ Ubaldeschę, obtentaque reintegrationis Gratia, Votum adimplevit Festumque celebrare fecit; quod Festum magna solemnitate agitur.

Tempore clarę memoriæ magni Magistri Cardinalis Ugonis de Loubenx Verdalla, erga hanc Beatam Ubaldescam fervore Devotionis accensi, accedente deliberatione Concilii, & pręvia auctoritate Summi Pontificis Sixti V. Eques Frater Julius Zanchini de Castiglionachio Florentino nonnullas Sacras d. Beatæ Ubaldeschæ Reliquias

transtulit

tranſtulit Melitam, locavitque in Civitate Vallettæ in Eccleſia Conventuali Sancti Joannis Baptiſtæ: d. autem Summus Pontifex Sixtus V. mediantibus Apoſtolicis Litteris in forma Brevis datis Romæ die 20. Septembris anno 1586. injunxit, quod poſt d. tranſportationem Reliquiarum celebretur quolibet anno die vigeſima octava Maii in memoriam d. Sanctæ Ubaldeſchæ Feſtum cum eodem Officio, quod in Metropolitana Civitatis Piſarum celebratur, concedendo Indulgentiam Plenariam in perpetuum omnibus Chriſtifidelibus, qui devote dictas ſacras Reliquias viſitaverint in die earum tranſportationis, quæ per acta fuit die vigeſima octava Maii anno 1587. *d. Boſius d. pag* 480.

De dicta Sancta Ubaldeſca agunt *Bollandiani tom. 6. Maii citato*, & *d. Eques Guido Ferri in ſupra allegato Catalogo Agiologico pag.* 71.

Tertio conſimilibus Sanctitatis radiis in Hieroſolymitano Ordine coruſcat Beata Tuſcana. Hæc in loco nuncupato *Zevio* non ignobili Vico pagano Veronenſis Territorii orta, ab ipſa ineunte ætate ita pudicitiam, & virginitatem adamavit, ut ad matrimonium contrahendum induci non poſſet: Parentum tamen voluntati obtemperans, tandem matrimonio ſe junxit cum Alberto de *Zevio* ex Familia nuncupata degli *Occhi di Cane*, & cum dicto Marito ſuo ad habitandum ſe tranſtulit in Civitate Veronæ, ibique ſanctiſſime, ſummaque pudicitiæ, & matrimonialis caſtitatis laude vitæ genus duxit, majorem bonorum ſuorum portionem Pauperibus largiebatur, propriiſque manibus curabat pauperes ægrotos, ac vulneribus ſauciatos, qui in Hoſpitale S. Sepulchri reperiebantur, quod in d. Veronæ Civitate tunc temporis Hieroſolymitana retinebat Religio, erga quam eximiam devotionem gerebat. Diſſoluto per mortem Mariti matrimonio, Tuſcana quamvis ætate florida, & elegantiſſimæ formæ eſſet, perpetuam caſtitatem ſervare ſtatuit, ſe totam ſpiritualibus exercitiis, & miſericordiæ operibus mancipavit, aſſiduis jejuniis, vigiliis, abſtinentiiſque corpus ſuum macerando, Orationibus ſe exercendo, & in terris vere Angelicam vitam ducendo; adeo ut Deus Optimus Maximus ipſa intercedente multa patraverit Miracula, tres mortuos ſuſcitando, hoc eſt tres Juvenes illos, qui Diabolico Spiritu ducti, ac libidinis æſtu accenſi Tuſcanæ Domum intraverant, ut in eam inique vim inferrent; repente enim unus poſt alium, ſicque omnes interierunt: quapropter, ut omnem mali exempli ſcandalum de medio tolleret, propriam domum relinquere ſtatuit, locumque tutiorem adire, quo longe à ſeculi curis animi quiete Dei Famulatui incumbere penitus poſſet, ſanctamque pudicitiam, quam Divinæ Majeſtati promiſerat ſervare. Diſtributis itaque Pauperibus bonis ſuis, quæ ſupererant, Religioſos, & Fratres Hoſpitalis Sancti Sepulchri Ordinis Sancti Joannis Hieroſolymitani adivit, qui tunc ſanctitatis fama in Civitate illa florebant, obtinuitque recipi ad Sacrum Ordinis Habitum, ibique Regularem Profeſſionem emiſit, fuitque eidem aſſignatus in illo Conventu locus in parvulæ Cellæ modum, in qua à Mundi converſatione ſejuncta, ſanctiſſime vixit. Deo devote ſerviens aſperrimo carnem domans Cilicio, ſe flagellis percutiebat, quotidie jejunabat, exceptis Dominicis, aliiſque ſolemnioribus Feſtis, nec è Conven-

tu

tu (juxta illorum temporum morem) nunquam exibat, nisi ad visitandum Ecclesias, & Loca Sancta Civitatis tempore solemnitatum, & stationum pro peculari sua pietate, & ad lucrandum à Summis Pontificibus concessas Indulgentias. quas Sacras Visitationes ut plurimum ad Auroram peragebat, ne ab aliis videretur. Cum quadam igitur vice summo mane Sanctorum Apostolorum Ecclesiam visitaret, nonnulli scelesti Homines ab illius humeris eripuerunt Pallium, & sagum arripuerunt, quod subinde cum eimbus dividere inter se vellent, ecce de repente Divino miraculo manus eorum aruerunt, & siccæ evaserunt: quo miraculo perterrefacti, justum Dei Judicium agnoscentes, ad Sanctam Tuscanam inveniendam recurrerunt, & ad illius pedes provoluti, lacrymis, & precibus patrati sceleris veniam expostularunt, restitutoque eidem Pallio, humiliter, ut eos sanos redderet, supplicarunt. Pia igitur Tuscana pro eis oravit ad Dominum, eisque signo Crucis signatis, pristinæ saluti restituti sunt: ulterius eos religiosissime monuit, ut vitæ seriem mutarent, ante oculos Dei timorem servarent, & ita in pace dimisit. Hinc in sanctis suis operibus jugiter perseverans, tandem cumulata virtutibus ac meritis, obdormivit in Domino: sic prędicta describunt *Bosius d. Parte pr. lib* 14. *à pag.* 481. *cum seq. d. Pater Dominicus Maria Curioni d. cap.* 5. *Exemplo* 8. *à pag.* 76. *cum seqq.*

De quo tempore obierit Beata Tuscana discrepant Scribentes ut notat *d. Bosius pag.* 482., *Bollandiani tom.* 3. *Julii ad diem* 14., *& an pertineat ad Seculum* XIV. Vitę ejusdem Auctor asserit obiisse anno millesimo centesimo; sed id esse inverisimile, eo quia illis temporibus Hierosolymitana Religio in eo statu non versabatur, quo posset in Civitate Veronæ Hospitale apertum retinere, quemadmodum notat *d. Bosius pag.* 481.

Asserit *Bzovius Annal. Ecclesiast. tom.* 14. *sub anno Christi* 1343. §. 27. *pag.* 944 obiisse anno 1343., sed verisimilius est mortuam esse anno 1256. circiter; ita sustinet *d. Bosius pag.* 480., *&* 482.

Cumque prædicta Beata Tuscana injunxisset, quod ipsa sepeliretur extra Ecclesiam ante januam Hospitalis, ibi sic tumulata fuit. Verum crebrescentibus miraculis, translatum fuit ejus Corpus ab antedicto humili, abiectoque loco, ad Ecclesiam Sancti Sepulchri Hierosolymitani, & hodie ab ejusdem nomine vocatur Sancta Tuscana, in qua hodie requiescit in Sepulcro ædificato tempore Venerabilis Sancti Anno Episcopi Veronensis. Sepulchrum hoc tempore Ermolai Veneti, Episcopi similiter Veronensis, sub annis nostræ reparatæ salutis 1469. cum fuerit apertum, detectæ fuerunt Sacræ Reliquiæ, & patrata miracula in beneficium Fidelium fide, ac devotione orantium ad idem Sepulchrum, inter quę enumerantur sanationes Infirmorum, & præcipue febricitantium, sicuti evidenter colligitur in Hymno, qui scriptus habetur cum sua Lectione in antiquis Legendariis Ecclesiæ Cathedralis Veronæ, ut sequitur.

O diem gemma nivea notandum;
Ecce Veronæ Decus, & Leberi,
Gloriam Castri nitidi novumque
Sydus Olimpi.

Regna Tuscanam resonant superna,
Templa Tuscanam celebrant quotannis,
Nosque Tuscanam veneramur uno
Ore colendam.

Oooo *Virginem*

Virginem, Nuptam, Viduam, per aque
Sacla laudarunt sua, Nunc beatam
Laudibus, votis, precibus, pioque
Munere adorant.
Hæc febres omnes fugat invocata,
Demit angores animis, salutem
Reddit Ægrotis, juvat pia cunctos
Rite precantes.

Et prædicta omnia videri possunt apud *d. Bosium pag.* 482., *& d. Patrem Curioni pag.* 76., *&* 77., *& Bollandistas tom.* 3. *Julii ad diem* 14.

Figura demum hujus Sanctę Tuscanæ sculpta cum radiis Sanctorum, & cum Tunica è dextro latere Crucem octangularem Ordinis tenente, & è sinistra manu Rosarium extensum, à quo pendet consimilis Crux octogona, habetur apud *d. Bosium pag.* 483., ubi testatur, quod similis antiqua Imago adest etiam in Libro Historiæ Vitæ ejusdem.

Quarto adest Sancta Flora Virgo Monialis hujus Ordinis Hierosolymitani, in Monasterio Hospitalis in Terra de Beaulieu, sita in loco Quercy in Diœcesi de Chaors dependentis à Prioratu Sancti Ægidii hujus Hierosolymitanę Religionis in Provincia.

Hæc communiter appellatur à Populo Sancta Flora ob miraculum ab ea perpetratum. Cum enim tunc Annonę caritate locus ille laboraret, & d. Sanctimonialis virgo in gremio Panem deferret Pauperibus distribuendum, occurrit ei Priorissa Monasterii, quæ in suspicionem inciderat, quod Monialis nimis liberaliter Monasterii Panem Pauperibus traderet, illam interrogavit, quid in Vestium sinu deferret: illa in Domino confidens aperit sinum, & ecce mirabiliter Panes in Rosas conversi sunt, & flores. Eadem Beata Virgo Monialis obiit in Domino Anno 1299. in ætate annorum 37., aut 38. Corpu ejusdem magna veneratione servatur in Ecclesia S. Joannis d. Hospitalis, & ejusdem Sanctæ Festum celebratur die undecima Junii magno Populi concursu: *Bollandiani Tom.* 6. *Julii, & in Appendic. ad diem* 11. ubi *qua obiit* 1347.

Ad hujus Sanctæ Monialis intercessionem plura Deus patravit Miracula, vivente illa, ac defuncta: *Bosius in Historia Ordinis Tom.* 2. *Typis Guilielmi Facciotti Romæ* 1629 *à pag.* 18. *cum seqq.* ubi refert ejusdem Sanctæ Iconem, in qua exposita est eadem Sancta Virgo Sanctorum Laureola redimita genuflexa, ac induta serico Habitu coloris rubri, cingulo præcincta cum Cruce Ordinis plana ante pectus, & desuper Clamydem, seu Togam, aut Pallium nigrum gerens sane amplum, & desuper Crux octogona alba Ordinis in parte sinistra, & in manu itidem sinistra tenet Coronam ex ligneis globulis, ut vocant *Pater noster*, à qua corona pendet Crux Ordinis octogona.

In antedicta effigie pictus adest Angelus habens in manu sinistra florum coronam, & manu dextera indicat sedem auream super nubibus eidem in Cœlis paratam ab Æterno Patre illam extensis Brachiis expectante. Sic laudatus *Bosius*, ubi supra, qui etiam testatur d. Monasterium fuisse fundatum a magno Magistro Guilielmo de Villareto, qui præscripsit eisdem Monialibus sub numero triginta & octo, & cum antedicta Habitus qualitate Regulam, & Habitum. Solumqne post amissam Insulam Rhodi immutata fuit Vestis rubea in nigram in signum luctus, & mæroris ob d. amissionem Insulę. Sed hic notamus, quod licet in d. Icone asser-

asseratur super Habitum Crucem Ordinis positam esse è parte sinistra, tamen constat ibi esse positam à parte dextra, bene quidem *Pater Bonannus sub n.* 126. asserit Crucem deferri à sinistra parte, & ipse sculpsit in eadem sinistra parte.

Ex hactenus recensitis constat, Sacram Religionem Hierosolymitanam decem numerare Viros Sanctitate illustres ex omni classe, scilicet Beatum Gherardum Religionis Fundatorem primumque Magistrum, B. Raymundum de Podio secundum Magistrum ejusdem Ordinis, Sanctum Nicasium, Sanctum Ferrandinum Martirio coronatos, Sanctum Hugonem, Sanctum Girardum Mercati, Beatum Gerlandum de Apolonia, sive Alemania aut Polonia, Beatum Doctum degli Occhi, Beatum Garziam Martinez, Beatum Petrum de Imola.

Quemadmodum etiam constat quod eadem Sacra Religio numerat Beatas & Sanctas quatuor Mulieres ejusdem Ordinis, videlicet Beatam seu Sanctam Agnetem, quæ à Beato Gherardo Fundatore accepit Regulam pro Fœminis, Beatam & Sanctam Ubaldescam, Beatam Tuscanam, & Beatam Floram, quarum Historiæ legi poterunt in corpore hujus Sectionis nonæ, & Imagines videri apud Auctores in hac eadem Sectione nona relatos, *&c d. Bosium* in locis supra allegatis, vel ad Compendium excerptum ab eodem Historico Bosio, ac relatum in Libello, cui Titulus - *Le Imagini de' Beati, e Santi della Sacra Religione di San Gioanni Gerosolimitano, e di altre Persone Illustri, con un brevissimo Compendio della Vita e de' Miracoli loro cavato dalla Prima e Seconda Parte dell' Istorie della medesima S. Religione, descritte da Jacomo Bono, di nuovo date in luce, con la Vita di Donna Sancia Reina di Aragona, e di Andrea Secondo Re d' Ungheria cavate dalle Storie istesse per Francesco Taeglio in Roma e ristampata in Palermo per Decio Cirillo* 1633.

Fere etenim in prædictis Historiis omnium gesta, & Imagines referuntur, exceptis imaginibus Sancti Ferrandini, & Beati Docti *Degli Occhi*, ac Beatæ Agnetis, cujus imago, ut diximus, est penes *Patrem Philippum Bonannum in Catalogo Ord Equest. n.* 133. & penes *Collectorem Gallum in Historia Gallica omn. Milit. Ord tom.* 2. *pag.* 150. *juxta impress Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721.

Sed integre omnium, & singulorum Beatorum, ac Sanctorum, sicque pariter omnium, & singularum Beatarum, & Sanctarum Imagines optimo penicillo pictæ conspiciuntur hic Forolivii ordinatim dispositæ in Oratorio privato Palatii Dominorum Fratrum Marchionum de Moratinis, de quibus in antea Sec. VIII.

Qui peculiari erga hos Beatos, Sanctosque Hospitalarii Militaris Equestris Ordinis fervore devotionis accensi, eosdem Religiosissime colunt, & inter illos potissime Eques Valerianus Joannes, qui huic Hierosolymitanæ Religioni nomen dedit usque à floridis annis, de quo plene testatur Processus superius allatus *Sect.* 7., & fermo habetur in *Sect. V.* in fine.

Et quidem inspicitur Imago prælaudati Sancti Martyris Ferrandini Viri antiquo Bellatoris Religionis Hierosolymitanę rubeo Sago cum alba plana Cruce per extensum induti, ad latus Ense armati, dextera manu martyrii Palam tenentis, oculis ad Cœlum elatis.

Respectu autem B. Docti degli Occhi Imago Viri cernitur Sacerdotali Veste

induti cum alba octogona Cruce in pectore, & in actu, quo B. Ubaldeschæ Anima in Cœlum defertur.

Beatæ vero Agnetis adest Effigies Sanctimonialis Virginis velum album supra caput tenentis, talari Veste indutę, coloris, ut dicitur mustellini, seu fulvi, ut dicitur *lionato*, atque planam Crucem in pectore habentis, eique picta in actu quo illi Codicem Constitutionum pro Fœminis Hospitalariis porrigit Beatus Geraldus Fundator ejusdem Ordinis pro Masculis.

Præter recensitos Sacros Heroicos Viros notorie, ac expresse Beati, & Sancti titulis insignitos, quos publicæ venerationi exhibuit, exhibetque Sacra Hierosolymitana Religio, plurium ulterius memoriam servat strenuorum Equitum Militum, qui pro patriis Christianis Legibus, in Christianorum defensam, armata manu profuso sanguine occubuerunt, & pręcipue in ejusdem Historicis Fastis, mentio habetur nonaginta Militum Equitum Hierosolymitanorum, qui in Orientalibus Regionibus Terræ Sanctæ Anno 1265. 16 Januarii, expugnato à Barbaris Castro de Assur ad eandem Hierosolymitanam Religionem spectante, à Barbaris trucidati fuerunt: quapropter subinde sa. me. Clemens Quartus Pontifex Maximus in Epistola Regi Armenię scripta, in qua favore dictorum Equitum subsidium expostulat, loquitur de eisdem Equitibus occisis cum præconio ad instar Martyrum, ut videre est apud *Patrem Dominicum Carsone Lectorem Theologum Ordinis Sancti Dominici in sæpe laudato Volumine - Il Glorioso Trionfo della Sacrosanta Religion Militare de' Nobili Valorosi & invitti Cavalieri di San Giovanni Gerosolimitano Esempio di Fedeltà verso Dio, Esempio 3. sub pag. 04. juxta impressionem Neapolis Typis Scipionis Bonino 1619.* & in eo ...c habetur - *Morirono quivi valorosamente combattendo novanta Cavalieri di quest' Ordine, quali furono da Clemente Quarto chiamati Martiri in una lettera, ch' egli scrisse al Re d' Armenia, pregandolo che volesse soccorrere la Religione di S. Giovanni, dicendogli in questo modo, che avendo inteso, che la Religione di San Giovanni Gerosolimitano avea perduta la maggior parte de' suoi Cavalieri (se perduti dir si potevano quelli che per amor di Cristo sacrificando le proprie Vite, la Palma, e la Corona del Martirio ricevuta avevano)* Addendus Carolus Macri in libro, cui titulus - *Il valore Maltese difeso contro le calunnie di Girolamo Brusoni. Propost. XIII., pag. 129. Romæ Typis Dragondelli 1667.*

Et sicut de memoratis occisis Equitibus pie credi potest ad sidera evolasse, ita credi pie potest in Domino occubuisse tot alios venerabiles Viros, quorum nomina scripta sunt in Libro Vitæ, quosque eadem Religio Hierosolymitana recenset in suis Monumentis, & tot Christianis Virtutibus illustres exponit, & legi possunt in *d. Patre Carsoni*.

His addimus, quod legitur de Ludovico Sousa, seu potius Emmanuele Lusitano Nobilissimo, & Pietate clarissimo ex Melitensi Equite Religioso Professo Ordinis Sancti Dominici, qui dum in Melitensi Classe militaret, à Turcis captus fuit, & in captivitate deductus, cæpit ardentius exoptare veram libertatem filiorum Dei, quam nemo plene assequitur, nisi per veram abnegationem sui: Uxorem aliquando duxit, & Monasterio Monialium

ejusdem

ejusdem Ordinis perpetuo se mancipavit. Ludovicus non sine Sanctitatis opinione obiit anno 1632. sic per hæc verba scriptum reliquit Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Episcopus ter emeritus, olim Superior Generalis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Excalceatorum Redemptionis Captivorum in celeberrimo Opere, cui Titulus - *Bibliographia Critica, Sacra, & Prophana tom. 4* in verbo *Sousa prænomine Ludovicus pag. 233. juxta impressionem Matriti ex Typographia Antonii Marin 1742.*

His Amicitiæ lex, & erga Auctorem obsequii ratio monent, ut honorificos ejusdem Scriptoris Gradus recenseamus. Est igitur Auctor Reverendissimus Pater Frater Michael à Sancto Joseph Patria Matritanus, Matriti natus Toletanæ Diœcesis die 29. Septembris 1681. olim Philosophiæ, ac Sacræ Theologiæ Professor in alma Romana Curia semel iterum, atque iterum Generalis Procurator Sancti Caroli ad quatuor Fontes in eadem Urbe Minister, ac Pontificio Archigymnasio Romanę Sapientiæ Censor, Serenissimi Domini Cardinalis Hispaniarum Infantis Toletanę Archidioeceseos Administratoris intimus Consultor, & post alia munia in Hispania, Italiaque expleta, totius Hispanę Jesu Redemptoris Familiæ Sacri Ordinis Patrum Excalceatorum Sanctissimę Trinitatis Redemptionis Captivorum Superior Generalis, meritissime à Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XIV. cui perspectę erant, suntque Sapientissimi Scriptoris Virtutes, animique Dotes, promotus fuit ad Episcopalem Sedem Guadicensem, uulgo *Guadix* in Regno Granatę Suffraganeam Hispalen. Archiepiscopatus. Quo vero ad dd. Volumina publicæ luci data, quatuor sunt in Folio, nitida elocutione exarata, & latinæ Linguę elegantia sub Titulo *Bibliographia Critica, & Prophana &c. Grandis Operis adumbrata Provectiorum Lexicon, sive idioma sapientum impressa Matriti ex Typographia Antonii Marin Tom. I., & II. anno 1740. Tom. III. anno 1741. Tom. IV. anno 1743.*, eidemque Titulo egregie respondit substantia Voluminum, quę circa Scientias Doctrinasque omnes, & cujusvis generis eruditiones versatur, quas sapientissimus Scriptor fonde enucleat, eundemque Auctorem omnigenæ literaturæ Theologum, Philosophum, Dogmaticum, Historicum, Rhetorem, Magistrum demonstrat, & facto proprio patefacit, penes ipsos doctissimos Hispanos suos vere Criticès artem florere, juxta tradita per eundem in dicta sua Bibliographia Critica *tom. 1. pag. 159. § Vulgo apud exteros fertur Hispania hujusmodi Criticès Artem &c.*

Idemque Auctor fusius, & ex professo cunctos educens, peculiari suo Tractatu de Vetere, & Nova Critice impressis Matriti Typis Antonii Marin 1745.

De cætero Hierosolymitanæ Religionis summopere cordi est cultus, & veneratio Beatorum, & Sanctorum ejusdem Ordinis. Unde in Ordinationibus Capituli Generalis habiti Anno 1631 registratis *sub Tit. 3. Della Chiesa n. 14.* cavetur, quod Religionis Orator in Urbe supplicet - *A nome di tutta la Religione la Santità di Nostro Signore, e faccia le diligenze necessarie per la Beatificazione di alcuni nostri Santi, e che nelle nostre Chiese se ne possi dire l' Officio, e Messe commettendo al M. Rev. Prior della Chiesa a mandargli le Scritture, che bisogneranno* per-

per l' Informazioni, & ogni altra Instruzione per la buona e pia diret tione di questo negozio necessaria.

Hinc constat, quod die quarta Julii 1621. Sanctitas sua concessit, quod imprimantur Sancti hujus Hierosolymitani Ordinis; non obstante, quod non sint in Martyrologio.

DISCURSUS CXXVIII.

SECT. X.

Ponitur in hac Sectione Chronologia Magnorum Magistrorum.

JAm vero, ut Illustrissimę hujus Hierosolymitanæ Equestris Militaris, ac Hospitalariæ Religionis historica series compendiarie saltem habeatur, & colligatur, hic magnorum Magistrorum Chronologiam referemus, una cum rerum potissimarum ab iisdem gestarum epitome.

Cumque plures Scriptores in Catalogo efformando in aliquibus inter se discrepent: Nos in hac texenda Chronologiá ordinem servabimus, quem sequitur ipsa Chronologia, quæ est impressa in principio Statutorum ejusdem Religionis Hierosolymitanæ, juxta novissimam impressionem, quæ confecta fuit in Burgo Novo in Marchionatu di Roccaforte 1709. *Typis Antonii Scionici Impressoris Cameralis.*

Sed antequam Catalogum Magnorum Magistrorum aggrediamur, notamus, quod

De magno Magisterio Ordinum Equestrium, & Militarium late agimus in peculiari Discursu registrando, Deo favente, in nostris subsequentibus Voluminibus. Hic autem notamus, quod olim in Ordinibus Regnorum Hispaniarum, & Lusitanię munus Magisterii ad vitam durabat, nunc quia Ordines uniti sunt Regię Hispaniarum, & Lusitaniæ Coronæ, hic Magisteria sunt perpetua favore Coronæ: sic etiam Coronæ Gallorum Regnorum, Coronę Sabaudiæ, & Coronæ Etruscæ: ita ut ex antiquis Ordinibus electiuum retinentibus Magisterium ad vitam perdurans, duo solummodo adsint Ordines, Religionis Sanctæ Mariæ Teutonicorum, & Sancti Joannis Hierosolymitani, ingenue idcirco fatemur, quod non integre percipimus, qua via executioni possint demandari, ea quæ à Gallo scriptore in quodam Libello proponuntur idiomate Gallico, *Abregè des memorris donez au Roy sur la Reunion del Ordre, & Gran. de Majestretè de San Jean de Jerusalem (maintenant de Malthe) ala Couronne, sans porter prejudice alla Noblesse de France sans desmembrer le dit Ordre ny offenser la Sainste Siege Apostol.que*, cujus Libelli titulus in latinum versus ita sonat Compendium Libelli Memorialis exhibiti Regi super reuniendo Ordine, & magno Magistratu Sancti Joannis Hierosolymitani, nunc Melitensis, ad jus Regium, absque eo quod præjudicium inferatur Nobilitati Gallicanæ, aut Ordo dividatur, vel offendatur Sancta Sedes Apostolica.

Prædictus vero Libellus Gallica Lingua proscriptus est, & constat ex Indice Librorum prohibitorum impresso Romę 1711. Regnante Clemente XI. Pontifice O. M. in verbo *Abregè*.

Diximus, quod integre non percipimus, qua via possint executioni demandari, quæ ab Auctore in d. Libello proponuntur, cum agatur de Ordine per totum Orbem terrarum extenso octo linguis composito, & sub Dominius

miniis tot Regum, & Principum existente, tot Summorum Pontificum Bullis constabilito.

Rursus narramus, quod cum usque sub anno 1289. discordiæ, & æmulationes, simultates, & odia excitata essent inter Militarium Religionum Equites Hierosolymitanos, & Equites Templarios in maximam Christianæ Reipublicę perniciem, ad eadem tollenda habitus fuit recursus ad Summum Pontificem Nicolaum Quartum, insinuatumque fuit Sanctitati Suæ medium abolendi hæc, & hujusmodi dissidia nullum aptius esse, quam Pontificia auctoritate utramque Militiam insimul unire, & ex duabus unam fieri, quæ sub uno, eodemque militaret Instituto, eisdemque sub legibus eundem deferret Habitum, & sub uno Magistro viveret.

Licet autem insinuatio hæc Summo placeret Pontifici, cum tamen de re ardua ageretur, Principum omnium, totiusque Christiani Orbis Nobilitatis tangente interesse, censuit Summus Pontifex audire super hoc Ecclesiasticos, & Seculares Principes, & utriusque Militiæ Priores. Litteras idcirco dedit ad Regem Romanorum Rodulphum, ad Andronicum Græcorum Imperatorem, ad Reges Franciæ, ad Anglię, cœterosque Principes, ac ad omnes Archiepiscopos, ut Synodos congregarent Provinciales, & Episcoporum Suffraganeorum Vota colligerent, ac insimul pręcepit omnibus utriusque Ordinis Prioribus Sancti Joannis, & Templariorum, ut Capitula Provincialia, & Assembleas convocarent, votaque exquirerent. Totam hanc seriem exponit *Jacobus Bosius Historia Sacra Religionis Hierosolymitana Parte prima lib. 25. pag. 829. Litt. E. & pag 830. Litt. B. cum seqq. juxta Venetam impress. 1695. Typis Hieronymi Albrizzi*, ubi sub *Litt. D.*, & *E.*, inquit, quod Otho Vicecomes Mediolani Archiepiscopus sua Provinciali Synodo ad hunc effectum coacta, rescripsit Pontifici summopere laudare, atque approbare, quod dicti Hospitalariorum, & Templariorum Ordines in unum coalescerent; quin etiam, utile quoque futurum addere, & insimul prædictis unire Teutonicorum Militarem Religionem, atque ita ex his tribus Militaribus Religionibus unam efficere, ut in Christianæ Reipublicæ beneficium Equites omnes, & Religiosi sub uno universali viverent, & militarent magno Magistro ab Apostolica Sede electo, & deputato.

At res infecta remansit: *Commendator Marullus in Vitis magnorum Magistrorum in Vita d. Joannis de Villers pag 238. juxta impressionem Neapolis Typis Octavii Beltrami 1636.*, ubi refert d. Narrationem propositi casus.

Simili modo prænotamus in omnibus fere Religionibus Equestribus, & Militaribus in Hispaniarum, & Portugallię Regnis, in Alemania in Sacra Teutonicorum Religione, & in hac Sancti Joannis Hierosolymitani, ab antiquissimo tempore, ne dicamus in ipso Religionis exordii actu Religiosos Equites fuisse vocatos cum titulo Fratris, hocque non solum, quando sermo est de Equitibus in generali, ac plurali numero, sed etiam in particulari, & singulari, prout usque ad hodierna tempora inconcusse hic mos servatur; unde quilibet Eques vocatur Frater, & ipse magnus Magister hoc Fratris titulo nuncupatur, ut videre est in Nomenclatura relata in principio Statutorum, ac in ipso Statuto *Tit. 19. della Significatione delle Parole n. 1.* ibi - *Sotto*

nome

nome de' Fratelli, o Frati si conten gono tutti quelli, che anno fatto pro fessione nell' Ordine nostro, ac in *Compendio Statutorum ejusdem Ordinis* recollecto a Magno Priore *Garezzia in verbo Fratelli*: & quod sub nomine Fratrum comprehenduntur etiam Commendatarii, patet ex *Ordinatione Capitulari Ordin. 6. Capituli Generalis 1555. fol. 17.*

De antiquitate hujus Tituli Scriptores Græci loquuntur: *Niceta in Andronico lib. 1. n. 4. Pachymere lib 5. cap. 8., & 11. Cantacuzeno lib. 2. cap. 12. Cinamo lib. 1. pag. 8.* de quibus agit *Pater Sebastianus Pauli ad Codicem Diplomaticum observat. ad Diplom. 36. pag. 49.* ubi suum sensum explicans, ait, d. titulum bene quadrare his Equitibus, qui vere Religiosi sunt, & tria substantialia Vota emittunt, & addit, quod cum hic titulus fuerit receptus ab Ordine paulo post assumptum exercitium armorum, probabile etiam esse desumptum à Militaribus moribus, hoc est ab adoptione illa à Græcis nuncupata, cujus vigore invicem inter eos Milites arma permutabant, tangebant, sic, & similibus cæremoniis Fraternitatem hanc etiam juramento firmantes & sacra Communione, & tandem concludit idem *Sebastianus Pauli* his verbis - *Per vedere se a nulla vaglia questa mia semplice congettura*, videri poterit docta illa, & erudita Dissertatio *Du Cange* in Notis *ad Joinville sub Titulo Des Freres d'Armes*.

Non omittimus tribuere notitiam, quæ habetur apud *Augustinum Paradisi in tom. 3. ejus Voluminum sub Titulo - Raccolta di Notizie Storiche, Legali, e Morali, per formare il vero carattere della Nobiltà, e dell' onore ec. impress. Ferrariæ sumptibus Societatis 1740. Parte quarta cap 10 a n 58. cum seqq à pag. 418. cum seqq* Hic enim in omnibus semper eruditus scriptor, per extensum refert integrum Cæremoniale, quod servatur ab illo præclaro Romanæ Auiæ Prelato, quem sub nomine Inquisitoris, aut Delegati Apostolici, sive Nuncii Summus Romanus Pontifex ad Eminentissimum Sacræ Religionis Hierosolymitanæ magnum Magistrum mittit Melitam, & quidem exponitur Cæremoniarum series, quæ tam in ingressu, quam etiam successivis temporibus, & occurrentibus Negotiis observatur.

In præsentis nostri Discursus *Sect. 4. sub n. 4. pag. 362.* ostendimus, quod primis hujus Ordinis temporibus Supremus Præses simplici titulo Magistri vocabatur, quodque successivis seculis adauctus fuit titulus, & vocari cœperunt magni Magistri, & tandem eundem magni Magistri Titulum tributum fuisse Hugoni Revello.

Verum cum alleguntur Auctores asserentes in hac Religione, alios etiam Magistros diversis temporibus vocatos fuisse magnos Magistros, ut in hoc perpendantur, quæ scripta reliquerunt Auctores; hic seriem recensebimus.

Refert enim *Bosius in Historia hujus Ordinis* constare, quod Hugo Revellus titulo magni Magistri nuncupatur in quibusdam Actis publicis, occasione litis super transitu cujusdam Locheler Capellani hujus Ordinis, ad Religionem Cisterciensem, quæ lis in gradu appellationis à Judice Conservatore fuerat per Summum Pontificem delegata Guillielmo Cardinali Sancti Marci, qui anno 1267. favore Ordinis Hierosolymitani sententiam tulit restitutionem Capellani iniungentem, dictaque sententia fuit per Bullam

Bullam Clementis IV. confirmata 23. Decembris ejusdem anni, cum insertione omnium Actorum titulum magni Magistri tribuentium d. Hugoni Revello, & ibidem *d. Bosius* inquit, quod ex hoc aliquo modo argui potest, usque de antedicto tempore, sciente Summo Pontifice, & Sede Apostolica approbante, Magni titulum tributum fuisse Magistro hujus Religionis Hierosolymitanæ.

Subditque etiam idem *Bosius*, quod licet ipse in secunda ejusdem Historię Parte scripserit, magnum Magistrum omnium primum Fratrem Joannem de Lastrich fuisse vocatum, id tamen intelligi debet Primum fuisse, cui omnibus communiter fuerit dicti magni Magistri titulus tributus.

Dictus Commendator *Marulli in Vitis magnorum Magistrorum hujus Ordinis Hierosolymitani in Vita d. Hugonis Revelli pag. 225.* sic loquitur - *Riferisce il Bosio, che questo Maestro fosse il primo, a cui dato fu il titolo di Grande, e ciò lo cava, che vertendo una lite nella Romana Curia, in una Bolla di Clemente Quarto li fu dato il nome di Grande, e che da quello lo presero poi gli altri Successori; però io ritrovo, che un pezzo prima l'avevano li Maestri dell'Hospedale di Gerusalem, e ciò si cava dall'Imperial Registro di Federico Secondo, il quale, quando diede ordine a Riccardo Filingeri suo Marescallo, e Locotenente nel Regno di Gerusalem, che scorrer dovesse la Casa dell'Hospedale, che il predetto Filingieri nella spedizione, ed ordine del pagamento lo dichiara con queste seguenti parole - Tibi Venerabili Fratri Hermando Revel Domus, & Hospitalis Hierosolymitani Procuratori à magno Magistro instituto.*

Sicchè da ciò creder si deve, che questo Titolo di Grande l'avessero avuto un pezzo prima, nè credo per ambizione, per essere quelli tutti humili, ma più tosto per potersi discernere, come Superiore, e Capo degli altri che nella stessa Religione erano similmente nominati Maestri, quali oggidì si appellano Priori Baglivi, ed io à letto una Scrittura nel Registro di Enrico Imperatore, quando fe il donativo a Fra Disigio Prior di Barletta del Castello di Guaragnone, lo chiama Maestro dell'Hospedale di Barletta, lo riferisce con queste parole - Assignamus dilecto, & fideli nostro Fratri Disigio Magistro Hospitalis Baruli, ejusque successoribus Castrum Guarignoni. Ritrovo anco nelle Cronache del Zorita sempre nominarsi in Spagna diversi Maestri dell'Hospedale, quali in Castiglia, e quali in Aragona, e Portogallo; la onde mi giova a credere, che questo titolo di Grande fosse molto antico, e per modestia come di sopra tralasciatosi, ma dopo che cominciò a crescere l'ambizione nei Principi, e che ciascuno cercava illustrarsi coi titoli, era ben conveniente, che il Maestro si avesse anco preso quel che prima lasciato aveva. Abbas Justinianus Istorie Cronologiche dell'Origine degli Ordini Militari ec. Parte prima cap. 21. pag. 223. Cadde il Maestro Revello, che fu il primo che avesse il titolo di Grande. Idem *Abbas Justinianus* in Vita Joannis de Lastric magni Magistri electi anno 1437. sub pag. 231. de isto magno Magistro dicit - *Dalla valorosa, & accurata direzione riportò egli il sopranome di Grande, che poi passò in uso nelli di lui successori, chiamandosi fino al giorno d'oggi Gran Maestri.*

Cœterum magno Magistro, vigore Concistorialis Decreti Summi Pontificis Urbani

Urbani Octavi tribuitur titulus Eminentissimi, & Reverendissimi, sicut S. R. E. Cardinalibus, & Electoribus Ecclesiasticis, & late diximus in presenti nostro *Discursu* 128. *Sect.* 4. *num.* 7.

Passim quoque apud Scriptores legimus, magno Magistro tribui titulum *Serenissimi, e di Altezza Eminentissima*, veluti penes *Comitem Fontanam*, *Patrem Paulum Mariam Paciaudi* in Volumine - *Medaglie rappresentanti i più gloriosi avvenimenti incliti magni Magistri Don Emanuelis Pinto*, *impress. Neapolis anno* 1749. *& penes Sebastianum Pauli in Codice Diplomatico dicato magno Magistro Don Antonio Manueli de Vilena* his titulis nominato.

Ipse vero magnus Magister se inscribit Humilis *Magister*, *& Custos Pauperum*, ut prosequitur d. noster *Discursus d. Sect.* 4. *n.* 5.

In quibusdam quoque Indultis se nominat *Dei Gratia Sacra Domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani*, *& Militaris Ordinis Sancti Sepulchri Dominici Magister* Humilis, Pauperumque *Jesu Christi Custos*, & ita videre est in allato Indulto in eodem præsenti nostro *Discursu Sect.* 5. *sub litt.* K. *pag.* 417., *& apud Sebastianum Pauli in sæpe allegato Codice Diplomatico dicato clar. me. magno Magistro*, & sic nominatur in aliis comparitionibus, quæ coram ipso fiunt, & in linguis peraguntur, ut ex Registris in Melitæ Insula retentis, & refert etiam *Augustinus Paradisi*, *in suo Ateneo*, nuper aucto, & rursus impresso sub Titulo *Raccolta di Notizie Storiche, Legali, e Morali per formare il vero Carattere della Nobiltà, e dell' Onore*, *tom.* 3. *de' Titoli, Parte quarta cap* 38. *pag.* 553. *juxta impressionem Ferrariæ sumptibus Societatis* 1740.

Juste magnus Magister una cum Titulo *Dei Gratia Sacræ Domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani* addit, *Et Militaris Ordinis Sancti Sepulchri Dominici Magister humilis, Pauperumque Jesu Christi Custos*.

Cum enim à primis usque Ecclesiæ Seculis Militaris Ordo Sancti Sepulchri Domini Nostri Jesu Christi in Hierosolymitano Regno fuerit institutus, & variis subinde Regnis diffusus, & tandem ob rerum, temporumque vicissitudinem imminutus remanserit, ut late ostendimus in peculiari *Discursu super eodem Ordine suo loco hic registrando*, constat eundem Ordinem vigore Bullæ fa. me. Innocentii VIII. fuisse unitum Ordini Sancti Joannis Hierosolymitani tunc in Rhodi Insula dominantis, de qua Bulla meminit Constitutio fa. me. Pii IV. relata in fine Statutorum Religionis sub titulo - *Privilegi della Sacra Religione di San Gio. Gerosolimitano pag.* 25. ibiq. in Glossa marginali & de hac Unione agit *d. Pater Joseph Franciscus Fontana in Historia Gallice scripta, & per eundem in italicum Idioma translata sub tit. Storia delli Ordini Monastici ec. e Militari tom.* 2. *cap* 18. *pag.* 141., *& seqq. juxta impress Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1737.

Hinc cum de anno 1558 nonnulli Equites Sancti Sepulchri in Flandria existentes, virtute Decreti per eos editi in loco de *Hootrast* in Diœcesi Cameracen. die 28. Martii ejusdem anni, sibi suadente eundem Ordinem in floridum statum reducere, potentissimum claræ memoriæ Philippi II. Hispaniarum Regis Patrocinium imploravere, & eundem cum Successoribus suis in magnum Magistrum elegerunt.

Habita de hujusmodi electione notitia, ma-

magnus Magister Ordinis Hierosoly mitani verens, ne Equites d. Sancti Sepulchri, muniti Hispaniarum Regis protectione, tentarent recuperare Bona ejusdem Ordinis, alias auctoritate Papali Ordini Hierosolymitano unita, ad eundem Philippum Secundum Hispaniarum Regem Oratores misit, rationibusque adductis, Regem rogaverunt, ut oblatum Magisterium acceptare renueret. prout renuit, ac dimisit: unde san. me. Pius IV. confirmavit supradictam Unionem Ordinis Sancti Sepulchri ab Innocentio VIII. factam favore Ordinis Hierosolymitani, juxta ea, quę exponit *d. Pater Fontana d. tom. 2. cap.* 18. *pag.* 144.

In tuenda hujusmodi unione, pari solertia usus est magnus Magister Alosius de Vignacourt: cum enim eidem innotuisset anno 1615. Carolum Gonzagam de Cheves Ducem de Nevers, & de Retolois, satagere magni Magistri Equitum Sancti Sepulchri in Gallia titulum, & officium sumere, jamque novam Torquem peculiari modo construere fecisset distribuendam Equitibus, & in Urbe Roma necessarias facultates à Summo Pontifice Paulo V obtinere curaret, laudatus magnus Magister Alosius de Vignacourt statim ad Ludovicum XIII. Galliarum Regem Oratorem misit, ut Historiæ seriem Regi exponeret, Innocentium VIII. scilicet, Ordinem Sancti Sepulchri una cum omnibus Bonis, & Juribus Ordini Sancti Joannis Hierosolymitani univisse, & attentis precibus tunc magni Magistri Hierosolymitani porrectis Philippo II. Hispaniarum Regi, qui oblatum Magisterium ab Equitibus Flandrię acceptaverat, quibus per Hispaniarum Regem auditis, non solum Magisterium dimisit, sed à Pio IV. confirmari d. Unionem curavit; unde Orator Melitensis hoc idem à Galliarum Rege Ludovico XIII. expostulavit, qui magni Magistri de Vignacourt votis annuit, mandavitque Marchioni Trinel, in Urbe apud Sanctam Sedem ejus Oratori, ut impetrare curaret Bullam confirmationis ejusdem Unionis, & ita frustratus remansit Dux Nivernensis hucusque demonstratus in *d. Patre Fontana d. cap. 18. tom. 2. pag.* 145.

Primo itaque loco ponitur illius Institutor, qui fuit Gherardus: ex qua autem Natione hic fuerit, an Italus, an Gallus, an Palæstinus, satis perpendimus in hoc nostro Discursu, & in antecedenti Catalogo Sanctorum, & Beatorum hujus Religionis Hierosolymitanæ: unde ne jam deducta repetamus, Nos ad dictas Narrationes remittimus. Gherardus ergo prælaudatus Religionem hanc fundavit anno 1099. circiter, in Hospitali Divo Joanni Baptistæ dicato, religiosis iniunctis legibus, ac nigro Habitu præscripto cum alba Cruce plana; hancque Religionem successive Summi Pontifices, & omnium primus noster Paschalis Secundus, ut ostendimus in hoc Discursu 118. *Sect.* 1. *n.* 21., & notat etiam *Abbas Justinianus Historie Cronologiche degli Ordini Militari &c. Parte prima cap.* 21. *pag.* 211. *juxta impress. Venetam Typis Combi, & La Nou* 1652., & late videre est in *Historia Ordinum Monasticorum, Religiosorum, & Militarium e Gallico Idiomate in nostrum Italum translata à Patre Joseph Francisco Fontana*, de quo infra sub *S. Gerardum*, & Callixtus Secundus confirmavere sub Regula Sancti Augustini.

Hinc jure merito d. Gerardus in Magistrorum, seu magnorum Magistrorum

rum Elencho primum locum tenere debet, non autem Raymundus de Podio, qui ſubſtantialia Regulæ non iniunxit, ſed ſolum Regulę jam à Gerardo editæ obſervantiam præſcribere, ac declarare ſategit, utpote d. Gerardi immediatus Succeſſor, ut conſtat ex verbis Statuti *Della Regola* editi *per Raymundum tit.* 1. ibi *Mantenghino col Divino ajuto tre coſe promeſſe a Dio, che ſono Caſtità, Obedienza ec. e di vivere ſenza proprio* - tenor enim hujuſmodi verborum ſupponit Regulam jam editam, & illius implementum inculcat: præallegatus *Sebaſtianus Pauli in d. Codice Diplomat. ſub d. tit. Serie Cronologica de' Gran Maeſtri pag.* 330.

Quemadmodum alia determinatio ab eodem Raymundo facta ſuper d. Regula cum Concilio totius Capituli, & Clericorum convincit, jam Religionem longe ante fuiſſe inſtitutam, ut videre eſt in eodem *Codice Diplomatico pag.* 224., & ſolummodo in meliorem, clarioremque formam, jam latas leges redigiſſe Raymundum, ut innuit ipſe Hiſtoricus *Jacobus Boſius Parte prima lib.* 2. *pag.* 63., ubi etiam teſtatur, quod Regula poſtmodum etiam reformata fuit, & *pag.* 68. itemque Raymundus exercitium Armorum ſuperaddidit.

Incipiendo igitur à Gerardo, & ab aliis, qui in Oriente Religionem gubernarunt, uſque ad Joannem de Villers electum anno 1289., ut notat *Commendator Eques Hieronymus Marulli in Volumine - Vite de' Gran Maeſtri della Sacra Religione di San Gioanni Geroſolimitano. impreſſ. Neapolis Typis Octavii Beltrami* 1636. accuratam magnorum Magiſtrorum Nomenclaturam texit ſæpe laudatus *Sebaſtianus Pauli in d. Codice Diplomatico ſub d. Titulo - Serie Cronologica de' Gran Maeſtri, che governarono l' Ordine Geroſolimitano in Soria à pag.* 229. agitque *Ludovicus Morery in ſuo Magno Dictionario Hiſtorico &c. Litt. G. verbo Gerard: d. Abb. Juſtinianus d. Parte prima cap.* 21. per totum.

Reiiciendi ſunt *Jo. Soranzo in Libello - L' Idea del Cavaliere pag.* 88. *Jacobus Boſius in d. Parte prima Hiſtoria Ordinis Hieroſolymitani lib. 6. à pag.* 217., *& ſeq. Cabaſut. in Notitia Concil. in Hiſtoric. Synopſi Secul. II. n.* 29. *pag.* 385. *Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtr. n.* 60., & Scriptor Anonymus Libelli primo Gallica lingua exarati, & in Italicam, inſtante Equite Italo tranſlati, cui Titulus -- *Iſtruzioni ſopra gli obblighi più principali de' Cavalieri di Malta cap.* 2. *pag.* 22. *juxta impreſ. Romæ Typis Bernabò* 1713. ubi aſſeritur, loquendo de illo Gerardo quod - *Queſto però ne preſe il titolo di Maeſtro ne in realtà può dirſi Inſtitutore dell Ordine Militare di Malta, di cui diſcorriamo, non avendo data a' Cavalieri forma d' Abito, nè Regola particolare nè deſtinatili alla Militia, come poi fece Raimondo.*

Nec non pariter explicationi ſubiacet quoad aſſertionem, quæ habetur in ipſo Catalogo magnorum Magiſtrorum impreſs. in principio Voluminis Statutorum Ordinis, quo pariter aſſeritur Raymundum de Podio fuiſſe primum Ordinis Magiſtrum.

Siquidem aſſertiones explicari ſic debent, Raymundum de Podio fuiſſe primum, qui uſus fuit expreſſe titulo Magiſtri, non autem ipſum fuiſſe Inſtitutorem Religionis, cum conſtet fuiſſe Gerardum, nuncupatum talem in Bullis ſa. me. Paſchalis Secundi, & Callixti Secundi, eundemque Gerardum fuiſſe

Præ-

Præpositum, & Caput institutæ ab eo Religionis sub glorioso Titulo *Sancti Joannis Baptistæ*, & Crucem albam in nigra Veste præscripsisse.

Gerardum istum præclaræ hujus Religionis Institutorem, Caput, & Præpositum, ac in substantia Magistrum, prout expresse illius immediatus Successor Raymundus vocatur Secundus Magnus Magister *à Patre Honorato à Sancta Maria Carmelita Excalceato in aliis allegat. Dissert. Historicis sur la Chevalerie Lib. 1. Dissert. 10. Art. 5. §. Raimond. pag.* 238. ut Virum Sanctimonia insignem, comprobant ea, quæ in d. nostra Nomenclatura Beatorum, & Sanctorum hujus Ordinis deducta sunt: & merito summæ apud omnes erat æstimationis, ob singulares animi Dotes, & ob pium, præclarumque Hospitalis Opus, in ea Sancta Hierosolyma Urbe erectum; unde ipse Dux Maximus Gotifredus Buglioneus, peracta Dominici Sepulchri Religiosa Visitatione, Gerardum quoque, & illius Hospitale visitavit, ac recognoscens eximias Gerardi Virtutes, ejusque Fratrum in Hospitali laborantium eidem Hospitali nonnulla Patrimonialia sua Bona, & Jurisdictiones, quæ in Gallia tenebat, ample donavit cum suis Redditibus, scilicet, ut dicimus, *la Fredda Montagna*. ut scribit Commendatarius *Hieronymus Marullus in Vitis magnorum Magistrorum pag.* 7. *dictus Abbas Justinianus pag.* 210. *Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei in Historia Ordinum Monasticorum &c. Gallice scripta, & per eum in Italicum Idioma translata tom.* 3. *cap.* 12. *pag.* 8. *juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1738. *d. Pater Fontana d. pag.* 20.

Hic Gerardus anno 1118. e vivis excessit, juxta ea quę scripta reliquerunt nonnulli Auctores, cum quibus transit *d. Marullus pag.* 7. *Cabasut d. n.* 29. *pag.* 385. ac refert ipsa Magnorum Magistrorum Nomenclatura impress. in Principio Voluminis Statutorum: *Morerius in d. verbo Gerard*: *d. Pater Fontana pag.* 80. & scribit etiam *d. Justinianus ubi supra pag.* 211. Et secundum aliorum opinionem anno 1100. vel 1141. vel 1166. ut videre est in præsentis *Discursus Sect.* 9. *§. Pium hunc Gerardum*.

Sed revera obiit post sui Regiminis lapsum annorum 21. currente Anno 1120. ut patet ex Bulla superius relata Callixti II. quæ fuit directa d. Gerardo sub Datum apud Sanctum Ægidium XIII. Kalend. Julii anno 1120. & sic biennio post d. Annum 1118 Nemo autem sibi poterit suadere, Summum Pontificem de rebus Terrę Sanctæ summopere solicitum, ac in Gallia residentem, ubi cum Orientalibus illis Regionibus continuum vigebat commercium, ignorasse per biennium Mortem d. Gerardi Viri celebris, ac conspicui, quemadmodum ratiocinatur *d. Sebastianus Pauli in memorato Codice Diplomatico sub d. Titulo Serie Cronologica de' Gran Maestri, che governarono l' Ordine Gerosolimitano pag.* 229. & 330.

Corpus ejusdem Beati Gerardi, Insula Rhodi amissa, translatum fuit Anno 1534. ad Manoascam veterem Ordinis Hierosolymitani in Gallia, & Provincia Commendam: *d. Justinianus pag.* 211. nam Castrum, & Bona Anno 1149. fuere per Guionem Comitem de Torqualquer Religioni donata, ut scribit *d. Pater Fontana d. pag.* 20. *Jacobus Bosius in d. Histor.*

d. Histor. Parte Prima Libr. 5. pag. 176. & seqq. ubi eandem Donationem refert; & rursus idem Donationis Instrumentum, una cum subsequentibus confirmationibus, ac etiam Testamento Guilielmi Condomini, & tandem Bullam Eugenii Papæ super Transactione inita cum Condominis super eadem Manoasca, ad litteram transcripta sunt, & habentur per extensum in *Codice Diplomatico sub n. 23., & seqq. à pag. 302. usque ad 308. & sub Titulo Osservat. Sopra i Diplomi sub n.* 23.

Hanc Commendam de Monoasca, cum suis annexis postmodum in Titulum Bajulivatus, & Magnę Crucis Dignitatem erectam, scribit *d. Jacobus Bosius d. Libr. 5. pag.* 177.

Series Vitæ dicti Beati Gerardi compendiarie habetur etiam in Chronologia magnorum Magistrorum impressa anno 1709. Romæ, & publicæ luci data ab erudito Viro Dominico de Rubeis, una cum Imaginibus eorundem magnorum Magistrorum, affabre quidem delineatis, & attente insculptis à *Hieronymo de Rubeis*, addita singulis Imaginibus Epitome Vitæ, & Familię, in quo adest Crux Ordinis alba, sed plana, & ut Nos Itali dicimus, *Inquartata*, cum suo gentilitio stemmate. Unde in d. Chronologia prima Imago est d. Beati Gerardi, & sub ea adest stemma suę Familiæ, ut prædiximus. Integrum vero opus dicatum est clar. mem. tunc temporis magno Magistro Fratri Dom Raymundo de Perellos, & Roccafull.

Porro hanc ipsam Chronologiam Nobis exhibuit Vir Nobilis Marchio Nicolaus Morattini, Germanus Frater prę laudatorum Dominorum Fratrum de Morattinis. Hic Ecclesiastica incedens Toga, eruditione præfulget, & in his etiam Equestribus materiis probe est instructus, & Accademiæ nostræ Filergitarum Princeps emeritus; quamobrem eundem honorifice commendat Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus S. Religionis Sancti Stephani Eques, & Foro Julii Bajulivus, ac Romanæ Curiæ laudatissimus Prælatus *Georgius Vivianus Marchesius Bonaccorsi in suo Volumine - Memorie Storiche dell' Antica, ed Insigne Accademia de' Filergiti della Città di Forlì ec. Parte terza sub anno 1708. pag. 265. Typis Antonii Barbiani* 1741.

Cœtera de Vitæ Sanctimonia hujus Beati Gerardi, videri poterunt in Catalogo Beatorum hujus Ordinis, quorum ipse Gerardus primus fuit: d. *Justinianus pag.* 211. Et Nos quoque exposuimus in nostro Catalogo Beatorum, & Sanctorum hujus Ordinis superius in præsenti Discursu relato Sect. antecedenti.

Porro in texenda successive magnorum Magistrorum Nomenclatura, in eorum enumeratione, cum quoad aliquot discordes sint Scriptores, Nos Ordinem, ut præmisimus, sequemur quem servat Chronologia eorundem impressa in principio Statutorum ejusdem Ordinis, additis tamen nonnullis animadversionibus recollectis ex approbatis Scriptoribus.

Secundus Magister à Fratribus electus fuit, non anno 1108., ut inquit *Comes Aldigherius Fontana in Libro - Origine della Sacra Eminentissima Religione Gerosolimitana pag. 3. juxta impressionem Bononiæ Typis Andreæ Poleti* 1718.

Non anno 1118., ut refert superius allegatus *Iustinianus pag.* 211., & 297. sed anno 1120. immediatus successor B. Gherardi Frater Raymundus de Podio.

Quod

Quod vero idem Frater Raymundus de Podio fuerit immediatus successor d. Gherardi, liquet ex Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis, & demonstrat Commendator *Hieronymus Marulli in Vitis magnorum Magistrorum pag. 13. juxta impress. Neapolis. Collector Gallus Histoire des Ordres militaires &c. tom. 2. § 23. pag. 198. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. Pater Dominicus Maria Curioni in Libro 1. Il glorioso Trionfo della Sacrosanta Religione Militare de' Nobili Valorosi Cavalieri di S. Giovanni Gerosolimitano cap 4. pag. 17. juxta impressionem Neapolis Typis Scipionis Boneni anno* 1619. ubi inquit - *Dal che si conosce molto bene, che Rajmondo succedesse immediatamente al Santo Gerardo : Ab. Justinianus cap. 21. pag. 211. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus in libr. Differt. 10. Art. 5. §. Cette Religion. d. Comes Fontana pag. 3. Pater Sebastianus Pauli in Codice Diplomatico sub Titulo, 1. Serie Cronologica de' Gran Maestri, che governarono l'Ordine Gerosolimitano in Soria, juxta impressionem Lucæ 1733. Typis Marescandoli pag.* 331. ubi refellit *Bosium in Historia hujus Ordinis lib. 2. pag. 60., & seq.* testantem, non posse id pro certo testari; & pariter refellitur *Ludovicus Maimburg Historia delle Crociate tom. 1. Lib. 3. pag.* 480. qui sustinet, post B. Gerardi mortem electum fuisse in Magistrum, suffragiorum pluralitate, Fratrem Brojantem Rogerium: *d. Collector Gallus d. tom. 2. pag.* 246. & demonstrat idem *Sebastianus Pauli*, eos contra veritatem asserere Raymundum de Podio non successisse immediate Gerardo, sed intermedium fuisse Magistrum Boyant Rogerium.

Eandemque immediatam successionem Raymundi d. B. Gerardo comprobat allegato nominatim dicto *Marullo*, in antecedenti Vita Beati Gerardi allegatus *Pater Ioseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei in Historia tom. 3. pag.* 80. ubi cum d. Marullo *pag.* 13, & 14. subiungit, quod in Cancellaria Ordinis nullum invenitur Documentum, in quo d. Rogerius nominetur cum Titulo Superioris, aut Magistri, sed solum in quodam Instrumento Donationis factæ anno 1110. ab Antonio Comite Abrutii Hospitali Hierosolymitano, de quibusdam Bonis, hodie ad Commendam Firmi spectantibus, vocatur Gubernator, & non Rector, aut Præses Hospitalis, prout si fuisset Superior, appellari debuisset; & ulterius subdit idem *Marullus pag.* 14. valde probabile esse Rogerium per aliquod tempus absentiæ Raymundi exercuisse munus Vice Rectoris: idcirco superius allegata Chronologia magnorum Magistrorum impressa Romæ anno 1709. apponens in dicto Catalogo Biojantem Rogerium, una cum ejus Imagine, uti immediatum Successorem Beati Gerardi, penitus est insubsistens, & præallegatum Documentum Donationis factæ à Comite Aprutii nil probat, ut ostendimus, atque ideo à d. Chronologia delendus est d. Rogerius, & ponendus est laudatus Raymundus de Podio, vere immediatus Successor d. Beati Gerardi; in reliquis autem partibus bene procedit d. Chronologia : *d. Collector Gallus Tom. 2 pag.* 246.

At major inter Scribentes viget adhuc Disceptatio, ex qua Natione fuerit d. Raymundus? Sunt, qui eum Florentinum testantur. Volumen Anglicana lingua scriptum per *Alexand. Rost.*, & deinde in Gallicum Idioma translatum

slatum per *Thomam la Grue*, cui Titulus *Les Religions du Mundo Amstelodami impress. Anno 1666. Dixiesme Division pag. 217.*

Sunt qui Gallum afferunt, & nativum Delphinatus, ac ex Civitate de Puy, à Latinis Anicium nuncupata, & ex nobili Familia de Puy, quæ plurium Seculorum cursu floruit, & floret in Familiis de Roch fort, & de Mombrun, ut late agit *d. Bosius in d. Histor. Parte prima lib. 6. pag. 218. d. Justinianus d. cap. 21. pag. 211. d. Aldigerius Fontana pag. 4. Sebastianus Pauli in d. Codice Diplomatico d. tit. Serie Cronologica de' Gran Maestri ec. pag 331.* ubi, quod ita creditur ab omnibus Scriptoribus: *d. Commendator Marulli pag.* 13. ubi nominatur Italice *d. Ippodio*, subditque, quod latina lingua dictus fuit de Podio: *d. Comes Fontana pag. 3. cum seq. d. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus libr. 1. Art. 5. §. Cette Religion.*

Verum idem *Sebastianus Pauli in d. Codice* superius allegato *à pag. 331. cum seqq.* in honorem Patriæ suæ, legali ratiocinio Documentis munito demonstat d. Raymundum de Podio fuisse Lucensem, vel saltem ex Familia de Podio Lucensi translata ad Gallos.

Generosus hic miles ad Bellum se contulit, terramque Sanctam adivit Divino impulsu, atque suasionibus ejus Consanguinei Abdemari de Ippodio Episcopo, qui in Concilio Claramontano à Sede Apostolica Legatus totius Exercitus constitutus fuit, cumque magnæ, & supernæ esset auctoritatis, majorem Galliæ Nobilitatis partem ad se traxit, & vere ut Legatus Apostolicus Dux, & strenuissimus consilio, & manu in Bello se gessit, & certamine illo Antiocheno Victoriam Christianus Exercitus retulit: at Episcopus ex Febre obiit. Fertur autem, quod idem defunctus Episcopus visus est primus Sanctæ Civitatis Muros conscendere, Milites ad certandum invitando, & eadem die, qua Christiani Milites Victores jam Sancta loca visitabant, visibiliter apparuit, ut scribit *d. Commendator Marullus pag. 14 & seqq.*

Hic Raymundus de Podio omnium primus expresse Titulum nactus est Magistri Sacri Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, ut legitur in Catalogo Magnorum Magistrorum registrato in Statuto Religionis, juxta impressionem supra allegatam. *Bosius in Historia Ordinis libr. 2. pag. 63.* & cum d. Titulo Magistri exprimitur in Privilegio Rogerii Regis Siciliæ sub anno 1137. quod ad litteram refert *Jacobus Bosius in Historia Ordinis Hierosolymitani Libr. 2. antecedente pag. 81. juxta tertiam impressionem Venetam Typis Hieronymi Albrizzi 1695. d. Pater Fontana d. Tom. 3. pag. 81.*

Idem Raymundus in Generali Capitulo in Civitate Hierusalem celebrato, Ordinis a Gerardo instituti Regulam reformavit, & in veram Religionem constituit, & trium solemnium Votorum, Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ explicite prestationem injunxit, & observantiam inculcavit, juxta seriem Statutorum, quæ in Discursu adduximus, & tradunt *d. Bosius pag. 63. d Marullus pag. 15. d. Abb. Justinianus d. cap. 21. n. 211. d. Comes Aldigerius Fontana pag. 4. d. Pater Joseph Franciscus Fontana d. tom. 3. cap. 12. à pag. 82. d. Comes Fontana pag. 4. d. Pater Honoratus à Sancta Maria ubi supra.*

Religiosi Habitus nigri coloris formam præscripsit Crucem albam ex lini tela, ut

ut statuerat Geraudus planam, in octogonam commutavit, ut supra in principio Discursus diximus, & notat *d. Marullus pag. 16. d. Justinianus d. cap. 21. pag. 211. Comes Aldigherius Fontana pag.* 4. ubi subdit - *Ma non con Precetto*.

In prædictam vero octogonam formam redegit Raymundus, ut ita octo Beatitudines significaret: *Franciscus San Jovinus dell' Origine de' Cavalieri: Marulli d. pag. 16. d. Comes Fontana pag.* 4.

Figura Habitus magni Magistri cum d. Cruce octogona, juxta formam antiquam, videri potest penes *d. Abb. Justinianum pag.* 212.

Figura autem magni Magistri induti Habitu moderno recognosci potest apud *Patrem Bonannum in Catalogo Ord. Equestr. n.* 60. apud *d. Collectorem Gallum d. tom. 2. pag.* 98.

In triplicem præterea Classem Religionem divisit, Militum, Capellanorum, & Fratrum Servientium, & in Sacro Hospitalariorum Ordine Armorum exercitium ad Christianorum defensam invexit: *d. Justinianus cap. 21. pag. 213. d. Marullus d. pag. 16. d. Pater Honoratus à Sancta Maria* ubi supra. Distinctus ergo fuit Ordo in tres gradus, hoc est Fratrum Equitum, Fratrum Capellanorum, & Fratrum Servientium, cum prius nulla alia adesset distinctio, quam Sacerdotum, & Laicorum: *Justinianus pag.* 203.

Hinc sub eodem Raymundo incepit usus armandi Equites Cingulo Militari, qui usus inconcusse servatur: *d. Comes Aldigherius Fontana pag.* 5.

Firma remanente Institutione Ordinis à Beato Gherardo fundati sub Titulo, & Protectione Sancti Joannis Baptistę, ut late ostensum est superius in pręsenti Discursu, nequaquam subsistit Raymundum assumpsisse d. Titulum Sancti Joannis Baptistæ in locum Sancti Joannis Eleemosinarii, ut præter adductos in corpore Discursus, liquet ex traditis *a d. Patre Honorato à Sancta Maria Carmelita Excalceato d. libr. 1. Dissert. 10. Articulo* 4. §. *Enfin*.

Præclara sunt, quæ longo sui Regiminis tempore egit Raymundus, & in incrementum sui Ordinis successerunt: tempore namque illius Regiminis Comes Aprutii sacræ Religioni non nulla Bona donavit, quæ etiam de præsenti possidet, spectantia ad Commendam Firmi: *d. Justinianus cap.* 21., & d. Donatio est illa eadem, quam retulimus supra, & legi possunt apud Scriptores Historica facta recensentes: compendiarie nonnulla Nos referemus. Constat Balduinum Secundum Regem Hierusalem, cui arcta amicitia junctus erat Raymundus, Equitum suorum pręsidio ab insidiosis Turcarum obsidionibus liberasse, gloriosa que de Turcis Victoriam reportasse; sicut alteram consimilem anno 1122. de Doldequino, & Arabum Principe, quod Tyrum, & Hallar obsidione liberavit. Pariter anno 1126. à Balduino Rege in auxilium vocatus, Regem Damasci in Campis Magiscfar profligavit: *Abbas Justinianus d. Parte prima cap. 21. pag. 214. d. Collector Gallus tom. 2. à pag. 108. d. Comes Fontana Parmensis pag. 4., & seqq. d. Pater Joseph Franciscus Fontana pag. 84., & seq.*

Seuciam postremo Saracenorum Exercitu obsessam Armis liberavit, in fugam acto Harandino, & Saracone Saracenorum Duce: de prædictis agunt cum *Bosio in Historia Ordinis d. Abb. Justinianus d. cap. 21. à pag. 211. cum seqq. d. Collector Gallus d. tom. 2. pag.* 110.

Summa quoque prudentia Raymundus, ac dexteritate cum Christianis Principibus

pibus, in illis Regionibus vigentibus, Pacem, & Unitatem inter eos servavit in Catholicæ Religionis incrementum: hinc anno 1133. Rex Folcus Andegavensis, intuitu ejusdem Raymundi, Civitatem Gibellini Hierosolymitanæ Religioni tradidit: *d. Justinianus pag.* 214. *d. Pater Joseph Franciscus Fontana d. pag.* 84. *d. Collector Gallus tom.* 2. *pag.* 109.

Cum Alphonsus I. Aragoniæ Rex, qui ex causis, quas narrant Historici, Hispaniarum Imperator appellabatur, in suis Testamentariis Tabulis, quas prima Octobris anno 1131. condidit tempore, quo cum suo Exercitu Bajoni obsidebat Civitatem, super cujus Testamenti observantia Proceres Regni jurarunt, idemque Rex Testator ratificavit post paucos dies antequam iniret certamen, & in quo Prælio occubuit, suos Rex Hæredes æquis portionibus in omnibus Regnis, & Ditionibus suis, ac Bonis instituit tres Equestres Militares Ordines, Sancti scilicet Sepulchri Hierusalem, Templariorum, & Hospitalariorum Hierusalem. Institutionis verba refer *Bosius Historia Ordinis Hierosolymitani lib.* 5., & de eodem agit *Surita in Historia Coronę Aragoniæ*, *Abb. Justinianus Parte prima cap.* 21. *pag.* 211. *cum seqq Commendator Hieronymus Marulli Vite de' Gran Maestri pag.* 23. *juxta impress. Neapolis Typis Octavii Beltrami* 1636. *Co. Fontana antedictus pag.* 6.

Habitaque de obitu d Alphonsi, & de ejusdem Testamentaria dispositione notitia, Frater Raymundus de Podio magnus Magister Hospitalariorum, cum Mandato Procuræ sui Capituli, Patriarchæ Hierusalem, ac Ordinum Equestrium Sancti Sepulchri, Templariorum, ad Hispanias se contulit pro capienda Aragoniæ Regni Possessione, vel saltem ad concordiam cum Prætendentibus eadem Dominia ineundam. Cum ergo ad Hispanias pervenisset, jam Comes Barchinonæ, & Raymundus Berenguer Aragoniæ Princeps majorem Regni partem occupassent, Rexque Castellę, qui pariter vocabatur Alphonsus, & Imperatoris Hispanię titulo utebatur, quique Privignus erat pręnominati Alphonsi Regis Aragoniæ, aliam partem Regni cęperat, animadvertens d. magnus Magister, rem pene impossibilem esse, e manibus tam magnorum Principum Regnum recuperare, quodque pro ejusdem Regni tuitione e Maurorum invasionibus, ingens requirebatur Militum Exercitus, cum consilio Priorum, Commendatariorum, & Equitum sui Ordinis in iisdem Regni partibus commorantium, necessario ad concordiam devenit, initam die 16. Septembris anno 1140. qua d. Comiti Barchinonæ Aragoniæ Principi Raymundo Berenguer Hæredibus, & Successoribus suis cessit jura, & rationes, quæ, & quas Hierosolymitana Religio vigore dictæ Testamentariæ dispositionis habebat super præfato Regno, ea tamen sub conditione, quod si dictus Comes sine Filiis legitimis, & naturalibus moreretur, statim ad suam Religionem Regnum rediret, ut refert *Bosius d. lib.* 5. *pag.* 155. *d. Abb. Justinianus d. pag.* 214.

Contemporanee tamen idem magnus Magister Hierosolymitanæ Religionis, sibi, & pro sua Religione reservavit (Cæsaraugustæ in Hunvesca, in Barbastro, in Daraca, in Calataiud, & in omnibus aliis Civitatibus, & Terris, quæ à manibus Maurorum fuerint recuperatæ) duos Vassallos pro quolibet loco cum Domibus, & eorum Hæreditatibus, & cum Juribus, ac Servitiis Personalibus ad Regem spe-

spectantibus, quique liberi, ac exempti essent à Jurisdictione Regia, solumque tenerentur ire una cum Priore Ordinis Hierosolymitano, ibi commorante, ad Bellum contra Mauros, similiter in omnibus Terris, & Castris plusquam triginta Vassallos habentibus, sibi reservavit duos Vassallos, ut supra immunes; tandem in Civitate di Jaca sibi reservavit terræ spatium sufficiens ad ibi ædificandum Ecclesiam cum Palatio pro sua Hierosolymitana Religione,

Eademque methodo aliæ duæ Equestres Religiones Sancti Sepulchri in Hierusalem, & Templariorum concordiam inivere cum d. Comite Barchinonæ cum declaratione, quod nomen Regis, Regiamque Dignitatem tenere valeret, accedente consensu Fulci Andegavensis tunc Regis Hierusalem, ac Instrumentum Cessionis, & Concordiæ stipulatum fuit in Civitate Hierusalem die 29. Augusti 1141., Dictaque Concordia Apostolica Anastasii Quarti confirmatione munita fuit: *d. Justinianus pag.* 215. *d. Marulli d. pag.* 24. qui scribit fuisse confirmatam ab Adriano Quarto: *d. Pater Fontana d. tom.* 3. *pag.* 84. *d. Comes Fontana pag.* 6., *& seq.*

Tandem d. Raymundus de Podio Hospitalariorum Magister post brevem ægritudinem in Civitate Hierusalem obiit in Domino anno 1160. post strenuum regimen gloriosum sui Ordinis quadraginta duorum annorum cursu, juxta *d. Chronologiam magnorum Magistrorum in principio Statutorum pag.* 1., & scribit *d. Pater Fontana pag.* 85. *Pater Honoratus à Sancta Maria d. libr.* 1. *Dissert.* 10. *art.* 5. ubi supra: *d. Comes Fontana Parmensis* in Vita Raymundi d. Volumine - *L' Origine della Sacra, ed Eminentissima Religione Gerosolimitana pag.* 5., *&* 6. *juxta impressionem Bononiæ Typis Pisarri* 1718. ubi quod solemni pompa fuit tumulatus: *Justinianus d. cap.* 21. *pag.* 215. *d. Pater Fontana tom.* 3. *pag.* 85.

Qui revera utramque Nobilis, & Religiosi sui Instituti partem adimplevit, Militis scilicet strenuissimi in rebus bellicis gloriose gestis & in Religiosissimis moribus, ac & Hospitalitatis Operibus, adeo ut Sanctimoniæ fama ad superos evolaverit d. Anno 1160, & merito inter Beatos Ordinis Hierosolymitani recenseatur, ut testatur *Bosius* Historia hujus Ordinis, ubi Imaginem exibet, & Nos retulimus supra in nostro Catalogo Beatorum, & Sanctorum Ordinis Hierosolymitani, eademque illius Imago habetur in præallegata Genealogia impressa Romę anno 1109, ubi pariter legitur Epitome Vitæ ejusdem Raymundi, & ante pectus stemma suum Gentilitium retinet, in quo adest, ut Nos dicimus *Inquartata*. Crux alba Ordinis, non octogona, sed plana.

Tertius Magister electus fuit in Sacro Hospitali anno 1160. Frater Augerius de Bilben, natione Gallus; *d. Nomenclatura magnorum Magistrorum in principio Statutorum*: *Bosius Histor. Ordinis Parte prima lib.* 6. *pag.* 219. *Abbas Justinianus d cap.* 21. *pag.* 215. *d. Collector Gallus d tom.* 2. *pag.* 110. *Commendator Marullus* in Vitis magnorum Magistrorum in Vita Augerii de Bilben *pag.* 31. *d. Comes Fontana pag* 8. ubi quod fuit electus anno 1160. præallegatus *Pater Honoratus à Sancta Maria in d. loco*: *Pater Sebastianus Pauli in d. Codice Diplomatico sub d. tit. Serie Cronologica de' Gran Maestri ec. pag.* 335. ubi quod in Diplomatibus Ordinis vocatur etiam *Ottegerius*: *Pater Joseph Fontana* jam superius allegatus.

Augerium prædictum fuisse Natione Gallum, & ex Provincia Delphinatus, & antiquum Socium Raymundi de Podio, scribit *d. Sebastianus Pauli d. pag. 335. d. Fontana pag. 8. d. Commendator Marullus pag. 33.*

In historiis Religionis celebris est, & hic adhæsit semper Alexandro III. Pontifici adversus Antipapam Victorem; unde cum in Provinciali Concilio habito in Civitate Nazaret d.s. discussum fuerit, an deberet recipi Cardinalis Legatus d. Summi Pontificis Alexandri III. Augerius recipiendum esse sustinuit, prout receptus fuit: *Bosius d. Parte prima lib. 6. pag. 220. Abbas Justinianus d. cap 21. pag. 215. d. Comes Fontana pag 8. d. Marullus pag. 31.* Favit electioni Regis Almerici Regis Hierusalem: *d. Bosius Parte prima lib 6. pag. 225. d. Fontana pag. 9. d. Marullus pag. 33.*

Magisterium tribus annis rexit, obiitque anno 1163. *Bosius ubi supra Parte prima lib. 6. pag. 225. d. Comes Fontana n. 9. Marullus d pag. 33. d. Nomenclatura magnorum Magistrorum: d. Sebastianus Pauli d pag. 335. d. Abbas Justinianus cap. 21. pag. 215. d. Comes Fontana pag. 9.* ubi quod, si tam brevi tempore non obiisset, plures obtineri poterant progressus. *Chronologia magnorum Magistrorum impressa Romæ per Dominicum de Rossi anno* 1709. ubi pariter adest Imago d. Magistri Augerii Balbeni, cum sua Veste, & ante pectus tenet Crucem Ordinis, & Stemma suum Gentilitium.

Quartus Magister electus fuit anno 1163. obiit 1167. Frater Arnaldus de Comps Nobilis ex Familia Delphinatus: *Nomenclatura in principio Statutor. Ordinis: Marullus pag. 35. Bosius d. pag. 225. d. Abbas Justinianus cap. 21. pag. 215. d. Commendator Marullus pag. 35. d. Sebastianus Pauli d. pag. 335. Collector Gallus d. tom. 2. pag. 110. d. Comes Fontana pag. 9.* ubi quod electus fuit plenis votis nemine contradicente: d. Arnaldus pro Almerico Rege Hierusalem certavit, & vicit Soldanum Ducem Califfe, quem fugavit, & Civitatem Balbeis expugnavit, idemque magnus Magister, una cum Equitibus Templariis, licet Christianorum Exercitus satis exiguus esset, veluti constans solum 384. Equis Duce Turcopolerio Equitum Hospitalariorum, & è contra Turcarum Exercitus duodecim millium conflatus esset, & decem millium ex Arabis infidelium d. bellavit Exercitum: *d. Abbas Justinianus d. cap 21. pag. 215. & seqq. Bosius in Histor. Ordin. tom. 1. d. Marullus pag. 35. Sebastianus Pauli d. pag. 335.*

Hunc Ordinem gubernasse quatuor circiter annorum spatio, asseritur in *d. Historia Bosii Parte prima lib. 7. pag. 252., & in d. Nomenclatura magnorum Magistrorum in principio Statutorum; d. Commendator Marullus pag. 40. Comes Fontana pag. 9. d. Justinianus pag. 216.*

Verum hoc non subsistere notat *d. Sebastianus Pauli*; cum constet eodem anno 1163. adfuisse alium Ordinis Hierosolymitani Magistrum, nomine Gisbertum, ut legitur in Diplomate registrato per *d. Sebastianum Pauli in suo Codice Diplomatico sub n. 38. pag. 39.* unde concludit idem Auctor, brevissimum fuisse Arnaldi Gubernium, & obiisse anno 1167. inquit *d. Comes Fontana pag. 9.*

Imago d. Magistri suo Habitu induti cum Cruce Ordinis extensa ante pectus, ac cum Stemmate Gentilitio suæ Familiæ habetur in Chronologia magnorum Magistrorum impressa Romæ per *Dominicum de Rossi anno* 1709.

Quin,

Quintus Magister Ordinis fuit in Hierusalem Civitate electus Frater Gisbertus d' Assaly Anglus anno 1167. *Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statuti pag. 1. Commendator Marulli pag. 41. d. Justinianus pag. 216. Bosius lib. 7. pag. 252. d. Collector Gallus d. tom. 2. pag. 110. Justinianus d. pag. 216.*, qui ponit hujus electionem anno 1167. *d. Comes Fontana pag. 10. d Pater Sebastianus Pauli* ex ratione superius allegata, & reponendo mortem Arnaldi ad aliquem retro annum, tuetur Gisbertum d' Assaly successisse anno 1163., non autem anno 1167. notat in *d. Codice Diplomatico sub d. titulo Serie Cronologica de' Gran Maestri ec. pag. 335.*

Ipsum fuisse Natione Anglum tenent aliqui; *d. Bosius lib. 7. pag. 264. d. Justinianus dicto cap. 21. pag. 216. d. Comes Fontana à pag. 10.* sed imo ex Tyro nominatur in quodam Diplomate, quod notando in suo *Codice Diplomatico sub d. Titulo Serie Cronologica de' Gran Maestri ec. pag. 336.* refert *Pater Sebastianus Pauli in eodem Codice Diplomatico 187. pag. 232.*

Hic Gisbertus de Assaly Vir fuit ad magna gerenda proclivis, & ad liberalitatem adeo profusus, ut in prodigalitatem vergerit, præcipue erga milites; unde cum Regi Almerico suasisset bellum inferre Califfæ Ægypti, eidem Regi Almerico personaliter, & cum suis Equitibus bello interesse, & assistere promisit, necnon vim pecuniarum præstare, ideoque Thesaurum Religionis profudisse dicitur. At cum susceptum Bellum infauste gestum fuerit, ut narrant Historici, hinc Nobiles Regni de Gisberto de Assaly male sentire cæperunt, ipseque Gisbertus animadvertens sic in eo infelici Bello totum Hierosolymitanæ Religionis exhausisse Thesaurum, illamque onerasse ingenti ære alieno, usque ad summam scutorum centum millie (quæ summa illis temporibus & statu tunc Religionis satis excessiva erat, ut notat idem *Bosius d. lib. 7. pag. 264., & Marulius d. pag. 51.* neque valens modum invenire resarciendi damnum Religioni illatum, tandemque cogitatione turbatus, omnia ab ipso tentata, & gesta in cassum abiisse, ad instar obæratorum, qui ad contracta debita solvendum se impares agnoscunt, indecore Bonis cedunt, ut inquit *d. Bosius d. pag. 264.* rubore perfusus, statuit renunciare Magisterio, & munus dimittere, prout renunciasse anno 1169. scribit *Commendator Marullus pag. 41. Bosius loco superius allegato & d. pag. 264.* cum quo quoad substantiam concordat *d. Iustinianus d. cap. 21. à pag. 216. cum seq. Comes Fontana pag. 11.*

Circa annum 1170. ut refert *Rogerius de Honvede Annalium p. posterior. in Henrico II.* eodem anno Gisbertus dictus Assaly summus Magister Domus Hospitalis in Hierusalem venit in Normanniam ad Henricum Regem, à quo honorifice susceptus est, & accepta à Domino Rege licentia transfretandi, in Angliam venit, usque ad Deppe, & ante Festum Sancti Michaelis Navem quandam, quę jam fere per annum in arena fracta, & difficcata contenderat, & jam aliquantulum dealbata, & refecta in altum deducta fuerat, cum multis tam Clericis, quam Laicis, qui jam longa exp ctatione fatigati fuerant, intravit: sed mox Navis illa extra Portum in altum deducta, velut lapis in profundum descendit compagibus dissolutis, & ipse Gisbertus, & cæteri universi qui cum eo erant, præter octo tantum, qui bene

beneficio Naviculæ evaserunt, submersi sunt decimo tertio Kalendas Octobris, quæ verba d. Historici referunt *d. Bosius d. lib. 7. pag. 265 Pater Sebastianus Pauli d. pag. 336. in Annotat. sub litt. A. Iustinianus d. pag. 216 d. Marullus pag. 51. Co. Fontana pag. 11. & 12.* d. Gisbertus Capitulum Generale in Civitate Hierusalem celebravit anno 1168., & non nullas edidit Constitutiones pro bono Ordinis Regimine, inter quas dicitur sanxisse, quod mortuo uno ex Fratribus Ordinis, cæteri Religiosi teneantur recitare pro Defuncto, aut Officium Mortuorum, aut centum quinquaginta Orationes Dominicales: *Bosius d. lib. 7. pag. 264*

Tempore hujus magni Magistri Equites Hospitalarii in Hispaniis ad bellandum missi in auxilium Alphonsi II. Aragoniæ Regis contra Mauros insignem Victoriam reportarunt, multis captis Civitatibus; quamobrem Rex donavit Religioni Civitatem del *Caspo*, quam hodie etiam possidet: *Marullus pag. 50. d. Comes Fontana pag. 11.*

Cæterum renunciationem Magisterii peregisse Gisbertum de Assaly anno 7011. vel 1171. probat *d. Sebastianus Pauli in d. pag. 336. & seq.* adductis Diplomatibus sub d. anno nomen Gisberti Magistri exprimentibus fuisse factam renunciationem anno 1169. *d. Comes Fontana pag.* 10.

Hinc non leve suboritur involucrum Chronologiæ magnorum Magistrorum, cum constet hisce temporibus tres nominari Magistros successive post Gisbertum, nempe Castum, Josbertum, & Rogerium de Molinis, & istum quidem de eodem anno 1173. quo pariter nominatur d. Josbertus Magister juxta ea, quæ leguntur apud *d. Sebastianum Pauli pag. 336., & seqq.* Quod tamen involucrum ea tollitur ponderatione, quod cum præcisum tempus emissæ per Gisbertum renunciationis, ac illius acceptationis non innotescat, constetque circa hanc renunciationem, & illius acceptationem, contentionem inter Religiosos Conventus viguisse, remque delatam fuisse ad summum Pontificem Romæ sedentem, ut ex Epistola, quam super hac renunciatione Religiosi, & Conventus Hierusalem scripserunt Summo Pontifici Romam, quæque habetur integre penes *d. Sebastianum Pauli in d. Codice Diplomatico n. 186. pag. 229* de necesse non modicum effluxisse tempus dicendum est, ad expectandam ab Urbe resolutionem: profecto interim debuit Religio à Promagistro regi; quamobrem, ne dum probabilissime, sed & evidenter asseri potest Castum, & successive Rogerium, interregno durante, exercuisse Magisterium usque ad Josberti electionem, ut arguit allegatus *Sebastianus Pauli in d Codice Diplomatico sub tit. Serie Cronologica de' Gran Maestri ec. d. pag. 337.* Maxime cum ex Monumentis habeatur, brevissimum fuisse dicti Casti Ministerium, ut in Chronologia impressa in principio Statutorum retento autem Ordine, quem tenet d. Chronologia impress. in principio Statuti Ordin. serie apud *Sebastianum Pauli. d. pag.* 337.

Imago d. Magistri Gisberti de Asaly cum Cruce Ordinis in pectore, & Stemmate Gentilitię suæ Familiæ cernitur in superius allegata *Chronologia magnorum Magistrorum impressa Romæ anno 1709. per Dominicum Rossi.*

Sextus Magister fuit antedictus Frater Casto, qui primo electionem suam noluit acceptare, Religiosorum tamen precibus munus acceptavit, & assumpsit anno 1170. circiter, posita

prę

prædicti Gisberti renunciatione, de qua supra egimus, & de qua testatur *d. Commendator Hieronymus Marulli pag.* 53. *Sebastianus Pauli ubi supra*, & cum eo Nos scripsimus ipsum Castum prius fuisse Promagistrum Ordinis durante interregno, cum nondum fuerit electus magnus Magister.

Et quod d. Casto nonnisi cum repugnantia acceptaverit d Magisterium scribit *d. Abbas Iustinianus cap.* 21. *pag.* 216. *d. Comes Fontana pag.* 12.

Ex qua Natione fuerit Casto, non adhuc constat: *d. Abb. Iustinianus* ut supra, *Marul. d. pag.* 53. d. Chronologia magnorum Magistrorum impress. per *Dominicum Rossi* 1709. *Romæ*.

Ipsum fuisse unum ex Descendentibus illius, qui primæ Cruciatæ tempore in Civitatem Ramulę venit tempore Comini Flandriæ 500. Militibus stipatus, scriptum reliquit *Vertot*; d. tamen *Sebastianus Paulus pag.* 337. putat esse Cattum illum, qui alias fuit Ordinis Thesaurarius.

Ut Vir sapiens, & prudens magnus Dei servus serio cogitavit de solvendis Debitis, quibus sua Religio opprimebatur: *d. Marullus pag.* 53. *Comes Aldigherius Fontana in Volumine l' Origine ec. Della Sacra Religione Gerosolimitana pag.* 12. *d. Iustinianus d. pag.* 216., Chronologia magnorum Magistrorum impressa Romę 1709. per *Dominicum Rossi*.

Sed brevissimo tempore Officium administravit, & nequivit suum Votum implere: *Marullus pag.* 53.

Quod neque annum compleverit, & post octo menses obierit: *Bosius Historia Religionis Hierosolymitanæ lib.* 7. *pag.* 265. *d. Iustinianus d. pag.* 216. *d. Marullus d. pag.* 53. *d. Comes Fontana pag.* 12. Quod obierit anno 1169. dicit *d. Fontana;* sed anno 1170. inquit *Marulius ubi supra*.

Imago hujus Magistri cum Ordinis Cruce in pectore, & suo Gentilitio Stemmate habetur in d. Chronologia impressa Romæ 1709.

Septimus Magister electus fuit anno 1173. Frater Josbertus: *Chronologia* in principio *Statutor. pag.* 1. *d. Sebastianus Pauli d. pag.* 337. *d. Abbas Iustinianus pag.* 216. *Marullus pag.* 55. *Bosius d. lib.* 7. *pag.* 265. qui tamen electionem ponit sub anno 1169. quemadmodum etiam *Chronologia de' Gran Maestri impressa in principio Statutorum Ordinis: Comes Fontana pag.* 13. Et ejus electionem sub anno 1170. ponit *d. Iustinianus d. cap.* 21. *pag.* 217. *d. Commendator Marullus pag.* 55.

Patria hujus Josberti ignoratur. Illum Virum valde Religiosum, ac magnæ ęstimationis, & in Historiis Belli Sacri celebrem nuncupat *Bosius d. pag.* 265., *&* 321. *d. Sebastianus Pauli d. pag.* 337.

Absente Almerico Rege Hierusalem bis de illius commissione Regnum gubernavit una cum Magistro Equitum Templariorum: *Bosius d. lib.* 8. *Iustinianus d. cap.* 21. *pag.* 217. *d. Marullus pag.* 55., *& seq. Comes Fontana pag.* 13. Unde Rex ei gratias reddidit de bono peracto regimine. Narandinum Damasci Regem constrinxit ad solvendam obsidionem Civitatis Petræ, quæ etiam dicitur d' Arac: *Bosius lib.* 8. *pag.* 281., *& seq.* Eundem Josbertum Balduinus Quartus consuluit super contingentiis Bellorum: *d. Bosius d. lib.* 8. *pag.* 288.

Dictus Josbertus obiit, ut aliqui scribunt, ex dolore, ac mæstitia, eo quia res Christianorum in Soria in præceps ruebant, & mortem illius sub anno 1179. reponit *Bosius lib.* 9. *pag.* 321. innixus auctoritati Rogerii Scriptoris Annalium Anglię parte posteriore

steriore in Henrico Secundo fol. 566. *d. Justinianus d. cap. 21. pag. 217. Chronologia Magnorum Magistrorum impress. in principio Statutor. Ordinis*, ubi notat, quod Ordinem gubernavit per annos decem: *Marullus pag. 59.* ubi quod mortuus est anno 1179. *d. Comes Fontana pag. 13.* ubi quod idem Josbertus fuit perfectissimus Religiosus.

Diversimode scribit *Vertot lib. 2. pag. 227., & 233.* Narrat enim, quod secuta destructione Exercitus Christiani ob Victoriam à Saladino reportatam, d. Josbertus se collegit in loco di *Belforte*, quod Castrum obsedit Saladinus, & vi armorum expugnavit, captusque fuit idem Josbertus, & caetenis vinctus fame periit.

Verum historicam hanc seriem ex facto corruere demonstrat *d. Sebastianus Pauli locis superius allegatis*, comprobando constare ex Diplomate 170. per eum ibi allegato, quod d. Josbertus de anno 1177. mortuus erat: unde erronee Hovveden tribuit Magistro Hospitalariorum, quod successit Magistro Templariorum, ut explicat idem *Bosius lib. 9. pag. 322.* concluditurque idcirco, quod Josbertus obiit anno 1177., ut videre est apud *d. Sebastianum Pauli pag. 338., & 339.*

Imago d. Magistri cum Cruce Ordinis in pectore, & Stemmate suae Familiae, videri potest penes *d Dominicum Rossi in Chronologia magnorum Magistrorum Romae impressa anno 1709.*

Octavus Magister electus fuit in Civitate Hierusalem Frater Rogerius de Molins Gallus, & hujus electionem secutam dicit sub anno 1179. *d. Chronologia magnorum Magistrorum impress. in Statuto Ordinis pag. 1. d Justinianus pag 217. Bosius libr. 9. pag. 322.* ubi eum fuisse Virum magnae prudentię, ac strenuitatis, scribit *d. Justinianus d. cap. 21. pag. 217. Collector Gallus d. tom. 2. pag. 113. & 198. d. Comes Fontana pag. 14. d. Commendator Marullus pag. 61.*

Sed ejus electionem reponendam esse sub anno 1177. ex praeallegata ratione obitus dicti Josberti, bene notat *d. Sebastianus Pauli in loco addacto pag. 339.* qua opinione retenta, cum obierit anno 1187. rexit Ordinem per annos undecim circiter.

Ut ergo Vir undique prudens, dissidia inter Patriarcham Antiochenum, & Principem Antiochię suborta, ob repudium ejus Uxoris, electus, composite concordavit: *Bosius lib. 9. pag. 323. Comes Fontana pag. 14.* Cum Rege Balduino Bellum contra Infideles gessit: *Bosius lib. 9. pag. 333* Idem Rogerius à Balduino Quarto Rege Orator deputatur una cum Heraclio Patriarcha, & Fratre Arnoldo de Troge Magistro Templariorum ad petendum subsidium in Occidentem: *d. Justinianus pag. 217.*

Hinc benigne excipitur à Guillelmo Rege Siciliae, cui optime notus erat; quippe qui alias sub Josberto Magistro Oratoris munus exercuerat apud eundem Siciliae Regem, pro obtinenda confirmatione Privilegiorum à Regibus Siciliae Religioni indultorum: pariter humanissime exceptus fuit cum suis Sociis à Summo Pontifice Lucio III., & ab Imperatore Veronae commorante, qui petitum subsidium praestare promiserunt: *d Bosius d. lib. 9. pag. 344. Justinian. pag. 217. Comes Fontana pag. 14.*

Cumque anno 1187. Saladinus obsidione cinctam teneret Ptolemaidam, cujus defensio commissa erat Hospitalariis, & Templariis, isti acerrime prę lio Saracenos impetebant; sed ut subdunt Scribentes, Dux Tripolitanus Raymundus Valtanno undique armatus,

tus, ac personatus illo eodemque Praelio pro Saladino contra Christianos certabat, & Magistrum Templariorum ad necem quaerebat, in hujus defensam occurrit Rogerius de Molins, initoque cum d. Proditore Tripolitano Comite singulari certamine, Equus Rogerii corruit, & sub Equite Rogerius Armorum pondere ibidem occubuit d. anno 1187. post Regimen Ordinis spatio annorum octo circiter: *Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum pag. 1. d. Marullus pag.* 84. *d. Comes Fontana pag.* 14. *d. Justin. pag.* 219. deinde Inimici aufugerunt, sed nimis cruentam Christianis Victoriam reliquerunt. Rogerii de Molins Cadaver in Civitatem Ptolemaidis deductum, ac magnifice, pluribusque cum lacrimis in Ecclesia proprii Conventus tumulatum fuit, ut narrat *d. Bosius d. lib 9 pag.* 358 *Sebastianus Pauli pag.* 339. qui constare subdit, d. Rogerium de Molins primum fuisse Magistrum, qui magni nomen habuit, allegando ad hoc probandum Diploma, seu Instrumentum approbationis, seu concessionis cujusdam Casalis factae per Boamundum Principem Antiochiae post mortem Fratris Nicolai favore Hospitalis Hierosolymitani, & Domino Rogerio de Molins ejusdem Magistro, in quo Diplomate dicitur, quod *Magnus Magister Hospitalis*: & Diploma est sub anno 1181. & habetur in eodem *Sebastiani Pauli Codice Diplomatico sub tit. Giunta al Codice Diplomatico n. 1. pag.* 281.

Tamen subdit pariter *d. Sebastianus Pauli d. pag.* 339. quod Historicus *Bosius lib.* 21. *pag.* 705. ait, quod titulum magni Magistri omnium primus obtinuit *Hugode Revel.* Vide quae dicemus infra. Idemque Rogerius pius extitit erga pauperes Infirmos, quorum favore plura: decrevit: *d. Comes Fontana pag.* 14. *d. Commendator Marullus pag.* 84.

Imago d. Magistri Rogerii de Molins cum Habitu, & Cruce Ordinis in pectore, ac Familiae suae stemmate habetur in Chronologia magnorum Magistrorum, penes *Dominicum Rossi impress. Romae* 1709.

Nonus Magister anno 1187. electus successit Frater Guarnierus de Neapoli in Soria, quae Civitas fuit antiqua Sichem, & hodie communiter dicitur *Napulosa*. Idem Guarnierus fuit Vir Nobilis ex Principalioribus d. Civitatis: *Bosius d. Histor. lib.* 9 *pag* 361. *Justinianus pag.* 218. *Chronologia magnorum Magistrorum impress. in principio Statutor. Ordinis: d. Comes Fontana pag.* 15 *Sebastianus Pauli ubi supra pag.* 339. *Collector Gallus d. tom.* 2. *pag.* 198.

Donavit hic Magister Religioni Sancti Joannis Castrum di *Crac*, antiquitus dictum *Pietra del Deserto*, Arcem considerabilem, quam jure haereditario acceperat à suo Consanguineo: *Bosius lib.* 10. *pag.* 365. *d. Comes Fontana pag.* 46. *d. Marullus pag.* 91.

Hunc obiisse Ascalonae, ob vulnera recepta in atroci illo, ac deplorabili certamine loci de Etino die 14 Julii anno 1187. post regimen Ordinis spatio duorum mensium, & sex dierum, inquit *Bosius lib.* 10. *pag.* 365. *d. Comes Fontana pag.* 15. ubi quod obiit Ascalonae: *d. Marullus pag.* 91.

Hoc tamen non approbat *d. Sebastianus Pauli* quoad praenotatum tempus, quia ex *Diplomate* 79. ab ipso allegato, & relato *in d. suo Codice pag.* 85. constat hunc Guarnierum vivum fuisse anno 1191., ut videre est penes *d. Sebastianum Pauli pag.* 339. ubi concludit, quod brevitas Regiminis, quemadmodum & amissio Hierusalem referenda est ad tempus illius

Successoris.

Imago d. Magistri Guarnerii habetur in *Chronologia magnorum Magistrorum impressa per Dominicum Rossi Romæ* 1709. gerentis Crucem Ordinis in pectore una cum stemmate suæ Familiæ, & Epitome Vitæ.

Decimus Magister fuit Frater Emengardus Daps electus año 1187. Gallus Natione: *d. Marullus pag.* 91. juxta *d. Justinianum pag.* 218. qui electionem ponit 1187., & juxta Bosium sub anno 1187. *in sua Historia Parte prima lib.* 10. *pag.* 365. sic etiam juxta eandem *Chronologiam magnorum Magistrorum impress. in principio Statutorum Ordinis pag.* 2., *&* *Comitem Aldigherium Fontana pag.* 17. asseritque vixisse in Ministerio annos quinque circiter *Comes Aldigherius Fontana Parmensis - L' Origine della Sacra Religione Gerosolimitana pag.* 17. *juxta impress. Bononiæ Typis Pisarri* 1718.

Sed *Sebastianus Pauli* asserit electum fuisse anno 1191., & idcirco non subsistere quod dicitur, ipsum vixisse in munere quinque annorum spatio, ut videre est in suo *Codice Diplomatico pag.* 340. ubi asserit brevissimum fuisse illius gubernium, & ex tempore electionis illius Successoris, de qua infra, liquet anno circiter in munere vixisse.

Quoad Patriam, ipsum fuisse Natione Gallum, scribit *Commendator Marulli*, qui tamen nullum Documentum adducit, ut observat *d. Sebastianus Pauli d. pag.* 340. *d. Comes Fontana pag.* 17.

Expugnata fuit Civitas Hierusalem à Saladino; unde Regina Sibilla coacta fuit d. Urbem deserere, & ad Ascalonam pergere. Frater autem Ermengardus cum suis Fratribus, cum Templariis, & cum Patriarcha Tyrum petierunt: ibi ut Caput aliquod sibi eligerent, elegerunt Principem Corradum Montisferrati. Obsedit Saladinus Civitatem Tyri; sed illius Exercitus profligatus fuit à Christianis, qui subsidium receperant à Guillelmo Siciliç Rege misso, sicque Saladinus se fugæ dedit, & in libertatem reliquit quem captivum detinebat Guidum Regem Hierusalem, & Magistrum Templariorum, ad quem Regem Guidum ad Tyrum accedentem excipiendum occurrit Frater Magister Ermengardus, qui una cum suis Equitibus tam strenue pugnavit, ut Saladinum coegerit Ptolemaidam deserere, & in hac Urbe Magister Ermengardus Sedem suæ Religonis fixit, ut inquit *d. Comes Fontana pag.* 19. ubi subdit, quod hæc fuit prima Peregrinatio Religionis, juxta communiorem opinionem.

Quod d. Ermengardus obierit in Ptolemaida Urbe anno 1192. scribit *d. Bosius lib.* 12. *pag.* 444. *d. Comes Fontana pag.* 19. *d. Marullus pag.* 101. *d. Justinianus pag.* 218., *&* 219. Imago ejusdem habetur in *Chronologia magnorum Magistrorum impress. Romæ per Dominicum Rossi* 1709.

Undecimus Magister electus anno 1192. in Civitate Ptolemai Frater Goffredus de Duisson natione Gallus: vide *Chronologiam magnorum Magistrorum impressam in principio Statutorum Ordinis: d. Comitem Fontana pag.* 20. *d. Justinianum pag.* 219. *Bosium in Histor. Ordinis Hierosolymitani Parte prima lib.* 12. *pag.* 444. *Collector. Gallum tom.* 2. *pag.* 199. *Justinianum pag.* 219. *Sebastianus Pauli* asserit electionem jam secutam sub anno 1193. comprobatque ex Instrumento Donationis Casalis factæ anno 1193. per Henricum Trecetem Comitem Palatinum, favore Hospitalis Hierosolymitani, & Fratri Gaufrido Magistro ejus-

jusdem Hospitalis, de quo Instrumento mentionem facit *d. Sebastianus Pauli pag.* 340. & per extensum refertur in eodem *Codice Diplomatico Diploma n.* 173. *pag.* 215.

Obitus quoque hujus Magistri post duos Regiminis annos ponitur sub anno 1194. ut in *Chronologia Magistrorum Ordinis impress. in principio Statutorum Ordinis, & à d. Bosio pag.* 457. *d. Justinianus pag.* 219., *&* 297. *Comes Fontana pag.* 20. *d. Marullus pag.* 106. alia *Chronologia impressa Romæ* 1709. de qua infra.

Ast sępe dictus *Sebastianus Pauli* cum Diplomate, quod habetur in dicto *Codice Diplomatico sub Diplom.* 86. *pag.* 91. ostendit, Goffredum obiisse anno 1201. ut inquit sub *pagina* 340., ubi advertit, quod proinde hoc errore detecto, plura gesta referenda sunt ad hunc Goffredum Magistrum, quę erronee tribuuntur Alphonso de Portugallia, & Goffredo Le Rat illius immediatis Successoribus.

Quod d. magnus Magister fuerit Vir Vitę exemplaris morumque Sanctorum, ac ideo universalis eidem tribueretur veneratio, scribit *Comes Fontana pag.* 21. *d. Marullus pag.* 106.

Figura hujus Magistri habetur in *Chronologia magnorum Magistrorum impressa Romæ* 1709. *per Dominicum Rossi*, geritque ante pectus suum Stemma: Epitomen Vitæ.

Duodecimus Magister Frater Alphonsus de Portugallia Frater naturalis Regis Sancii, electus anno 1194. *Chronologia Magistrorum in Fronte Statuti pag.* 1. *Bosius Parte prima lib.* 13. *pag.* 457. *Abbas Justinianus pag.* 219. *Collector Gallus tom.* 2. *d. Marullus pag.* 118., *&* 199. Verum electionem factam fuisse anno 1202., quia antedicto anno 1194. viveret Goffredus de Duisson notat, ut diximus, *Sebastianus Pauli in d. Codice Diplomatico Hierosolymitani Ordin. sub tit. Serie Cronologica de' Gran Maestri dell' Ordine Gerosolimitano in Soria pag.* 340.

Quoad d. Fratrem Alphonsum de Portugallia sic scriptum reliquit *Bosius d. pag.* 457. - *Egli è cosa certissima, che questo Maestro fu della Serenissima Casa del Re di Portogallo; però non ostante qualsivoglia diligenza, che io abbi fatta per me stesso, e fatta far da altri, sino a visitare diligentemente gli Archivii del Re di Portogallo, non è stato possibile ritrovare di qual Re fosse egli figliuolo. Nè altro intorno a ciò d'autentico si trova, se non che nel Libro degli Statuti del Maestro Fra Ruggiero de Pins, o come Noi diciamo de' Pini, che stà nella Cancellaria di questa Sacra Religione bollato, ed autenticato, nel quale sono scritti i nomi de' Maestri Predecessori al detto Fra Ruggero con alcune brevi annotazioni delle azioni loro, si trova scritto, ch' egli era Fratello del Re di Portogallo. Anno stimato alcuni, ch' egli fosse Figliuolo del Re Don Alfonso Terzo, il quale fu primieramente Conte di Bologna sopra il Mare, ed a questa credenza si muovono dal trovarsi scritto nelle Storie, che quel Re ebbe fra gli altri un Figliuolo Bastardo chiamato Don Ferdinando Alfonso, il quale fu Cavaliero Templario, pensando che gli Scrittori abbagliati, ed ingannati si siano nello scrivere Templario per Hospitalario. Però questo è impossibile, perciocchè i tempi non si confrontano, essendo morto il Maestro Fra Alfonso di Portugallo cinquanta anni prima, che il Re sopraddetto cominciasse a regnare.* De isto Alphonso sic scribit *Comes Fontana pag.* 22. *Era questi, al riferire del Bosio, Fratello*

tello del Re di Portogallo Signore di gran mente, e rigoroso nel voler obbedienza a' suoi comandi.

Alii asserunt fuisse Filium Alphonsi I. & quod vocabatur *Petrus*: *d. Sebastianus Pauli d. pag.* 340.

Hic Alphonsus, nimium fortasse rigidæ asperæque indolis, & fervido præditus ingenio, Legum observantiæ, & reformationi incubuit, unde in Civitate Margari, Generali coacto Capitulo, Statuta quæ Magister Frater Rogerius de Molins in præcedenti Generali Capitulo anno 1181. ediderat, confirmavit, sed & de novo leges indixit ad reformationem, & Ordinis Gubernium, & à se ipso rem economicam incipiens, statuit, quod in Domo, & Familia Magistri ea servaretur moderatio, *che per servigio della Persona sua tenesse un Cavallo da fazione, un Curtaldo, ed una Mula, tre Scudieri, ed un Paggio con le loro cavalcature, un Capellano Sacerdote, un Diano, ed un Turcopolo, ch' era un Cavalleggiero, un Siniscalco con due cavalcature, e due Cavalieri con quattro Cavalli per ciascheduno, dalla qual forma, qualità, e numero di Famiglia, che all' ora i Maestri di questa Religione tenevano, quasi come in uno specchio, vedere, e contemplar potranno i Moderni, qual fosse l' umiltà, la semplicità, e la parsimonia di quei Santi e buoni antichi Predecessori loro*: sic totidem verbis inquit *Bosius d. Parte prima lib.* 13. *pag.* 457.

Sanxit præterea, *che niun Religioso fosse di qualsivoglia condizione, chieder potesse di esser fatto Cavaliere, se ciò non li fosse stato promesso prima che pigliasse l' abito; dal che s' argomenta, che i Gentiluomini, che si dedicavano in quei tempi al servigio di Dio sotto l' Abito, e Professione Regolare di questa Sacra Religione, vestendosi di vera umiltà, non si curavano di pigliar l' Abito più in un Grado di Cavaliere, che d' altro, purchè alla Santa Professione dell' Hospitalità, e dell' Armi per difesa, ed aumento della Santa Fede ammessi fossero.*

E perchè alla fama della Santa, e lodata vita, che si faceva nella Sacra Casa dello Spedale, e nel Convento di d. Religione, molti Principi, Gran Signori, e Gentiluomini principali da diverse parti della Cristianità mandavano colà i Figliuoli loro, dove con ogni diligenza, ed accuratezza nelle sante Opere di carità, e nell' Armi, erano allevati, ed esercitati; ordinò il detto Maestro, che i Figliuoli de' Gentiluomini ben nati, che erano stati nutriti nella Santa Casa dello Spedale, venuti che fossero in età legitima, potessero, volendo, essere armati Cavalieri, ut prosequitur *Bosius d pag* 456.

Nonnulla edidit quoque Statuta, quæ etiam nunc servantur, ut videre est in Volumine Statutorum Ordinis, & notat quoque *Bosius pag.* 458.

Itaque Leges per d. Alphonsum latæ, quamvis in se cœteroquin laudabiles essent, utilesque Religioni, ut inquit *d. Bosius pag.* 458 asperæ tamen, & duræ visæ sunt Equitibus, & Religiosis, qui proinde in Ordine murmur excitarunt contra Alphonsum, illum de severitate nimia, & rigore redarguentes, jamque obedientiæ Jugum excutere satagebant: Magistri hic vero satius reputans munus dimittere, quam inobedientes videre legibus, magisterio renunciavit anno 1194. ut prosequitur *Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statuti pag.* 2. *Bosius d. pag.* 458. *Justinianus d. pag.* 219.

Aliud autem motivum ad renunciandum Ma-

Magisterio allegat *d. Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statuti*, quod ipse Alphonsus scilicet succedere prætendebat in Regno Portugalliæ. Circa quam prætensionem ita loquitur Scriptor Gallus *Franciscus de Belleforest* in sua Cosmographia Universali, cujus verba in Italicum Idioma translata refert *Bosius d. pag.* 458., & sunt - *Costui (dic' egli) come indegno di una tale dignità, e di comandare a così bella Compagnia convenne, che se ne spogliasse; perciocche essendo nel proceder suo troppo altiero, e superbo, e nel comandare troppo arrogante, come quello che si risentiva della Real grandezza, ond' era nato, e non si ricordava, che avendo fatto voto di povertà, era anco obligato all' umiltà, alla quale la Religione sua l' invitava, avendo avuto nuova della morte di suo Padre, rinunciò il Grado, e la Dignità sua di Gran Maestro in pieno Capitolo con grande sdegno, e disprezio de' Religiosi Fratelli suoi: e lasciando la Religione, e spogliandosi l' Abito, se ne tornò in Portogallo, sperando di ottenere, come Primogenito la Corona Reale: però maledicendolo, e sprezzandolo il Fratello, come Apostata, ed essendo anco da tutti reputato indegno di portare Corona, lo fece morir di veleno, e così colui, che per voler essere Re, aveva abbandonata la sua prima Professione, e rinunciato così bello, ed onorato Grado in una sì Santa, e sì Nobile Compagnia, perdette la Vita, e l' onore, fu come scomunicato dal numero de' Gran Maestri scancellato: d. Comes Fontana pag.* 22.

Alii Scriptores testantur, d. Alphonsum fuisse Virum fortissimum, Pietate insignem, & Religiosæ Disciplinę, ac Militaris observantissimum, cœteroquin vero rigidum, ob quam austeritatem ad renunciationem Officii devenit, & Lusitaniam repetiit, in qua civilibus Bellis implicatus, occisus fuit manibus Fratris sui: sic refert *d. Sebastianus Pauli in d. Codice Diplomatico sub tit. Serie Cronologica de' gran Maestri pag.* 340.

Utcumque autem res se habuerit, certum est Alphonsum renunciasse Magisterio, & ad Portugalliæ Regnum rediisse, ubi non multo post obiit, tumulatusque fuit in Ecclesia Sancti Joannis de Alporaon in Villa nuncupata Lusitanice di *Santa Ren*, quæ Ecclesia est Commenda Religionis Hierosolymitanæ. In eaque Ecclesia etiam de præsenti adest ejus Sepulcrum sinistro latere Arę maximę fixum muro sub Arcu, & ejus e conspectu adest fixus parieti Lapis, in quo legitur Inscriptio - *In æra de* 1245 *Kalendis Martii obiit Frater Alphonsus Magister Hospitalis Hierusalem*.

Quisquis ades, qui morte cadis, perlege, plora:

Sum quod eris, fueram quod es, pro me precor, ora:

Prædicta habentur apud *d. Bosium d. pag.* 459., ubi bene firmat, quod liquet d. Alphonsum obiisse in Portugallia: *d. Sebastianus Pauli d. pag.* 340., quidquid de hoc dubitet Eques Boxario, & obiisse anno salutis 1207.

Quod obierit anno 1207 scribit *Comes Fontana pag.* 22., *& d. Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis*.

Idem vero *Sebastianus Pauli d. pag.* 340. subdit, dictam Magisterii Renunciationem non fuisse peractam anno 1195. sed anno 1204. ex quo eodem anno ipsum Alphonsum adhuc Magisterium tenuisse constat ex Diplomate, quod refert, & habetur penes eundem

dem *Sebastianum Pauli in d. Codice pag.* 92.

Imago d. magni Magistri Alphonsi habetur apud *Chronologiam Magistrorum impressam per Dominicum Rossi Romæ* 1709. quæ imago ante pectus tenet octogonam Crucem Ordinis, ac pariter Stemma suæ Familiæ, hoc est Stemma Regiæ Domus Regum Portugalliç.

Decimus tertius Magister, posita renunciatione d. Alphonsi, electus fuit à Conventu 1196. circiter Frater Gotifredus le Rat natione Gallus: *Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statuti pag.* 2. *Bosius d. pag.* 459 *Abb. Justinianus pag.* 220. *Sebastianus Paulus d. pag.* 340. *Bosius pag.* 459.

Hic Magister pro defensione Ordinis ad omnes Prioratus Europç Epistolas direxit pro exactione Pecuniarum: *d. Justinianus pag.* 220. *Bosius d. pag.* 461. ubi ponit per extensum Epistolam scriptam Priori Angliæ.

Dicto tempore, hoc est anno 1197., ut resarcirentur damna, quæ ab Armis Germanicis passa erat Commenda Barletæ ad hunc Ordinem spectans, quæque destructa remanserat, Imperator Henricus Religioni Hierosolymitanæ donavit Castrum di Guaragnone in Apulia cum tota sua jurisdictione, & reditibus, ut possederat Rogerius di Cane Comes Andriæ: *d. Justinianus d. pag.* 220.

Dicto Magistro Gotifredo de Rat, totique Conventui Summus Pontifex Innocentius Tertius Epistolam scribit datam Laterani die 20. Novembris anno primo sui Pontificatus, qua Almericum Lusignanum Cypri Regem commendat: exhibita per Regem d. Gotifredo Pontificia Epistola, Rex eosdem rogat, ut Gubernium Regni Cypri assumant, prout assumpserunt, & Hospitalarii prçsidiarios Milites statuerunt: *Bosius d. pag.* 471., *& seq Justinianus pag.* 220, *Comes Fontana pag.* 24.

Tandem post prudens Regimen Ordinis spatio Annorum decem, Anno 1206. obiit Magister Gotifredus Le Rat: *Bosius d. pag.* 477. *d. Chronologia Magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis*: *d. Justinianus d. pag.* 220. *d. Fontana pag.* 24. ubi quod paulo post obdormivit in Domino Beata Ubaldesca hujus Ordinis, & de qua supra sect. IX.

Sed allegatus *Sebastianus Pauli in d. Codice Diplomatico pag* 241. advertit, quod d. magnus Magister Gotifredo obiit post annum 1207, ob illam euidentem rationem, quod Guarinus de Monteacuto illius immediatus Successor erat Marescallus Ordinis d. anno 1707.

Imago d. Magistri Gotifredi Le Rat cernitur in Chronologia magnorum Magistrorum impressa per *Dominicum Rossi Romæ anno* 1709. cum Cruce Ordinis ante pectus, & Stemmate suæ Familiæ, ac cum Epitome Vitæ ejusdem.

Decimus Quartus Magister electus fuit Frater Guerinus de Monteacuto, ex Alvernia anno 1206. juxta *Chronologiam magnorum Magistrorum impress. in principio Statuti Ordinis pag.* 2. *Bosium lib.* 13. *pag.* 483. *Abb. Justinianum pag.* 297. *d. Comes Fontana pag.* 24. d. tamen *P. Sebastianus Pauli in sua serie Chronologica &c. pag.* 341., inquit fuisse electum anno 1208.

Ipse fuit ex Natione Alverniæ: *d. Sebastianus Pauli d. pag.* 341. *Bosius Histor. Ordin. Libr.* 17. *pag.* 558., & fuit ex Nobili Familia Montaigù: *Bosius d. pag.* 558., ubi quod ob illius prudentiam, & animi robur, illum Christiani Principes amabant, & magni faciebant.

Ejusdem

Ejusdem contemplatione Armeniæ Principes nonnulla Castra Ordini donarunt, & Hungariæ Regem, qui adscribi Ordini voluit, in Hospitali Acre, sive Acconen excepit: *d. Bosius pag.* 483., *& seqq. d. Sebastianus Pauli d. pag.* 341. *d. Comes Fontana à pag.* 25. Dictam Donationem confirmavit Innocentius III. *Fontana d pag.* 25.

Interfuit ipse Comitiis Ferentini habitis inter Honorium Tertium, ac Imperatorem Federicum Secundum: *d. Pauli d. pag.* 341. *d. Comes Fontana pag.* 25.

Summus Pontifex Innocentius Ordinem Hierosolymitanum muneravit Diplomate illo, quo in Decretis per eum faciendis, non intelligerentur inclusi Hierosolymitani, nisi expresse nominarentur, ut refert *d. Comes Fontana pag.* 24.

Rex Hungariæ Andreas voluit recipi inter Fratres Ordinis, quem ditavit annuo reditu di *novecento marche d' argento*, sicut refert etiam *d. Comes Fontana*.

Honorius Tertius illum appellabat Columnam Ecclesię Orientalis, ut refert *Chronologia Magnorum Magistrorum impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. de qua infra.

Sub hujus Regimine Magistri Regina Joanna Vidua Philippi Augusti Regis Francię 25. Junii anno 1225. obtinuit à d. Magistro Fratre Guerrino de Monteacuto, & à Capitulo Generali Hospitalariorum, quod in eorum Ecclesia Prioratus de Corbeil tredecim Fratres Capellani, ac Sacerdotes hujus Hierosolymitani Ordinis apponerentur, qui tenerentur in perpetuum quolibet die tres Missas celebrare pro Anima omnium Antecessorum, & Successorum suorum; pro manutentione autem horum Capellanorum Regina præstare se obligavit perpetuo annuatim quandam Provisionem, & Reditus, additis ex una, & altera parte pactis, & conditionibus, quæ habentur in Bulla Magistrali, ac Capituli Generalis anno, & mense prædictis expedita, quam Bullam confirmari Regina obtinuit ab Honorio Tertio Summo Pontifice, ut habetur in *Histor. Bosii Parte prima lib.* 16. *pag.* 544. Obiit d. magnus Magister anno 1230. in Civitate Ptolemaidis: *d. Comes Fontana pag.* 24.

Imago ejusdem Magistri cernitur in *d. Chronologia magnorum Magistrorum impressa per Dominicum Rossi Romæ* 1709., ubi adest in pectore Crux Ordinis, & Stemma suę Familię cum Epitome Vitæ ejusdem.

Decimus Quintus Magister electus fuit anno 1230. Frater Bertrandus de Texi Gallus: *Chronologia magnorum Magistrorum impress. in principio Statutor. Ordinis pag.* 2. *Bosius in Histor. lib.* 16. *pag.* 558. *Justinianus pag* 297., *& pag.* 221. *d. Comes Fontana pag.* 27. qui tamen eum nominat Bernardum.

Tempore Magisterii hujus Bertrandi, Res Christianorum in Terra Sancta in omnibus pendebant à Religione Hierosolymitana, & ab illa Templariorum, ut testatur in d. sua Historia *Bosius d. pag.* 558.

Sub Gubernio hujus magni Magistri Equites Ordinis in Hispania contra Mauros generose pugnarunt, variaque loca acquisiverunt pro Rege, ut Hispani vocant, *Dom Gaime*, à quo Religio reportavit plures Terras, quas adhuc Religio retinet: *d. Comes Fontana pag.* 28.

Anno autem 1240. mortuus est in Civitate Ptolemaidis d. Frater Bertrandus de Texi, postquam circa annos decem Sacram suam gubernaverit prudenter & strenue Religionem: sic scribit *d. Bosius lib.* 8. *pag.* 610. *Chronologia magno-*

magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis. d. Comes Fontana pag. 26. d. Justinianus pag. 221.

Imago hujus magni Magistri refertur in Chronologia magnorum Magistrorum edita per *Dominicum Rossi Romæ* 1709., ubi exhibetur cum Cruce ante pectus, & cum Stemmate propriæ Familiæ, & cum Epitome Vitę ejusdem.

Sed hic de more observat *d. Sebastianus Pauli in Codice Diplomatico pag.* 341. quod Bertrandus, usque de anno 1231. mortuus erat, sicut deducitur ex Diplomatibus 113., & 114. quæ idem *Sebastianus Pauli* affert *pag.* 121., *&* 122., proindeque *allegata pag.* 341. concludit, quod aut dicendum est prænominatum Guarinum de Monteacuto longe ante annum 1230. obiisse, vel Bertrandum paucis Mensibus vixisse.

Decimus Sextus Magister electus fuit Frater Gerinus, seu Guerinus, cujus cognomen, & Patria ignorantur: hunc electum fuisse anno 1240. habetur in *Chronologia magnorum Magistrorum* in principio Statutorum Ordinis impressa *pag.* 2., & notat *Bosius lib.* 18. *pag.* 610, *litt. B. Sebastianus Pauli pag.* 341. *d. Justinianus pag.* 221. *d. Comes Fontana pag.* 28.

Tempus electionis non fuisse annum 1240. sed annum 1231. sustinet *d. Sebastianus Pauli* in sæpe allegato *Codice Diplomatico pag.* 341. hinc subiungit, huic Magistro tribuenda esse pręclara illa gesta, quæ Historici narrant peracta fuisse sub illius Antecessore sub annis 1231., & 1236.

De isto Gerino narrant Historiæ, quod cum anno 1243. in illo infelici certamine contra Corasminos feroces Persiæ Populos, captus fuerit idem Gerinus, sic captivus transmissus fuit ad Soldanum Ægypti: *Bosius lib.* 19. *pag.* 616., *&* 618. *d. Justinianus d. pag.* 221. ubi subdit, quod Soldanus d. Gerinum captivum una cum Comite di Giaffa similiter captivo liberavit à captivitate, idemque Soldanus recuperavit Civitatem Hierusalem, quam amiserat.

Obitus quoque redditur tempus mortis d. Gerini, quem defunctum anno 1244. inquit *d. Comes Fontana pag.* 28., vel anno 1245. narrat *Bosius lib.* 19. *pag.* 630. ubi subdit, ignorari, an a captivitate fuerit redemptus, vel in captivitate decesserit.

Super qua Historica Narratione perpendendum quod subnectimus, nempe, istum Gerinum vixisse anno 1236. de mense Maii, probari ex Diplomate registrato in *Codice Diplomatico per Sebastianum Pauli Diplomat. n.* 178. *pag.* 220. Sic obiisse eodem anno, constat ex alio Diplomate *sub n.* 117, *pag.* 129., in quo eodem anno 1236. mense Septembris nominatur illius Successor Bertrandus, atque ita discurrit *d. Sebastianus Pauli pag.* 342.

Hic Magister Gerinus dono dedit Ricardo Fratri Regis Angliæ particulam pretiosissimi Sanguinis Divini Redemptoris Nostri Jesu Christi, quę in Ecclesia Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani maxima custodiebatur reverentia: *d Bosius pag.* 612. Imago d. Magistri habetur in *Chronologia magnorum Magistrorum impressa per Dominicum Rossi Romæ* 1709., & in pectore adest Crux Ordinis, & Stemma suum Gentilitium.

Decimus Septimus Magister electus fuit in Conventu Ptolemaidis Frater Bertrandus de Comps ex Delphinatu anno 1244., ut refert *Bosius d. lib.* 19. *pag.* 630. *Chronologia magnorum Magistrorum impress. in principio Statutorum Ordinis*

Ordinis pag. 2. *d. Justinianus pag.* 221. *Comes Fontana in Vitis magnorum Magistrorum pag.* 30. *juxta impress. Bononiæ* 1718. *Typis Pisarri*.

Diversimode vero electionis tempus assignat *d. Sebastianus Pauli*, qui sustinet fuisse electum ad Magisterium currente anno 1236., non autem d. anno 1244. quo anno nec amplius vivebat, ut constat ex *Diplomate n.* 118. registrato per *d. Sebastianum in Codice Diplomatico pag.* 129. ubi constat eidem usque de anno 1241. successisse Petrum de Villebrida: sic advertit *d. Sebastianus Pauli* sub Titulo *Serie Cronologica &c. pag.* 342.

Fuit autem d. Bertrandus de Comps nativus, ut diximus, ex Delphinatu, & secundus ex sua illustri Familia qui ad talem gradum Magisterii ascendit, & antecedenter fuerat Prior Sancti Ægidii: *d. Sebastianus Pauli d. pag.* 342.

Hic Bertrandus anno 1237., ut damnum mortis tot Equitum Hierosolymitani Ordinis amissorum in Bello contra Alepi Sultanum resarciret, citationem Equitibus in Anglia commorantibus intimavit, ut ad Conventum accederent, sicuti notat *d. Sebastianus Pauli d. pag.* 342. ubi reiicit *Vertot* asserentem d. Citationem fuisse factam à Bernardo de Texi.

Anno 1248. mense Augusti prope locum dictum Betsan, ex latere Antiochiæ, in prælio contra Infideles strenue pugnans d. Frater Bertrandus, pluribus vulneribus saucius post paucos dies occubuit, ut scribit *d. Bosius d. lib.* 19. *pag.* 635. *d. Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statut. Ordinis impressa*: *d. Justinianus pag.* 222. *d. Comes Fontana pag.* 31.

Discordat autem in tempore obitus sæpe *d. Sebastianus Pauli*, qui immediatum successorem d. Bertrandi ponit Petrum de Villebrida, qui non anno 1248., sed electus fuit anno 1241., ut advertit *d. Sebastianus Pauli pag.* 342., *& sub anno* 1248. *d. Comes Fontana pag.* 31.

Imago d. Magistri habetur in *Chronologia magnorum Magistrorum impressa per Dominicum Rossi Romæ anno* 1709.

Decimus Octavus Magister in Civitate Ptolemaidis electus fuit anno 1248. die 20. Augusti Frater Petrus de Villebrida: *Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis pag.* 2. *Bosius lib.* 19. *pag* 636. *d. Justinianus pag.* 222. *d. Comes Fontana pag.* 31.

Verum *d. Sebastianus Pauli pag.* 342., asserit electionem factam fuisse anno 1241., & tempore ejus Magisterii ad Luca Sancta pervenisse Sanctum Ludovicum Regem Galliarum.

In fero certamine apud Damiatam captivus mansit Soldani d. Magister Hospitalariorum, & Templariorum, una cum Carolo, & Alphonso Fratribus Sancti Ludovici Regis Galliarum, & postmodum captus ipse Sanctus Rex Ludovicus, & Rex Cypri: *Bosius pag.* 645. *d. Justinianus pag.* 222. *d. Comes Fontana pag.* 31.

A captivitate vero Equites Hospitalarii d. eorum Magistrum Fratrem Petrum de Villebrida, nec non alios Equites ejusdem Ordinis pariter captivos, mediante solutione pecuniarum summæ, redemerunt. Sicque prævia solutione ingentis summæ, se fratresque suos à captivitate redemit Sanctus Rex Ludovicus, ut narrat *d. Justinianus d. pag.* 222. ubi scribit, quod pro redemptione, ac ut dicitur *Riscatto*, fuit conclusum - *Con la restitutione di Damiata, & ottocento milla Bisanti*; *d. Comes Fontana pag.* 32. *& seq* ubi sic loquitur - *La Maestà del Re fu riscattata con la restitutione di Damiata, chiave di quel Regno, e Fra*

e Fra Pietro con li altri Grandi con un millione di Bisanti: *Bosius pag.* 646., & 647. ubi hæc subdit, quod-*Scrissero alcuni, che mancando al Re una parte del danaro per compire questo pagamento, pregò gli Hospitalieri, che fossero contenti di prestargli alcuna somma di Denari, e che molto volentieri lo soccorsero di quello, che potero, non ostante che si trovassero all' ora avere sborsata anch' essi una gran somma per riscatto del Maestro loro Fra Pietro di Villabrida, e di parecchi Cavalieri Fratelli loro, che insieme con l' istesso Rè erano rimasti prigioni, come di sopra detto abbiamo, ed affermano i medesimi Autori, che avendo anco il Santo Rè fatti richiedere i Templari, acciò egli no parimente in quel bisogno lo soccorressero, si scusarono dicendo, che ivi non tenevano con esso loro denaro alcuno, per avere speso quanto avevano per riscattar il Maestro, e molti Cavalieri loro, ch' erano stati presi. Dalla qual risposta, e negativa, alterato non poco il Rè, fece rompere i Fornieri, e le casse, che gli stessi Templari in Damiata tenevano, e che contra voglia loro prese intorno alla somma di trenta milla scudi, che per compire quel pagamento gli mancavano.*

Tandem in Civitate Ptolemaidis anno 1251. obiit d. Frater Petrus de Villebrida Hospitalariorum Magister post prudens felixque suæ Religionis regimen spatio annorum trium circiter: *d. Justinianus pag.* 222. *d. Comes Fontana pag.* 31., & 33. *d. Bosius pag.* 653. *d. Chronologia in principio Statutorum*.

Et correctionem temporis continvando, idem *Sebastianus Pauli* advertit obiisse anno 1243. dum hoc eodem anno, successor ejus legatur in Diplomate registrato in *d. Codice d. Sebastiani Pauli*. Imago d. Magistri habetur in Chronologia magnorum Magistrorum impressa per *Dominicum Rossi Romæ* 1709., & in ipsa cernitur in pectore Crux Ordinis, & Stemma Familiæ suæ una cum Epitome Vitæ.

Decimus Nonus Magister electus fuit in Civitate Ptolemaidis anno 1251. Frater Guillelmus de Castelnovo Natione Gallus: sic inquit *Bosius lib.* 19. *pag.* 653. *Chronologia magnorum Magistrorum in Volumine Statutorum Ordinis pag.* 2. alia Chronologia magnorum Magistrorum impressa *Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. *Justinianus d. pag.* 222. *d. Comes Fontanà pag.* 33. ubi subdit, quod electio peracta fuit in d. Civitate tempore, quo ibidem morabatur Sanctus Rex Ludovicus.

Hoc quoque dissonat ab eis, quæ scribit *d. Sebastianus Pauli*, qui sustinet electum fuisse non d. anno 1251., sed anno 1243., ut in allegata *pag.* 342.

Fuit d. Guillelmus Vir austerus, amator Justitiæ rigidus, Disciplinæ, ac Observantiæ Religiosę studiosissimus, ut testatur *d. Bosius d. lib.* 19. *d. pag.* 653., ubi subdit, quod cum Camerarius Sancti Ludovici Galliarum Regis eidem dixisset, quod nonnulli Equites in venatione male tractaverant ejus Famulos, condemnavit Equites delinquentes ob pœnitentiam perpetrati facti, edere in terra super propriis Palliis coram Hominibus per eos offensis, & completa comestione, coacti fuerunt præstare offensis propria eorum Pallia. Usitatus hic erat puniendi modus illis temporibus, ideo, que etiam de pręsenti in hac Sancta Hierosolymitana Religione sic Delinquentes puniuntur, & in Statutis cavetur, ubi præscribitur forma exequendi pœnam Quarantenæ: *Bosius d. lib.*

lib. 29. pag. 653., & *seqq.* ubi hoc laudat institutum.

Et referente *Ricardo de Clugni in sua Historia*, etiam apud Templarios hic mos puniendi Delinquentes vigebat; eos siquidem condemnabant ad comedendum in Terra, & si tunc forte aliquis Canis accederet ad illos, ut simul comederet etiam in eadem *Quarta*, vulgo *Piatto*, vetitum erat iisdem Equitibus Canem illum eiicere, quin etiam nec increpare, & testatur *d. Bosius lib. 19. pag. 653*, ubi subdit - *Questo modo di umiliatione, e di mortificatione di far mangiare i Religiosi per penitenza de' commessi eccessi, si osserva anco oggidì in questa Sacra Religione di S. Giovanni Gerosolimitano, come si vede nelli Statuti loro, dove si dà la forma di eseguire la pena della Quarantena.*

Obiit d. Guillelmus di Castelnovo anno 1260. juxta *d. Bosium lib. 20. pag. 678. Cronologia de' Gran Maestri impressa in principio Statutorum. d. Comes Fontana pag. 33. d. Justinianus pag. 223.*

Plura hic magnus Magister obtinuit ab Innocentio Quarto Privilegia, exemptionum à Jurisdictione Ordinariorum, & contra usurpantes Religionis Bona, vel illa damnificantes: *d. Justinianus pag. 223.* ubi quod Alexander Quartus Ordini donavit Castrum, & Monasterium Montis Thabor: *d. Comes Fontana pag. 34.*

Juxta autem ea, quæ tradit *Sebastianus Pauli pag. 342.* obiit Guillelmus de Castelnovo anno 1259. ideoque bene notat *d. Sebastianus*, quod Guillelmus ipse interfuit Prælio infelici de Massovra, quo captus fuit à Barbaris una cum Sancto Galliarum Rege Ludovico, licet hoc prælium ponatur sub tempore Gubernii d. Petri de Villebrida, & describitur à *Bosio lib. 29. pag. 645.*

Imago hujus Magistri cernitur in antedicta Chronologia magnorum Magistrorum impressa *per Dominicum Rossi Romæ anno 1709* cum Cruce Ordinis in pectore, ac cum Stemmate suæ Familiæ.

Vigesimus Magister electus fuit in Civitate Ptolemaidis anno 1260. Frater Hugo Revellus, ut inquit *Bosius lib. 20. pag. 678. Justinianus pag. 297. Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag. 2. d. Justinianus pag. 222.* ubi quod fuit ex Provincia Delphinatus: *d. Comes Fontana in Vita d. Hugonis pag. 35.*

Sed ejus electionem fuisse factam anno 1259. probat *Sebastianus Pauli in suo Codice Diplomatico sub tit. Serie Cronologica ec. pag. 342.* allegando Diploma, quod exhibet *sub n. 133. pag. 162.* ubi sub d. anno 1259. nominatur d. Hugo Revellus Magister Hospitalis.

Fuit idem Hugo ex Provincia Delphinatus, ubi etiam hodie floret hæc Familia in tres divisa, adeoque Terra sub hoc nomine, ut notat *d. Bosius lib. 20. pag. 678.*, & *seq. d. Sebastianus Pauli d. pag. 342. d. Comes Fontana pag. 36.*

Hic Magister personaliter interfuit obsidioni Tunesis: *Bosius lib. 22. pag. 730.*

Anno 1274. interfuit Concilio tento in Civitate Lugduni sub Gregorio X. ibique locum tenuit satis honorificum super omnes Seculares Principes, & supra omnes Oratores *Pari*, ut dicunt *di Francia*, aliosque magnos Viros: *Bosius lib. 23. pag. 744. d. Sebastianus Pauli pag. 343.* ubi advertit, quod in editione Conciliorum apud *Labbè tom. 14. pag. 501.* editionis Venetæ nomen Hugonis de Revel mutatum fuit in illud Guglielmi, & cum suo

Antecessore confusum.

Quinque sub isto Hugone Revello habita sunt Capitula Generalia, quorum primum inceptum fuit anno 1272. 20. Septembris in Civitate Cæsareæ, continuatum in Civitate Ciaffæ, & completum in quodam Prædio ad Religionem spectante, & vocato *Vinea nova* extra Muros Ptolemaidis. Alia vero quatuor habita fuerunt in Civitate Ptolemaidis. In his multa statuta fuerunt utilia, & necessaria pro bono Religionis Regimine, & harum Legum pars hodie quoque viridi in observantia servatur: *Bosius d. lib.* 23. *pag.* 767. *Marullus*, *&* *Comes Fontana* ubi supra.

Cæterum in prædicto Generali Capitulo, ut diximus Cęsareæ tento, d. Magister Hugo di Revel perpendens Religionem indigere fixis, certisque Redditibus, ut ingentes Bellorum expensas sustinere valeret, prudenter sanxit, quod quælibet Domus Ordinis Hierosolymitani annuatim transmittere teneretur ad Civitatem Hierusalem nonnullas pecuniarum statutas summas in Communi Thesauro reponendas. Hinc *Pantaleo*, *&* *Vertot lib.* 3 *pag.* 510. putant, ex hac Sanctione introductum fuisse usum, & nomen Commendarum, & Commendatoriar. eò quia Litteræ Commissionum, quæ subinde dirigebantur Equitibus destinatis administrationi Bonorum Religionis, & exactioni dictarum Pecuniarum, hac formula concipiebantur: *Commendamus*, *vi Raccomandiamo* hanc, vel illam tenutam, ut refert *d. Sebastianus Pauli d. Serie Cronologica pag.* 342., *&* 343. qui tamen subdit, quod quidquid sit de hujus Commendæ, & Commendatorum nominis origine, patens est, quod magis antiquum in Ordine Hierosolymitano Commendatoris nomen legitur, quoniam sexaginta quinque retro annis aderat Commendator Hospitalis Ptolemaidis, ut in Diplomate 81., quod refert in *d. suo Codice Diplomatico d. Sebastianus Pauli pag.* 87., *&* *pag* 343.

Quod iste Hugo Revellus fuerit Primus, cui datus fuit Titulus magni Magistri, deducitur ex Actis publicis relatis per Nos in præsenti *Discursu* 128. hac eadem præsenti *Sect.* 10. *pag.* 669. Ubi tamen ostenditur viguisse hunc Titulum Magni in Hierosolymitana Religione sub Magisterio Jo. Lastrich & à d. Revello omnium primo inconcusse ad omnes Successores in Magisterio dimanasse.

Obiit hic Hugo in Civitate Ptolemaidis anno 1278. post regimen Ordinis spatio annorum decem & octo circiter, ut scribit *Bosius lib.* 23. *pag* 763. *Comes Fontana* ubi supra: *Marullus* similiter ubi supra: *Chronologia magnorum Magistrorum impress. in principio Statutorum Ordinis*: *d. Sebastianus Pauli d. pag.* 343. & in alia *Chronologia eorundem Magistrorum impress. Romæ anno* 1709. *per Dominicum Rossi*.

Imago demum præfati Hugonis cum Cruce Ordinis ante pectus, & suo Gentilitio Stemmate, una cum Epitome Vitę suæ habetur in allegata serie *Chronologica Romæ*, ut diximus *per Dominicum Rossi impressa*.

Vigesimus Primus Magister in Civitate Ptolemaidis electus fuit Frater Nicolaus Lorge, secundum aliquos Natione ex Alvernia anno 1278. *Chronologia dd magnorum Magistrorum pag.* 3. *Bosius pag.* 763. *Justinianus pag.* 223. *Sebastianus Pauli d. pag.* 343. *Comes Aldigherius Fontana in Vitis magnorum Magistrorum pag.* 11. *Marullus pag.* 227.

Hic optimus Magister, & Christianæ Reipublicæ incrementa zelans, odia, &

& dissensiones inter Hierosolymitanos Equites, & Templarios summa prudentia extinxit, gnarus quod dissidia hujusmodi nimis prejudicialia Christianis rebus reddebantur: *Bosius pag. 764. d. Marullus ubi supra.*

Gratus fuit Henrico Cypri, & Hierusalem Regi: *Bosius d. pag. 820. d. Marullus pag. 218.* Hic Hierosolymitani Regni Gubernium habuit: *d. Marullus ubi supra.*

Duo Capitula Generalia habuit hic Magister in Civitate Acri, in quibus optimæ leges constituuntur, quę etiam de præsenti observantur: *d. Bosius pag. 820., & seq.*, & legi possunt in Volumine Statutorum.

Tandem animo revolvens infelicem rerum statum in Terra Sancta, videnfque quotidie in præceps ruere, obiit Magister ex dolore anno 1288. post regimen sui Ordinis spatio decem annorum: *d Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum pag. 3. Bosius pag. 810. Justinianus pag. 225 Marullus loco allegato pag. 234 d. Fontana ubi supra.*

Vigesimus Secundus Magister electus fuit in Civitate Ptolemaidis anno 1288. Frater Joannes de Villers Gallus, ut scribit *Justinianus pag. 224.*, vel anno 1289, ut habetur in *Chronologia magnorum Magistrorum* apposita in principio *Statutorum Ordinis pag. 3*, & testatur *Bosius Historia lib. 25. pag. 825.* qui dicit electionem secutam esse in principio d. anni 1289. *d. Sebastianus Pauli pag. 343.* ubi adducit Diploma 215. in eodem *suo Codice pag. 268. d. Comes Fontana pag. 41.*

Tunc temporis in Petri Solio electus fuerat Summus Pontifex Nicolaus IV. die 22. mensis Februarii anni millesimi ducentesimi octogesimi octavi, quique obiit die quarta Aprilis anni millesimi ducentesimi nonagesimi secundi, sui Pontificatus annum agens quintum, juxta primam Tabulam Chronologicam *Patris Graveson*, in qua texitur Chronotaxis, seu *Series Romanorum Pontificum n. 19 pag. 43. juxta impress. Romæ ex Typographia Tinassi anno 1721.*

Hac tempestate Christianos inter Principes dissidia, & contentiones adeo vigebant, ut Christianorum in Syria res in pręceps ruerent: capta enim à Barbaris Tripolis Urbe, eam depopulatus est Soldanus, qui pręcipue sævit in Equites Hospitalarios, ac Templarios, qui Urbem tuebantur, successiveque Barut, Sidoniam, & Tyrum occupavit. His circumseptus angustiis Magister Joannes Villers, cum Templariorum Magistro iter arripuit, Romam petens ad implorandum subsidium pro Bello: cumque Brundusium pervenisset, jussu Summi Pontificis revertitur in Syriam, & cum subsidiariis Militibus, quos jam Summus Pontifex Nicolaus IV. in auxilium Christianorum transmiserat, nititur Armis tueri Civitatem Ptolemaidis, quę unica Urbs erat, quam servarent Christiani, illamque strenue propugnavit; & licet certaminibus fuerit vulneratus, attamen generose pugnabat. Sed tandem Ptolemaidam Barbari expugnarunt, illamque vastaverunt; proinde Magister Villers cum Rege Cypri, omnibus Equitibus Hierosolymitanis, & Templariis, in Triremibus Pontificiis nocturno tempore à Ptolemaida recessit, Cyprumque petivit, & ita ejecti fuerunt infelicissime Christiani à Terra Sancta, absque eo quod in tota Syria Terræ gleba apud ipsos remanserit; hocque infortunium accidit die Veneris decima octava Maii anno 1291. tribus scilicet diebus post nonagesimum

mum unum annum, mensesque decem, ex quo recuperata fuit Sancta Hierusalem Civitas à Barbarorum manibus per Gotifredum Buglioneum. Totam seriem hanc historicam refert *Bosius Histor. d. Parte prima lib. 25. à pag. 835. cum seqq. Justinianus pag. 224.*

Interea loci, perpendebant nonnulli, quod præclara Equitum Sancti Joannis, & Templariorum gesta, Bellicæque expeditiones, invidiæ, & dissensionibus fomitem tribuebant invicem utrique Militari Ordini, uno Ordine alterius Gloriam æmulante; quapropter aliquando Bellorum expeditionibus detrimento erant: unde ad æmulationes, & contentiones hujusmodi de medio tollendum, utile futurum suggerebant remedium, si uterque Ordo insimul uniretur, & in unicum sub unico Capite, & Tessera coalesceret, & concordibus Statutis omnes militarent. Negotium autem Summo Pontifici Nicolao IV exposuerunt, ut suprema sua Auctoritate Unionem hanc tantopere Christianę Reipublicæ utilem, & proficuam perficeret.

Narratio hæc, & petitio Nicolao IV. Pontifici summopere arrisit, cumque de admodum arduo, ac relevante negotio ageretur, utpote cunctos Christianos Principes, universamque Nobilitatem tangente, placuit Summo Pontifici Principum Ecclesiasticorum, & Secularium, necnon utriusque Militaris Religionis Prioratuum, super hoc sensum, & votum audire. Litteras itaque dedit Ridulpho Romanorum Regi, Andronico Græcorum Imperatori, Regi Franciæ, & Angliæ, cæterisque Regibus, & Principibus Christianis: Injunxit quoque omnibus Archiepiscopis, quod super hoc etiam negotio, sicut & super subsidio pro Terra Sancta præstando, Provinciales Synodos congregarent, & animi sensum suffraganeorum Episcoporum exquirerent.

Scripsit præterea Summus Pontifex omnibus Prioribus Ordinis Sancti Joannis, & Templariorum, ut congregatis Capitulis Provincialibus, & Assembleis, in scriptis eorum Comendatorum, & Equitum Priorum exponerent sensum. Hinc in Pontificiarum Epistolarum executionem, Otho Vicecomes Mediolani Archiepiscopus synodum Provincialem coegit, in qua tres ejusdem Summi Pontificis sibi scriptas Epistolas ostendit, auditoque Episcoporum suffragio, respondit Summo Pontifici, & ad eundem etiam Oratorem misit, significans, Provincialis Synodi Patrum sensum fuisse, quod Summus Pontifex in Generalem Ducem Exercitus pro subsidio Terrę Sanctæ Galliarum Regem statueret, promoveret Pacem inter Venetos Januenses, & Pisanos: quo vero ad punctum unionis duarum Militiarum, Templariorum nempe, & Sancti Joannis, iidem Comprovinciales Episcopi opus laudabant, & approbabant: quin imo addebant, rem utilem futuram, si dictæ Unioni adderetur etiam Ordo Teutonicorum, itaut ex tribus Militaribus Religionibus una tantummodo conflaretur Religio Militans in Dei servitium, & Christianę Reipublicæ beneficium sub unico Magistro electo, ac deputato à Sancta Sede Apostolica. Hucusque narratorum seriem describit sæpe allegatus *Bosius Histor. Ordinis Hierosolymitani Partę prima lib. 25. à pag. 829. cum seq.* ubi testatur, quod Pontificiæ Epistolæ habentur in Vaticano Archivo, & in Regestro d. Summi Pontificis Nicolai IV.

Cæterum hic Magister Frater Joannes de Villers Regulam præscripsit pro ele-

electione magni Magistri servandam, quæ de facto servata est usque ad tempus magni Magistri Antonii de Paula, quo ad meliorem formam redacta fuit, & à fa. me. Urbano VIII. statuta, ut inquit *Justinianus pag.* 224., & hæc forma Urbani VIII. impressa habetur in calce novissimorum Statutorum: *d. Comes Fontana pag.* 41. Epitome Vitæ d. Joannis Villers, quę habetur impressa in nova Chronologia magnorum Magistrorum *Romæ* 1709. *per Dominicum Rossi*.

Obiit tandem senex d. Magister Joannes de Villers anno 1294. in Civitate *Limisone* in Regno Cypri post cursum sex annorum sui Regiminis: Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis pag. 3. *d. Justinianus pag.* 297. *d. Comes Fontana pag.* 41.

Imago d. magni Magistri videri potest in d. Chronologia magnorum Magistrorum per *Dominicum Rossi* impress. Romæ anno 1709., & gerens Crucem Ordinis ante pectus cum suo stemmate gentilitio, ac Epitome ejus Vitæ.

Vigesimus Tertius Magister fuit Frater Oddo di Pins ex Lingua Provinciæ, electus fuit in Regno Cypri anno 1294. *Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statuti, pag.* 3. *Justinianus pag* 214.

De hujus Magistri gestis diversimodè scriptum reliquerunt Auctores. Aliqui illum de avaritia, & incuria redarguunt, adeout jam toto Ordini odiosus, statuit Romam adire, ut notat *d. Justinianus d. pag.* 224.

Alii testantur, quod varii Equites contra illum machinati sunt, eo quia eosdem intra Obedientiæ Religiosæ cancellos retinere satagebat, unde Refractarii diversarum accusationum capita contra eundem apud Summum Pontificem promoverunt, ex quibus coactus fuit Magister, ad se justificandum, Summum Pontificem personaliter adire. Itaque nonnullis comitantibus Equitibus, Barlettam appulsus, ibique morbo correptus obiit anno 1296. post duos sui Regiminis annos, quibus duo celebravit Capitula, & varia edidit Statuta pro regimine Ordinis, & ad cultum Divinum servandum. Relictis pręfatis variis opinionibus, ad Scriptores se remittit *d. Comes Fontana in Libello - Origine della Sacra ed Eminentissima Religione Gerosolimitana in Vita d. Oddonis de Pini pag.* 45. *juxta impressionem Bononiæ. Typis Pisarri* 1718. Alia Nomenclatura magnorum Magistrorum. Quamobrem incongruum videtur, quod huic Magistro avari, & negligentis titulus tribuatur, & non obscure impicta falsitas detegitur, ut refert Commendator *Hieronymus Marulli in Vitis magnorum Magistrorum Melitensium*, & bene cum eo notat *d. Bosius pag.* 224. *d Justinianus d. pag.* 297. *d. Comes Fontana d pag.* 45.

Imago d. Magistri Oddonis de Pins habetur in *Chronologia magnorum Magistrorum edita cum suis Imaginibus, Romæ anno* 1709. *per Dominicum Rossi*, & in qua conspicitur in pectore Crux Ordinis, & Gentilitium Stemma.

Hinc notare non omittimus, quod hic Magister Oddo cognominatur *De Pins*. ab *Abbate Justiniano d. pag.* 297, à d. Nomenclatura Magistrorum in principio Statutorum Ordinis *pag.* 3., & in alia *Nomenclatura* eorundem Magistrorum superius allegata publicę luci data Romæ anno 1709. à Dominico de Rubeis una cum Imaginibus magnorum Magistrorum, ut prædiximus.

Sed à d. Comite Fontana cognominatur *Di Pini*.

Vige-

Vigesimus Quartus Magister electus fuit in Limisone in Regno Cypri die 24. Martii 1296. Frater Guillelmus de Villareto, ex lingua Provinciç, jam Prior Sancti Gilii: *Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis pag. 3. Justinianus pag. 297. Comes Fontana pag. 46.*

Cumque tempore suç electionis idem in suo Prioratu moraretur, ad illum duos Equites miserunt, & ad accedendum ad Limisonis Civitatem invitarunt, & ipse brevi temporis cursu Limisonem appulit, notumque fecit Equitibus, quod Summus Pontifex Bonifacius Octavus Hierosolymitanæ Religioni donaverat Bona, quæ alias in Russia spectaverant ad Hospitale de Abbracco, & in Regno Neapolis Abbatiam Sanctissimæ Trinitatis Venusinæ cum aliquibus Castris, quç hodie possidet Religio sub Titulo Bajulivatus: *d. Comes Fontana pag. 47.*

Obiit anno 1308. febre ardens post regimen plusquam annorum duodecim: *d. Chronologia magnorum Magistrorum pag. 3. Justinianus* ubi supra: *Comes Fontana pag. 46, & 49.*

Imago ejusdem habetur in *Chronologia magnorum Magistrorum edita Romæ 1709. per Dominicum Rossi*, ubi adest ante pectus Crux Ordinis, & stemma suum Gentilitium, cum Epitome ejus Vitæ.

Vigesimus Quintus Magister fuit Frater Fulcus de Villareto, ex Lingua Provinciæ, electus anno 1308. *Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis pag. 3.*, & in alia *Chronologia impressa Romæ anno 1709. per Dominicum Rossi: Commendator Marullus in Vitis magnorum Magistrorum in Vita Fulci de Villareto pag. 271. Abbas Justinianus Historie Cronologiche ec. Parte prima cap. 21. pag. 225. d. Comes Aldigherius Fontana pag. 49.*

Strenuus hic magnus Magister Fulcus de Villareto, generoso corde perpendens bellicum animum otio languere, ne Ordinis Hierosolymitani Militares Equites torperent inutiliter, ut inquit *d. Comes Fontana pag. 49.* cogitavit serio pro Hierosolymitana Religione novam Sedem reperire, oculisque in Rhodi Insulam fixis, e manibus Tiranni Leonis Guallæ Schismatici, ac rebellis Grçcorum Imperatoris acquirere, seu recuperare tentavit, eo modo, forma, & stratagemate, quod referendo diversas Scriptorum Narrationes, & dd. Jura huic Sacræ Militiæ competentia super hac Rhodi Insula, late tradidimus in præsenti nostro *Discursu CXXVIII. Sect. II. à num. 7. cum pluribus seqq. à pag. 330. cum seqq.*

Tempore hujus Magistri de Villareto, unitus fuit Ordini Hierosolymitano Ordo Sancti Sampsonis Constantinopolis, & Corinthi, cum omnibus Bonis ad eundem spectantibus, consentiente Magistro, & Fratribus d. Ordinis Sancti Sampsonis qui Ordo erat pariter Hospitalariorum, & probabiliter fuerat institutus tempore Innocentii III. Quæ unio cum Hierosolymitanis confirmata fuit à Clemente V. 8. Augusti 1308. *Historia Ordinum Monasticorum &c. & Militarium* Gallice scripta, & in nostrum Italicum Idioma translata per *Patrem Josephum Franciscum Fontana Mediolanensem Congregationis Matris Dei tom. 3. cap. 12. n. 88., & seqq. juxta impressionem Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1738. ubi subdit, quod idem Clemens V. post annos quatuor, univit d. Hierosolymitano Ordinem Templariorum abolitum.

Vide

Vide Discursum de Ordine *Sancti Sampsonis* infra suo loco.

Vix Equites Hierosolymitani Rhodi Insulam, suis cum adiacentibus locis, e manibus Tiranni Gualę recuperaverant, Othomanus Turcarum Rex, ingenti cum Classe Insulam aggreditur anno 1310. At Equites Hierosolymitani Rhodi Insulam auxiliariis Europę Principum Copiis, Turcarum impetus propulsarunt, eorumque Insulam gloriose servaverunt, subinde Rhodianorum Equitum Titulum gesserunt, & Rhodi Equites appellati sunt; qua Insula infeliciter amissa, ut suo loco diximus, Equites Melitenses nuncupantur.

Porro in d. Vittoria ab Equitibus Rhodianis contra Turcas reportata cum auxiliaribus Copiis Christianorum Principum, ut prædiximus, emicuit Bellica Virtus, atque strenuitas generosissimi Herois Amadei Quarti Sabaudiæ Comitis; quamobrem in perenne rei gestæ monumentum suis in Vexillis, & Stemmate Crucem albam Ordinis Hierosolymitani, in campo rubeo Regia Sabaudiæ Domus extulit, & extollit cum lemmate quatuor illis initialibus Litteris F. E. R. T. significantibus - *Fortitudo Ejus Rodum Tenuit*, quas inserit in Equestri Torque Ordinis Sanctissimæ Annunciationis, ut refert *d. Abbas Justinianus d. cap. 21. pag. 216. Comes Fontana pag. 52. & 53.* Et Nos egimus in *Discursu 22. pag. 384., & seqq. in nostro Primo Tomo*.

Dum in Sacra Religione Hierosolymitana sub hujus Magistri Gubernio feliciter res decurrerent, humani Generis Hostis, inter ipsos Religiosos Equites Discordiarum superseminavit Zizaniam. Equites siquidem de pluribus magnum Magistrum incusabant, & criminabantur illum uti absolutum Dominum in suo Gubernio se gerere absque ullius dependentia; quippe ajebant, illum immutata quodammodo natura dulci, qua prius gubernavit, modo superbe deinde, atque severe cuncta pręcipere, hæreditarii Principatus ad instar. Pręterea eum Venationis incumbere delitiis, publica beneficia negligere, pecuniis avidum denegavisse solvere Religioni quamdam Pecuniarum summam, qua indigebat, ut narrat *Commendator Marullus infra allegandus*, late etiam *Odoricus Raynaldus in continuatione Baronii ad annum Christi 1317., & 1319. pag. 64., & 116. juxta impressionem Lucensem Typis Leonardi Venturini 1750. d. Pater Fontana d. tom. 3. pag. 89.*

Quapropter, nocturno tempore ira perciti Equites, armata manu Villam *di Rodino*, in qua magnus Magister morabatur, adiverunt. Magnus autem Magister per secretam januam fugit ad Castrum *de Lindo*. Equites autem Castrum obsederunt, in quo fugerat magnus Magister, & demum publice eruperunt Rebellantes Equites: coacta enim Generali Assemblea d. magnum Magistrum citarunt ad comparendum coram Assemblea, reddendumque rationem de iis, de quibus accusabatur. Verum Magister Appellationem ad Summum Romanum Pontificem interposuit à quocumque Actu contra illum facto; sed dicta appellatione ad Sum̄um Pontificem non obstante, Equites Rebelles temerario ausu eundem magnum Magistrum Fulcum de Villareto Magisterio privarunt, & in ejus locum elegerunt Fratrem Mauritium de Pagnac; subindeque utraque Pars Oratores ad Sum̄um Pontificem misit Clementem, qui Sum̄us Pontifex duos magnę Curię Prælatos Rhodum misit, ut de rebus gestis

gestis Summum Pontificem instructum redderent, & citarent utrumque Magistrum, novum, & veterem, ad comparendum coram eodem Summo Pontifice; atque ita Summus Pontifex Epistolam scripsit tam Magistro Fratri Fulco, quam d. Fratri Mauritio de Pagnac, ut ad eundem Summum Pontificem personaliter se conferrent, Interimque Equitem Fratrem Gerardum de Pinis in Vicarium Generalem Conventus creavit, cum facultatibus Magistri. Erat autem Gerardus de Pinis Vir prudens, optimis moribus, ac Vir integerrimus, & qui nequaquam hisce discordiis se immiscuerat. Præterea Summus Pontifex iniunxit Equiti Petro de Ungula Cancellario ejusdem Ordinis Amico Magistri, ut eundem Magistrum suo nomine consolaretur. Hac consolatione refectus Magister Hugo, è Rhodo discessit associatus multis eidem adhærentibus, similique modo discessit è Rhodis d. Frater Mauritius de Pagnac; uterque autem diversum tenuit iter. Neapolim pervenit d. Magister Fulco de Villareto, eumque Rex Neapolis Robertus honorifice excepit, & in illius favorem commendatitias litteras Summo Pontifici scripsit, & tandem ad Summum Pontificem præfixo sibi termino pervenit, & ab eodem humanissime exceptus; injunxitque Summus Pontifex, ut uterque in scriptis sua jura deduceret, & partium Advocati fuerunt auditi; jamque Summus Pontifex Causam hanc sua sententia dirimere statuerat; sed Nuncius supervenit Mauritium de Pagnac obiisse in Civitate Montis Peculani, idest *Mompelier*. Unde Summus Pontifex d. Clemens V. audito Sacri Cardinalium Collegii sensu, & ambarum Partium consideratis rationibus, in pristinam magni Magisterii Dignitatem restituit d. Magistrum Fratrem Fulcum de Villareto, ut fuse narrat *Commendator Marullus in suo Volumine - Vite de' Gran Maestri, Vita di Fra Folco di Villareto à pag 271. usque ad 285. juxta impress. Neapolis Typis Octavii Beltrami 1636. d. Odoricus Raynaldus ad annum Christi 1317. n. 35. pag. 64., & 116., & ad annum 1319. n. 11. in continuatione Annalium Baronii*: *d. Pater Joseph Franciscus Fontana in antedicta Historia tom. 3. cap. 12. pag. 89. Comes Fontana in Vita d. Fulci pag. 53. & seqq.* ubi quod *di consenso di ambe le parti de' Religiosi, fu riposto nella primiera sua Dignità Fra Folco*.

At idem Magister Fulcus de Villareto, Clementis V. Apostolica Auctoritate suæ restitutus Dignitati, sponte subinde post duos annos in manibus Summi Pontificis Joannis XXII. qui successerat d. Clementi, eandem Dignitatem renunciavit: *d. P. Joseph Franciscus Fontana d. tom. 3. cap. 12. pag.* 89. considerato ingenti ære alieno, quo Religio gravata erat, & ad solutionem instabant Perutii, & Bardi Mercatores *Florentini Creditores di cinquecento sessanta cinque milla, e novecento fiorini d'oro*, ultra debita cum Republica Januensi, & Camera Apostolica. De cætero optans Summus Pontifex, quod ad magnum Magisterium assumeretur meritis præclarus, & Conventui gratus, ad se advocavit in Concistorio secreto omnes Equites magnæ Crucis, aliosque Commendatores, ac Equites, illisque exposita narratione Renunciationis factæ per Equitem Fulcum, hortatus est Equites, ad seligendum idoneum magnum Magistrum; unde Equites in ejusdem Papalis Palatii Aula, separatim discussere Equitum merita,

&

& in Magistrum concorditer elegerunt Fratrem Elionem de Villanova Priorem Sancti Ægidii, & successive se contulerunt ad Concistorium, ubi expectans morabatur cum Cardinalibus Summus Pontifex, ad cujus pedes provoluti, exposuerunt, electionem in Personam Fratris Elionis peractam, quam laudavit Summus Pontifex, & ibidem illam confirmavit mediante Apostolica Bulla, ut prosequitur *d. Marullus*, ubi supra *pag.* 285. *d. Justinianus pag.* 297 *Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Religionis Hierosolymitanæ*, & in prędicta alia eorum magnorum Magistrorum serie Chronologica *impress. Romæ anno 1709. per Dominicum Rossi*.

Frater autem Fulcus de Villareto, privatim quoddam Castellum de juribus suæ Sororis adivit, habitaque per Summum Pontificem relatione d. Fulcum inopia laborare, & indecorum esse agnoscens Summus Pontifex, Virum, qui in tam præcellenti Dignitate constitutus fuerat, tunc Egestate premi, eidem contulit Prioratum Capuæ, cum exemptione à Jurisdictione Magistri, & Conventus, & immediate Sanctę Sedi Apostolicę subiectum declaravit. Verum & hunc quoque renunciavit, eidemque collatus fuit Prioratus Romæ; pauloque post etiam hunc dimisit cum reservatione Pensionis bis mille Florenorum auri, cogitans tandem se conferre ad Civitatem Pamplonę in Domo Prioratus Navarræ illi concessi. Superventa autem ægritudine obiit 1327. in supradicto Sororis suæ Castro, ejusque Corpus translatum fuit ad Civitatem di *Mompelier*, & tumulatum in Ecclesia Templi, juxta ea, quæ tradit laudatus *Commendator Marullus pag.* 285. *d. Chronologia magnorum Magistrorum* relata in principio *Statutorum Ordinis*, & in alia *impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709.

Figura d. Magistri Fulci de Villareto, habetur in superius allegata *Chronologia magnorum Magistrorum impressa Romæ anno 1709. per Dominicum Rossi*.

Hinc stante serie superius exposita, memoratus Frater Mauritius de Pagnac (qui obiit in Mompelier) communiter non apponitur in Catalogo magnorum Magistrorum, quia ejus electio fuit à Summo Pontifice Joanne XXII. reprobatâ: sic notatur in *d. Cronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis*. Et licet ejus Imago referatur in d. alia Chronologia magnorum Magistrorum *impressa Romæ año 1709. per Dominicum Rossi* cum Cruce Ordinis ante pectus, & cum Stemate suæ Familię, attamen in Epitome ejus Vitę exponitur, ejus electionem non fuisse canonicam.

Vigesimus Sextus Magister fuit Frater Elio de Villanova. Hic electus fuit à Summo Pontifice Joanne XXII. Avenione anno 1323. ad nominationem & cum Votis Equitum, qui ibi reperiebantur, stante renunciatione Magisterii facta à Fulco de Villareto: sic inquit *Chronologia magnorum Magistrorum in Principio Statutorum Ordinis pag.* 3. alia Chronologia Magnorum Magistrorum cum suis Imaginibus impressa Romæ *per Dominicum Rossi anno* 1709. *d. Justinianus pag.* 297. quod super hac electione voluit Pontifex, quod Apostolica expediretur Bulla: *Comes Fontana pag.* 56. & late superius exposuimus in Vita Fulci de Villareto.

Summopere Magnus Magister Elio sollicitus fuit ad Concordiam revocare diffidentes Equitum Animos adhuc scissos inter se ob Amicos & inimicos Fulci Vil-

Villareti, prout sua mansuetudine reduxit: Prout etiam Ordinem ære alieno gravatum ab eo exonerare curavit in quodam Capitulo Generali mediantibus aliis oneribus super Prioratibus, & Commendis: *d. Marullus pag.* 288. & pro his rebus, & Bono Regimine plura celebravit Capitula.

Satagit munire Insulam adversus Turcarum incursiones, ædificavitque in eadem Insula Castrum de ejus nomine Villanova nuncupatum: *d. Justinianus d. pag.* 227. *d. Marullus pag.* 297.

Fuit idem magnus Magister Vir Vitæ exemplaris, & Sanctimoniæ, erga suos Religiosos plenus eloquentia, & prudentia: *d. Marullus pag. 297. Comes Fontana pag.* 59.

Erexit Templum in Honorem Sanctissimæ Virginis Mariæ *d. Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi* 1709.

Tandem magnus Magister Elionus gravi morbo correptus, paucorum dierum cursu obiit Rhodii 27. Maii 1346. post Gubernium Ordinis spatio ferre viginti trium Annorum *d. Cronologia in principio Statutorum pag* 3. *d. Marullus d. pag.* 297. *d. Justinianus pag.* 227. *d. Chronologia magnorum Magistrorum impressa Romæ per Dominicum Rossi* 1709.

Imago d. magni Magistri ante pectus gerentis Crucem Ordinis, & propriæ Domus stemma una cum Epithomæ ejus Vitæ conspicitur in *d. Chronologia magnorum Magistrorum impressa per Dominicum Rossi anno* 1709.

Vigesimus Septimus Magister fuit Frater Deodatus de Gozon ex Lingua Provinciæ in Aquitania, electus in Civitate Rhodi anno 1346. *Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis pag.* 3. alia Chronologia eorundem cum *Figura eorundem magnorum Magistrorum impressa Romæ anno 1709. per Dominicum Rossi*, una cum Epitome Vitæ Magistrorum: *Justinianus*, qui licet *pag.* 227. electionem ponat sub anno 1335. in serie tamen magnorum Magistrorum *sub pag.* 297., ponit electionem sub prædicto anno 1346. Eques *Commendator Hieronymus Marulli in Volumine - Vite de' Gran Maestri della Sacra Religione di S. Giovanni Gierosolimitano; Vita di Fra Deodato di Gozzone XXVI. Maestro pag. 299. juxta impressionem Neapolis Typis Octavii Beltrami 1636. Comes Fontana pag.* 60.

Hic Magister fuerat magnus Comendator, & Caput Linguæ Provinciæ: *d. Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutor. Ordinis pag.* 3.

Tempore Magisterii memorati Fratris Elionis de Villanova, generosus hic Eques Frater Deodatus de Gozon, heroicum illud, præclarumque facinus patravit, quod revera intra gloriam stetit; nam secundo circiter ab Urbe Rhodi lapide jacebat specus à recto tramite transverso loco distans ad radices Collis Sancti Stephani, e Specu Aquæ fons emergebat. Hoc Specu magnum, horrendum, ingens, emerserat Monstrum Draco scilicet, qui in insolitam magnitudinem adeo excreverat, ut Equi molem imitaretur: caput autem Serpentis habebat, aures magnitudine aurium Mulorum gerebat, durissima, & squamosa pelle tectus; Os magnum, & terrificum acutissimis dentibus septum ignitos oculos, horribili atrocique aspectu, cum cauda ut viridis lacertus, & ut dicitur *Ramarro*; supra dorsum, duæ non admodum magnæ extollebantur alæ, quæ desuper coloris Delphini piscis erant, subtus vero rubei, ac nonnullis flavis maculis; corpus simi-

liter

liter iisdem coloribus maculatum cernebatur, Quatuor incedebat pedibus, Crocodili ad instar obarmatus durissimis, acutissimisque unguibus, & ut dicitur *Zampe*, velocissime, ac plus quam Equus currebat hæc Bestia, ipsasque Alas agitando fragorem maximum excitabat, additisque horrendis, terrificisque sibilis, & clamoribus, undique pavorem, & metum audientibus, & videntibus incutiebat; quodque pejus est, morsibus perniciem & stragem, damna Hominibus, armentisque inferebat, ipsumque aerem funesta infecerat Peste: hinc locus ille communiter dicebatur *Il Malpasso* cum ad eundem citra mortis periculum nemo accedere posset. Expressa proinde lege, prudentissime vetitum erat Equitibus, & Religiosis Hierosolymitanis, sub pœna privationis Habitus, subditis autem Secularibus, sub capitali pœna ad illam loci partem accedere. Tot rerum angustias, oculis cernens Eques Deodatus Gusonus, serio etiam animo revoluit, Monstrum illud de medio tollere, & Urbem Rhodi, ac Insulam ab hac Peste liberare; cumque tunc temporis Sclopi, & Tormentorum bellicorum usus non aderat, quæ nitrato ac sulphureo pulvere, plumbeaque glande, igne impellente, ictus a longe jaculantur, necesse erat cogitare modum, quo ferratis hastis, & Ensibus Eques posset Feram aggredi; Obtenta itaque à magno Magistro licentia, Galliam petivit, & in paterna Domo penes ejus Fratrem, qui erat Dominus Castri Guzon, in Aquitania commorans, die, noctuque seria meditatione agitabat mente, quo certamine, quibusve Armis posset occidi Fera pessima, nullique Opus, quod perficere intendebat patefaciens, secreto construere fecit Draconem Stupa referrum, ejusdem adamussim molis, formæ, ac figuræ eiisdemque pictum coloribus, prout erat Draco naturalis. Subinde generoso insidens Equo Eques Deodatus, duos habens Mollossos, quotidie incitabat Equum, & Canes in fictum Draconem, quem ex industria per ejus Famulos hinc, atque illinc, agitare faciebat; atque etiam modo cum cauda, modo cum Unguibus Draconis, tum Equum, tum Canes percuti satagebat; sic percussi, sicque exagitati, adeo accedebantur in rubiem viso Dracone, ut nec frenis Equus, nec loris canes retineri poterant, quin in Draconem subito irruerent. His instructus experimentis Deodatus cum Equo, Canibus, Famulisque Rhodum rediit, nullique patefacto animi sui sensu quodam mane Famulum cum nonnullis Armis, præfatisque Canibus misit secreto ad Ecclesiam Sancti Stephani in Colle prope d. locum *di Malpasso*. Ipse vero suo equitans Equo, tectis Vestibus Armis, ab alio Famulo sociatus, ab Urbe Rhodi exivit, aliaque Via ad dictam Ecclesiam Sancti Stephani perexit, ibique cuncta sua sumens Arma, & lanceam, ad locum *di Malpasso* Equitans se contulit, lo ris secum Mollossos suos ducens: Famulis vero mandavit, ut in Colle subsisterent e quo locus *di Malpasso* cernebatur, eiisque Famulis opus certaminis, quod cum Dracone inire intendebat patefaciendo, injunxit, ut ipsi, ex illo loco, longe certamen aspicerent, in quo si ipse succumberet, se ipsos in tuto ponere curarent: at si victor existeret, & Draconem occideret, prompte opitularentur; ad quem effectum eosdem uti fideles famulos, suique Fratris Vassallos e Gallia deduxerat. Verum famuli precibus, lacrimisque Deodatum a-

vertere

vertere non omiserunt, sub oculos ponentes evidens Vitę periculum, cui se exponebat, singulare certamen cum Monstro illo ferocissimo, fœdissimoque aggrediens. Sed Deodatus in suo proposito constans, ad Speluncam Draconis pergit, cumque prope esset Draconem non videns, hinc, atque hinc Equo currens fragorem excitabat, & elata voce clamans excitabat, & provocabat Draconem, quo non comparente, Deodatus Equo fontem, seu lacum intravit: appropinquans speluncæ maximum, horrendumque sonitum audivit, egressum è specu Draconem indicantem. Illum extra lacum expectans ante cavernæ aditum substitit. Egreditur itaque e Specu, ac Lacu Draco sibilis, clamoribus, & alarum agitatione cuncta implens, ac incredibili impetu, & furore aggreditur Equitem Deodatum; qui ex corde Divinum implorans auxilium, & gloriosissimi Sancti Joannis Baptistę tutelam, demissa Cuccula, contra Feram concitavit Equum, & lanceę ictum jecit in scapulis, nullo tamen inflicto vulnere, ob pellis duritiem, fortissimis, & impenetrabilibus squamis tectam. Quamobrem lancea undique confracta est: interim Canes hinc atque hinc aggrediuntur Feram, unusque ex eis dentibus Draconis genitalia apprehendit, & tanta tenacique vi apprehendit, ut Eques Deodatus ex Equo prosilire potuerit, & certamen pedes continuare satius putans sumpto Scuto, evaginatoque Ense irruit in Draconem, qui licet Canibus lacessitus, adhuc Equiti se obiicit, & stans pedibus posterioribus, cum anteriori ungula scutum Equitis arripit, & cum altera pectus impetit, sic Equitem plures in partes laniare tentans; & revera dilacerasset, nisi Eques Deodatus cataphractis ex chalybe undique munitus fuisset. His constitutus angustiis Eques Deodatus, nonnulli Auctores scribunt, quod flammam igneam è cœlo descendere vidit, quæ supra Belluę dorsum insedit, qua visione recreatus ensem generose infixit Feræ Jugulo, & partem ibi pellis teneram inveniens, adeo produxit ictum, ut capulo tenus Ensem abdiderit, & quo magis irruebat Draco, eò magis Eques Deodatus Ense pervadebat: è vulnere fluvii ad instar sanguis erupit, & ita tandem fuit Monstrum exanime, & sub eo Eques Deodatus jam laboribus fessus; Belluæ furore enervatus, & ingenti pondere Monstri semivivus jacebat in terra, sub evidenti vitæ periculo, sicque suo tumulatus triumpho, nisi Famuli, qui è longe certamen viderant, occurrissent. Occurrerunt tamen, & recognoscentes Draconem extinctum, Equitem Deodatum sub mole tam magni ponderis laborantem invenerunt, & nonnisi magno conatu Draconis mole revoluta, jacentem Deodatum extraxerunt, quem primo aspectu etiam mortuum putaverunt; ex pulsibus tamen adhuc vivum recognoscentes, aqua ex dicta caverna hausta, visum, pulsus, manusque abluerunt, ablatoque ab illo armorum pondere, rediere vires ut antea: iterum Equum suum ascendit, & lętitia perfusus redit ad Rhodi Civitatem strenuus liberator, qui licet omnium plausibus celebraretur, ob heroicum, quod feliciter perfecerat opus Reipublicæ utilissimum, cum tamen contra legem latam illud fuerit executus, nulla à magno Magistro obtenta licentia, necesse fuit, ut prius obedientię præceptum vinceret. Unde non injuste magnus Magister, & Concilium, Equitem Deodatum, ob inobedientiæ reatum, carceribus mancipavit, & Habitu Religionis privavit; sed

sed postmodum ob egregium factum decretus illi fuit Triumphus à magno Magistro, nam illi restitutus fuit Religionis Habitus, itaque die ductus fuit triumphali pompa per Urbem Rhodi, florida corona redimitum caput gerens, universo plaudente Populo, qui illum strenui liberatoris Patriæ titulo nobilissimo, lætis ad sidera vocibus compellabat, quemadmodum legere est apud *d. Commendatorem Hieronymum Marulli in Volumine - Vite de' Gran Maestri della Sagra Religione di San Giovanni Gerosolimitano Vita di Fra Deodato di Gozzone XXVI. Maestro à pag. 301. cum seqq. Patrem Dominicum Mariam Curione in suo Volumine - Il Glorioso Trionfo della Sacrosanta Religion Militare de' Nobili Valorosi ec. Cavalieri di San Giovanni Gerosolimitano cap 6 per totum à pag. 154. cum seqq. juxta impress. Neapolis Typis Scipionis Bonino anno 1619. Abbatem, Bernardum Justinianum H storie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari ec. Parte prima cap. 21. pag. 227. Typis Combi, & la Noù Venetiis 1692. d. Comes Fontana pag. 61.*

Scribunt Auctores, quod in capite dicti Serpentis, seu Draconis inventa fuit quædam Petra, quæ contra venena antidotum erat: *d. Marulli pag.* 305.

Memoriæ proditum est, quod mortuo magno Magistro Fratre Elione de Villanova, dum agebatur de electione novi magni Magistri, cum ipse Eques Deodatus esset Eques electionis inter Electores, & ad ipsum spectaret proponere eligendum, se ipsum nominavit, suamque nominationem ostendit esse fundatam in bono publico; unde electus fuit Magister: dicebat enim Eques electionis Deodatus, quod ipse virtute Juramenti sui proponere tenebatur Virum dignum tali Officio, & cum jam Juramentum præstitisset de eligendo magis habilem, & dignum, consideratis qualitatibus singulorum, nullum sibi æqualem meritis inveniebat, ne in perjurium incideret, se ipsum in Magisterii Dignitatem eligebat: *d. Commendator Marullus in d. Vita Deodati Guzzoni pag. 309.*, quæ electio omnium consensu habita fuit, dum omnes electores verum esse quod Deodatus dicebat, agnoscebant: *d. Comes Fontana ubi supra: d. Justinianus d. pag 227. d. Comes Fontana pag. 60. d. Chronologia Dominici Rossi edita anno* 1709.

In Magisterio Magister Deodatus duo celebravit Capitula Generalia, unum die decima Januarii anno 1346. aliud die secunda Martii anno 1352. in quibus optimas pro bono Religionis Hierosolymitanæ Regimine Leges condidit. Idem inter cætera, in Civitate Rhodi construere fecit, ut dicitur, *Il Molo*, ut Triremes, & Naves omni tempore commode ibi morari possent, ac exire, & muris ex parte maris, *Il Borgo*, circumdedit: *d. Pater Curione d. pag.* 163.

Hunc Magistrum summopere fecerunt Summi Pontifices, Reges, & Principes, illiusque suffragium audire in arduis voluerunt negotiis, ut seriem rerum tunc temporis referendo exponit *d. Commendator Marullus à pag. 305. cum seqq.*

Verum notamus, quod tot laboribus & annorum pondere fatigatus, & vale mundanis dicere cupiens, supplicavit Summo Pontifici Innocentio VI., ut sibi licentiam impertiret renunciandi d. Magisterio, indulgeretque Conventui facultatem, alium in ejus locum eligendi. Sed Summus Pontifex primo renuit; iteratis autem precibus tandem indulsit, expeditis opportunis Litteris

Litteris Apostolicis in forma Brevis, quæ sero ad manus pervenerunt Deodati, & hic paucos post dies tandem obiit anno 1353.

Tandem post prudens, strenuumque regimen sui Ordinis spatio septem annorum, sex mensium, & dierum decem anno 1353. die septima Decembris obiit in Domino: *Pater Curioni d. pag. 163. d. Marullus pag. 314. & seq.*, & tumulatus fuit in Ecclesia Sancti Joannis in Rhodi Civitate prope Altare majus, supra vero Sepulcrum pictum fuit certamen habitum cum inscriptione hac - *Draconis Extinctor*: *d. Comes Fontana pag. 62.*, sicque duravit usque ad tempus, quo infeliciter Rhodi Insulam amisit Religio, & etiam de præsenti in antiquis Aulęis Hierosolymitanæ Religionis Historia hæc efformata conspicitur: *d. Curione pag. 163., & seq. d. Marullus pag. 315.*

Figura d. magni Magistri habetur in allegata *Chronologia magnorum Magistrorum impressa per Dominicum Rossi Romæ* 1709. adestque ante pectus Crux Ordinis, & Stemma suæ Familiæ di Gozzone cum Epitome illius Vitæ.

Vigesimus Octavus Magister fuit Frater Petrus Corneliano ex Provincia electus in Conventu Rhodi anno 1353. *Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis pag. 4.*, & in alia eorundem magnorum Magistrorum *Chronologia cum Imagine dictorum Magistrorum, & Epitome Vitæ impressa per Dominicum Rossi anno 1709. Justinianus d. Parte prima cap. 21. pag. 297. Comes Fontana d. pag. 63. d. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c. tom. 2. pag. 132., & 201.*

Summo Romano Pontifici summopere placuit hæc electio, & ad illius instantiam fervidam scripsit Epistolam Petro Regi Castellæ, ut Templariorum Bona Religioni Hierosolymitanę debita eidem restitueret, & eidem Regi ipse magnus Magister suas quoque super eadem re misit Epistolas: *d. Justinianus pag. 328. d. Comes Fontana pag. 63.*

Omnes illum amabant, ac timebant ad severitatem tendentem, sed optimorum morum omnes præcedebat exemplo; qua propter apud cunctos Correctoris morum titulum assecutus fuerat, ut inquit *d. Comes Fontana pag. 63. d. Justinianus pag. 328.*

Summus Pontifex illum statuit ad componendum instantias Hugonis Regis Cypri, commutandi scilicet onus, quod ipse Rex tenebat, servandi præsidium in Civitate Smirnæ, in solutionem trium millium florenorum auri, quæ commutatio fuit concordata: *d. Justinianus pag. 228.*

Capitulum Generale celebravit, quo optimas Leges sanxit, vel amplificavit: *d. Comes Fontana pag. 64. d. Justinianus pag. 228.*

Et post probum Gubernium, sed breve, obdormivit in Domino 28. Augusti anno 1355. *d. Comes Fontana d. pag. 64. d. Justinianus pag. 228. d. Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum pag. 4.*, & in alia, ut diximus, *impressa Romæ per Dominicum Rossi anno 1709.*

Rexit Ordinem unius anni curriculo, octo mensium, & sexdecim dierum: *d. Justinianus pag. 229., & 297. d. Comes Fontana ubi supra*: *d. Collector Gallus d. tom. 2. pag. 201.*

Imago dicti Magistri gerentis ante pectus Crucem Ordinis cum Familiæ suæ Stemmate, ac Epitome Vitæ habetur in antedicta *Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709.

Anno 1355. magnus Magister Vigesimus Nonus electus fuit Frater Rugerus

rus de Pins ex lingua Provinciæ: *d. Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis pag.* 4. Alia *impressa Romæ per Dominicum Rossi* 1709. *d. Justinianus pag.* 228. ubi ponit electionem sub anno 1344. *d. Collector Gallus tom.* 2. *pag.* 201. *Comes Fontana pag.* 64.

Hic mores ejus Antecessoris ad rigorem tendentes sequens, ad Rhodi Insulam statim vocavit centum Equites Ordinis, ex Linguis Hispaniarum, Franciæ, Angliæ, Germaniæ, & Italiæ. Suspicabatur quippe, quod Ægypti, ut vocant *Soldano*, posset Insulam Rhodi aggredi, eo quia armatos Milites parabat: *d. Justinianus pag.* 228. *d. Comes Fontana pag.* 64.

Idem Magister, favore Religionis Hierosolymitanæ, recuperavit è manibus Ducis Athenarum, in quem occasione Bellorum devenerant, *Castra di Putignano, Locorotondo, e Catamassina* in Regno Neapolis: *d. Justinianus pag.* 228. *d. Comes Fontana pag.* 228.

Erga Pauperes fuit Eleemosinarius, unde tempore Pestis propria vendidit argenta, & Gemmas in eorundem Pauperum subsidium: *d. Comes Fontana pag.* 65. *d. Chronologia impressa Romæ* 1709 *per Dominicum Rossi*

Generale Capitulum celebravit, & in eo statuit, ut in quolibet Prioratu unus Receptor adesset, ut ita quilibet tolleretur abusus in Ordinis præjudicium per Priores invectus, quæ Magistralis, & Capitularis statutio etiam hodie servatur in Religione, ut notorium est: *d. Justinianus pag.* 228. *d. Comes Fontana pag.* 66. *d. Chronologia Romæ impressa per Dominicum Rossi.*

Volumen Statutorum Ordinis ex Gallico Idiomate in Latinum translatum publicare fecit, resecatis nonnullis inutilibus Legibus, statuitque, ut in quolibet Prioratu exemplare servaretur: *d. Chronologia impressa Romæ anno* 1709.

Itemque iniunxit Regulam servandam in Commendarum Distributione: *d. Chronologia Romæ impressa* 1709.

Magisterium rexit circiter per annos novem cum dimidio, & obiit die 28. Maii 1365. *d. Chronologia in principio Statutorum pag.* 4. *d. Justinianus pag.* 228. *d Comes Fontana pag.* 64.

Imago dicti magni Magistri habetur in sæpius allegata *Chronologia impressa per Dominicum Rossi Romæ anno* 1709. ubi habetur impressa ante pectus Crux Ordinis cum Stemmate suæ Familiæ, & Epitome Vitæ.

Trigesimus magnus Magister electus fuit Frater Raymundus Berengarius ex Provinciæ Lingua anno 1365., qui Commendator fuit Castri Saraceni: *d. Chronologia in principio Statuti pag.* 4. Alia Chronologia eorundem magnorum Magistrorum impressa per *Dominicum de Rossi Romæ* 1709. *cum Epitome Vitæ*: *Abbas Justinianus Parte prima pag.* 228. ubi ponit electionem sub anno 1354. In serie autem eorundem magnorum Magistrorum ponit electionem sub anno 1365. pag. 297.

Hic magnæ Nobilitatis erat, veluti descendens à magno Raymundo Barchinonæ Domino, & Catalauniæ Principe. Sua in juventute Matrimonium contraxit cum Muliere paris Nobilitatis, qua defuncta, professionem emisit in Sacra Hierosolymitana Religione. De electione sua ad magnum Magisterium, magnis tributis muneribus, certiorem fecit Summum Pontificem, qui summopere laudavit, & fœdere inito cum Rege Cypri Alexandriam invasit, & devastavit, sicut & Tripolim, quibus locis incendia immisit

immisit: *d. Justinianus pag. 229. Comes Fontana pag. 67., & seq.*

In Concilio per eum tento statutum fuit, quod ipse sociatus duobus Equitibus magnæ Crucis, se conferret ad partes Occidentales, & de facto cum Navi Prætoria, vulgo *La Capitana*, multis Triremibus, & Cœtu Equitum navigans, Massiliam appulit, inde Avenionem, ibique benignè à Summo Pontifice Urbano V. exceptus fuit, ipseque Summus Pontifex consilium eidem dedit, ne præsentibus temporum circumstantiis nihil proponeret super Reformatione suorum Religiosorum, sed suas exigeret pecuniarias præstationes: *d. Comes Fontana pag. 68.*

Idem magnus Magister Summo Pontifici pro illius Navigatione ad Civitatem Januæ, obtulit *La Capitana di Rodi*, quæ tunc temporis inter meliores Triremes æstimabatur, Sumusque Pontifex oblationem acceptavit; quin imo petiit, ut dicitur, *L' Alloggio* in Domo Comendę, & sic scriptum fuit Commendatori Languaglia Januensi, ut illam pro tali Hospite præpararet. Ibidem magnum magistrum omnes Franciæ Principes visitarunt. Pariter magnus Magister executioni mandavit Gregorii Duodecimi jussa, ut componeret dissidia in Regno Cypri, prout fecit: *d. Comes Fontana pag. 69.*

Magnus hic Magister, qui in prædictis generosis Actionibus pro directore habuit Borellum Assanti Hisclani, eundem Borellum munere decoravit, concedendo eidem in Fœudum Insulas *d' Escopia, e Carovy*, cum Tributo solutionis Florenorum bis centum annuorum: *d. Justinianus pag. 229.*

In duobus Capitulis per eum tentis sanxit, quod nullus Eques magnæ Crucis retinere possit nisi unum Prioratum, vel Bajulivatum: *d. Comes Fontana pag. 69.*

Gloriose obiit tandem ætate, & meritis plenus post octo annos, cum dimidio circiter Regiminis año 1373. *d. Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum pag. 4. d. Comes Fontana pag. 66., & 69.*

Imago dicti magni Magistri habetur in pręallegata *Chronologia magnorum Magistrorum impressa Romæ 1709. per Dominicum Rossi*, ubi impressa etiam habetur ante pectus Crux Ordinis, & Stemma suæ Familiæ cum Epitome Vitę.

Trigesimus Primus magnus Magister electus fuit Frater Robertus de Juliaco, seu de Juliart jam Prior Franciæ: fuit autem electus 1373. in Conventu Rhodi: *Chronologia in principio Statutorum pag. 4. Alia Chronologia eorundem impressa Romæ 1709. per Dominicum Rossi: d. Justinianus pag. 297. d. Comes Fontana pag. 70. d. Commendator Marullus in Vitis in Vita d. Roberti pag. 347. juxta impress. Neapolis Typis Octavii Beltrami: d. Justinianus pag. 229.*

Dum idem Frater Robertus in suo Prioratu Franciæ morabatur, & sic extra Conventum Rhodi, in absentia peracta fuit electio, & de hac electione nuncii missi fuerunt ad eundem, quibus acceptis, ad Civitatem Avenionis se transtulit, ubi tunc morabatur Summus Pontifex, à quo benignissime fuit exceptus; cumque ipse cuperet Religionis suæ res citra Mare componere, Generalem Assembleam indixit, obtinuitque à Summo Pontifice Litteras in forma Brevis, quibus decernebatur, quod omnia, & singula, quæ in dicta Assemblea resoluta fuerunt, eam vim haberent, quę habuissent, si in Conventu Rhodiensi peracta essent: *d. Marullus in Vita Roberti d. pag. 347. d. Comes Fontana pag. 70.*

Huic

Huic Magno Magistro Summus Pontifex commisit protectionem Urbis *alle Smirne*, quæ male regebatur ab Otthobono Cataneo, qui ibidem residebat pro Sancta Sede; *d. Justinianus pag.* 229.

Tandem ætate pressus in morbum incidit, paucosque post dies obiit 28. Junii 1376. In Magisterio vixit annos tres: *Chronologia in principio Statuti pag.* 4. *d. Comes Fontana pag.* 70.

Imago d. magni Magistri videri potest in antedicta *Chronologia magnorum Magistrorum edita à Dominico de Rossi Romæ* 1709. tenetque ante pectus Crucem Ordinis, & stemma suæ Familiæ cum Epitome Vitæ ejusdem.

Trigesimus Secundus fuit Frater Joannes Fernandez de Eredia Aragonensis, olim Castellanus Empostæ, electus anno 1376 *Chronologia Magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 4. *Alia Chronologia impressa Romæ* 1709. *per Dominicum Rossi*; *Justinianus pag.* 297. *d. Comes Fontana pag.* 72.

Ætate provectus bisque Viduus, nam duo contraxerat Matrimonia successive cum duabus Nobilissimis Matronis, ex quibus plures Filios susceperat, Religionis Habitum induit: *Commendator Marullus in Vitis magnorum Magistrorum in Vita Joannis Fernandi de Eredia pag.* 353. *juxta impressionem Neapolis Typis Octavii Beltrami*: *Comes Fontana pag.* 72. Ex propria Devotione Sanctum Christi Domini Sepulchrum in Civitate Hierusalem visitavit: *d. Comes Fontana pag.* 72. *d. Marullus d. pag.* 353.

Cumque Bellum arderet inter Philippum Franciæ Regem, & Eduardum Angliæ Regem, & ipse Eredia Avenione moraretur, fuit à Pontifice Orator missus ad dictos duos Reges, ut eos componeret: *d. Comes Fontana pag.* 73. *d. Marullus pag.* 355. ubi quod - *Volle che il Papa li concedesse licenza, che ritrovando alcuno de' due ostinati à non voler condescendere a suoi prieghi, li fosse lecito di mettersi sulla banda di colui, che scorto avrebbe più inclinato a ubbidire la Santità Sua*: & sic evenit, & ipse Galliarum Regi adhæsit.

Innocentius Tertius dicto magno Magistro tribuit munus Capitanei Generalis Civitatis, & Territorii Avenionis: *d. Comes Fontana pag.* 73.

Idem proinde fuit, qui eandem Urbem novis muris, & turribus munivit: *d. Comes Fontana pag.* 73. *d. Marullus pag.* 358.

Dum Avenione morabatur, electus fuit magnus Magister in Rhodi Urbe, de cujus electione Oratores misit ad illum Conventus, & ipse notitiam detulit Summo Pontifici Gregorio Undecimo Avenione commoranti; tantaque erat Summi Pontificis erga magnum Magistrum æstimatio, ut illi Votum suum patefecerit, se, Sanctamque Sedem velle ad Urbem Romæ redire, & restituere; unde curaret, ut Triremes e Massiliæ Portu ad Rhodum transirent: in cujus navigatione magnus Magister Munus Generalis illius Classis obtinuit: *d. Chronologia Romæ impressa anno* 1709. *per Dominicum Rossi*: *d. Comes Fontana pag.* 73.

Et ut scribit *Petrus Omelia*, quando Summus Pontifex Romam intravit, fuit idem Magister ornatus Dignitate Confalonerii Sanctæ Ecclesiæ, ut refert *d. Fontana pag.* 74.

Idem magnus Magister junctus Venetis, Patrassum obsedit, & cepit armata manu: ipse omnium primus accepta propriis manibus Scala, muros ascendit: *d. Fontana pag.* 75.

Verum cum Corinthum peteret, ex insi-

diis, a Barbaris captus fuit cum multis Equitibus, & pro liberatione a captura, & redemptione, Barbari restitutionem Patrassi obtinuerunt, atque ingentem pecuniarum summam, quam cum in promptu non haberent, obtulerunt, ut dicitur *in Ostaggio*, tres Equites Magnæ Crucis.

At magnus Magister noluit, quod Religio tam magnis expensis succumberet. Unde illius Consanguinei solverunt, noluitque quod Equites magnæ Crucis, pro sui liberatione in pignus remanerent: quare ipsemet magnus Magister per cursum trium Annorum in captivitate apud Barbaros mansit: *d. Chronologia Romæ impressa per Dominicum Rossi: d. Fontana pag.* 75.

Secuta morte fa. me. Summi Pontificis Gregorii XI. electus fuit Summus Pontifex Urbanus Sextus, subortoque diro Schismate ex causis recensitis à Scriptoribus, in Civitate Anagni electus fuit Antipapa Clemens VII. ut fuse exponit *Pater Graveson Historia Eccles. Tom.* 5. *Colloquio Secundo à pagina* 138. *cum seq. juxta impress. Romę Typis Francisci Gonzaga* 1719. *& Tomo 6. Colloquio Secundo à pag.* 14. *cum seqq. juxta impressionem Romæ* 1720. *Typis Tinassi: d. Marullus pag.* 364.

E Turcarum manibus liberatus magnus Magister, pro Negotiis Religionis se in Galliam transtulit, & cum Avenione esset, Clementem Septimum Antipapam adivit, & cum illius Auctoritate Valentiæ Capitulum Generale celebravit: *d. Comes Fontana pag.* 76.

Acchajæ Principatum pro Hierosolymitana Religione emit: *Marullus ubi supra pag.* 367. *d. Comes Fontana, pag.* 76.

Ex prædictis facti circumstantiis Urbanus Sextus Summus Pontifex vidit, & agnovit magnum Magistrum adhęrere Clementi Antipapę, ejusque partes sequi; proinde contra eundem magnum Magistrum processit, illumque prius excommunicationis vinculo subjecit, ut loquitur *d. Marullus pag.* 367. *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires Tom.* 3. §. 23. *pag.* 123. *juxta impression. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. Secundo illum Dignitate magni Magistri privavit, & in ejus locum in magnum Magistrum elegit Ricciardum Caracciolum, ut in *d. Chronologia in principio Statutorum pag.* 4. alia *Chronologia Romæ impressa per Dominicum Rossi: d. Marullus pag.* 363. *d. Comes Fontana pag.* 76. *&* 77. *d. Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 123. *d. Marullus d. pag.* 367.

Qua Pontificia privatione non obstante, in sua opinione perseverans Eredia se gessit ut magnus Magister, cui obedientiam continuavit Conventus Rhodiensis, qui nunquam recognovit in magnum Magistrum d. Ricciardum Caracciolum, ut notat eadem *Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statuti Ordinis pag.* 4., *& in alia Romæ impressa* 1709. *per Dominicum Rossi: d. Marullus pag.* 367. *& seqq.*

Obiit interim Pontifex Urbanus, & Romæ sepultus die quinta decima Mensis Octobris Anno Millesimo trecentesimo octogesimo nono, ut refert *Pater Graveson Historia Ecclesiastica Tom.* 8. *Parte Secunda in Tabula Prima Chronologica pag.* 45., *& seq juxta Impress. Romę Typis Tinassi* 1721. *d. Marullus pag* 368.

Successit Urbano Sexto Bonifacius Nonus die 2. Novembris Anno 1389. ut apud *d. Graveson pag.* 48.

Eodem tempore obiit Clemens Septimus Antipapa, & Schismatici Cardinales in ejus locum elegerunt in Antipapam

Pe.

Petrum de Luna, nuncupatum Benedictum Decimum Tertium.

Eredia quoque Avenione obiit 1396. post cursum decem, & novem annorum, & octo mensium à die suæ electionis, sepultus in Caspe in Tumulo ab ipso erecto: *d. Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis pag. 4.*, & alia *Chronologia impressa Romæ anno 1709. per Dominicum Rossi*: *Justinianus pag. 297. Comes Fontana pag. 76. d. Marullus pag. 372.*

Imago dictiErediæ habetur in *d. Chronologia Romæ impressa*, adestque in pectore Crux Ordinis, & Semma suæ Familiæ.

Trigesimus Tertius magnus Magister fuit Frater Ricciardus Caracciolus Neapolitanus. Hic electus fuit magnus Magister à sa. me. Summo Pontifice Urbano VI., qui hac Dignitate privavit magnum Magistrum Jo. Fernandum de Eredia, eo quia mordicus partes Clementis VII. Antipapæ sequebatur, eundemque Erediam Excommunicationis vinculo innodaverat, & Dignitate Magistrali privaverat, ut late diximus in præcedenti narratione Vitæ d. magni Magistri Eredia, de qua privatione Magistralis Dignitatis testantur omnes Scriptores, quorum partem enumerat *d. Commendator Marullus in Vitis magnorum Magistrorum pag. 373.* ubi jure merito miratur *Bosium in Historia Ordinis Hierosolymitani* de hac Historia dubitare, sub supposito quod de illa loquatur Scriptor *Fossanus*, cum revera non solum *Fossanus*, sed etiam *Blundus noster* hoc dicat, *Corius Historia Mediolani*, agat *Rucellaus Amiratus in fine quintidecimi Libri Historiar. Florentinarum*: *Baldus in quodam Consilio*, omnesque Historici illorum temporum, & ex Archivis Civitatis Neapolis sub die 13. Octobris 1384. ibi - *Pro parte Reverendi in Christo Patris, Fratris Rizzardi Carazuoli de Neapoli magni Magistri Sacræ Domus Hospitalis Hierosolymitani*: concludit proinde *d. Commendator Marullus pag. 374.*, per hæc verba - *Onde è cosa stravagante il far dubbio in tanta chiarezza*.

Addimus Nos, quod Historica series electionis d. Caraccioli Pontificia Auctoritate peractæ affertur in *d. Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statuti Ordinis pag. 4.*, *& in alia impressa Romæ 1709. per Dominicum Rossi*: *Justinianus pag. 229. Fontana pag. 77.*

Fuit autem à Summo Pontifice Urbano VI. ex causis supra relatis peracta electio anno 1383. in Terra di *Valmontone* in Latii Provincia, quæ est Feudum Excellentissimæ Domus Pamphiliæ: *d. Comes Fontana pag. 77. d. Chronologia impressa in principio Statutorum Ordinis pag. 4.*, & in alia *impressa Romæ 1709. per Dominicum Rossi*.

Erat Caracciolus Vir exemplaris Vitæ, & egregiis Virtutibus exornatus, charus omnibus; licet enim Rhodi Conventus ei non pareret, paruerunt tamen eidem Equites Itali, Germani, & Angli: *d. Marullus pag. 374.*

Ille Summum Pontificem Urbanum Sextum associavit usque ad Civitatem Neapolis. Generalem Assembleam pro Bono Regimine Ordinis in Civitate Capuæ celebravit.

Tandem idem magnus Magister Romæ 18. Maii 1395. religiosissime obiit; de qua morte in Concistorio sic se explicavit Summus Pontifex - *Esser morto in quel giorno un Santo, ed il più eminente Soggetto, che avesse avuto giammai Santa Chiesa*: *d. Marullus pag. 379.* ubi quod tumulatus fuit

fuit in Ecclesia sui Prioratus Romæ in Sepulchro Marmoreo, cum hac inscriptione - *Hoc est Sepulchrum Reverendissimi in Christo Patris, & Domini Fratris Ricciardi de Caraccioli de Neapoli, Sacræ Domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani Magistri, & pauperum Christi Custodis, necnon Magistri Hospitis Domini Nostri Papæ Bonifacii Noni, qui obiit anno Domini 1395. die vero decimo octavo mensis Maii, Pontificatus prædicti Domini Papæ Bonifacii Noni anno sexto*, in quo quidem Sepulchro hic jacet Corpus ejus: *d. Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis pag.* 4., & in alia *Romæ impressa 1709. per Dominicum Rossi*.

Imago d. magni Magistri habetur in *Chronologia magnorum Magistrorum impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709., & ibi cernitur ante pectus Crux Ordinis, & Familiæ suę Stemma, & apud *Macr. in Hierolexicon* in verbo *Crocea*, quem adduximus in eodem nostro pręsenti Discursu 118. *Sect.* 8. *pag.* 611., & in eodem Discursu *Sect.* 1. *n.* 54. *pag.* 318.

Hinc repetimus, quod Summus Pontifex Urbanus Sextus Romę obiit de mense Octobris anno 1389. cui successit Summus Pontifex Bonifacius Nonus de mense Novembris anno 1389.

Quod magnus Magister Caracciolus obiit Romę die decima octava Maii 1395. tempore fa. me. Bonifacii Noni.

Quod magnus Magister Eredia Avenione obiit in principio mensis Martii 1396.

Ex hac temporum serie liquet, quod magnus Magister Caracciolus supervixit Pontifici Urbano VI. Quod magnus Magister Eredia supervixit eidem Caracciolo.

Et tandem patens est, quod Summus Pontifex Bonifacius Nonus nil aliud jussit, nisi quod Equites Itali in Urbe similiter eligerent Locumtenentem Magisterii vacantis, fuitque Locumtenens Frater Bartholomęus Caraffa, ut refert *d. Marullus pag.* 379.

Conventus vero Rhodiensis, mortuo d. Eredia, devenit ad electionem magni Magistri Philiberti de Nailacco, ut infra dicemus.

Trigesimus Quartus magnus Magister fuit Frater Philibertus de Nailacco ex Lingua Franciæ, olim Prior Aquitaniæ: electus fuit in magnum Magistrum anno 1395. in Conventu Rhodi post mortem magni Magistri Francisci Joannis Fernandes de Eredia, ut legitur in *Nomenclatura magnorum Magistrorum registrata in principio Statut. Ordinis pag.* 4., & traditur in alia *Chronologia eorundem Magistrorum edita per Dominicum Rossi Romæ* 1709., & scribit *Commendator Hieronymus Marullus de Vitis magnorum Magistrorum in Vita Fratris Philiberti de Nailacco pag.* 381. *juxta impress. Neapolis Typis Octavii Beltrami anno 1636. Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari tom.* 1. *cap.* 21. *pag.* 230. *in impressione Veneta Combi, & la Noù anno 1692. Comes Aldigherius Fontana in d. Volumine Della Sacra Religione Gerosolimitana in Compendio Vita d. Philiberti pag.* 80. *juxta impress. Bononiæ Pisarri* 1718. *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires* §. 23. *pag.* 134. *Typis Amstelodami Petri Bruuel* 1721.

De hujusmodi ad magnum Magisterium electione per Oratorem suum Sigismundus Hungarię Rex gratulatus est, subsidiumque in Bello contra Turcas expostulavit à magno Magistro, qui statim generoso animo suis sociatus

Equitibus

Equitibus ad Smirnam se contulit, ut Regi Sigismundo, ac Comiti Joanni de Nivers, qui cum suis Gallis ad Bellum venerat, se jungeret: conflabatur autem Christianorum Exercitus centum mille Militum numero, unde ipsemet Rex Sigismundus se jactabat, *e baldanzoso disse a quei Principi, che non solo bastavagli l' animo con quelle Squadre di vincere, e rintuzzare l' orgoglio de' Turchi, ma anco con le punte delle Picche sostenere il Cielo, se minacciante caduto fosse* - ut cum *Bonfinio in sua Historia, & Doglioni l' Ungheria spiegata*, inquit *d. Marullus pag.* 383.

Qui Christianorum Exercitus ad obsidendam Civitatem Nicopolis se contulit. Verum supervento Turcarum Exercitu, ingenti quippe Militum numero constabat, hoc est tercentum mille Militum, ut ab obsidione Urbem solveret, dum Christianorum Exercitus ad pugnam se parabat, Comes Nivernensis impatiens ad certandum, ægreque ferens Hungaricam Nationem præferri suę Gallicę, intempestive contra bellicas Leges, certamen contra Turcas aggreditur. At heu nimis infeliciter! horrida siquidem Christianorum strages facta est, captivus mansit ipse Comes Nivernensis, & Rex cum magno Magistro aufugiit, ac in parva Nave casu reperta ascendentes per Danubii Flumen, e cujus Ripis Sagittas in illos jaciebant Turcæ, tandem undarum impetu impulsi, ad Mare devenerunt, ac humanissime à Thoma Mocenico Venetorum Classis Duce in Triremibus excepti, magnus Magister ad Rhodum, & Rex in Dalmatiam ductus fuit: *d. Marullus à pag.* 384., *& seq. d. Justinianus pag.* 231. *Comes Fontana pag.* 82.

Dissidiis Joannem Cypri Regem inter, ac Januenses subortis, magnus Magister, ut illa componeret, Cyprum adivit, & sua prudentia extinxit: *d. Marullus, & Comes Fontana* ubi supra.

Tempore Magisterii ejusdem Philiberti, Equites Hierosolymitani in Rhodi Insula Sedem tenentes, Navali Exercitu Cariam Asiæ minoris Provinciam adivere, ac victricibus Armis Arcem Turcarum expugnarunt munitissimam, aptissimoque loco sitam, & in Peninsulæ formam intra duos Maritimos sinus, quorum unus Ceraunicus, alter vocabatur in veteribus Fasicus, ruinis antiquæ Civitatis Alicarnassi, olim Cariæ Regum Sedis, & prope locum magnifici Sepulchri, quod Artemisia Mausolo Regi Cariæ dilectissimo Marito suo construxit, ibi magnus Magister Castrum Sancti Petri ædificavit, quod successive tutissimum Asylum tribuit Christianis, e Barbarorum manibus ad idem Castrum confugientibus: *d. Comes Fontana pag.* 82. *d. Commendator Marullus pag.* 389. *Collector Gallus d. tom.* 2. *pag.* 135.

Magnus Ægypti, ut vocant Soldanus, per Oratores suos muneribus præstitis, Treguam à magno Magistro expostulavit, quam cum Religionis Hierosolymitanæ gloria obtinuit.

In Pisarum Civitate commorans, ingenti æstimatione exceptus fuit à Cardinalibus, qui in ea Urbe convenerant pro electione Pontificis Alexandri V. Curavit magnus Magister, mediantibus suis Equitibus, illam notam facere omnibus Principibus, quos exhortatus est ad sumendum Arma contra Infideles.

Et pariter in Concilio Constantiensi, occasione Electionis Summi Pontificis Martini V. Conclavis traditæ fuerunt Claves eidem magno Magistro, & insimul Friderico Marchioni Brandeburgensi

burgensi, Guilielmo Comiti de Fre. ttembergh, & Brunoro de Scala Civitatis Veronæ Domino: *d. Marullus* ubi supra: *d. Comes Fontana pag.* 84. *d. Chronologia magnorum Magistrorum edita per Dominicum Rossi Romæ* 1709.

Tandem post tot pro sua Religione exantlatos labores, spatio vigintiquinque annorum in ejusdem Regimine, quo temporis spatio duo celebravit Capitula Generalia, unum in Civitate Aquensi, vulgo *d'Aix*, in Provincia, in quo actum fuit de reducendo ad obedientiam magni Magistri Equites Hungaricos, Anglicos, Alemanos, Boemos, Italos, qui à dicti magni Magistri obedientia defecerant, eamque magno Magistro Caracciolo, aliisque locum tenentibus à Bonifacio Nono, & Innocentio VII. electis præstarunt.

Aliud Capitulum peractum fuit Rhodi, in quo Capitulo plures latæ fuerunt Leges, & stabilimenta Religioni utilissima, quæque adhuc in viridi sunt observantia, & confirmata extiterunt à Martino V. Summo Pontifice: *d. Marullus pag.* 394., *&* 400. *Justinianus pag.* 230.

Ex hac vita in ætate decrepita decessit anno 1421. omnium luctu: *d. Comes Fontana pag.* 80., *&* 84. *Marullus pag.* 401., quamobrem dum efferebatur ejus Cadaver ad Conventualem Ecclesiam Sancti Joannis, in gemitus, lacrimasque Populus adeo erupit, ut ipsorum Sacerdotum Hymni, Precesque interrupti remanserint, ut scribit idem *Marullus pag.* 401. *d. Abbas Justinianus pag.* 230.

Imago d. magni Magistri cernitur in *Chronologia prædicta magnorum Magistrorum edita per Dominicum Rossi Romæ* 1709. ubi in pectore idem magnus Magister gerit Crucem Ordinis, & subtus cum Stemmate suæ Familiæ, & cum Epitome Vitæ.

Trigesimus Quintus magnus Magister fuit Frater Antonius Flavianus ex Catalaunia: electus fuit de mense Julii anno 1421. prius fuit magnus Conservator Religionis in Rhodi Insula, magnus Commendator Cypri: *Chronologia magnorum Magistrorum registrata in principio Statuti pag.* 4., & in alia eorundem *Magistrorum Chronologia edita per Dominicum Rossi Romæ* 1709.

Vir fuit Pietate, ac Liberalitatis dotibus insignis: Jano Regi Cypri sexaginta mille florenos auri subministravit, ut se à captivitate Soldani Ægypti Regis se liberaret. In hospitem excepit regio plane modo Daciæ Regem à Visitatione Sancti Sepulchri revertentem. Sacellum in Ecclesia Conventus Rhodi magnifice ædificavit, pretiosis Supellectilibus, ac Redditibus ditavit, novum Hospitale erexit, Rhodi Urbem, & Insulam munivit: *d. Chronologia Romæ impressa* 1709.

Celebratis duobus Capitulis Generalibus, in Magisterio spatio tredecim annorum, & sex mensium vixit, obiitque 29. Octobris 1437. *d. Chronologia in principio Statutorum Ordinis*, & alia *impressa Romæ per Dominicum Rossi* 1709.

Generoso, & provido Regiminis cursu communem Thesaurum prius debitis oppressum, divitem reliquit. Præterea in suo ditissimo spolio reliquit scuta bis centum millia: *d. Chronologia Romæ impressa* 1709. *d. Comes Fontana pag.* 85.

Imago d. magni Magistri Antonii Flaviani habetur in sæpe allegata *Chronologia Romæ impressa anno* 1709., ubi ante pectus exposita est Crux Ordinis cum stemmate suæ Familiæ, ac Epitome suæ Vitæ.

Trigesimus Sextus magnus Magister fuit Frater Joannes de Lastrich Gallus Prior Alverniæ electus in Urbe Rhodi die 6. Novembris anno 1437. *Chronologia magnorum Magistrorum relata in principio Statutorum Ordinis*.

Cumque idem esset absens ab Insula, & in remotis Galliarum partibus in Gubernio sui Prioratus moram traheret, Triremis Religionis cum aliquibus Equitibus transmissa fuit ad eundem, ut eidem notitiam suæ electionis ad Magisterium nunciaret, & ipse electus Rhodum adiret, prout feliciter ad Rhodum pervenit: *d. Abbas Justinianus Parte prima cap. 21. pag. 231.* allegata in principio hujus Sectionis in Vita Gerardi: *magnorum Magistrorum Chronologia impressa Romæ anno 1709., & edita una cum Imaginibus à Dominico de Rubeis: d. Comes Fontana in illius Vita pag. 87.*

Hic Joannes de Lastrich strenue se gessit contra Turcas; contra enim illos potentissima Classe instructa octo Triremibus Religionis, aliisque quatuor Navibus, Militibus, & Equitibus Ordinis Hierosolymitani munitis, pugnavit, Classemque inimicam evertit, & triumphans Rhodum petivit.

Cumque rursus Barbari eos velle Rhodum Insulam omni conatu expugnare se declaraverint, dictus magnus Magister pro Insula Rhodi, & adiacentium Insularum defensione, perfecte loca omnia bellice præmunivit. Inimicus autem cum Militibus decem, & octo millibus ad Rhodum appulit, & obsidione cinxit, & continvis aggressionibus expugnare quadraginta dierum cursu tentavit.

At in cassum: namque magna Exercitus sui parte deficiente, coactus fuit ignominiose ab Insula recedere, ut narrando prosequitur *d. Justinianus d. pag. 231. d. Fontana pag. 90. d. Chronologia magnorum Magistrorum in Vita d. Joannis sub n. 35.*

Idem magnus Magister, jam fama ejus strenuitatis notus erat omnibus, à Summo Pontifice Eugenio IV. laudatus, Regem Cypri ruuus est: *d. Fontana ubi supra*.

Demum ipse magnus Magister magnanimi animi sui testimonium ostendit, dum suos Reditus Religioni donavit, ut se debitis exoneraret, quibus gravabatur: *d. Comes Fontana, & Justinianus, ac Chronologia magnorum Magistrorum superius allegata*, ubi quod donavit integram annatam fructuum sui Magisterii.

Sicut bellicum robur ejusdem emicuit in celebri illo responso dato Mahometto Constantinopolitano Imperatori, qui ab eo Tributum expostulaverat: magnus enim Magister responsum dedit Mahometto Religionem Hierosolymitanam nulli unquam subiectam fuisse, nec unquam in Superiorem agnovisse, neque agnoscere nisi sanctam Apostolicam Sedem. Et si Rhodi Insulam aggredi tentasset, in ejus defensione Equitum Militum robur sensisset: *d. Fontana pag. 91. Justinianus d. pag. 231.*

Hic magnus Magister de Lastrich fuit primus Magister, cui tributus fuit titulus magni, qui Titulus postmodum transivit in Successores, ut notat *Chronologia magnorum Magistrorum allegata in principio Statutorum Ordinis pag. 5.*, & in alia *Romæ impressa per Dominicum Rossi anno 1709.* de quo Titulo superius egimus in hac Nomenclatura.

Obiit postremo idem magnus Magister 19. Maii 1454. post Gubernium Ordinis 16. annorum, sex mensium, & tredecim dierum, ut notat *d. Chronologia impressa in principio Statut. pag. 5.*

Imago hujus magni Magistri habetur in superius allegata *Chronologia magnorum*

rum Magistrorum Romæ impressa cum Epitome Vitæ ejusdem anno 1709. per *d. Dominicum Rossi*, ibique conspicitur ante pectus Crux Ordinis, & stemma suæ Familię.

Trigesimus Septimus magnus Magister fuit Frater Jacobus de Milli: electus fuit prima Junii anno 1454., & erat ex Prioratu Alverniæ: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag. 5., & in alia impressa Romæ 1709. per Dominicum Rossi: Justinianus pag. 231. d. Comes Fontana in Vita illius pag. 92.*

Absens erat à Conventu Electionis tempore, & in proprio Prioratu Alverniæ morabatur. Senex prudentissimus tranquilla Pace fruebatur post tot exantlatos pro sua Religione labores, & accepto de sua electione nuncio, statim ad Rhodum se contulit, pervenitque de mense Augusti, & ibi omnium plausu exceptus fuit, & summa cura rerum Ordinis Regimini incubuit. Generale Capitulum celebravit, & omnium precibus annuens, accepit munus administrandi Thesaurum, qualitatem cudendæ argenteæ monetæ reformavit, & Rhodi Portum tutum reddidit: *Commendator Marullus in Vita dicti Jacobi Milli magni Magistri pag. 444. juxta impressionem Neapolis.*

Imo, quod duo Capitula Generalia celebraverit, inquit *d. Chronologia Dominici de Rossi: Justinianus pag. 232. d. Marullus pag. 466.*

Tempore hujus magni Magistri, res illa mirabilis Sacræ Spinæ, qua transfixum fuit Divini Redemptoris nostri Caput, quęque annuatim Rhodi in die Veneris Sancti reflorescere solebat, quodam anno, per diem anticipavit miraculum: sic scriptum reliquit *Commendator Marullus ubi supra pag. 447.* ibi - *Il Popolo con molta divotione più del solito attendeva alli Divini Officii, che fu a 23. di Marzo giorno alla Passione del Redentore consagrato: volle quella Divina Maestà co' segni della sua prodiga liberalità nel fare Gratie consolarli, posciacchè una delle Spine della sua Corona, che il Capo perforogli, quale oggi conservasi per la più pregiata Reliquia, che abbia il Tesoro di questa Religione, e che soleva in quei tempi il Venerdì Santo fiorire, si vidde un giorno pria frondeggiante, stimato da Rodiani in loro prò felicissimo augurio, come appunto seguì, posciacchè per i nuovi, e inaspettati accidenti sdegnatosi Maometto contro l' Imperatore di Trabisonda, con cui egli pria teneva grande amistà, rivolse tutte le forze ch' egli radunato aveva, a danno dell' Isola di Rodi ec.*

Tempore pariter hujus magni Magistri institutus fuit Bajulivatus Manoaschæ: *Statutum Ordinis de Bajulivis tit. 10. sub n. 45. in verbo della Lingua di Provenza.*

Constantissime hic magnus Magister renuit Tributum pręstare Turcis; unde Subastæ de Pizzona magno Principi Maumettano suis cum Litteris suadenti, ut Magister se cum Maumete controversias componeret, mediantibus Oratoribus, protestatus fuit magnus Magister, se quidem promptum esse amicabiliter cum Maomete gerere, at in pactis firmandis discordes esse: siquidem nunquam eidem velle Tributum præstare declaravit, cum Hierosolymitana Religio, usque ab ejus origine exempta vixerit à præstatione cujuscumque Tributi cujcumque Principi, solumque subiecta fuerit Sanctæ Ecclesiæ, cui veluti ejus Dominæ parebat, & hujusmodi Tributi pręstationem rem esse nunquam geren-

gerendam: & si per impossibile in hoc consentirent Religiosi, ipse magnus Magister paratus erat Mortem subire potius, quam Tributum ulli solvere, & rem tam indignam permittere: sic *d. Commendator Marullus pag.* 465. ubi subdit, quod - *Bensi promettevali, che rappresentandosi occasione di aver a mandare Ambasciatori alla sua Porta, accompagnati li avrebbe con ricchi doni, e ciò in segno di amistà, e non altrimenti di riconoscimento*; *Comes Fontana pag.* 94.

Tandem magnus Magister febre correptus, & Podagra, post Regimen Ordinis spatio annorum septem, duorum mensium, & dierum sexdecim, obiit: *Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis pag.* 5., *& in alia impressa Romæ per Dominicum Rossi*: *Commendator Marullus pag.* 465. *Justinianus pag.* 232.

Obiit autem die 17. Augusti 1461. *dicta Chronologia superius allegata*: *d. Comes Fontana pag.* 92., & omnium lacrymis ad Sepulchrum fuit associatus: *Marullus d. pag.* 466.

Imago hujus magni Magistri habetur apud *Dominicum de Rossi in d. Chronologia magnorum Magistrorum per eum impressa Romæ anno* 1709. in ea conspicitur ante pectus Crux Ordinis, & Stemma suæ Familiæ, & legitur Epitome Vitæ.

Trigesimus Octavus magnus Magister fuit Petrus Raymundus Zacosta Natione Aragonensis, tuncque temporis Castellanus Empostæ: electus fuit magnus Magister die 24. Augusti anno 1461., & electio peracta fuit ipso absente ab Insula Rhodi: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 5. & in alia *impressa Romæ per Dominicum de Rossi anno* 1709. *Commendator Marullus pag.* 467.

Tam constantis animi fuit semper magnus Magister, ut non solum negaverit solvere tributum Turcarum Imperatori, illud per suos Oratores expostulanti; sed & coram iisdem Oratoribus Bellum Turcis indixerit publice cum Tubis: *d. Chronologia Romæ impressa* 1709.

Hic vocatus à Summo Pontifice Pio II. Romam adivit, & benigne, ac magnifice exceptus, Sanctitatis suæ jussu à Francisco Orsino Urbis Præfecto, eidemque Magistro omnia patefecit, ac Cruciatam contra Turcas publicavit, & huic Cruciatæ velle personaliter interesse: sed mortuo Pontifice Pio II., opus evanuit.

Successive magnus Magister Rhodi Insulam gubernabat sapienter, & prudenter Religionem, & Populum.

At Equites ægre ferentes collectas trium Annatarum in primo Capitulo impositas super Commendis, tribuentesque magno Magistro hujus oneris causam, contra illum calumniose insurrexerunt coram Summo Pontifice, ac Principes naturales eorundem excitarunt. Summus itaque Pontifex cupiens hujusmodi scandalosos clamores Pontificia auctoritate componere, & respective de medio tollere, jussit, quod in Urbe Roma Capitulum Generale Religionis congregaretur, iniunxitque magno Magistro ut ipse, si posset, personaliter interesset, vel mediantibus ejusdem Procuratoribus, similiterque Procurator ex qualibet Natione: siquidem cum Prioribus, Bajulivis, & Commendatoribus, qui extra Conventum reperiebantur sufficientes erant pro celebratione Capituli, diem statuit, diem Festum Sancti Andreæ Apostoli. Magnus Magister iter suum aggreditur ad Urbem, priusque commendavit Res Ordinis suis respective Ministris, & suum Locumtenentem

Priorem Castellæ constituit, injunxitque magno Commendatori, & Draperio, Conservatori Conventuali, & Scribę Thesauri, ut computorum Libros necessarios pararent, & Cancellariæ Libros secum ferrent.

Convocatoque Concilio, notificavit velle personaliter interesse Capitulo, non obstante dispensatione ei concessa à Summo Pontifice.

Conscensa autem Nave magnus Magister, felici navigatione Brundusium appulit, & demum terrestri itinere Romam adivit, quem Summus Pontifex honorificentissime excepit.

Adventoque die celebrationis Capituli Generalis, prima die voluit Summus Pontifex personaliter interesse cum S. R. E. Cardinalibus numero sex, qui sex postmodum quotidie astiterunt, & in præsentia cum magnus comparuerit Magister cum omnibus Capitularibus, illi assignatus fuit locus in sedendo ad dexteram Summi Pontificis, *Nello stesso Gradino de' Cardinali*, cæteris sedentibus super Scabellis demissis.

Clausis Januis, Summus Pontifex ore proprio patefecit motivum congregationis d. Capituli Generalis. Cumque plura postulationum Folia tradidisset M. Magistro, subiunxit Summus Pontifex, quod d. magnus Magister uti probe instructus, procederet; quamobrem idem magnus Magister d. Summi Pontificis provolutus ad pedes, omnium nomine Gratias egit innumeras, seque promptum Pontificiis jussionibus parere declaravit.

Discessit postmodum Sumus Pontifex, & celebrationem Capituli inceperunt Capitulares, & nonnullis controversiis sedatis, successive mirabili concordia res omnes compositæ fuerunt, impositusque finis ingenti cum decore, ac honore magni Magistri, cujus manifesta innocentia, & sinceritas resplenduerunt undique, eoque magis, ex quo in Capitulo Generali confirmatæ fuerunt illæ exdem adamussim impositiones super Commendis, & Bonis Religionis, quas idem magnus Magister prius in Capitulo tento in Civitate Rhodi imposuerat, juxta propriam, qua pollebat auctoritatem, & de quibus fuerat accusatus per calumniam.

Preterea magnus Magister, ut apud omnes constaret ipsum divitiarum cupiditate immunem, nec post aurum abiisse, nec sperasse in pecuniæ Thesauris, voluit de dictis Oneribus esse participem, ideoque magna cum liberalitate quinque annorum spatio medietatem Redituum Magisterii relaxavit, cum protestatione tamen, quod id non transiret in exemplum pro Successoribus; cum revera M. Magister nunquam fuerit solitus se submittere Impositionibus, & Collectis: sic narrat *d. Commendator Marullus à pag.* 483. *& seq.* & compendiare *Comes Fontana pag.* ut supra.

Idem Summus Pontifex, in publico Concistorio, in Palatio Sancti Marci propria manu restituit Vexillum Marescialllo, & singulis Prioribus Marsupia, prius illis juxta veterem Religiosorum morem concessa, ut sic demonstraret, mediante tali restitutione, ipsos penitus esse expoliatos omni eorundem pecunia, cujus cæteroquin simplices sunt administratores: *d. Commendator Marullus pag.* 484.

Sic apud omnes tot egregiis factis Virum prudentem, strenuumque Equitem Militem patefecit Generosus hic magnus Magister, qui sine macula, & sine ruga in ipso Religionis suæ Generali Capitulo emicuit, sicut & Generosi animi, juxta tradita per *d. Com-*

Commendatorem Marullum: sed ne quaquam omittere debemus, quod in fine Narrationum suarum pro coronide addit idem *Marullus d. pag.* 485. per hæc verba - *Fu egli molto prudente e valoroso, e sareb be stato più degl' altri amato dal Convento, se nel modo che diede principio, avesse pur finito il suo governo, posciache mostratosi avido, e tenace, fu alquanto biasimato. Le attioni del Principe conviene, che abbino sempre del grande, e dell' elevato.*

Cæterum magnus Magister, excessivis doloribus laterum vexatus, ex hac vita migravit in Urbe sexaginta quatuor annorum ætate, die 20. Mensis Februarii 1467. post gubernium Religionis spatio annorum quinque, Mensium sex, & trium dierum: *d. Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutor. Ordinis pag.* 5. *alia Chronologia eorumdem magnorum Magistrorum edita per Dominicum Rossi Romæ* 1709. *d. Marullus pag.* 485.

Hujus magni Magistri Funus Romæ peractum fuit extraordinario splendore; siquidem ejus Cadaver ad Ecclesiam sociatum fuit à Pontificia Aula, & ab omnibus S. R. E. Cardinalibus, & Magnæ Crucis Equitibus, & tumulatum fuit in Basilica Sancti Petri, ut notat *Iustinianus Parte Seconda in Historia Ord. Milit. cap.* 21. *pag.* 232. *juxta impress. Venet. Typis Combi, & la Noù* 1692. *d. Comes Fontana pag.* 98. *d. Chronologia magnorum Magistrorum Impressa per Dominicum Rossi Romæ* 1709. ubi quod tumulatum fuit in Capella Sancti Gregorii in Ecclesia Sancti Petri Regali Pompa. Figura hujus magni Magistri habetur in *d. Chronologia edita per Dominicum Rossi Romæ impressa anno* 1709. cum Cruce Religionis in pectore, & conspicitur Stemma Religionis una cum proprio Stemmate, ac datur Epitome vitæ.

Trigesimus Nonus magnus Magister fuit Frater Baptista Orsinus, cujus electio peracta fuit Romæ anno 1467. *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 5. *alia Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi* 1709. *d. Comes Fontana in ejus Vita pag.* 99.

Peracta autem fuit Romæ hujus magni Magistri electio, eo quia magni Magistri Dignitas Romæ vacavit per mortem cl. me. Petri Raymundi Zacosta, ut supra in ejus Vita narravimus. Voluit propterea Summus Pontifex Paulus II. ut electio d. Zacostæ Romæ fieret, servata tamen forma Legum Religionis. Vocati itaque fuerunt, quotquot in Aula Romana aderant Vocales, jussitque, quod omnes in sua Aula Pontificia, vulgo *Anticamera* convenirent, ibique quælibet ex Linguis separatim merita omnium, solita cum præcedentia cedulæ in suis manibus consignarentur, ut ab ipsomet Pontifice recognosceretur ille, qui omnes in Votorum pluralitate superaret, & electus in Magistrum diceretur: factumque fuit ut jussit Pontifex; delatisque Pontificis manibus omnibus cedulis, hic omnes perlegit publice in Concistorio, invenitque Fratrem Joannem Baptistam Orsinum tunc Priorem Romæ, omnes alios in Votorum pluralitate vincere, illum in magnum Magistrum electum publicavit, quem statim Religiosi Ordinis in magnum Magistrum recognoverunt, mediante osculo manus, & Crucis in pectore: *Commendator Marullus pag.* 487. cum ipse magnus Magister in manibus Papæ Juramentum præstiterit de

de observandis Regulis, & Statutis Religionis: *d. Chronologia in principio Statutorum Ordinis pag.* 4., & in alia *per Dominicum Rossi* 1709. *d. Comes Fontana d. pag.* 99., *& seq.*

Præfato itaque modo suadentibus Ursini meritis, ac Justitia, non autem ex peculiari affectione Pontificis erga Equitem Ursinum, ut perperam aliqui dixerunt, completa fuit Electio in magnum Magistrum, ut narrando prosequitur *Marullus pag.* 488.

Summum gaudium attulit Conventui Rhodiano nuncius d. electionis secutæ, statimque magnus Magister se contulit ad Insulam Rhodi, in solicita rerum omnium provisione tum pacis tum bellorum temporibus. Unde Urbem annona ditavit, muris munivit, cum Venetis Fœdera inivit, contra Turcas pugnavit, & vicit, sicut late videre est apud Historiarum Scriptores *Bosium Historia Hierosolymitanæ Religionis*, *Commendatorem Marullum à d. pag.* 49. Bis ære proprio subsidium præstitit communi Thesauro: *d. Comes Fontana pag.* 103.

Hinc inspecto hujus magni Magistri Vitæ tenore, repetere possumus, quod nil aliud fuit totus Vitæ illius cursus, nisi unius cum Turcarum Hoste conflictus; pluries enim Turcarum machinationes in Rhodi Insulæ perniciem Militari vigilantia detexit, fortitudine repulit, & Rhodi Insulam generose servavit, duobus celebratis Capitulis Generalibus, tandem correptus primo levi ægritudine, post quinquaginta dies obiit in Civitate Rhodi die octava Junii 1476. post Regimen novem Annorum, trium Mensium, & trium dierum: *d. Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 5., & in d. alia *impressa Romæ per Dominicum Rossi año* 1709. *d. Comes Fontana pag.* 99.

Imago hujus magni Magistri habetur in *d. Chronologia Dominici Rossi impressa anno* 1709. Romæ, ubi cernitur ante pectus Crux Ordinis, & Stemma suæ Familiæ.

Quadragesimus magnus Magister fuit Frater Petrus d' Aubusson Natione Gallus. Hujus præclarissimæ animi Dotes, quibus omnia corda captivaverat, etiam omnium Equitum Electorum Vota in electione ad Magisterium ad se traxit, & omnium plausu electus fuit Magister, ut habetur in *Nomenclatura magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 5., & in alia *Nomenclatura Romæ impressa per Dominicum Rossi anno* 1709. testantur *Commendator Marullus in Vita Magistri Petri de Aubussonis pag.* 507. *Comes Fontana in illius Vita pag.* 103. impressionum allegatarum, ubi per errorem Typographi ponitur electio *sub anno* 1456.

Hic statim, more solito, ad Summum Pontificem, cæterosque supremos Principes de secuta in illum electione per Nuncios transmisit, totamque Insulam Rhodi Turribus munivit, pro quo effectu imposuit collectam ab Equitibus solvendam pro Commendis Gratiæ ab ipso Magistro conferendis: *d. Marullus pag.* 508.

Ad instantiam hujus magni Magistri completa fuit mediante Bulla fa. me. Innocentii VIII. Summi Pontificis unio Religionis S. Joañis ad Religionem Sancti Sepulchri, & sic hujus vigore incorporata fuerunt d. Hierosolymitanæ Religioni omnia bona Religionis Sancti Sepulchri, de qua unione meminit *Bosius in Historia Ordinis*, *& d. Commendator Marullus in Vitis magnorum Magistrorum in d. Vita magni Magistri Petri Aubussoni pag* 512. *Co-*

mes

mes Fontana pag. 105., & similiter de hac unione loquitur noster Discursus super Ordine *Sancti Sepulchri*.

Consideratis periculis Insulæ Rhodi imminentibus ob Turcarum incursiones, prudens hic Magister, mediantibus Litteris Encyclicis admonuit Equites ad accedendum ad Insulam pro tuitione ejusdem; *d. Marullus pag.* 510.

Plures fuerunt Turcarum aggressiones, & certamina per Insulam, & contra ipsam Civitatem Rhodi ab ipsis obsessam, in quibus omnibus propulsandis emicuit Magistri solicitudo, & invictum robur ipsius, & Equitum; unde Turcarum Exercitus, deposita spe capiendi Rhodum, discessit post duorum mensium obsidionem. Hujusmodi discessus, & fugæ Turcarum potissime motivum tribuit mirabilis Apparitio in Cœlo tempore certaminis, & obsidionis, quę à *d. Marullo pag.* 542. cœterisque ab ipso allegatis hoc modo describitur - *Apparve a prò degli Assediati nell' aria una numerosa schiera di Giovanetti armati guerrieri, da leggiadra Donzella in candide Vesti guidati, al cui lato di venerando aspetto Uomo di ruvidi panni ammantato assisteva; la quale coi risplendenti raggi del volto, gli occhi di ciascheduno abbagliando, con imbracciato scudo, e vibrante Spada minacciava sicura morte a chiunque ratto da quella impresa non desistesse. Dal narrato attonito restò il Capitano Generale de' Turchi Paleologo conoscendo, che contro il Cielo invan si pugna, fatto rassegna dell' Esercito, ritrovandolo meno di nove milla Combattenti, oltre di quindici milla altri feriti ec. sciolta quella Città dall' assedio ec. Justinianus pag.* 234. *Parte prima*.

Pro qua Victoria, & Rhodi liberatione Pius magnus Magister, licet ob passa vulnera in lecto jacens, pręcepit reddi Deo debitas Gratias Hymnis, & Canticis, & Religiosissimis Processionibus, ut prosequitur *d. Marullus pag.* 546.

Et de hac eadem Victoria nuncium ad Summum Pontificem misit, & ad Neapolis Regem: *d. Marulli* ubi supra.

Magnus Magister vero, recuperata salute, muros Urbis labefactatos restauravit, ac in eo loco, ubi successit superius descripta Apparitio Sanctissimæ Virginis, ædificare fecit Templum in honorem Sanctissimę Virginis sub Titulo Sanctæ Mariæ de Victoria: *d. Marullus pag.* 547. *d. Comes Fontana d. Justinianus pag.* 234.

Hic magnus Magister fuit in omnes generosus, & liberalis, proindeque cum Ludovicus Palafox Aragonensis, qui cum Nave sua in Portu moraretur, Magistro inservivit fideliter, Habitu Ordinis dicti Ludovici Filium insignivit, & ulterius pretiosas eidem donavit margaritas, & gratiose indulsit Ludovico, & omnibus suis Descendentibus, ut *Per impresa potessero sulle Armi del loro Casato dipingere la candida Croce nel campo rosso*, ut videre est apud *d. Marulum pag.* 548.

Tempore magni Magistri Petri de Aubussone, obiit Maumetes Imperator Turcarum, Sanctę Crucis Christi Domini Hostis acerrimus, obiit autem tertia die Maii, quo Nos Christi fideles Festum Inventionis Sanctę Crucis colimus: per ejus mortem orta est contentio inter duos Fratres d. Maumetis filios, Bajazetem videlicet, & Zizimi nuncupatum Gemma Zizimi, seu Zemem, ut inquit *Pater Gravesson Historia Ecclesiastica Tom. sexto, Colloquio Primo pag.* 21. *juxta Impress. Romæ Typis Tinassi* 1720. su-

per

per successione in imperio; hinc sævissima Bellorum exarsere incendia, donec fero certamine in loco *di Bursia* Victor evasit Bajazet, qui in Constantinopolitana Urbe Imperator fuit salutatus: Gemma autem, seu Zizimi fugit ad loca alpestria Montis Tauri, seque desolatum agnoscens, statuit implorare subsidium à magno Magistro Rhodiensi, & ad illum Oratorem misit suis cum Litteris supplicibus, quas eidem magno Magistro, & Concilio exhibuit. Magnus itaque Magister, & Concilium recipiendum esse Zizimum, sumptibus Ærarii Religionis, statuerunt; pro quo effectu, salvum conductum, ut vocant, exararunt Equites: deputatus fuit Dom Alvarus Zunica Castellæ Prior, ut cum nave Thesauri accederet ad excipiendum Zizimum; qui Navem Religionis conscendit nobilissimo Equitum comitatu.

In dicta Nave opipare cœnavit Zizimus, qui cum mensę accumberet, videns adstantes Ministros Archítriclinos prandium, vel cœnam disponentes, cibos apponentes distributos, & ut Nos dicimus, *che ordina il Convito, e mette in tavola le vivande, e quelli che le trinciano, e le assaggiano*, & non percipiens quid hujusmodi Cœremonia significaret, sciscitatus fuit explicationem: cumque responsum fuisset in Christianorum Principum mensis morem esse, ut prægustatis per eosdem Ministros Ferculis, ac Potionibus, à quacumque Veneni suspicione securi redderentur, unde dicimus *Far credenza*, hoc est *Assaggiare che fanno i Scalchi, ed i Coppieri delle Vivande, e delle Bevande prima di servirne il loro Signore*, ut bene explicat *Vocabularium della Crusca in verbo Credenza* §. 13.

Non timeo subiunxit Zizimus venena, nec unquam in suspicionem veni, quod à Viris tanta Nobilitate præclaris, misceri in ferculis venena valeant, neque enim illorum subsidium sponte, atque hilari animo expostulassem.

Quibus prolatis verbis, ipse suis manibus antequam cibos prægustasset ciborum prægustator, ex ferculo portionem accepit, & in sua quadra, vel patina posuit eandem miscendo, Cœnamque incepit, ut fuse narrat *d. Commendator Marullus in Vitis magnorum Magistrorum in Vita magni Magistri Petri de Aubusson pag.* 553.

Constructo postmodum magnifico ligneo Ponte duodecim passibus intra mare, dato signo ejusdem adventus, per medium dicti Pontis Zizimus in Terram descendit, interimque à magno Magistro missis aliquibus Equitibus magnę Crucis ad eundem Zizimum recipiendum, idem magnus Magister in Platea expectavit, statimque ut Zizimus Civitatem intravit, illum Tormentorum Bellicorum, vulgo *Artiglieria* bellici fragores salutarunt, paratusque aderat Equus nobiliter phaleratus, super quem ascendit Zizimus, eumque associarunt Aulici ejusdem Zizimi numero centum, magno quidem Populi, & Equitum concursu, super quo Populi concursu magna admiratione perfusus Zizimus, circumspiciens floribus, & Mirtis undique exornatas Vias, & ex omni sexu Virorum, & Mulierum pulcherrimarum refertas, exclamavit, summa ratione laudari ab omnibus Rhodianas Fœminas aspectu formosas, venustate fulgentes, & cunctas pulchritudine, & specie vincentes Asiæ Puellas.

Magnus Magister cum d. Zizimo generosissime se gessit; unde per viam incedentes, præcedentiam tribuebat Zizimo, qui eam acceptare constantissime

sime recusabat, dicebatque, honoris hujusmodi signum incongruum reddi sibi, qui captivus erat; sed tandem monitus à Viro Aulæ suæ, qui ad aures illi dixit, quod obediret, cum à Principibus Christianis inurbanitas maxima censeatur, si Hospes oblatos recusat acceptare honores, quibus monitionibus acquievit Zizimus. Et subinde plura habuit colloquia Zizimus cum magno Magistro, Græco semper idiomate, per se ipsum, non autem per Interpretem, quod quidem Græcum idioma optime callebat d. magnus Magister, Zizimumque associavit usque ad Palatium *Alberge* Linguæ Gallicæ, ibique pluries etiam muneribus visitabat.

De adventu Zizimi ad Rhodi Civitatem certiorem fecit dictus magnus Magister Summum Pontificem, aliosque Principes mediantibus Oratoribus, & Nunciis, & quoad retentionem Zizimi in dicta Civitate Rhodiensi, voluit magnus Magister exquirere sui Concilii sensum. Putaverunt aliqui ex Conciliariis, & in sensu fuerunt, quod traderetur Galliarum Regi, ut ita Religio se eximeret à novorum Bellorum periculis cum d. Bajazet, qui certe non ommitteret Zizimum expostulare, cujus traditio plurima secum traheret rerum discrimina.

Alii autem Conciliarii sustinebant, nulli alio Principi esse tradendum, & ipse Zizimus Gallias petere cupiebat: jamque Navem conscenderat, & sic statutum fuit, quod ejus adimpleretur voluntas. Perventus itaque ad Gallias, Rex Carolus VIII. mediocri illum excepit apparatu, modicisque animi significationibus, sive quia Galli nollent cum Imperio Othomano contendere, sive quia timerent, quod posita honorifica receptione Zizimi, secum ferret quodammodo obligationem eundem imposterum illorum expensis manutenendi. Certum est, parum in Gallia moram traxisse, & in Aula Regis Equites illum deduxerunt ad Commendam de Bourgaeus sitam in finibus de *Poitu*, *e della Marca*, in qua residebat magnus Prior Alverniæ: *Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei in Historia Ordinum Monastico-rum &c. & Militarium Gallice scripta, & per d. Patrem Fontana in Linguam Italicam translata tom. 3. cap. 12. pag. 90., & 91. juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1738. d. Graveson d. tom. 6. pag. 21., & seq.*

Historicam hanc rerum seriem, aliquo modo diversimode, substantia rei retenta, narrat allegatus *Graveson d. pag.* 21. ubi inquit - *Quod oblatas à Bajazet conditiones accepit magnus Magister Petrus Albusonius, & in Alverniam Galliæ Provinciam Zebem misit, annuente Rege Christianissimo Ludovico XI. qui tamen Legatos à Bajazethe Turcarum Imperatore ad se missos, & in Provinciam appulsos, statim regredi, & Gallia excedere jussit, nihil sibi cum Christiani Nominis Hostibus commune esse, animo plane Christianissimo professus, nec ipsum Zemem videre voluit, quod Mahometanæ legis cultor esset. Mansit autem Zemes in Gallia detentus, in quadam Equitum Arce, cui nomen* Burgonovo, *usque ad annum* 1489., *quo anno Romam ad Innocentium VIII. Pontificem Maximum ductus, sub illius, & Alexandri VI. Pontificatu in honesta custodia vixit, Bajazete ad ejus sustentationem quadraginta Ducatorum millia annuatim mittente.*

Interim Bajazet se politice gerens, mediante Subbassio, Oratorem ad Magistrum misit, ut Pacem promoveret cum

cum Magistro, & ad effectum illam perficiendi, armorum, ut dicitur, per sex menses suspensionem inivit.

Reciproce Bajazet ad Magistrum, & Magister ad Bajazetem Oratorem misit super ineunda pace, & iterate Bajazet expostulavit, quod eidem Religio Hierosolymitana annuum promitteret Tributum solvere, etsi tenue, cui petitioni Magistri Oratores prompte responderunt, & iterate, quod Sacra Hierosolymitana Religio nunquam deveniet ad hujusmodi obligationem, solutionemque Tributi, veluti rem prorsus injustam, & Hierosolymitana Religione indignam, ut narrat *d. Marullus à pag. 561. cum seqq.*

A qua prætensione solutionis Tributi removit Acmet ipse *Bascia Paleologus*, qui erat *Turco rinegato*, lingua Turcica, quam non intelligere putabat Orator magni Magistri, Eques Pratus, qui perfecte illam callebat, dixitque Acmeto, quod ad hanc Tributi prestationem nunquam Equites consensum præstabunt: *d. Marullus pag. 565.* qui subdit: *Soffriranno più tosto mille tormenti col farsi tagliare in pezzi, che far cosa indegna della loro professione. Sono eglino del più illustre sangue di Europa, ne a tutti vien conceduto di potersi a quella Militia aggregare, perloche assai difficile giudico con minaccie, animi sì nobili piegare* - atque ita suasit Acmeto, quod ab hac Tributi prætensione cessaret. Deposita itaque prætensione Tributi, Bajazet se obligavit solvere annuatim Magistro scuta triginta mille pro expensis dicti Zizimi, & centum millia pro refectione damnorum passorum in obsidione Insulæ tempore sui Patris: *d. Marullus pag. 567.*

Imo, quod Bajazetes audiens d. suum Fratrem Zemem Rhodii esse, amplissima ad magnum Magistrum munera misit, eumque impense rogavit, ut Zemem diligentissime custodiret, ne quid turbatum inter Turcas cieret: quadraginta insuper millia Ducatorum singulis annis ad ejus alimenta se numeraturum promisit, inquit *d. Graveson pag. 21.*

Cœterum Bajazet petiit à Soldano Ægypti Uxorem, & Filios Zizimi, qui illis revolutionibus sub habitu mentito ad illum recursum habuerant: *d. Marullus pag. 577.*

Itemque Soldanus Ægypti Victor in certamine de Bajazet, petiit à Magistro Zizimum, cogitans suum Regnum firmare, super qua petitione scripsit magnus Magister Summo Pontifici, & hic respondit, necesse esse, quod prius Zizimus Romam adiret. Unde Zizimus sub custodia Equitum Hierosolymitanorum Navem Religionis conscendit, ac tandem non sine gravi tempestate, Portum Civitatis centum cellensis, vulgo *Civita Vecchia* appulit, & à Leonardo Cibo, nomine Summi Pontificis honorifice fuit exceptus, ac Priori Alvernię Equiti Guidoni Blancfort, commissa Arcis custodia pro d. Zizimo. Arrisit Pontifici d. Zizimi adventus, iniunxitque, quod ejus ingressus in Alma Urbe magnifice celebraretur, & tanta pompa peractus fuit, ut constans vox eruperit, nunquam similem factum fuisse. Oratorem misit Ægypti Rex, petendo à Summo Pontifice d. Zizimum. A M. Magistro Zizimum expostularunt, ut eis traderetur, Mathias Hungarię Rex, Ferdinandus Castellę Rex Aragoniæ, & Siciliæ: *d. P. Fontana d. tom. 3. pag. 91.*

At magnus Magister constanter omnibus petita concedere renuit, quod placuit Turcarum Regi, qui proinde in signum grati animi transmisit magno Magistro anno 1484. dono Manum dexteram Sancti Joannis Baptistæ in Capsula Cupres-

Cupressina clausam, intus ornata, ut dicitur, di *Velluto cremisi*, desoris vero plurimis pretiosis lapillis locupletata, hancque Capsulam per manus dilecti Aulici sui transmisit magno Magistro, una cum Epistola sic inscripta - *Bajazetto Re dell'Asia, Imperatore degli Imperatori, al Sapientissimo, ed Illustrissimo Gran Maestro di Rodi Pietro di Aubusson Principe Generosissimo, e Padre di un Gloriosissimo Impero*.

De hoc adventu ad Urbem Zizimi, in suspicionem venit Bajazet, qui eundem Zizimum à Summo Pontifice postulavit, mediante Oratore, qui sociatus à Priore Alverniæ, rogavit Summum Pontificem, ut Zizimum apud se retineret, promittens, quod ejus durante Pontificatu, nunquam Turcica arma Reipublicæ Christianæ damnum intulissent, in cujus promissionis pignus, Lanceam, qua Christi latus apertum fuit, eidem dono dedit, quę Lancea per plura secula in Imperiali Constantinopolitano Thesauro servata fuerat.

Obiit autem Summus Pontifex Innocentius VIII. anno 1491., & in illius locum electus fuit Summus Pontifex Alexander VI. Hic post paucos dies à custodia Equitum Hierosolymitanorum abstulit Zizimum, & custodiendum suis Aulicis tradidit, & ut narrat *d. Pater Fontana d. tom. 6. pag. 93*. Alexander VI. successor Innocentii VIII. vix assumpto Pontificatu, se Dominum ejusdem Zizimi constituit, contra conventionem initam cum Innocentio VIII., ac cum Equitibus Hierosolymitanis, Zizimum clausit in Castro S. Angeli, illum ab Equitibus separavit, commisitque suis Nepotibus curam custodiendi, & in d. Castro Sancti Angeli Zizimus clausus remansit usque ad tempus, quo Carolus VIII. Rex assumpserat Regnum Neapolis, & Arma sua contra Orientis Regna converterat: d. quippe Carolus per Urbem transiens, à Summo Pontifice petiit Zizimum, & Summus Pontifex eidem indulsit, sed cum fama suspicionis, quod Zizimo jam fuerat propinatum venenum, quoniam post paucos dies ægrotavit morbo quodam, qui non fuerat cognitus, ex quo morbo obiit anno 1495. Quare narrationem hanc prosequendo, dicimus, quod Zizimus videns non stare amplius sub custodia Equitum Hierosolymitani Ordinis, erga quos amorem servabat, incidit in mœrorem, ideoque in itinere in morbum incidit, & tandem mortuus est in Civitate Capuæ, non sine magna suspicione veneni, ut aliqui sentiunt, ut narrat *d. Justinian. pag. 234. d. Commendator Marulli pag. 582.* ubi hæc subdit - *Della sua morte per la corrutela de tempi, e per l' avidità dell' oro, fu la colpa ad un gran Principe attribuita*.

Supra relatus autem *Pater Graveson pag. 22.* sic subdit - *Tandem Zemes e Romana custodia dimissus, Terracinam perductus est, ubi veneno ei propinato extinctus est anno 1495. Mortuo Zeme, majoribus turbis agitatum est Turcarum Imperium*.

Sed adeo perspectę erant magni Magistri Virtutes omnibus Principibus, & pręcipue sa. mem. Summo Pontifici Innocentio VIII. ut illum Romana Purpura decoraverit, & in amplissimo S. R. E. Cardinalium Collegio cooptaverit: *d. Justinianus pag. 235. d. Marullus pag. 579. d. Pater Fontana d. tom. 3. pag. 92.*

Eundem in Asia Sanctæ Sedi Legatum constituit: *d. Marullus d. pag. 579.*

Ætate jam concurrente tot sociata laboribus, & Corporis ęgritudine magnus

Hierosolymitanæ Religionis Magister, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis amplissimus, probe agnoscens finem suæ peregrinationis in hoc Seculo pervenisse, in lecto decumbens, omnes de suo Concilio ad se vocavit, & ad eos disertam, piam, & generosam magno Magistro Ordinis Hierosolymitani, & insimul S. R E. Cardinale dignam habuit Allocutionem, qua humanarum rerum brevitatem exposuit. Monuit devenire ad electionem sui Successoris in Personam omnibus fulcitam qualitatibus ad Regimen necessariis, Regulæ observantiam injunxit, tuitionem Religionis, & Rhodi Insulæ, vidensque sua verba in omnibus lacrymas excitare, hortatus fuit parcere à lacrymis; tandemque omnibus Benedictionem suam impertivit, & paulo post obdormivit in Domino, ut testatur *d. Marullus pag.* 592. *Pater Joseph Franciscus Fontana d. tom.* 3. *pag.* 95. ubi inquit, quod obiit de mense Julii 1503. in ætate annorum plusquam octoginta, post Regimen Ordinis spatio annorum viginti septem, & sexdecim dierum: *d. Chronologia in principio Statutorum Ordinis*. Pariterque *Pater Fontana* subdit, quod Magister in mærorem inciderat, ob fœdus illud dissolutum, quod inter Christianos Principes initum fuerat pro Bello contra Turcas, cujus fœderis ipse magnus Magister fuerat constitutus Dux maximus, & potissimum animi tristitia angebatur, videns Summum Pontificem Alexandrum VI. contra Privilegium Religioni concessum à fa. me. Innocentio VIII. conferre Ordinis Commendas Personis Secularibus, & Prioratum Castellæ promisisse Henrico de Toledo conferre; qui quidem Innocentius VIII. plura Ordini Hierosolymitano Privilegia concesserat, & Gratias, & specifice, quod d. Religionis Beneficia non possent conferri, nisi Religiosis ejusdem Ordinis, & sic pariter, quod collatio Commendarum omnium ad solum spectaret magnum Magistrum, etiamsi illæ vacarent in Curia, & essent de Beneficiis reservatis, seu quocumque modo reservandis, super quibus Bullam Consistorialem edidit, & loquitur *d. Pater Fontana pag.* 93. *d. tom.* 3.

Sanctissimus Dominus Noster felicissime Regnans Benedictus XIV. novissima sua Constitutione, omnia & singula Privilegia Sacræ Militaris Religionis Sancti Joannis Hierosolymitani ample confirmavit, & innovavit, quam Pontificiam Constitutionem integre referimus in calce Vitæ Serenissimi magni Magistri Emmanuelis Pinto, qui de præsenti magnus Magister est gloriose regnans.

Imago hujus magni Magistri cum Epitome Vitæ habetur in antedicta *Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709., ubi conspicitur Imago induta Mozzetta Cardinalitia, & super eam ante pectus conspicitur magna Crux Ordinis, & in capite Biretum Cardinalitium, tenetque ante se Stemma cum Cruce Ordinis, & Stemmate suę Familię, quod gerit Pileum Cardinalitium, cum suis Floccis hinc inde.

Quadragesimus Primus magnus Magister Frater Americus d' Amboise, electus fuit anno 1503. in Rhodi Insula, qui absens tunc erat in sui Prioratus Franciæ Gubernio: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statuti Ordinis pag.* 5., *& in alia impressa Romæ à Dominico Rossi* 1709. *Commendator Marullus pag.* 595. *Abbas Justinianus pag.* 235. *d. Comes Fontana in illius Vita pag.* 112.

D. Frater Americus erat Germanus

Frater

Frater Cardinalis de Rochomagen: *d. Chronologia impressa Romæ* 1709.

Fuit lętissime exceptus cum Tubarum sonitu magnus Magister à Conventu, & Populo Rhodiensi, qui ad illum Oratores miserant, ut citius Rhodum adiret, ut exponit *d. Commendator Marullus à pag.* 596. *cum seq.*, & *pag.* 600.

Magnum hunc Magistrum, ob ejus distinctas Virtutes æstimatione, ac dilectione prosequebatur Galliarum Rex Ludovicus Duodecimus; idcirco ante quam è Gallia discederet, ei dono dedit partem Ligni Sanctissimæ Crucis, ac ipsum Ensem, quem Sanctus Rex Ludovicus Nonus in Bello Terræ Sanctæ contra Infideles adhibebat: *d. Chronologia Romæ impressa anno* 1709.

Hinc instituit Processionem Crucis in omnibus sextis Feriis totius anni pro Religionis defensa à quibuscumque adversis, ut prosequitur *d. Chronologia Romæ impressa* 1709.

Rursus cohibuit exuberantiam luxus in Equitibus, quem Juventus nimium amplificavit: *d. Chronologia Romæ impressa anno* 1709.

Et ad tollendum onus Usurarum, proprio ære in Rhodi Urbe Montem Pietatis erexit, atque dotavit: *d. Chronologia Romæ impressa d. anno* 1709. *Justinianus pag.* 235. *d. Marullus pag.* 604.

Nec minori cura se strenuum Ducem Bello ostendit hic magnus Magister, nam cum Classe Religionis capta fuit Navis Ægyptia, & successive destructa remansit Classis Ægyptiaca, juxta narrata per *d Justinianum pag.* 236. *d. Marullum ubi supra, Comitem Fontanam pag.* 11. pro qua insigni Victoria magnus Magister instituisse dictam Hebdomadariam Processionem, de qua supra, scribit *Comes Fontana pag.* 114.

Post completum Regimen novem annorum, sex mensium, & trium dierum obiit magnus Magister in ætate annorum 78. die 13 Novembris 1512. *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag* 5. *alia Chronologia impressa Romæ* 1709. *Justinianus pag.* 236. *d. Comes Fontana pag.* 112. *Marullus pag.* 610. qui duo Capitula Generalia celebravit, quibus Leges optimas sanxit in servitium Ordinis, quæ Leges etiam de præsenti sunt in viridi observantia: *d. Marullus pag.* 610

Et antequam moreretur, videns suos Religiosos ob vicinam illius mortem męstos, illos impavide roboravit monitu illo, quod nunquam Barbarorum vires timerent, scirentque omnes Inimicorum glorias Fœni Flores esse, qui solum nascuntur, ut conculcentur ab hominibus: hinc agone correptus religiosissime expiravit, ut notat *d. Comes Fontana pag.* 115. *d. Marullus pag.* 610.

Imago hujus magni Magistri habetur in *d. Chronologia Dominici Rossi Romæ impressa anno* 1709, in qua conspicitur Crux Ordinis, & Stemma suæ Familię, & legitur Epitome Vitæ.

Quadragesimus secundus magnus Magister fuit electus Prior Alverniæ Frater Guido de Blancfort in Insula Rhodi, die vigesima Novembris anno 1512. erat ipse absens commorans in Gallia, ex qua ipse erat: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 5. *alia Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. *Commendator Marullus pag* 611. *Abbas Justinianus pag.* 236. *d. Comes Fontana in illius Vita pag* 115.

Fuit iste Nepos magni Magistri Aubussoni, & S. R. E. Cardinalis, Vir singularis prudentiæ, & in muneribus gerendis

rendis optimus, ac etiam antequam esset magnus Magister, Sanctę Sedis Collector in Gallia pecuniarum Eleemosinarum occasione Jubilæi in illo Regno concessi à Summo Pontifice pro defensione Rhodi: *d. Justinianus pag.* 226. *d. Comes Fontana pag.* 116. Ipse fuit Locumtenens magni Magistri de Amboise, Custos Principis Zizimi, ut prosequitur *d. Justinianus* ubi supra.

Sed valde breve fuit Regimen hujus magni Magistri; namque iter arripiens Rhodum versus, conscensa Nave magna, nuncupata la *Caracca*, una cum aliis duabus Navibus in Nizzæ Portu, congratulationis Officiis peractis cum Leone X. ad Sanctam Sedem assumpto, navigabat versus Rhodum: *d. Abbas Justinianus ubi supra*.

Vix non Insulam *Rodani*, ut per errorem Impressoris, ait *d. Comes Fontana pag.* 116., sed vere vix Insulam *Prodono* attigerat, ut refert Chronologia impressa in principio Statutor. Ordinis, & in alia impressa Romæ *per Dominicum Rossi anno* 1709. *Justinianus d. pag.* 236. *d. Marullus pag.* 612. Dicta porro Insula *Prodono*, est Insula est in Mare *Del Zante*, *e Cefalonia*, ut explicant antedictæ duę Chronologię.

Vix igitur attigerat dictam Insulam *Prodono*, & ecce quod magnus Magister animam reddidit Creatori, anno 1513. post annum unum, duosque dies à die suæ electionis, ejusque corpus translatum ad Urbem Rhodi, tumulatum honorifice fuit in Conventuali Ecclesia: supra *d. Comes Fontana pag.* 116. & respective superius allegati.

Imago dicti magni Magistri habitu Cardinalitio induti habetur in prąllegata *Chronologia Romæ impressa per Dominicum Rossi* 1709., ubi conspicitur ante pectus Crux Ordinis, & Stemma suę Familiæ de Auboise, & Compendium Vitæ.

Quadragesimus Tertius magnus Magister fuit Frater Fabritius del Carretto, ex Imperialibus Dominis del Finale Architalassus, vulgo Amiraglio, & caput Linguæ Italiæ, & electus fuit in Insula Rhodii anno 1513. quindecim Decembris omnium plausu, & summa lętitia, ut inquit *Commendator Marullus Vita magnorum Magistrorum pag.* 615. *Comes Fontana in illius Vita pag.* 117. ibi • *Preso sopra le spalle de' Cavalieri, fu portato al Trono Magistrale, ed ivi da tutti col bacio della mano gli si prestò il dovuto ossequio di Obbedienza*: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum pag.* 6., & *in alia impressa Romæ* 1709. *per Dominicum de Rossi*: *d. Comes Fontana in illius Vita pag.* 117. *Abbas Justinianus pag.* 236.

Exactissima diligentia invigilavit pro conservatione Insulæ: *d. Comes Fontana pag.* 118.

Erga omnes Principes etiam Maometanos fuit humanissimus, & de illis æstimationis signa exibuit, quos idcirco amicos servavit: *d. Fontana d. pag.* 118.

Mediantibus vigilantia, ac liberalitate, omnium Aularum, etiam Turcarum penetrabat secreta: *d. Comes Fontana d. pag.* 118. *d. Marullus pag.* 616.

Summopere in Gubernio providus fuit, & in dando liberalis; Principes omnes ejus Virtutes mirabantur; Imperator Turcarum nunquam expugnationem Insulæ Rhodi tentavit, quamvis summopere cuperet sub isto magno Magistro; idem *Comes Fontana pag.* 119. *d. Marullus pag.* 617.

Capitulum Generale celebravit in Rhodi Civitate pro reformatione morum ipsorum Religiosorum: *d. Marullus*

rullus pag. 616.

Aliud Capitulum pro restauratione Murorum Urbis, & à Principibus Christianis subsidium Militum obtinuit: *d. Marullus pag. 622., & seqq.*

Valde in scientiis erat versatus; dumque Romæ morabatur suæ Religionis Orator, nemo fuit ex Viris conspicuis, qui cum eo egerunt, quod non fuerit confessi, se vinctos humanitatis vinculis, quibus ille cunctos ligabat, etiam unica solum vice cum illo loquentes: *d. Fontana pag. 119.. d. Marullus pag. 625.*

Tandem meritis clarissimus obdormivit in Domino anno 1521. *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag. 5. Alia Chronologia Romæ impressa per Dominicum Rossi anno 1709. d. Comes Fontana pag. 119.*

Imago dicti magni Magistri impressa habetur in antedicta *Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi d. anno 1709.* una cum Stemmate suæ Familię, & Cruce Ordinis, & una cum Epitome Vitæ ejusdem.

Quadragesimus Quartus magnus Magister fuit Frater Philippus Villers Lisleadamo, natione Gallus anno 1521. *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag. 6. & in alia Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi 1709. Justinianus pag. 236. Comes Fontana pag. 119.*

Dictus magnus Magister fuit ex Nobili Familia Gallica de Villers ex Dominis Lisleadami; siquidem Lisleadam est Oppidulum in Provincia Insulæ Franciæ, & in Insula Osiæ Fluvii, una leuca infra Bellomontium Pontiseram versus paulo plus, & fere octo à Lutesia Parisiorum in occasum, Gallice autem *L'Isle Adam*: sic *Alphonsus Losor* in ejus Opere, cui Titulus - *Universus Terrarum Orbis Scriptorum calamo delineatus tom. 2. pag. 30. Patavii Typis Conzatti 1713.* Qui locus redditus est illustrior ob hunc magnum Magistrum, sicut notat *Ludovicus Morerius in suo Dictionario in verbo Villers.* Erat autem tunc temporis à Rhodi Insula absens, & in Gallia commorans Philippus Villers, acceptisque nunciis de sibi collata Dignitate, statim se contulit Massiliam, & in Prætoria Religionis Nave vela dedit ventis: at infortunia maritimum iter hoc associarunt; nam primo in Navi flammarum erupit incendium, brevi totam Navis molem consumpturum, nisi magni Magistri solertia, ejusque præsentia Nautas ursisset ad occurrendum periculo Navis, ijsque flammas injecta aqua extinxerunt. Secundo suborta est ventorum procella cum cadentium aquarum impetu, turbato atris nubibus è Cœlo ruit sagitta supra magnam Navem, & misere Nautas, & Milites numero octo, interfecit, & in Cubiculum in Puppi Navis, & ut dicitur *Camera di Poppa* Fulmen illud invadens, Ensis magni Magistri vaginam nequaquam læsit, ferrum autem ejusdem Ensis absumpsit. Hæc infortunia nonnulli in malum omen Insulæ Rhodi acceperunt, ut refert *d. Commendator Marullus pag. 628. d. Comes Fontana pag. 120.*

Appulit tandem incolumis novus magnus Magister Philippus Villers Lisleadamo Rhodum, ubi omnium plausu fuit receptus: *Marullus pag. 629.*

Statim autem cogitare cæpit de munitione Rhodi Insulę, quam invadere tentabat Turcarum vis, jamque Fama apparatus Militares nunciabat; Unde prudens magnus Magister litteris encicilicis Religiosos suos vocavit ad Conventum, & pro faciliori itinere,

re, ad Portum Brundusii magnam Navem transmisit, dum ibidem major Equitum numerus adesse debebat: *Marullus pag. 632.*

Magnus Magister nunciavit Christianis Principibus Belli minas, & apparatus Turcarum contra Rhodum.

Varii ad Rhodum pervenere Volones, quos humanissime non minus, quam generosissime excepit magnus Magister, quos inter comparuit Joannes Antonius Bolandius Venetus pluribus aliis Juvenibus sociatus, qui se ad militandum obtulit, secumque Frumenti copiam, ac Olei contulit ad subsidium Rhodi; unde magnus Magister ad cœterorum exemplum, eundem Antonium Bolandium Venetum, licet Faber, demissisque natalibus esset, candida Hierosolymitani Ordinis exornavit Cruce, ut scribit *d. Commendator Marullus pag 634.*

Certior factus de Barbarorum adventu ad obsidendum Insulam, magnus Magister publice Populum alloquitur super Statu Ordinis, super Barbarorum viribus, & ad resistendum impavido corde, & manu: cumque omne bonum desursum sit, Pius magnus Magister auxilium de Sancto publice etiam expostulari statuit, ut ira Dei placaretur, totique Populo Victoria concederetur, Solemnem igitur supplicationem indixit, & ad Populum publicas exhortationes habuit Episcopus Leonardus Balestrinus Januensis, & Frater Clemens Caput Ecclesiæ Grecæ, sicut ab aliis Religiosis peractum fuit, ut videre est apud *d. Marullum ubi supra.*

Et ecce die octava Solemnitatis Corporis Domini, dum Divinis Officiis magnus Magister in Ecclesia operam dabat, defertur nuncius, jam Barbaros Insulam invasisse. Ad hæc minime turbatus magnus Magister, sereno vultu ad suos conversus, prosequamur inquit, ac preces ad Deum compleamus, & postmodum ad certamina eamus. Supplicatione completa, zelo, & in Deum fiducia repletus, antequam Sanctissimum Sacramentum, quod in Ostensorio super Altare existebat, Populi venerationi expositum conderetur in Tabernaculo, magnus Magister manibus Ostensorium accepit, & fusis lacrymis Dominum exoravit enixe, ut salvum faceret Populum suum, & benediceret Hereditati suę, indulgendo Christifidelibus Victoriam contra teterrimum Hostem, sicut exponit *d. Commendator Marullus pag. 642.*

Successive Armis circumdatus, Populo comitante, ad Urbis mænia se contulit, ut ab omnibus videretur, Loca distribuit Equitibus, & Militibus, tormenta bellica extulit, & omnia miro ordine disposuit, ut Turcarum conatus repelleret.

Porro integram obsidionis Historiam, amissionem Insulæ Rhodi, innumera cum Turcis certamina, deditionem Insulę, recessum Religionis Hierosolymitanę, ejusdem Peregrinationem, ac tandem Insulæ Melitensis concessionem ei factam, fixamque in ea novam Religionis Sedem, late narravimus in hoc eodem Discursu *Sect. 2. n. 26.*, *& per totam*, ideoque necdicta repetamus, Lectorem nostrum ad dictam *Sect. 2.* remittimus, & ad ea quæ habentur apud *Comendatorem Marullum in Vita hujus magni Magistri Philippi de Villers Lisleadami*, *& apud Comitem Fontanam pag. 119.*

Ex quibus patet, hunc magnum Magistrum Philippum de Villers Lisleadamum in prosperis fuisse magnum, & in adversis. Fuit quidem ultimus magnus Magister in Rhodi Insula electus

lectus, & primus qui regnavit Melitę, totaque in Insula, in qua novam Sedem firmavit suæ Hierosolymitanæ Religionis, quæ varia ad loca, ob temporum, rerumque vicissitudines transivit, & peregrinata est, cum variatione nuncupationis Nominis; unde modo Religio Melitensis vocatur, & Equites Melitenses appellantur, cum jam dicti fuerint, & dicantur Equites Hierosolymitani, Equites Rhodienses, de quibus omnibus supra expositis loquimur in pręsenti nostro *Discursu* 128. *Sect.* 2. *à n.* 52. *cum seqq. d. Marullus* ubi supra: *Comes Fontana à pag.* 119., *usque ad* 146., *& Justinianus hic pag.* 242.

Sive enim perpendantur quæ ipse gessit in Rhodi Insula, sive occasione novę Investiturę Melitensis Insulę, res sunt Viro heroici animi digna, & quoad gesta in Insula Rhodi, compendiarie licet, descripsimus supra.

Ea vero, quæ patravit in acquisitione & regimine Insulæ Melitensis, lectura Scriptorum demonstrat hunc magnum Magistrum nulli pepercisse labori. Vocatus à Summo Pontifice Adriano VI. Romam adivit, sed in itinere fuit de ordine Caroli V. Imperatoris in loco *Baja* nuncupato magnifice exceptus, una cum Nuncio Pontificio, plurimo Nobilium concursu: subinde se contulit ad centum Cellas, ibique de Summi Pontificis jussu honorificentissime exceptus fuit; & tandem Romam petiit, in cujus ingressu tributa eidem fuerunt cuncta existimationis signa; nam cujusque Ordinis Romanæ Curię Prelati, cum Urbis Gubernatore, Familiaribus Cardinalium, & Præfecto Aulæ, levis Armaturæ Militibus Elvetis, spatio unius milliarii obviam illi occurrerunt, seque magnus Magister contulit ad Palatium Cæsarii Oratoris, qui tunc erat Dux di Lezza, qui nomine Cæsarii hospitari debebat: postea ad Vaticanum ivit, à Castro Sancti Angeli festivis Bombardarum, ac Bellicorum tormentorum fragoribus salutatus; tandem ante conspectum Summi Pontificis Adriani VI. in Concistorio cum Cardinalibus omnibus, vidit Summum Pontificem obviam eidem euntem tribus passibus, jussitque quod surgeret, cumque amplectendo gloriosis verbis illis salutat - *O magne Christi Athleta, & Fidei Catholicæ accerrime Propugnator* - ut refert *Abbas Justinianus pag.* 241. *Comes Fontana pag.* 114

Obiit autem Adrianus VI. efformatoque Conclavi pro nova Summi Pontificis electione, Sacræ Romanę Ecclesiæ Cardinales Armorum Gubernium eidem Magistro demandarunt, & Custodiam ejusdem Conclavis, ubi idcirco ad ejusdem Januas astiterunt Equites armati, in rubea veste, albaque Cruce, more militari: *d. Justinianus pag.* 240. *d. Comes Fontana pag* 134.

Deinde se contulit in Gallias, subinde in Hispanias, ibique contentiones inter Carolum V. Imperatorem, & Franciscum I. Gallorum Regem captivum d. Imperatoris composuit: *d. Comes Fontana pag.* 137. ubi subjungit, quod cum magnus Magister accessit ad d. Regem Franciscum, noluit hic, quod magnus Magister eidem manum oscularetur, sed eundem vocavit Patrem honoratissimum, & amplexatus est. Tandem magnus Magister adivit Regnum Angliæ: *d. Comes Fontana d. pag.* 138.

Post tot pro sua Religione exantlatos labores, Melitam cum Insula Gozzt, & Tripolis Civitatem eidem suæ Religioni, ut supra dictum est, ab Imperatore Carolo V. concessam, ut exposuimus *Sect.* 2. adivit magnus Magister de mense Octobris die 24. anno

 1530.

1530. *d. Comes Fontana pag.* 139., *& Commendator Marullus pag.* 713.

Eum cuncti maximis summæ dilectionis significationibus exceperunt sub viva spe, quod eorum Patria esset mutanda in illustrem Nobilissimæ Equestris Militaris Religionis Sedem, prout de facto evasit, & sic Insula illa, prius pene incognita, modo celeberrima coruscat totum per Orbem, Ædificiis nobilibus ditata, & Palatiis, dum illa modo referta est Viris Sanguinis claritate ex tota Europa conspicuis, ut bene notat idem *Comes Fontana pag.* 139. *d. Comendator Marullus pag.* 714. ubi sic explicat fortunam dictæ Insulæ post ingressum Religionis Hierosolymitanę - *E con ragione rallegrar dovevasi* (loquitur de Melitensi Populo) *posciacchè avezzi in quel Secolo ad ammantarsi di rozzi Tabarri, ed a gran fatica a nutrirsi di pescagione, menando sotto umili tetti su le paglie con le loro Famiglie miserabile, ancorche onesta la Vita, ora dati all' armi, & alle Lettere, stracciando drappi di seta, e d' oro, sotto magnifici Palagi addobbati di ricche supellettili soggiornano, avendo di più in quella Republica per diverse strade gran parte, sì negli onori, come nelle rendite, ove non è concesso a ninno l' entrarvi, senza prima mostrar per molti anni con chiarezza la Nobiltà de' suoi natali, e con sudore, e spargimento di sangue godono di quella le Commende.*

Felice veramente può chiamarsi quest' Isola, che quasi Figliastra della Natura, priva de' suoi Beni, incognita in quel modo se ne stava, oggi divenuti i suoi sterili Scogli calamite dell' oro, e dell' Argento dell' Europa, dalle più remote Provincie a se lo tragono, e col corso di Vascelli, ed industria degli Abitatori, dall' Asia, e dall' Africa, i più pregiati Tesori; a cui scriver vorrei all' impresa di questo Corpo - En ignota manens, fortunata micat.

Vix autem magnus Magister Philippus Villers Lisleadamo Melitæ limen attigerat, statim ad Ecclesiam Sancti Laurentii se contulit in Burgo sitam, una cum suis Religiosis ad gratias agendum Deo Optimo Maximo, quam Ecclesiam statuit magnus Magister ad celebrandum Divina Officia, utque idem antedictus Burgus tutus à Barbarorum invasionibus redderetur, Muris munire jussit, & propugnaculis, & totam Insulam visitavit, ut inquit *d. Comes Fontana* ubi supra: *d. Commendator Marullus pag.* 714., *& seq.*

Recopilando tamen Vitam hujus celeberrimi magni Magistri electi anno 1521. dum in Gallia morabatur, cum jam Rhodum adiverit Solimanus Imperator Turcarum anno 1522. Insulam invasit cum tercentum millibus Militum, Rhodumque obsedit innumeris tormentis Bellicis, & quidem spatio sex mensium. Attamen magnus Magister cum Equitibus, Militibusque suis Urbem propugnavit robuste; adeout, si Christiani Principes subsidium suppeditassent, re infecta Turcæ recessissent: sed deficiente penitus subsidio Christianorum Principum, magnus Magister, & Sacra Religio coacta fuit se dare Turcis, conditis pactis; & de gloriosa hujus Insulæ deditione, ultra supra exposita in dicta *Sect.* 2. videatur Carolus Macer in ejus Opere inscripto - *Il valore Maltese difeso contro le calunnie di Girolamo Brusoni, Roma presso il Dragondelli 1667. pag.* 120. Qui magnus Magister fuit ultimus electus in Civitate Rhodi, ipsaque Insula, quam possedit Religio spatio ducentorum

torum

torum tredecim annorum: & ipsa Religio peregrinata est postmodum cum suo Conventu per annos septem. Primo itaque humanissime à Paulo Justiniano Patricio Veneto nomine Generalis Venetę Classis Dominici Trivigiani in Insula Cretæ, ac in Civitate Castri in Archiepiscopali Palatio excepta fuit, ibique idem magnus Magister Capitulum, seu Concilium habuit, quod fuit primum post Rhodi amissionem, in quo Capitulo multos magnæ Crucis Equites, & alios Equites promovit ad Dignitates vacantes, durante Rhodi obsidione; Regimen Triremium, ac Navium distribuit Equitibus, & quoniam Ærarium Religionis ob passa infortunia exhaustum reperiebatur, Equites, animo revera generoso, sponte convenerunt præstare, ac in communi ponere, non solum pecunias, sed & Torques pretiosas, gemmas, & argenta, quæ quilibet apud se retinebat, quę quidem in ipsa Navi conversa fuerunt, & fusa in pecunias, juxta narrata à *d. Abbate Justiniano pag.* 240.

Eodemque tempore delatus fuit magno Magistro Nuncius, quod Equites Religionis in Occidente commorantes, ad Messinæ Portum quoddam subsidium pro Rhodi Insula transmiserant, ut pro Insula Rhodi inserviret. At cum nimis serotinum id effectum fuerit, magnus Magister statim jussit, ut scriberetur, ut subsisterent, nec iter continvarent, nisi novæ jussiones accederent ejusdem magni Magistri, ut scribit idem *Justinianus d. pag.* 240.

Subinde hæc Religio per aliquod tempus posuit Sedem Viterbii, postmodum in Civitate Niceæ: honorifice (ut dictum est) hic magnus Magister Romæ fuit exceptus ab Adriano VI., & in Conclavi pro electione novi Pontificis fuit Custos Conclavis: subinde se transtulit ad Hispanias: tandem à Carolo V. Imperatore Investituram Melitæ Insulæ, & Urbis obtinuit, in qua Religionis Sedem fixit die 26. Octobris anno 1530. juxta tradita in Epitome Vitæ illius relatę in Chronologia magnorum Magistrorum edita per *Dominicum Rossi Romæ* 1709.

Postremo lethali morbo correptus, sentiens finem vitę corporalis adventare, convocatis Viris Concilii, illis hæc verba fecit - *Non credo saravvi discaro, Fratelli, che dopo il corso di di sessantacinque anni, inclusovi tredici, & otto mesi di Magistero, chiamato dall' Immortale Iddio, vada a renderli presto il conto de' miei giorni, avanti a cui di ciascheduno aurassi a terminare il suo fine. Parto da Voi consolato, per lasciare dopo sì lunga pellegrinazione stabilito il Convento in quest' Isola, la quale per mezzo delle vostre Opere per l' universo dilatarassi il suo nome, se par della Regola, come fermamente credo, osservanti sarete. Abbiate del continvo, o Figliuoli le vostre speranze in Dio, che tutto providenza, e tutto misericordia non mancherà mai di soccorrervi, supplicato da cuor confidente: indi scorgendo, che col discorso dagli occhi de' circostanti cavava fiumi di lagrime, per non vederli in quel modo afflitti, con dolcissime parole licentiatili, rese di lì a poco l' anima al suo Fattore.*

Ed ecco spenta la Vita del più prode, e magnanimo Campione, che stringesse mai Ferro alla Gloria di questa Religione: Sic ad litteram tradit *d. Commendator Marullus pag.* 723. *& seq.* Vide *Comitem Fontana pag.* 143.

Ejus Corpus tumulatum fuit in Ecclesia Sancti Laurentii, & postmodum translatum fuit ad novam Vallettæ Civi-

Civitatem in Conventuali Ecclesia sui Protectoris: *d. Commendator Marul. lus pag*. 724.

Imago hujus magni Magistri habetur in d. Chronologia magnorum Magistrorum impressa Romæ per *Dominicum Rossi* 1709.

Quadragesimus Quintus magnus Magister fuit Pierinus de Ponte, Nobilis Civitatis Asti, ex antiqua Stirpe Dominorum Castri de Lumbriasco, & Casalis Grasso, qui fuit primus magnus Magister electus in Melitensi Conventu anno 1534. *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag. 6. & in alia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. *Abb. Justinianus pag.* 244. *d. Comes Fontana pag.* 149. Vir fuit virtutibus ornatus, à vanis seculi pompis abhorrens; unde accepto Nuncio de sibi collata dignitate, non exultasse, sed profusis lacrymis Antecessoris sui Philippi Villers Lisleadami mortem deflevisse memoriæ proditum est, ut inquit Epitome vitæ ejusdem relata in *d. Chronologia Dominici Rossi*. Totusque incubuit Reformationi morum in suis Religiosis ob temporum vicissitudines in aliqua parte relaxatis, & nunquam permisit inobservantiam Statutorum, sicut notat d. Epitome Vitæ in eadem Chronologia *Dominici Rossi*.

Ipse absens erat à Melita, commorans in suo Bajulivatu Sanctæ Euphemiæ in Calabria, acceptoque per Oratores Conventus nuncio de sibi delata Dignitate, statim Melitam se contulit, ac subinde suasit Imperatori Carolo V. ut suis cum viribus, & Religionis Melitensis, ferum Piratam Ariadenam Barbarossa aggrederetur, qui Tunesis Regnum, & Arcem Goletæ ceperat; unde Imperator ipsemet Carolus V. magna cum Classe hunc devicit; omniumque primi Equites Melitenses extulere Vexillum super Muros, semperque memorabilis erit generosa strenuitas Fratris Pauli Simeonis Equitis Commendatarii Taurinen. in se liberando à Barbarorum captivitate, in qua vinctus tenebatur, atque insimul cœteros Christianos Captivos; sic enim se res habuit.

Comitatus duobus, potuit non solum se à catenis, sed & alios solvere: ulterius armata manu malleis, & saxis Gubernatorem expellere, & per vim aperto Armamentario, acceptisque omnibus, & singulis in manibus armis, Duce d. Equite Paulo, isti adeo hoc facto Urbem terruere, ut ipsemet Barbarossa fugam arripuerit Constantinopolim versus. Hocque facto facilis effecta fuit Civitatis, & Regni expugnatio, quod tamen ex consensu Religionis Hierosolymitanæ restitutum fuit Muley Asem, cum obligatione solvendi in signum Vassalli Imperatori Carolo V. duos Equites Barbaros, & duos Astores, ut exponit *Justinianus d. pag.* 244. *Comes Fontana pag.* 112.

Ab omnibus summopere laudabatur hujus Equitis Pauli generosissimum factum; magnus vero Magister febre correptus, paucis post diebus obiit in Domino, & antequam Animam exalaret Equites exhortatus est ad bellandum contra Turcas ad Fidei propagationem, & lœtus mori dixit, quasi innuens ejus in Magisterio Successorem futurum Fratrem Desiderium Sanctæ Jallæ. Obiit autem die 17. Novembris anno 1535. in ætate annorum septuaginta trium, ut inquit Chronologia apposita in Statuto *pag. 6.*, *& alia impressa Romæ* 1709. *d. Justinianus d. pag.* 244. *d. Comes Fontana pag.* 149.

Imago

Imago ejusdem magni Magistri habetur in *d. Chronologia impressa Romæ d. anno* 1709. ubi datur Epitome Vitæ ejusdem una cum Stemmate propriæ Familiæ, & cum Cruce Ordinis.

Quadragesimus Sextus magnus Magister fuit frater Desiderius Sanctæ Ialle, dictus Tollone, & tunc temporis Prior Tolosæ. Hic fuit secundus magnus Magister electus in Civitate Melitę die vigesima secunda Novembris 1535. dum erat absens: sic adimpletum fuit quod dixit dictus magnus Magister antecessor: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag. 6. Alia Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno 1709. Comes Fontana pag.* 155. *Abbas Justinianus pag.* 245.

Sub hujus magni magistri Regimine, Equitum Classes plures de Turcis Victorias reportarunt, Captivosque fecerunt cum pluribus Barbarorum Navibus plures Turcas, quas Victorias enumerat *d. Abbas Justinianus pag.* 245. *d. Comes Fontana pag.* 155. *& seq.*

Dum in itinere esset Melitam versus in Civitate Montis Pessulani post decem menses, & dies quatuor obiit hic magnus Magister die 26. Septembris 1536. *d. Chronologia in principio Statutorum pag. 6., & dicta alia impressa per Dominicum Rossi Romæ* 1709. *d. Comes Fontana* ubi supra *pag.* 54. *&* 61.

Imago d. magni Magistri habetur in allegata *Chronologia Dominici Rossi impressa Romæ* 1709. una cum Stemmate propriæ Familiæ, & Cruce Ordinis.

Quadragesimus Septimus magnus Magister fuit Frater Joannes de Omedes Hispanus, & fuit tertius magnus Magister in Melitæ Civitate electus 20. Octobris 1536 ex Lingua Aragonię, jam Bajuliuus Caspe in Hispania: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutor. Ordinis pag. 6., & alia Chronologia eorundem magnorum Magistrorum impressa per Dominicum Rossi Romæ* 1709 & hunc Bellica Virtus, qua in Rhodi obsidione emicuit, extulit postmodum ad magnum Magisterium: *Abb Justinianus pag.* 245. *d. Comes Fontana pag.* 261.

Vix Melitam appulerat, & ecce Regis Tunesis Oratorem accepit, quo mediante auxilium postulabat adversus sui Regni Rebelles, & de facto magnus Magister Triremium Classem transmisit: *d. Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi* 1709.

Plures hic magnus Magister in Mari suis Navibus, ac sibi associata Classe Caroli V. Imperatoris infortunia passus, de quibus videri possunt quæ tradit *Comes Fontana à pag. ut supra*.

Constantissime tamen semper restitit, & in Melitę aggressionibus strenuissime se gessit, ut merito Constantis Cognomentum sibi acquisiverit, ut exprimitur in *d. Chronologia Romæ impressa per Dominicum Rossi anno* 1709.

Classis Religionis Hierosolymitanæ robur, tempore hujus magni Magistri Joannis de Omedes, emicuit contra Turcas; cum enim tunc temporis Solimanus Turcarum Imperator Regnum Neapolitanum invadere meditaretur, ut inquit *Abb. Justinianus pag.* 245. *Parte pr. cap.* 21. *Per le Capitulazioni stabilite col Re di Francia Francesco I. rotta ancora la Pace co' Veneziani ec. Si era portato in persona con l' Armata sua ec. Tragittando la Cavalleria, e buona parte dell' Esercito nella Puglia ec. L' Armata dell' Imperator Carlo V. sotto il Governo del Principe Doria, già era avanzata contro all' Inimico, ed à tale

a tale riparo concorsero le Galere di Malta, e la Caracca della stessa Religione: appena congiuntesi con le Galere Imperiali verso S. Maria ec. ebbero l'incontro di segnalarsi i loro Cavalieri, poichè investirono dodici Galere Turchesche ec. La Capitana di Malta assalita da due, ne gettò una a fondo, prese l'altra ec. Restarono tutte le Galere nemiche, o affondate, od in potere de Christiani. Riuscivano vani i tentativi di Solimano ec. Tuttochè diretto dal Consiglio, e prattica di Troilo Pignatello Cavaliero Napolitano di singolare valore. Questo acciecato dalla passione, solita Tiranna dell' arbitrio umano, era passato tant' oltre, che non solo aveva consigliata tale impresa unitamente con l'Ambasciatore di Francia Gio. della Forest, che morì alla Valona nella Corte di Solimano, ma si aggregò nel numero de i dilui Mutafarachi. Sono questi Gentiluomini di ogni Nazione valorosissimi, che il G. Signore lascia vivere nella loro Legge, e se ne serve quando egli in Persona sortisce in Campagna. Passato nel Regno di Napoli con l'esercito Ottomano, fu motore di danni considerabili della sua Patria, e del suo naturale Signore: d. Pater Fontana de quo infra.

Quoad Vocabulum *Mutafaraca*, plura tradit *Morerius* in suo magno Dictionario in Litt. M. verbo *Mutafaraca*, quod scilicet sint Viri magnæ qualitatis, neque obstricti sunt ad Bellum ire, nisi ipsemet Turcarum Imperator personaliter Bello intersit.

Tempore hujus magni Magistri anno 1547. in Capitulo propositum fuit, Sedem Ordinis in Civitate Tripolis figere, veluti magis salubris aeris, & magis aptata Bello in Barbaria, juxta votum magni Magistri dell' Isola Ada, mo, & è contra Melitensis Insula est insalubris, præcipue tempore æstivo, & in solo admodum sterili: sed ob diversitatem Capitularium infecta remansit, ut inquit *Historia Ordinum Militarium &c. e Gallico Idiomate translata per Patrem Josephum Franciscum Fontana tom. 3. cap. 12. pag. 98. juxta impressionem Lucæ 1738. Typis Salani, & Giuntini.*

Verum sub dictis temporibus Religio Hierosolymitana ob vilem Militum timorem, reluctantibus generosis Equitibus Melitensibus, amisit Civitatem Tripolis, quam per annos 41. possederant Christiani, & Religio Hierosolymitana per annos 21. sola Arx nuncupata *La Goletta* in Christianorum manibus perduravit usque ad 1556. juxta narrationes, quas tradit *d. Abb. Justinianus pag. 249., & d. Pater Joseph Franciscus Fontana d. pag. 98 Comes Fontana à pag. 191.*

Tot Bellorum favorabilibus adversisque successibus lacessitus, animo tamen semper constanti, meruit dictus magnus Magister titulum Constantis: *d. Chronologia impressa Romæ anno 1709. per Dominicum Rossi.*

Quare ingenti Turcarum Classe, cum Turcarum Imperator Melitæ Insulam invasisset, eam strenue propugnarunt Equites Melitenses, & ad obsidione gloriose se liberaverunt: pro qua Victoria à Melitensibus obtenta, eos laudavit peculiaribus Litteris in forma Brevis sa. me. Pius IV., de quibus omnibus testantur *d. Pater Joseph Franciscus Fontana in Historia omnium Ordinum &c. Gallice scripta, & per eum translata in italicum Idioma d. tom. 3. cap. 12. pag. 99. juxta impressionem Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1738. Comes Fontana ubi supra pag. 184.*

Tandem magnus Magister ætate, ac meritis

ritis plenus, ob morum sanctitatem, & egregium Religionis suæ Gubernium, & de Republica Christiana benemeritus; totam enim Melitæ Insulam propugnaculis munivit, ut contra Barbarorum conatus tutam redderet, post Regimen añorum 16. mensium 10., & dierum 17., obiit in Domino die sexta Septembris anno 1553. *d. Chronologia magnorum Magistrorum in principio Statutorum Ordinis pag. 6., & in antedicta impressa Romæ 1709. Comes Fontana à pag. 161., usque ad 195.*

Imago hujus magni Magistri habetur in *d. Chronologia Romæ impressa per Dominicum Rossi* 1709. ubi cernitur ante pectus Crux Ordinis, & stemma propriæ Familiæ, & habetur Epitome Vitæ.

Quadragesimus Octavus magnus Magister fuit Frater Claudius della Sangle. Hic fuit electus in Civitate Melitæ die undecima Septembris anno 1553., & fuit tertius magnus Magister electus in dicta Melitæ Civitate: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag. 6. & in alia eorundem magnorum Magistrorum impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. *Abb. Justinianus pag.* 250. *d. Comes Fontana pag.* 195.

Fuit ille magnus Hospitalarius: *d. Comes Fontana ubi supra*.

Et tempore suæ Electionis morabatur Romæ apud Summum Pontificem Julium III. ordinarius Orator Religionis: *d. Chronologia ubi supra, pariter d. Comes Fontana allegata pag.* 195. *ac d. Justinianus d. pag.* 250.

Religio Hierosolymitana ad transferendum Melitam d. magnum Magistrum Romæ comorantem, Triremium Classem misit, Duce Equite Leone Strozzi. Conscensa Nave Religionis magnus Magister, superata maris tempestate, Melitam appulit, fuitque omnium plausu receptus. Se primum ad Ecclesiam contulit gratias Deo agendo, successive ad Magistrale Palatium: deinde obtinuit ab Imperatore, & Galliarum Rege, ut in pendentia Bellorum Religio Hierosolymitana in statu neutrali sisteret, ejusque bona existentia in utroque Regno immunia essent ab oneribus: *d Justinianus pag.* 250. *d. Comes Fontana pag.* 198., *& seq.*

Plures edidit, & reformavit Leges aptas ad Regimen temporum currentium, & leguntur in Statutis Religionis: *d. Chronologia impressa Romæ*.

Obiit magnus Magister die decima octava Augusti anno 1557. post cursum Regiminis trium annorum, undecim mensium, & septem dierum: *dicta Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutor. Ordinis pag. 6., & altera impressa Romæ per Dominicum Rossi* 1709 ubi quod pingue spolium Religioni reliquit. *Abb. Justinianus pag.* 251. *d. Comes Fontana pag.* 208.

Imago dicti magni Magistri adest in *d. Chronologia Dominici Rossi*, in qua conspicitur imago tenens ante pectus Crucem Ordinis cum Stemmate propriæ Familiæ.

Quadragesimus Nonus magnus Magister fuit Frater Joannes di Valletta ex Lingua Provinciæ, jam Prior Sancti Ægidii, electus magnus Magister 21. Augusti anno 1557. *Chronologia magnorum Magistrorum relata in principio Statutorum Ordinis pag. 6., & in alia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. *d. Comes Fontana pag.* 209. ubi, quod usque ad illud tempus vocatus fuit *Monsieur de Parisot* Frater Joannes de Valletta ex Familia Nobilissima, ex regione de Rovergues in Gallia.

Strenuissimus, & diligentissimus magnus Ma-

Magister Valletta plures pluresque Naves contra Turcas expedivit, pluraque certamina maritima, quibus pro majori parte potest Sacra Hierosolymitana Religio gloriari, quinque annorum spatio è manibus Turcarum cepisse quinquaginta Naves Turcicas oneratas mercibus Nauris repletas, & ut dicitur *cento pezzi di bronzo*, & bis mille Christi fideles Captivos in libertatem redegisse, ut narrat *d. Comes Fontana pag.* 215.

Idem munitissimam reddidit totam Melitæ Insulam, & undique armatam Tormentis bellicis, & Militum, Equitumque Aciebus, ut quoscumque Inimicorum impetus, atque aggressiones propulsare possent. Neque tardavit Turca Insulam aggredi, siquidem ingenti Classe Armatorum, plurimis Tormentis bellicis omnis generis illam invadit terra marique, & Arcem Sancti Elmi obsidet, & impetit summa vi tormentorum Bellicorum muralium obsidionalium innumeris concusserunt ictibus, quos fuisse plusquam decem, & octo mille memoriæ proditum est; unde Arx capta ab Hostibus fuit.

Non eadem porro Barbaris arrisit fortuna in obsididione Arcis Sancti Michaelis, & ipsius Urbis Melitensis; siquidem licet Turcę Melitam ipsam anno 1565. acerrime cinxerint, innumeris Militum copiis, tormentis Bellicis, machinisque circumvallassent: At magnus Magister Valletta, revera in Militari arte Magister magnus, obsessæ Insulæ defensionem ita disposuit, ut in omni parte munitissimam reddiderit Insulam, hinc atque hinc distributis Equitum copiis; quamobrem in cassum moliebantur Barbari in Urbem tentamenta, & coacti fuerunt obsidionem deserere, insigni reportata per magnum Magistrum Victoria, & Urbe, ac Insula liberata, ut late narrant *Abbas Justinianus à pag.* 253. *Comes Fontana à pag.* 215. *d. Pater Fontana tom.* 3. *Pater Dominicus Curioni ex Ordine Prædicatorum* in suo Volumine - *Il Glorioso Trionfo ec. della Religion Militare ec. de' Cavalieri di S. Giovanni lib.* 4. *à cap.* 4. *cum seq. juxta impreß. Neapolis Typis Scipionis Bonini* 1619. *d. Chronologia magnorum Magistrorum impreßa Romæ per Dominicum Roßi* 1709. cum Epitome Vitæ ejusdem magni Magistri.

Merito proinde magnus Magister, armis & pietate Vir insignis, primo Deo Optimo Maximo debitas gratiarum actiones egit, latoque Decreto in memoriam magnæ Victoriæ sanxit, quod quolibet anno solemnis supplicatio haberetur in die Festo Nativitatis Sanctissimę Virginis Mariæ, quo die reportata fuit Victoria, quæ quidem Processio ad majorem Ecclesiam hoc modo celebratur. Magnus Magister pro tempore, omnes pręcedens Equites, unus ex eis ad dexteram ejusdem elatum defert Religionis Vexillum, & ad sinistram Ephæbus aureum evaginatum, & elatum in manibus tenet ensem, sicque Sanctissimo Missæ Sacrificio ibidem assistens, cum legitur Evangelium, magnus Magister ab Ephębi manibus d. Ensem accipit, retinetque manibus toto tempore, quo legitur Evangelium, ut narrat *d. Pater Fontana d. tom.* 3. *Parte* 3. *cap.* 12. *pag.* 99. ubi probe subiungit, quod solum in dicta functione, quæ dicta die peragitur, in Ecclesia evaginatus Ensis conspicitur, nec ullus alius hoc facit, sed solummodo dicta die ita facit magnus Magister, erroneumque, & populare omnino est id, quod per ora vulgi volitat, Equites Melitenses indutos solemni Religionis Habitu, qui in Ecclesia dicti eorum

eorum Ordinis Missæ Sacrificio assistunt, nudatum Ensem manibus tenere, dum legitur Evangelium usque ad elationem sacratissimæ Hostiæ, ut sic demonstretur eos esse dispositos, & paratos manu certare in Fidei Defensionem.

Diximus deferri Ensem aureum ab Ephæbo, & teneri elatum à Magno Magistro tempore quo legitur Evangelium, & Sacratissima Ostia à Sacerdote extollitur. Sciendum siquidem est, quod hic idem Ensis, unà cum Pugione auro obrizo affabre elaborato, suis cum Capulis, & mnubrio aureis, ac pretiosissimis lapillis simili modo auro, gemmisque exornatis Vaginis, ob dictam ab Equitibus reportatam Victoriam, dono transmissa fuerunt præfato magno Magistro Joanni Valletta à gloriosissimo Monarca Philippo II. Hispaniarum Rege occasione ejusdem strenuæ defensionis Melitensis Insulæ, ac reportatæ Victoriæ superius relatæ, ut scribunt *Dominicus Maria Curioni Ordinis Prædicatorum in Libro Il Glorioso Trionfo della Sacrosanta Religion Militare ec. de' Cavalieri di S. Giovanni lib. 5 cap. 6. pag.* 338. ubi, quod dedicavit Sanctissimæ Virgini Ensem, & Pugionem data à d. Rege Catolico. *Comes Fontana ubi supra pag.* 235. *Abbas Justinianus Istorie Cronologiche degli Ordini Militari ec. Parte prima cap.* 21. *pag.* 251. *juxta impressionem Venetam Typis Combi, & là Nou anno* 1692. *d. Chronologia Roma impressa per Dominicum Rossi anno* 1709. cum Vitæ Epitome.

Recognitis siquidem temporibus dictæ ultimæ liberationis Insulæ, quæ successit tempore, quo Carolus V. se abdicaverat cum Imperio à Regno Hispaniarum, de se patet successisse dationem muneris Ensis fuisse tempore Philippi II. non Caroli V. unde per errorem antedictum munus factum tribuitur à Carolo V. *Pater Fontana tom.* 3. *Parte* 3. *cap.* 12. *pag.* 99.

Deinde idem magnus Magister Valletta omnem movit lapidem in constructione novæ Civitatis, pro qua Summus Pontifex Sanctus Pius V. summopere sollicitus tribuit triginta quinque millia scuta, ut inquit *d. Justinianus pag.* 256. *Comes Fontana ubi supra: d. Chronologia edita per d. Dominicum Rossi Romæ* 17 9

Ipse vero magnus Magister Valletta in novæ Civitatis constructione in Monte *Sebartas* primarium posuit lapidem, die Jovis 28. Martii hora 14. more nostro Italo, & ut dicimus *Minuti* 24 anno 1566. *d. Justinianus pag.* 256. *Pater Fontana pag.* 100. *d. Chronologia edita per Dominicum Rossi Romæ* 1709.

Quæ Civitas etiam de præsenti, de ejusdem nomine vocatur Civitas Valletta ex Decreto ipsius Concilii, ut apud *d. Justinianum pag.* 256. *Patrem Fontanam pag.* 100. *Comitem Fontanam pag* 299 *d. Chronologia Romæ impressa per Dominicum Rossi anno* 1709.

In illius autem constructione plusquam octo mille Fabri Murarii, Cæmentarii, & Operarii laboraverunt; utque citius moles compleretur, Summus Pontifex Sanctus Pius Quintus jussit, quod continuè, etiam Festis diebus laborarent: completa autem fuit ædificatio Civitatis Vallettæ, & pene absolutum opus anno 1571., sicut constat ex relatis per *Patrem Fontanam d. pag.* 100.

Cœterum, revera in universum completum fuit opus anno 1571. post mortem Magni Magistri Valletta, quæ successit 21. Augusti 1568. *d. Pater Fontana pag.* 100.

Magnus vero Magister de Monte, ex

Italiæ lingua, Successorque ejusdem Vallettę, Conventum ad eandem Civitatem Vallettæ totaque cum Religione die 18. Martii ejusdem anni 1571. transtulit solemniter: *d. Pater Fontana pag.* 100.

Tempore hujus magni Magistri de dicto anno 1571. retulit Christianorum Exercitus cum Equitibus Hierosolymitanis celeberrimam illam Navalem Victoriam de Turcis ad Echinadas Insulas, & moderne all' *Isole Corzolari*: *d. Pater Fontana pag.* 100.

Adeo hic magnus Magister Bello, & Pace clarissimus ab omnibus laudabatur, & dignus honoribus habebatur, ut Summus Pontifex Pius IV. eidem Sacram Cardinalium Purpuram obtulerit, quam præ humilitate acceptare renuit: d Epitome Vitæ relatæ in allegata *Chronologia Romæ impressa per Dominicum Rossi anno* 1709. *d. Pater Fontana d. tom.* 3. *pag.* 99.

Verus heros in omnibus, & non immerito Rex Catholicus eundem titulo magni Ducis Christiani nuncupavit. Ex illius aspectu Equitum, & Christianorum Militum animi robur ad arma confirmabatur, terror in Hostes excitabatur: in ipsis suis actionibus subsidium ab Oratione expostulabat, & Pietatis Operibus emicabat; hinc scuta centum auri assignavit fratribus Minoribus Observantiæ, qui custodię Sanctissimi Sepulchri Domini nostri Jesu Christi assistunt.

Tempore obsidionis Melitensis ipse indefessa charitate visitabat vulneratos, ipsisque in eorundem consolationem propria demonstrabat vulnera, cœterosque Pietatis, & Religionis actus gerebat, de quibus *Pater Curioni d. cap.* 5., *&* 6.

Duo tandem Capitula Generalia celebravit magnus Magister, & post cursum undecim annorum sui Regiminis ada, mussim completorum eadem die, qua obiit, scilicet die 21. Augusti 1668., ut refert *d. Chronologia in principio Statutorum Ordinis impressa pag.* 6. & alia, ut similiter dictum est, impressa *Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. *d. Comes Fontana pag.* 209., *&* 232.

Reliquitque Hęredem Religionem suam in spolio considerabili: *d. Justinianus pag.* 256. *d. Comes Fontana pag.* 238.

Imago hujus magni Magistri habetur in sæpe allegata serie *Chronologica edita per Dominicum Rossi anno* 1709.

Jacet dicti magni Magistri corpus tumulatum Melitę in Ecclesiæ Conventualis Sacello Sanctissimæ Virginis de Victoria, in cujus Sepulchro sequens Inscriptio legitur:

Ille Asia, Libiaque pavor, tutelaque quondam
Europę, edomitis Sacra per Arma Getis.
Primus in hac Alma, quam condidit Urbe Sepultus
Valletta æternus dignus honore jacet.

Quod Tetrasticon, ut supra ad litteram refert laudatus *Pater Dominicus Maria Curione Lector Theologus Ordinis Prædicatorum in Volumine* - *Il Glorioso Trionfo della Sacrosanta Religion Militare ec. de Cavalieri di S. Giovanni Gerosolimitano ec. lib.* 5. *pag.* 339. *juxta impressionem Neapolis Typis Scipionis Bonini* 1619. testaturque dictum Tetrasticon fuisse compositum ab Equite Fratre Oliverio Starquei Anglo in laudem sui Principis, & Prælati.

Easque Nobis sit, ad eruditionem transcribere ad litteram ea, quæ scripta reliquit *d. Pater Lector Theologus Ordinis Prædicatorum pag.* 340. loco superius allegato, super quibus omnibus fides sit penes Scriptorem, qui sic

sic scripsit. *E perciò fu degna cosa, che non solo gli Uomini, e le Donne Cristiane lo piangessero, ma che in fin il mare stesso, e gli Animali acrei, terrestri, ed aquatili ne mostrassero turbation grande, poiche nel medesimo tempo, che spirò quell' Anima benedetta, diede a traverso a Marsa Scirocco, una infinita quantità di Pesci maggiori de' Delfini: morì il suo Girifalco, Uccello dell' Armi sue mandatogli già in dono dal Re di Francia, morì il suo Papagallo, a lui tanto caro, il quale era così rosso, che sembrava un perfetto rubino: morì anco la sua Leonessa, la quale era tanto domestica, che bene spesso dormir soleva nella sua propria Camera. Ma il Cielo, che con allegrezza ricever voleva l' Anima di quel Principe, ch' era stato il terrore del Turco, fece nell' aere rimbombare con strepito, ed orrore de' mortali viventi una Gazzarra, ed una salva di Archibusate, mostrando, che in questo modo onora, e riceve il Cielo le Anime de' fedeli Capitani Christiani, benche ne resti la Terra desolata, e mesta.*

Quinquagesimus magnus Magister fuit Frater Petrus de Monte jam Prior Capuæ, electus die 23. Augusti anno 1568. *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum pag.* 7. *alia Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi* 1709. *d. Comes Fontana pag.* 239. *Abbas Justinianus pag.* 256. ubi quod erat *Cavaliere veloce nella colera, e facile nelle mutationi*.

Ortum habuit in Monte nuncupato *San Savino*, estque Terra Aretinæ Dioecesis, Consobrinus fa. me. Sumi Pontificis Julii Tertii: *d. Cronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. ubi adducitur Epitome vitæ illius: *Illustrissimus D. Eques Georgius Vivianus Marchesius Romanæ Curiæ Prælatus in Volumine - Galleria dell' Onore* in verbo *Arezzo*.

Ante Dignitatem Magisterii splendore, ac strenuitate, ac prudentia honorifica munera exercuerat in obsidione Rhodii, & Melitæ: *d. Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi*, una cum epitome illius vitæ anno 1709.

Capta possessione Magisterii, statim curam omnem, & sollicitudinem impendit, ut dictę novæ Civitatis Vallettæ ædificia perficerentur; ibidem propriam transtulit habitationem, & Conventum, declaratoque suo Locumtenente Equite Fratre Petro Justiniano Veneto Patricio jussit, quod idem una cum Commissariis ad habitandum se transferret, sicque designarentur viæ Plateæ, locaque Habitationum tam Religionis, quam Civium, quod omne approbavit Concilium, ut prosequitur *d. Justinianus pag.* 256., *& seq. d. Chronologia impressa per Dominicum Rossi Romæ* 1709.

Sub hoc magno Magistro rediit ad obedientiam Religionis celebre Monasterium Monialium Ordinis Sanctæ Marię de Sexena in Regno Aragoniæ, cujus Historia traditur ab *Abbate Justiniano, & Comite Fontana, ac d. Chronologia per Dominicum Rossi Romæ impressa anno* 1709., & Nos integre registramus in Discursu sequenti de eodem Ordine Hospitalario Sancti Joannis Baptistæ Hierosolymitani quoad Fœminas.

Idem magnus Magister probe agnoscens Navales expeditiones contra Infideles magnum incrementum Religionis rebus conferre universale, anno 1570. concessit licentiam Naves armandi sub Religionis Vexillo, reservato tamen sibi jure, ut vocant dell' *Armi-*

ragliato, hoc est novem pro quolibet centenario omnium depredationum: *d. Justinianus pag.* 258. *Comes Fontana pag.* 244.

Quod universale Indultum, brevi tempore implevisse mare Navibus Melitensibus Crucem extollentibus ad Barbarorum terrorem, eorumque eversionem, ac S. Religionis augmentum, testatur *d. Comes Fontana pag.* 244.

Durante magno Magisterio prælaudati magni Magistri Petri del Monte, Hierosolymitana Religio non leve subiit damnum; Siquidem cum Bello Cretico Turcarum Classis decem & octo Naves haberet, & Hierosolymitana solum novem constaret Navibus, robuste quidem, hæc licet viribus impar, restitit Barbaris: at longe major Navium numerus, duę Naves Hierosolymitanę succubuerunt, & in Barbarorum manus inciderunt, & cæterę mediante fuga, se in tuto posuerunt in Portu dicto *Della Suda*, ut inquit *d. Justinianus pag.* 259. *Comes Fontana pag.* 245. *d. Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi* 1709., ubi inquit, quod Triremes amissas invenit. Hoc Hirosolymitanæ Religionis infortunium adeo magni Magistri animum mærore affecit, ut ipse decreverit renunciare magno Magisterio; sed Sanctus Pius Quintus Summus Pontifex ab hujsmodi Renunciatione sua cum Epistola retraxit, ut refert *d. Chronologia impressa Romæ anno* 1709. *per Dominicum Rossi, cum Epitome Vitæ ejusdem*, et prælegatus *Pater Dominicus Curioni d. Libr.* 5. *cap.* 6. *pag.* 341. ubi, quod fuit Vir probæ, & timoratæ conscientię, & clarum evidensque signum demonstravit, *quando tentò di rinunciar il Magisterio per isgravio della coscienza sua, ma il Santo Pontefice Pio Quinto, che molto ben conosceva il suo valor, e la sua integrità non lo permise, esortandolo con una sua, a sostenere il carcico fin alla morte per onore e gloria di Dio, & utile del Popolo Cristiano, come fece poi veramente con molto aumento della sua Religione.*

Se postmodum Exercitiis Pietatis, & Religionis dicavit, & tandem in ætate Annorum septuaginta sex, post regimen Ordinis spatio Annorum trium, & mensium quinque, ac dierum quatuor obiit anno 1572. de Mense Januarii: *d. Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 7. alia *Chronologia magnorum Magistrorum impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. *Abb. Justinianus pag.* 259. *& pag.* 298. *Comes Fontana pag.* 239.

Imago d. magni Magistri habetur in *d. Chronologia magnorum Magistrorum Romæ, ut diximus, impressa año* 1709. *per Dominicum Rossi* cum Epitome Vitæ ejusdem magni Magistri, ac cum Stemate Familiæ, & Cruce Ordinis.

Quinquagesimur Primus magnus Magister fuit Frater Joannes le Vesquę della Cassiera ex Provincia Averniæ electus Melitæ: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 7. & in alia *impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. *Justinianus pag.* 259. *Pater Fontana d tom.* 3. *pag.* 101.

Electio hujus magni Magistri cum magna suffragiorum discordia peracta fuit: *Abb. Justinianus d. pag.* 259. *d. Comes Fontana pag.* 246.

Selim II. Turcarum Imperator teterrimus contra Christifideles Hostis, magis autem contra Equites Melitenses, quos debellare meditabatur, & Melitæ Insulam evertere; unde magnus Magister, le Vesque della Cassiera

fiera defensam valide paravit, munivitque Insulam, pariterque enciclicas Litteras expedivit convocatorias omnium Equitum cujuscumque Classis, ad comparendum coram magno Magistro Melitæ pro defensione Fidei Catholicæ, suæque Religionis Hierosolymitanæ: *d. Justinianus pag. 260.* ubi refert exemplum per extensum Litterarum præceptivæ convocationis Equitum Prioratus Venetiarum, qui Prioratus tunc temporis possidebatur à clar me. Cardinali Alexandro Farnesio in Commendam.

Diximus supra, electionem hujus magni Magistri non fuisse concordem in Suffragiis, imo inquit *d. Comes Fontana, poco mancò, che non seguisse l' esclusione*. Nunc subdimus, quod licet remanserit electus, & jam in possessione dignitatis Magisterii; nihilominus non cessarunt Equitum in Conventu degentium animorum dissentiones: cum enim magnus Magister, tam super Nosocomio, quam super regulis tradendis Receptoribus pro redditione rationis, ac super reformatione Tribunalis Castellaniæ, ac tandem super observantia antiquarum consuetudinum varia stabilimenta publicasset, hujusmodi sanctiones adeo Equitum animos exarcerbaverunt, ut in manifestam contra magnum Magistrum rebellionem eruperint, & in eum manus iniecerint, in carcerem detrudendo in Castro Sancti Angeli, & creaverint Locumtenentem magisterii Fratrem Matutinum de Lecust, nuncupatum Romegas. Habuit de his notitiam sa. me. Gregorius XIII. ex parte dicti magni Magistri; quapropter Summus Pontifex Commissarium Apostolicum Melitam misit, fuitque præclarus Romanæ Curiæ Prælatus, & Sacræ Rotæ Auditor Gaspar Vicecomes, jubendo ut tam magnus Magister, quam assertus Locumtenens Romegas, personaliter Romam adirent, ibique recognita justitia, atque ejusdem magni Magistri Innocentia, idem Summus Pontifex (cum medio quoque tempore obierit, d. Romegas) ad pristinam suam Dignitatem restituit, atque reintegravit magnis honorificentiæ signis; sicque Historiam hanc exponit *d. Dominicus Rossi in sæpe allegata Chronologia* cum epitome vitæ ejusdem magni Magistri *impress. Romæ anno* 1709., & consonant tradita per aliam *Chronologiam impressam in principio Statutorum Ordinis pag 7. per Justinianum pag. 259. Com. Fontan. pag. 147. d. Patr. Fontan. tom. 3. pag. 101.*

Tandem post laudabiles pro suo Ordine latas leges, de quibus in Volumine Statutorum, & post duorum Capitulorum Generalium celebrationem, & tandem post Regimen ejusdem sui Ordinis per cursum annorum octo, mensium decem, & 21. dierum, obdormivit in Domino Romæ 21. Decembris 1581. *d. Chronologia impressa in principio Statutor. Ordinis pag.* 7.

Imago d. magni Magistri, habetur in Chronologia *d. Dominici Rossi Romæ impressa anno* 1709.

Quinquagesimus secundus magnus Magister fuit Frater Ugo de Loubenx Verdalla, olim magnus Commendator, & Caput Linguæ Provinciæ, electus duodecima die Januarii 1582. Hæcque electio hoc modo peracta fuvit. Decesserat in Urbe, ut diximus, magnus Magister Joannes Le Vesque della Cassiera; hinc Sumus Pontifex Gregorius XIII. tres nominavit Equites magnæ Crucis ex Natione Gallica, ut eligerentur in magnum Magistrum, illi vero tres nominati

minati fuerunt, magnus Commendator Ugo de Loubenx Verdalla Prior Sancti Egidii, Frater Franciscus de Pannites & Bajulivus Manoasche, Frater Franciscus de Moreton, dictus Chabrillan, quas nominationes Sanctitas sua Melitam transmisit; ibidem Conventus Equitum solitis circumstantiis, ac servata forma servari solita in electione aliorum magnorum Magistrorum, elegit in magnum Magistrum dictum Fratrem Ugonem de Loubenx Verdalla *d. Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 7. alia *Chronologia impressa Romę per Dominicum Rossi anno* 1709. *Abb. Justinianus pag.* 262. *Comes Fontana pag.* 251.

Ortus erat in Aquitaniæ Provincia, & erat Vir promptus, atque facundus, olim in Urbe ad Summum Pontificem Religionis Orator: *Justinianus pag.* 263. *Comes Fontana pag.* 251., & 257. Hic facile dissentiones sub ejus Antecessore subortas composuit, & severiori disciplina, methodoque vivendi, mores reformavit: Prudentia quoque, ac industria à debitorum oneribus, quibus Religio gravata erat liberavit, imo Religioni suę dono dedit Trirerem propriam: *d. Chronologia impressa Romæ* 1709.

Romam adivit, cumque illius ęmulatores falsis accusationibus supponerent posse illum lacessire, contrarium accidit; nam fa me. Sixtus V. honorificentissime illum excepit, hospitatus est, illumque tenere amando, ipsum in Concistorio excepit, & super primum Cardinalem Diaconum locavit: *d. Chronologia Roma impressa anno* 1709.

Postmodumque die 18. Decembris idem Sixtus V. anno 1587. Romana Purpura exornavit, creavitque S. R. E. Cardinalem titulo Sanctæ Mariæ in Porticu: *d. Chronologia Roma impressa, d. Iustinianus pag.* 263. *Comes Fontana d. pag.* 252., *& seq.*

In Bellicis expeditionibus solicitus, perpendens egregia gesta per Equites Equestris, & Militaris Religionis S. Stephani Papę, & Martiris, quorum Classis munitissima, & strenuis referta erat Equitibus, qui tot de Barbaris victorias retulerunt, & Maria à Piratis servabant, si Classis hæc cum Melitensi concorditer militassent, majores Triumphi pro Christi Fidelibus pararentur, & hujusmodi Voti magnus Magister compos evasit, & dictę Classes junctim militarunt, ut narrant *d. Abb. Justinianus, & Comes Fontana locis superius allegatis.*

Sategit idem magnus Magister reformare Statuta: alia condidit decorem Religionis utilitatemque tangentia, quę in Volumine Statutorum leguntur, voluitque ut publicæ utilitatis commodo Typis imprimerentur, quod Opus commisit Equiti commendatori Fratri Joañi Baptistæ Rondinello Florentino, Sago & Toga Clarissimo, & revera Consanguineo Equitis Fratris Benedicti Rondinelli, qui anno 1416. obtinuit Commendam Sancti Jacobi nuncupatam vulgariter di Campo Corbolino in Prioratu Pisarum, ut videre est apud *Comitem Fontana pag.* 254. *& seq.*

Ipse idem statuit formam, & figuram Habitus magni Magistri, & Equitum: *d. Abbas Justinianus pag.* 263. *Comes Fontana pag.* 253.

Cœterum *d. Justinianus pag.* 263. *cum Allaia Manesson Maldet Gallo* notat, fuisse alias alteratam in aliqua parte figuram Habitus solemnis Magistralis ab antiquo, cujus antiqui Habitus formam præbet *d. Justinianus in antecedentibus paginis.*

Quo

Quo vero ad Habitum de novo iniunctum, sic loquitur *Justinianus d. pag.* 263. ibi - *Osservasi però consistere questo in una Sotana nera di Tabì l' estate, e di Panno nel Verno, aperta dinanzi. La stringe a' lombi un cinto, da cui pende una Borsa, o Saccocia in forma di tasco antico; al fianco destro sopra il petto la Croce, ragguagliata della maggiore grandezza rappresenta l' Insegna del capo della Religione; veste sopra la sottana una lunga Ruba, o un Rubone di Veluto, che si estende al di dentro per Terra, ed ha le maniche aperte riccamente cadenti. Alla parte sinistra verso la spalla di questa si vede pure espressa la stessa Gran Croce, come per ingemmatura del cuore, sopra di cui si appoggia; ma nelle giornate solenni, quando il Gran Mastro passa alla Chiesa, usa portare un lungo Mantello, che dicono a becco con ricco strascino per terra; ed ecco l' esemplare di tale Abito:* ibi enim *Justinianus* refert imaginem magni Magistri sic induti *sub n.* 264. *d. Justinianus d. pag.* 264. sic subiungit - *Ne' riferiti Statuti al tit. 2. del Ricevimento de' Cavalieri trovasi compilata l' essenza del Manto Capitolare, come pure della sopraveste Militare, prescrivendo, che il Manto sia nero, alla cui parte sinistra asino la Croce di tela di lino bianca, nel petto situata alla banda del cuore, acciò il Cavaliere l' ami con tutto il cuore, e con la dritta combatti: che tutti i Fratelli dell' Hospitale siano tenuti di portare una Veste, o Manto di color nero con la Croce bianca: nell' esercizio dell' Armi i Cavalieri portino le sopravesti rosse, con Croce bianca dritta, e liscia: non si dia l' Abito ad alcuno, il quale non abbia il Manto, che chiamano a becco, cioè di punta con la Veste lunga, e se sarà Cavaliere, o Servente, debba avere l' Armi con la Sopraveste Militare; e tutti li Fratelli dello Spedale siano sepeliti con Manto a becco, o a punta, e loro Croce bianca. E' questo Manto stabilito in memoria (secondo scrivono gli Statuti) in forma del Vestimento, che per penitenza portava San Giovanni Batista nel Deserto di Pelle di Camello, con maniche o braccia. In tale commemorazione consiste l' Abito solenne Drappo di seta nera, in una Veste larga talare con colare largo sopra le spalle, maniche larghe puntite al basso cadenti fino a mezza la gamba. Si legano una pazienza sopra le spalle del detto Drappo con due fascie lunghe, che passano sotto a brazzi, e girano sopra gli omeri fino da dietro la schiena, con ricco laccio, e sopra questa Pazienza stà la Croce alla Spalla sinistra. Nel Cordone del Manto, che appendono al collo per di dietro, intendono di esprimere i quindici Misteri della Passione del Redentore in esso espressi, ridotto all' uso corrente dal Maestro Nicola Cottoneto in questo secolo, e col Cingolo della Spada simboleggiano la castità; anzi imponendoglielo ai lombi, procurano di eccitare il Cavaliere all' osservanza di quella. Quindi si è stimato propria introdurre la delineazione di questi Abiti a chiara notizia degli eruditi, ne qui adietro addotti due esemplari, di Cavaliere gran Croce con Abito solenne di punta, e di Cavaliere in Abito Militare.*

Est autem figura Equitis Melitensis in Habitu Capitulari, & Habitu Militari posita in *pag.* 263. in praeallegato *Justiniano*.

Videri etiam possunt Imagines magni Magistri Equitis magnae Crucis Sacerdotis

cerdotis, & Armati penes *Patrem Philippum Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. sub n. 61. 62. 63.*, & apud *d. Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 2 pag. 98 pag. 233. pag. 235.* juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.

Et quoad Cruces hujus Ordinis auream nempe, & ex tela linea, sicut de Indumentis descriptis dicti magni Magistri, Equitum magnæ Crucis, Equitum in Bello, Sacerdotum etiam cum Rochetto ex novissima concessione, late superius in *præsenti Discursu Sect. 1. à n. 36. cum sequentibus à pag. 314. cum sequentibus paginis actum est.*

Pietatis, & Religionis operibus fuit undique liberalis; ædificavit ipse in Insula Conventum Cappucinorum: *Justinianus pag. 263. Comes Fontana pag. 253.*

Postremo meritis plenus obdormivit in domino, die quarta Maii 1595. *d. Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag. 7.* & alia *Chronologia impressa Romę 1709. d. Justinianus* ubi supra. *d. Comes Fontana pag. 257.*

Legitur in ejus Sepulchro existente in Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ Inscriptio hæc:

Illustrissimo D. F. Hugoni de Loubenx Verdallę Card. amplissi. Hierosolymitanæ Militiæ, cui annos XIII. mens. 3. dies vero XXI. honorifice præfuit, dignissimo magno Magistro, Principi Invictissimo, Prudentissimo, Barbaris Hostibus tremebundo, Catholicæ Religionis studiosissimo, in adversis forti, in prosperis circumspecto, moderato, provido, LXIV. ętatis suę anno Vita functo, universa Religio mærens; hoc supremum Pietatis Officium ultro, libensque reddidit. Obiit nonas Maii A. D. MDXCV.

Quæ inscriptio est etiam impressa apud *d. Justinianum pag. 266.* apud *d. Collectorem Gallum d. tom. 2. pag. 186.*

Imago hujus magni Magistri, & S. R. E. Cardinalis habetur in præallegata *Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno 1709* ubi conspicitur cum epitome vitæ ejusdem magni Magistri etiam Stemma suæ Familiæ cum Cruce Ordinis, & super idem Stemma adest Pileus Cardinalitius.

Quinquagesimus Tertius magnus Magister, electus fuit die octava Maii 1595. Frater Martinez Garzes ex Lingua Aragoniæ, olim Castellanus Emposte: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statuti Ordinis pag. 7.*, & alia *Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno 1709. Abb Justinianus pag. 266. d. Comes Fontana pag. 257.*

Fuit hic magnus Magister generosissimi cordis, & in rebus ad Navigationem spectantibus optime instructus; idcirco Classem Religionis contra Barbaros pugnaturam jussit per maria decurrere, pluries certavit, victoriasque retulit, quas recensent Scriptores, inter quos *d. Justinianus d. pag. 266. d. Comes Fontana à pag. 258. cum seqq.*

Summopere incubuit, ut Insula Annonæ copia abundaret, & munita redderetur Insula del Gozzo contra quęcumque Turcarum tentamenta: idcirco ibidem construxit Arcem de suo nomine nuncupatam *di Garzes*: *d. Chronologia impressa Romæ anno 1709 per Dominicum Rossi*, una cum epitome vitę illius.

Nec minori sedulitate curavit, ut Statuta, legesque Ordinis religiose servarentur

varentur, tantaque humanitate imperavit, ut facile omnium amorem cum obedientia conciliaret inter ipsos suos Religiosos: *d. Chronologia impressa Romæ anno* 1709, ubi quod etiam Congregationem instituit pro gubernio Triremium

Præterea in Civitate Vallettæ fundavit Monasterium nuncupatum *Delle Repentite; d. Chronologia Romæ impressa d. anno* 1709.

Rexit magnum Magisterium spatio annorum quinque, octo mensium, & dierum vigintinovem, & in ætate annorum sexaginta quinque obiit anno 1601. *d. Chronologia impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 7., *& in d. alia Chronologia impressa Romæ* 1709. *d. Comes Fontana pag.* 257.

Imago hujus magni Magistri habetur in *d. Chronologia Romæ impressa anno* 1709. una cum Stemmate suæ Familiæ, & Cruce Ordinis.

Quinquagesimus Quartus magnus Magister fuit Frater Allophius Wignacourt Gallus, decima die mensis Februarii añ. 1601. electus, qui alias habebat munus Hospitalarii, & Caput erat Linguæ Franciæ: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 8. alia *impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. *d. Justinianus pag.* 266. *d. Comes Fontana pag.* 262. qui illum per errorem impressionis appellat Aloysium.

Apud omnes Christianos Principes magnam habuit existimationem: à Clemente VIII. Summo Pontifice in quibusdam Litteris in forma Brevis laudatur; à Ferdinando II. Imperatore cum Titulo Serenissimi decoratum fuisse, inquit *Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709.

Cumque esset fortis Bellator, cum Classe suorum Equitum plures cepit, expugnavitque Civitates, quas distinctim enumerat *d. Chronologia Dominici Rossi, & Abb. Justinianus à pag.* 366. *cum seqq.* Melitam ab oppugnatione Acmeti I. Turcarum Imperatoris defendit: *d. Chronologia impressa Romæ* 1709.

Instituit Montem Redemptionis Captivorum, Magistratum, Armamentarium: fundavit insignem Collegiatam Cryptæ Sancti Pauli; in variis Insulæ partibus plures Arces erexit; Aquæductus amplissimos construxit, ut aqua in Civitate Vallettæ duceretur: *d. Chronologia Romæ impressa anno* 1709.

Hic magnus Magister Sancti Joannis Hierosolymitani, vigore unionis factæ à Summo Pontifice, Titulum adhibuit magni Magistri Militaris Ordinis Sancti Sepulchri, quem Titulum Successores in Magisterio Hierosolymitano adhibuerunt, & de præsenti adhibent: *d. Chronologia Romæ impressa anno* 1709.

De dicta Unione Militaris Ordinis Sancti Sepulchri Domini nostri JESU CHRISTI facta ab Innocentio Octavo Militari Equestri Ordini Sancti Joannis Hierosolymitani, fuse egimus in præsenti *Discursu CXXVIII. Sect.* 10. *§. In quibusdam cum seqq. a pag.* 170. *cum seqq:* ubi de usu d. Tituli.

Post laudatissimum magni Magistri Regimen spatio viginti unius anni, septem mensium, & quatuor dierum, die 14. Augusti obiit anno 1622. *d. Chronologia impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 8., *alia impressa Romæ* 1709. *d. Comes Fontana dicta pag.* 262.

Imago d. magni Magistri habetur in *d. Chronologia Romæ impressa per Dominicum Rossi anno* 1709, una cum Stemmate suæ Familiæ, & Cruce Ordinis.

Quinquagesimus Quintus magnus Magister

ster fuit Frater Ludovicus Mendez de Vasconcellos Lusitanus olim Prior Acri. Hic electus fuit die decima septima Septembris anno 1622. *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag. 8. alia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno 1709. Abbas Justinianus pag. 269. Comes Fontana pag. 278.*

Ortus hic erat in Civitate Eboræ in Regno Lusitaniæ: Vir fuit humanissimis moribus exornatus, & in rebus agendis aptissimus, ut in exercitis muneribus Ducis, & Generalis Triremium suas patefecit Virtutes, quibus perpensis à suo Antecessore de Wignacourt, ante obitum selectus, & uti magis dignus, Electoribus specialiter propositus, ut notat *d. Chronologia impressa Romæ anno 1709.*

Si invida mors, brevi unius anni curriculo optimum hunc non abstulisset magnum Magistrum, jure expectabat Religio Gubernii genus perfectum, in justitia, æquitate, atque strenuitate. At idem obiit die septima Martii 1623. repletus sensibus Viro Principe Christiano, & perfectissimo Religioso dignis: *d. Chronologia in principio Statutorum Ordinis pag. 8.* alia impressa Romæ *per Dominicum Rossi anno 1709. d. Comes Fontana pag 278. & seq.*

Imago huius magni Magistri una cum Epitome Vitæ habetur in *d. Chronologia Romæ impressa anno 1709.* ac cum Stemmate suæ Familiæ, & Cruce Ordinis.

Quinquagesimus Sextus magnus Magister electus fuit Frater Antonius de Paula ex Provincia, Prior Sancti Ægidii, & electio peracta fuit die decima Martii anno 1623. *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statut. Ordinis pag. 8.*, & in alia *impressa Romæ anno 1709. per Dominicum Rossi* cum Epitome vitæ: *Justinianus pag. 272. in suis Historiis Chronologicis Ordin. Militarium &c. juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Nou 1692. Comes Fontana pag. 280.* Hanc electionem ægre ferentes ejusdem adversarii, impugnare tentarunt in Curia Romana: At magnus Magister à cunctis se reluit, ut inquit *d. Chronologia impressa Romæ anno 1709.*

Magnus hic Magister munitissimam Classem Triremium contra Insulam, & Arcem Sanctæ Mauræ instruxit, quorum locorum Piratæ, hinc atque hinc Christianos infestabantur, dictasque Insulam, & Arcem generose Hierosolymitani Equites expugnaverunt, & postea incendiis consumpserunt. Historicam seriem distincte describunt *d. Justinianus à pag. 269. Comes Fontana in Vitis magnorum Magistrorum in Vita d. Antonii de Paula à pag. 281. Pater Fontana Storia degli Ordini Monastici, e Militari tradotta dal Francese tom. 3. cap. 22. pag. 103. juxta impress. Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini pag. 738.*

Restauratis viribus, Navali Classe 1629. captivum acceperunt *il Bassà d' Uraim*, & anno 1631. magnam Navem ceperunt Equites, vivente eodem magno Magistro Antonio de Paula: *d. Pater Fontana d. pag. 102.*

Obiit d. magnus Magister anno 1639. post gloriosum Regimen tredecim annorum: *Justinianus, & Comes Fontana ubi supra.*

Fabricam Casalis *di Paola* erexit, ibique Ecclesiam construxit Sanctæ Ubaldeschæ dicatam: eadem *Chronologia impressa Romæ anno 1709. per Dominicum Rossi.*

Vitæ autem dictæ S. Ubaldeschæ historicam seriem, vide supra in præsenti *Dis-*

Discursu CXXVIII. Sect. 8. à pag. 658. cum seq.

Ipse fundum reliquit pro constructione Triremis, ipse Monimenta *Floriane* nuncupata incæpit ad defensionem, & commodum Populorum: *d. Chronologia Romæ impressa anno 1709.*

Ipse primus fuit, cui Titulus Eminentiæ, ac Eminentissimi vigore Decreti san. me. Urbani VIII. fuerit tributus; *d. Chronologia Romæ impressa anno 1709.*

Nos quidem in hoc ipso *Discursu* 128. §. *Idem Sect.* 4. *pag.* 363., *&* *Sect.* 10. §. *cæterum pag.* 670. exposuimus hujus Tituli Historiam.

Fuit cunctis Virtutibus exornatus hic magnus Magister, ob quas san. me. Urbanus VIII. peculiaribus Litteris in forma Brevis ipsum laudavit, Capitulum Generale celebravit, variis editis legibus, quæ etiam de præsenti servantur: *d. Chronologia impressa Romæ anno 1709.*

Tandem post administratum Magisterium spatio annorum 13. mensium 2., & 29. dierum anno Domini 1636. obiit: *d. Chronologia in principio Statutorum Ordinis pag.* 8., & in alia *impressa Romæ* 1709. *Comes Fontana pag.* 280.

Imago dicti magni Magistri habetur in *d. Chronologia impressa Romæ* 1709. cum Stemmate suæ Familiæ, & Cruce Ordinis.

Quinquagesimus Septimus magnus Magister fuit Frater Joannes Paulus de Lascaris Castellar Patricius Niciensis, electus 1636. die 13. Junii: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 8., alia *Chronologia eorundem magnorum Magistrorum à Dominico Rossi impressa Romæ anno* 1709. *Abbas Justinianus pag.* 272. *d. Comes Fontana pag.* 302.

Hic magnus Magister Lascaris Castellar fuit ex Nobilissima Stirpe Comitum di Ventimiglia, descendente ab Imperatoribus Orientis, fixa in Civitate *Nicea* in Provincia. Fuit morum candore, & integritate conspicuus, prius Bajulivus Manoaschæ: *d. Chronologia Dominici Rubei.*

Ille Commendam Niciensem fundavit, ille addidit septimam Triremem vocatam Magistralem cum sua Dote pingui: ad Populum in armorum exercitio servandam Militiam Urbanam instituit, octo mille Militibus constantem, quibus plura concessit Privilegia. Melitæ Propugnaculum Sanctæ Margharitæ erexit, & in Insula Gozzi similiter Fortalitium ædificavit, totamque Insulam Melitæ ære suo munivit: Regio apparatu Cardinalem Triultium Siciliæ Pro Rege excepit: *d. Chronologia magnorum Magistrorum Romæ impressa anno 1709.*

Sub Gubernio hujus magni Magistri Joannis Pauli de Lascaris Classis Equitum Hierosolymitanorum magnam Navem Turcarum, appellatam *la Sultana* cæpit, euntem ad Mediam, vulgo *Mecha.* Condebatur in dicta Nave Turcica insignis pecuniarum avri, & argenti vis; plura aderant etiam Vasa avrea, & argentea, gemmæ aderant pretiosæ, ac pretiosa pariter supellex; itaut prædictarum omnium rerum valor excederet duorum, ut dicitur *Millioni*; ut testatur *d. Comes Fontana pag.* 320. *Pater Fontana in Historia Ordinum Monasticorum, & Militarium ex Gallica lingua in nostram Italam translata tom.* 3. *par.* 3. *cap.* 12. *pag.* 102. *juxta impressionem Lucensem anni* 1638 *Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini.*

In eadem capta Nave plures quoque aderant Mulieres ex Turcarum genere, quæ captivæ remanserunt una cum Infantulo quinque annorum nobilis

bilis indolis: *d. Justinianus pag.* 274. *d. Comes Fontana pag.* 320.

Antedictus auri & argenti Thesaurus ingens, & non nisi Viro Principe dignus, qualitas Infantuli, ac Voces, quę circumferebantur, esse Filium Sultani Ibraimi suadebant; quapropter magnus Magister, annuente Concilio statuit, ut a Mulieribus Turcisis captivis idem separatim aleretur, Custodibus assignatis, juxta morem Virorum Principum. Sæpe etiam quando magnus Magister Prandium, in publico ut dicitur, sumebat, d. Infantulus eidem mensæ accumbebat, ut scribit *Justinianus d. pag.* 275. *d. Comes Fontana* pag. 321., *& seq.*

At insuper magnus Magister ejusdem Infantuli Animæ salutem zelans, successive instruere fecit illum in Christiana Catholica Fide, ac abiurata Maumeti nefaria lege, eundem Sacrosancto Baptismi Sacramento insigniri curavit; unde postmodum vocatus à Deo, Religioni Patrum Prædicatorum Sancti Dominici nomen dedit, Regularem emmittendo Professionem sub nomine Dominici Ottomani, & in eadem Sancti Dominici Religione, ardenti Sapientiæ, & Pietatis Studio se exercuit, & ad obitum usque Religiosam Vitam, potiorem, & antiquiorem habuit Orbis imperio, ad quod jure Sanguinis vocabatur: *Pater Graveson Historia Ecclesiast. Tom. 8. Parte Prima Colloquio Primo pag. 11. juxta impressionem Romæ Typis Tinassi* 1721. *d. Cronologia magnorum Magistrorum impressa Romæ* 1709. *per Dominicum Rossi*.

Cum autem idem Pater Dominicus Ottomani Religionem Sancti Dominici ingressus fuerit anno 1658. ut scribit *d. Pater Fontana d. Tom.* 3. *pag.* 103. fatendum est, Habitum Dominicanum induisse, non sub d. magno Magistro Paulo Lascari, qui mortuus est anno 1657. ut infra dicemus, sed sub ejus Successore magno Magistro Martino Redin, de quo infra loquemur.

Non defuere, qui scriptum reliquerunt d. Patrem Dominicum Ottomani non fuisse Filium Primogenitum Ibraimi; verum omnes, & singulas futiles objectiones de medio tollit solide *d. Pater Graveson à pag.* 12. *cum seqq.* ostenditque dictos Scriptores esse gloriç Dominicanæ Familiæ æmulos, sed incassum.

Postremo quoad d. magnum Magistrum Lascari, subdimus, ipsum post regimen annorum 21. & duorum mensium, obiisse decima quarta Augusti 1657. ut in d. Nomenclatura *impressa in principio Statuti Ordinis pag.* 8.

Et quod obierit in ætate annorum nonaginta septem, refert *alia Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709.

Imago d. magni Magistri habetur *in d. Chronologia magnorum Magistrorum impressa Romæ per Dominicum Rossi Anno* 1709., ubi habetur Stemma ejus Familię cum Cruce Ordinis, & Epitome Vitæ.

Quinquagesimus Octavus magnus Magister fuit Frater Don Martinus di Redin Aragoniæ. Electus fuit die 17. Augusti anno 1657. dum erat Vice-Rex Siciliæ pro Rege Hispaniarum: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis Hierosolymitani pag.* 8., & in alia impressa *Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. cum epitome Vitæ ejusdem magni Magistri: *Abbas Justinianus pag.* 280. *Comes Fontana pag.* 334

In cunctis, quæ ipse magnus Magister pro sua Religione exercuit muneribus, summam sibi comparavit laudem: ipse

se enim in Urbe Religionis suæ Orator fuit, & in Hispaniis idem munus exercuit; fuit, ut dicitur, Mastro di Campo Generale Triremium Siciliç, & Neapolis: *d. Chronologia impressa Romæ anno 1709.*

Fuit Pro-Rex Siciliæ: *d. Chronologia Romæ impressa anno 1709.*

Propriis sumptibus construxit in Melitç Insula tredecim Turres pro illius munitione: *d. Chronologia Romæ impressa 1709.*

Anonæ copiam servavit: eadem *Chronologia anno 1709. Romæ impressa.*

Occasione, qua idem magnus Magister visitavit Civitatem dictam *Notabile*, in Ecclesia Sancti Pauli reliquit proprium Ensem, ad perpetuam rei memoriam: *d. Chronologia Romæ impressa anno* 1709.

Omnibus Christianis Principibus se obtulit militare, pro aquisitione locorum Terræ Sanctæ, & quidem non alio Titulo, quam gregarii Militis: eadem *Chronologia Romæ impressa anno* 1709.

Post brevem Regiminis duorum annorum, quatuor Mensium, & decem novem dierum cursum Anno *1660.* in ætate annorum Septuaginta obiit: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutor. Ordinis pag.* 8. alia ut diximus, *impressa Romæ anno 1709. per Dominicum Rossi*, ubi loco quatuor Mensium ponit quinque Mensium.

Imago d. magni Magistri habetur in sæpe dicta *Cronologia Romæ impressa* 1709. ubi adest Stemma suæ Familiæ cum Cruce Ordinis.

Quinquagesimus Nonus magnus Magister fuit Frater Anetus de Claramont de Chattes Gessans, ex Lingua Alverniæ, jam Bajulivus Lugudensis, electus in magnum Magistrum die nona Februarii 1660. *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 8. *Alia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno 1709. Abb. Justinianus pag. 280. Comes Fontana pag. 337.*

Vix assumpto Gubernio, statim cogitavit de Triremium Classe transmittenda ad Bellum Cresense; sed brevissimum sui Gubernii tempus executionem abstulit: rexit enim tantummodo spatio trium mensium, & dierum viginti trium; unde repetere possumus ipsum suæ Religioni ostensum magis, quam datum fuisse: obiit enim die secunda Junii *1660.* in ætate Annorum septuaginta trium: *d. Chronologia impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 8., *& in alia impressa* Ro*ma 1709. d. Justinianus, & Comes Fontana.*

Imago d. magni Magistri cum Stemmate suæ Familiæ, & Cruce Ordinis habetur *in d. Chronologia impressa* Ro*ma anno* 1709.

Sexagesimus magnus Magister fuit Frater Don Raphael Cottoner ex Prioratu Catalauniç, jam Bajulivus Majoricæ ejus Patriç. Electus fuit die *16.* Junii *1660. Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 8, & in alia impressa *Romæ per Dominicum* R*ossi anno 1709. Abb. Justinianus pag.* 280. *Comes Fontana pag. 339.*

Fuit Vir Prudentiæ, Humanitatis, & Bellicæ Strenuitatis conspicuus, ac Pietate: unde Conventualem Ecclesiam Sancti Joannis ornamentis ditavit: *d. Chronologia Romæ impressa per Dominicum* R*ossi anno* 1709.

Obiit 20. Octobris *1663.* rexitque Dignitatem Magisterii spatio annorum trium, quatuor mensium, & 15. dierum: *d. Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 8., alia *Chronologia*

gia impressa Romę 1709. per Dominicum Rossi.

Imago dicti magni Magistri Raphaelis Cottoneri habetur in *d. Chronologia per Dominicum* Rossi *Roma impressa* cum epitomæ vitæ ejusdem magni Magistri, Stemmate suę Familiæ, ac Cruce Religionis.

Sexagesimus Primus magnus Magister fuit Frater Don Nicolavus Cottoner Majoricensis, electus post mortem prę laudati Don Raphaelis ejus Fratris die 23. Octobris anno 1663. Sicut enim Nicolavus successerat Fratri in Bajuliv. Majoricen., ita & successit in magni Magistri Dignitate d. ejus Fratri magno Magistro Raphaeli Cottoner: *Chronologia magnorum Magistrorum impress. in principio Statutorum ejusdem Ordinis pag.* 8., & in alia *Chronologia impressa Romę per Dominicum* Rossi *anno* 1709., ubi refertur Epitome vitæ ejusdem magni Magistri: *d. Abb. Justinianus pag.* 281. *d. Comes Fontana pag.* 343.

Princeps fuit omni Virtutum genere ornatus, Prudentia scilicet, magnanimitate, humanitate, ac liberalitate. Ipse enim liberali manu indigentiis suę Religionis attitit, in Populi præsidium Navali Classe ad defensionem Insulæ Cretensis, & grassante in Melitensi Insula Peste, in & Annonæ caritate auxilium præbuit.

Prętęrea Insulam Melitæ munivit, addendo propugnacula in loco Sanctæ Margaritæ, cui merito impositum fuit nomen *Della Cottonera*; ac Molem ad Mare construxit: *d. Chronologia Roma impressa d. anno* 1709. *d. Justinianus pag.* 283., ubi quod hæc munimenta tuebantur *il Coradino, la Città Sangleà, la Città Vittoriosa, Il Forte Santà Margarita con tutto il Borgo.*

Propugnaculum *Ricasoli* dictum in meliorem formam redegit assignatis Reditibus pro manutentione præsidiariorum Militum: *d. Chronologia Romæ impressa anno* 1709.

Vallettę Civitatem pulcherimis ædificiis nobilitavit. In Valetudinario Medicinæ, ac Anothomiæ Cathedram fundavit: *d. Chronologia Romę anno* 1709. *impressa.*

Ecclesię Sancti Joannis suppelectilem donavit, piis adauctis fundationibus *d. Chronologia.*

Accidit autem, quod cum Melitensis Classis ad Bellum Cretense pro Venetis militaret, orta est contentio super præcedentia eundi, & incedendi per mare, quæ in causa fuit, ut ab ea Melitenses recederent, sicut refert *d. Justinianus pag.* 281. *Comes Fontana pag.* 345., & 349.

In ætate annorum septuaginta trium, & meritis clarissimus, post cursum sexdecim annorum, sex mensium, ac sex dierum anno 1680. obiit: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum pag.* 9., & in alia *Chronologia impressa Roma per Dominicum* Rossi 1709. *d. Justinianus pag.* 283. *d. Comes Fontana pag.* 343. & 349.

Imago dicti magni Magistri Nicolai Cottoner habetur in principio *Voluminis Statutorum Ordinis Hierosolymitani, juxta impressionem anni* 1674. *in Burgo Novo, in Marchionatu di Roccafort Typis Cameralibus*, quæ Statutor. impressio est dicata dicto magno Magistro Nicolao Cottoner, & in fronte ejusdem Voluminis adest Stemma Ordinis, cum Stemmate Domus Cottoneri, & sub imagine dicti magni Magistri adest planta d. Civitatis Cottoneræ.

Rursus Imago ejusdem magni Magistri cum suo Stemmate, & Cruce Ordinis adest in *d. Chron. impres. Roma* 1709.

Sexa-

Sexagesimus Secundus magnus Magister fuit Frater Gregorius Caraffa ex Principibus Roccellę, & jam Prior ejusdem, de Jure patronatus Nobilissimę suæ Familiæ ex Lingua Italiæ: electus fuit in magnum Magistrum die secunda Maii anno 1680. *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 8. *Alia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. *Abb. Justinianus pag.* 283. *Comes Fontana pag.* 350. *Pater Joseph Franciscus Fontana in traductione in Linguam Italicam Historia Gallice scripta, Storia degli Ordini Monastici, Religiosi, e Militari tom.* 3. *cap.* 12. *pag.* 103. *juxta impressionem Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini anno* 1738

Hujus magni Magistri Vitę seriem, non immerito unum cum vigili Hoste conflictum appellamus; semper enim contra Turcas certavit: cum enim esset Melitensium Triremium Generalis, strenuitatem suam in illa anni 1656. à Venetis reportata Victoria contra Turcas ad *Dardanellos* ostendit, & sub eodem magno Magistro Veneti cum Melitensium Equitum subsidio Sanctæ Mauræ Urbem, & Arcem, & successive Nicopolim, vulgo *Prevesa* ceperunt, & *Coron*, ac constanter contra Turcas Piratas per Maria gloriose sæpius certarunt, ad tradita per *d. Chronologiam magnorum Magistrorum impressam Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. *d. Comitem Fontana* ubi supra, & pariter *d. Patrem Fontana d tom.* 3. *pag.* 104.

Novis Ædificiis per longum spatium Civitatem Vallettæ auxit, complectendo in ea Castrum Sancti Elmi, cujus etiam mœnia renovavit collabentia, Palatio autem Italicæ Linguæ Fabricam addidit conspicuam, ac magnificentissimi animi sui monumenta reliquit. Quibus Virtutibus se acceptum reddidit, & carum sa. me. Summo Pontifici Venerabili Innocentio XI. qui omnibus etiam perspectis, Fortunatum Caraffam Germanum Fratrem ejusdem magni Magistri ad Sacram Purpuram evexit.

Præcipue in Pietatis, & Religionis rebus se solicitum semper ostendit; unde tempore sui Regiminis pars Equitum obtinuit à magno Magistro facultatem propriis eorundem Equitum sumptibus augmentum Fabricæ cujusdam Palatii Religionis, & in eo conjunctim vivere, ac in communi, sub nomine di *Camerata*, & se exercere in Pietatis, Devotionis, & Religionis Officiis, ut innuit *d. Chronologia Romæ impressa anno* 1709., & late describitur *à Comite Fontana pag.* 336., & *seqq.*

Post cursum decem annorum, duorum mensium, & dierum viginti in Regimine Magisterii, jam in ætate annorum septuaginta duorum, obiit in Domino de mense Julii 1690. *Chronologia Romæ impressa* 1709 *d. Comes Fontana pag.* 370.

Imago antedicti magni Magistri habetur in *d. Chronologia Dominici Rossi Romæ impressa anno* 1709. cum Epitome Vitæ ejusdem, ac Stemmate suæ Familiæ cum Cruce Ordinis. Affertur etiam Imago hujus magni Magistri ab *Allain Menesson Mallet* in ejus Opere, cui Titulus - *Description de Univers ec. Chez Denys Thierry* 1683. *tom.* 3. *pag.* 45.

Post mortem præfati magni Magistri Equites extollere fecerunt pulchram Equestrem Statuam dicti magni Magistri in fronte Palatii Linguę Italiæ cum elogio ejusdem magni Magistri, ut testatur sæpe laudatus *Comes Fontana pag.* 371.

Sexa-

Sexagesimus Tertius magnus Magister fuit Frater Adrianus Wignacourt, ex Lingua Franciæ electus *1690.* die 27. Julii: *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutor. Ordinis pag. 9. alia Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi* 1709. *Comes Fontana pag.* 372.

Ipse fuit Nepos magni Magistri Allophii de Wignacourt: *Chronologia impressa in principio Statuti d. pag. 9., & alia impressa Romæ* 1709. *Comes Fontana pag.* 372.

Fama est, quod dicti magni Magistri Adriani ad Religionem Hierosolymitanam vocatio hoc modo successerit. Cum Mater gravida esset de illo, & super hoc scripserit Fratri Allophio Germano Fratri illius mariti, & dictus Allophius magnus Magister respondit Fratri, quod si Proles masculina fuisset, quatenus vellet dicare Religioni Hierosolymitanę, ipse reservasset Commendam proportionatam qualitati Nepotis. Fuitque à Matre acceptata promissio; unde statim ac in lucem venit Masculus, eidem Masculo tradita fuit Crux Hierosolymitana: sic narrat *d. Comes Fontana pag.* 373. *& seq.*

Hunc magnum Magistrum laudant summopere Historici, testanturque illum fuisse natura benignissimum, Moribus innocentissimis, Pietate admirabilem, & ævo Vitæ suæ probitatem usque ad mortem servatam, ut inquit *d. Chronologia impressa Romæ* 1709. *Comes Fontana pag.* 373. ibi — *Era questo Signore dotato di una tal modestia, che nulla più vi voleva per farlo arrossire, salvo che giungesse alle sue orecchie una parola, anche leggermente sconcia, onde è, che per non offendere il verginal candore, niuno ardì mai di proferire alla sua presenza, anche nella conditione di Cavaliere privato, parola, che non fosse del tutto modesta.*

Tantaque humanitate, & benignitate fuerat prędìtus, ut nullum majus tormentum experiretur, quam cum annuere nequibat petitionibus eidem porrectis: *d. Comes Fontana pag.* 373.

Classem suam ad Bellum Insulæ Chiensis pro Venetis transmisit, & hujus Ope Victoriam obtinuere.

Post regimen per annos sex, sex menses, & undecim dies, ab hac vita migravit die secunda Februarii anno *1697.* *d. Chronologia impressa in principio Statut.* quæ licet quoad dies errorem afferat, concordat tamen in anno, & mense: alia *Chronologia impressa Romæ anno* 1709. errat pariter in numero dierum, concordat in mense, & anno: *d. Comes Fontana pag.* 372.

Imago dicti magni Magistri habetur in antedicta *Chronologia Romæ per Dominicum Rossi impressa anno* 1709. ubi habetur pariter Stemma suæ Familiæ cum Cruce Ordinis.

Sexagesimus Quartus magnus Magister fuit Frater Raymundus Perellos e Roccafull ex Civitate Valentię, ex Lingua Aragoniæ, & Castellaniæ d' Emposta, jam Bajulivus Eubææ, vulgo *di Negroponte*, electus die septima Februarii *1697.* *Chronologia magnorum Magistrorum impressa in principio Statutorum Ordinis pag.* 9 estque ultimus qui nominatur *in d. Chronologia impressa in principio Statuti Ordinis pag. 9.* sicut in alia *Chronologia impressa Romæ per Dominicum Rossi anno* 1709. ubi est ultimus nominatus: ponitur autem creatio in magnum Magistrum sub d. die & anno *1697.* *d. Com. Fontana pag.* 375.

Fuit autem, & resplenduit repletus zelo honoris erga suam Religionem; proinde

proinde suis Religiosis prohibuit usum Vestium cum Auro, & Argento, jussitque eos incedere non minus Vestibus reformatis, ac innocentibus, quam moribus. Vetuit Populo generaliter inutiles pompas seculi: *d. Chronologia Romæ impressa anno* 1709.

Auxit quidem honorificas prærogativas, in Tribunalibus Justitiam servari mandavit, & fategit, quantumque fuit rectus in pœnis infligendis, tantum liberalis extitit in præmiis largiendis: *d. Chronologia Romæ impressa anno* 1709.

Divinum cultum summopere adamavit, unde Conventuali Ordinis Ecclesiæ dono dedit, *un ricco apparato di finissimi Arazzi, e di preziose, e sacre Supellettili: d. Chronologia impressa Romæ* 1709.

Tandem propriis sumptibus magnam construxit Navem, suasitque suæ Religioni constructionem aliarum trium Navium pro tuitione maris Mediterranei: *Chronologia impressa Romæ* 1709.

Obiit dignissimus magnus Magister decima Januarii 1720. in munere Magisterii vixit annos 22. undecim menses, & dies viginti sex.

Imago hujus magni Magistri habetur in Statutis novissimis Religionis Sancti Joannis Hierosolymitani *impressis in Borgo Novo nel Marchesato di Roccaforte anno* 1719. *Typis Antonii Scionici*, ubi post paginam signatam numero 16. notatur quod hic magnus Magister erat tunc in ætate annorum 80. quæ Statuta fuerunt eidem magno Magistro dicata à Bajulivo Spinola.

,, desse il suo consenso al castigo del
,, Bassà; prevedendo, che atteso la
,, parentela, e le aderenze, ch' egli
,, aveva con le persone di maggior
,, credito alla Porta, e in specie per
,, essere fratello del Capitan generale
,, della Marina Ottomana, e forse
,, anche per dispetto delle cose rile-
,, vate nel Processo, e pubblicate
,, nella Relazione, il Gran Visir, e
,, gli altri Bassà vi si opporrebbero a
,, tutto potere: e in fatti (si aggiun-
,, se) che alle rimostranze, fatte di
,, poi dall' Ambasciator Francese a
,, quel Ministero, nelle quali esagerò
,, altamente l' enormità dell' azione
,, del Bassà di Rodi, null' altro ab-
,, biasi saputo opporre, se non il de-
,, siderio, che avevasi dalla Porta, che
,, si trovasse qualche temperamento
,, per ricuoprire il suo attentato, e
,, salvargli la vita. Se tutto ciò è
,, vero, e se averà effetto, si saprà
,, col tempo, quando non succeda
di

,, di questa, come di molte altre co.
,, se, che non se parli mai più.
,, Secondariamente, che dopo le prime
,, esecuzioni dei principali Congiura.
,, ti, accennati nella Relazione, se
,, ne fecero per tre mesi di contiove
,, non solamente di coloro, ch'era.
,, no stati carcerati sopra le loro de.
,, posizioni, ma di altri in quantità,
,, scoperti complici per le deposizioni
,, dei medesimi carcerati: e queste
,, esecuzioni furono di varie sorte,
,, secondo il demerito dei colpevo.
,, li, e la qualità delle persone, cioè,
,, alcuni furono suppliziati a dirittu-
,, ra, altri dopo squisiti tormenti,
,, alcuni in pubblico, altri secreta
,, mente gettati in sacchi nel mare,
,, alcuni condanati a morte, altri
,, solamente bollati in volto, frusta-
,, ti, ec.: essendosi fatte in tali occa-
,, sioni, e fuori di esse, sempre nuo-
,, ve scoperte di complici, e di par-
,, ticolarità della congiura, le quali
,, posero in somma inquietudine il
,, Governo, che non fosse ancora pas.
,, sato tutto il pericolo del colpo
,, mortale, che si era schivato, ovve-
,, ro che se ne meditasse qualche al-
,, tro, non meno terribile; e ciò
,, con tanto maggior fondamento,
,, che si osservò con istupore, che
,, nessuna di dette scoperte, che fa-
,, cevansi, veniva da veruno di que-
,, gli Schiavi, che non erano ancora
,, stati arrestati, quantunque si potesse
,, ragionevolmente supporre, che ve
,, ne fossero tra essi di colpevoli; non
,, avendo punto giovato la ricompen-
,, sa della libertà, e di mille scudi
,, promessa dal Gran Maestro a chiun.
,, que andasse a dinunziare se stesso,
,, o a manifestare ciò, che gli era
,, noto della congiura.
,, In terzo luogo, che la Commissione,
,, eretta dal Gran Maestro, per fare
,, i regolamenti convenevoli per la
,, custodia degli Schiavi, e per te-
,, nerli in freno per l'avvenire, e cas-
,, sò il Corpo dei Mori, che era de-
,, putato alla guardia esteriore del Pa.
,, lazzo Magistrale; escluse tutti gli
,, Schiavi dal servire nel medesimo,
,, dal lavorare nei Forni publici, dal
,, tener botteghe aperte; vietò loro
,, di andar per le strade per altri mo.
,, tivi, che per fare i facchini, co-
,, mandando che anche allora fossero
,, accompagnati dalle Guardie, e ri.
,, entrassero nelle loro prigioni pri-
,, ma del tramontar del Sole. Fu
,, pure da essa vietato, che nessun
,, Cavaliere potesse aver più di due
,, Schiavi al suo servizio per portar
,, acqua, il rimanente dei servitori
,, dovendo essere persone note, Cri-
,, stiani, e nati nell'Isola, o in qual-
,, che paese Cristiano; e che i Mer-
,, canti, per mancanza di abitanti
,, Cristiani, dovendo impiegare Schia-
,, vi Turchi nel trasporto delle mer.
,, ci, o in altri lavori, questi non
,, fossero rimandati in prigione, che
,, alla presenza di un soprainten-
,, dente, dopo terminato il loro im-
,, piego, e non potessero restare nel
,, medesimo posto più di otto giorni.
,, E di poi sopra i nuovi timori che
,, insorsero, il Gran Maestro estese
,, le incombenze della detta Commis-
,, sione, fino a invigilare sopra le a-
,, zioni degli Schiavi; ad osservare i
,, loro andamenti, i discorsi, i segni
,, che facessero fra essi, per istender-
,, ne una circonstanziata relazione
,, da esaminarsi.
,, E finalmente, che fattosi ai primi di
,, Agosto un solennissimo Triduo,
,, con l'intervento di tutto il Clero,
,, e di tutti gli Ordini della Città,
,, nella Chiesa di San Giovanni, con
,, una general Processione, sotto lo
sparo

„ sparo dell' artiglieria, in ringra-
„ ziamento all' Altissimo, d' essersi
„ degnato di far discuoprire la fatal
„ congiura degli Schiavi, il Gran
„ Maestro, e il suo Consiglio deter-
„ minarono, che ogni anno in per
„ petuo debba farsi una consimile
„ Funzione il giorno dei 6. di Giu-
„ gno, in memoria d' essersi in quel.
„ lo ricevuta una grazia così sin-
„ golare.

Et in alio Volumine *la Storia dell' Anno* 1751. impressa ut supra alla pag. 305. ibi.

„ Scegliendo poi dalle cose particolari
„ di Costantinopoli le più rimar
„ chevoli: sentissi giunto in quella
„ Capitale a primavera sopra un
„ Vascello Francese il Bassà di Ro-
„ di, autore della famosa Congiu-
„ ra di Malta dell' anno passato.
„ Condiscesero il Gran Maestro e
„ l' Ordine di Malta tanto più fa-
„ cilmente alle istanze di S. M. Cri,
„ stianissima, quantochè il Gran Si-
„ gnore si era espresso, che detestan-
„ do sì egli che tutta la Nazion
„ Monsulmana, il di lui attenta-
„ to, non lo dimandava, se non
„ per fargli provare il meritato ca-
„ stigo. Il Gran Visire, avvisato
„ che fu del suo arrivo a Costanti
„ nopoli, dichiarò al Conte Dessa-
„ leurs, Ambasciatore Francese, il
„ gradimento di S. A. d' aver otte-
„ nuto, per l' interposizione di S.
„ M. Cristianissima, il suo rilascio;
„ e il Bassà fu subito messo in ar-
„ resto. Questi interrogato poscia
„ giuridicamente in proposito dell'
„ enorme delitto, che gli veniva
„ imputato, non ritrovò, o per
„ propria malizia, o per altrui
„ suggestione, migliore spediente
„ di cavarsi d' impaccio, e di sal
„ vare il decoro della Nazione, e
„ del suo grado di Bassà, quan-
„ to quello di negarlo assolutamen-
„ te, a fronte d' un legalissimo
„ Processo, formato sul fatto, e
„ di 600 e più testimonj, che il
„ provano evidentemente reo: di-
„ chiarando soltanto, che essendo
„ cosa molto naturale ad ognuno,
„ che sia privo di libertà d' ap-
„ profittarsi dei mezzi, che si pre-
„ sentano per ricuperarla, aveva
„ cercato di giungervi col coltiva-
„ re, e farsi amici gli Schiavi
„ Turchi, che trovavansi a Malta;
„ e che essi verisimilmente, per
„ preservarsi dalle conseguenze, se
„ venivano ad essere scoperti di
„ qualche trama, avevano conce-
„ pita la nera congiura, di cui a-
„ veanlo poi accusato d' essere sta-
„ to l' autore. Avendo il Bassà
„ autenticata la sua innocenza, e
„ la sua dichiarazione col giurare
„ sopra l' Alcorano, non potè più
„ esser condannato: ma sembrò,
„ che non si fosse interamente per-
„ suaso della sua innocenza, nè
„ quanto al fatto, nè quanto al
„ giuramento, poichè fu risoluto
„ di rilegarlo provvisionalmente in
„ una Provincia dell' Asia.

Profecto ab hujusmodi impiis, nefariisque Proditionibus ipsos quoque Ethnicos, omnesque Nationes feras, & undique Barbaras abhorruisse scimus, cum turpissimi animi sit, scriptumque reliquit *Marcus Annaeus Seneca Rhetor. excerpt. Controver.* 7. *lib.* 4. Inter Opera *L. Annaei Senecae Parisiis per Chevalier in Monte Divi Hilarii* 1613. *pag.* 246. *tom.* 2. ibi - *Populus Romanus Veneno Hostem vinci noluit, proditione noluit.*

Additque praedictis *Andreas Sch ..is*, quod *in Bello Tarentino Pyrri Medicus se Regem clam interfecturum promiserat*

miserat, *sed recusavit conditionem*. *Fabritius*, ut penes *Valerium Maximum lib. 6. cap. 5. Agellium lib. 3. cap. 8.*, *& Ælianum de varia Historia lib. 12.* qui Ælianus Narrationem suam sic concludit - *Etenim Romani Virtute fortes esse didicerunt*, *non Technis*, *aut Calliditate Hostem debellare*.

Ex quibus apertissime eruitur, quam sit Barbarorum oculis infensus, fortissimus æque, ac pientissimus militaris hic Ordo, quodque in summum eorum odium adducta sit spectata hujus magni Magistri Emanuelis Pinto bellica virtus, qua duce, ultra insignem natalium splendorem, morum probitatem, ad eminentissimum hunc gradum evectus est & utendo verbis *Marci Antonii Mureti in ejus Oratione XXVI. Volum. 1. pag. 477. impress. Patavii 1741. apud Josephum Cominum*, habita in funere Joannis l' Evesque della Cassiera Quinquagesimi Primi magni Magistri, (de qua Oratione in vita hujus magni Magistri l' Evesque supra *pag.* 744. habenda erat mentio, ni impressoris incuria, aut nimia festinatio hanc prætermisisset) sic dictus Muretus Equites Melitenses alloquitur - *Nam cum in mandandis honoribus*, *in eoque præsertim deligendo*, *qui vobis summo cum imperio præsit*; *nullius rei*, *præterquam cognitæ spectataque virtutis rationem habere soleatis*, *dubitari de magni Magistri virtute non potest*, *quin eadem opera de vestra in ferendis suffragiis fide*, *ac integritate dubitetur*.

Hinc SS: D. N. Benedictus XIV. sedulo perpendens, quod ad conterendos Ecclesiæ suæ hostes, Deus O. M. invictissimam hanc militarem Religionem incolumen, tectamque servare non desinit, novissima sua Constitutione incipien: *Inter illustria*, sub datum Romæ quarto idus Martii 1752. Militaris, ac Hospitalaris Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani confirmat, & innovat Privilegia, Gratias, & Jura, cum aliquibus declarationibus, ac ampliationibus; ibique in proœmio hujus sacri præclarissimi Ordinis laudes recensentur. Quemadmodum post innumeros cumulat *P. Sebastianus Pauli* in elegantissima ejus Oratione Melitæ habita anno 1730., cui titulus *Dell' unione dell' Armi e della Pietà*, quæ est XIII. inter ejus impressas *Venetiis 1748. pag. 94. Typis Thomæ Bettinelli*.

Tenor dictæ Bullæ est ut sequitur.

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS
ET DOMINI NOSTRI DOMINI

BENEDICTI

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ XIV.

LITTERÆ APOSTOLICÆ SUPER

Confirmatione & innovatione Privilegiorum, *Gratiarum & Jurium Militaris & Hospitalaris Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani*: *Cum aliquibus declarationibus & ampliationibus*.

BENE-

BENEDICTUS

EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

INter illustria Religiosæ Professionis Instituta, quorum concordi varietate circumdata nitet Ecclesia Christi, decet Nos Hospitalem Militiam Sancti Joannis Hierosolymitani specialis benevolentiæ affectu complecti; quę in charitate fundata, virtute roborata, sub Omnipotentis Dei protectione, adjuvantibus Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus, ac Religiosissimis Principibus, cunctisque Populis Christianis omni ope adhibentibus, ad summum splendoris, & gloriæ fastigium pervenit; dum generosi illius Fratres ac Milites, animo ad pietatis officia demisso, ad belli munera invicto, Christifidelibus humile hospitalitatis ministerium, ac strenuum defensionis præsidium pari studio pręstantes, novo & inaudito exemplo, miram declarant vim Religionis Christianæ; quę pietatem armis sociat, bellum cum charitate conjungit, ac viros exhibet castra frequentes, Evangelicæ perfectionis disciplinam, pro militari Sacramento, solemni ritu profitentes. Horum operam universę Christianorum Reipublicæ, & Apostolicæ Sedi apprime utilem, cum sæpe iidem Prędecessores Nostri agnoverunt, tum etiam Nos ipsi non una in re experti sumus; adjectis insuper ex parte Dilectorum Filiorum ejusdem Militię magni Magistri & Conventus, perspicuis in Nos obsequii, & observantiæ argumentis, ac recurrentibus mutuis erga illos amoris Nostri officiis, & significationibus. Cum autem ipsi de perpetua firmitate Privilegiorum, & Indultorum jam pridem ab hac eadem Apostolica Sede, ac etiam recenter a Nobis ipsis, eidem Militiæ concessorum, tam pro eorum Ordinis dignitate & utilitate, quam pro felici & libero injunctorum sibi munerum exercitio, in commune Christianæ Rei bonum merito solliciti, plurimum optaverint, eadem per Nos recognita & recensita, novo confirmationis Nostræ munime roborari, ac sicubi opus fuerit, declarari, & ampliari; Nos eorundem supplicationibus inclinati, plerasque Prædecessorum Nostrum Litteras & Concessiones, favore Hospitalis ejusdem Sancti Joannis Hierosolymitani, atque illius Militiæ, & Personarum diversis temporibus emanatas, Nobis repræsentari jussimus; ac, diligenti præmisso examine, easdem partim in genere, partim distincte & expresse, sub ea forma, quam præsenti temporum conditioni, & ejusdem Ordinis ac Militiæ statui, magis aptam judicavimus, confirmare, innovare, seu respective declarare, & ampliare, ac etiam ex integro, ut infra, statuere, & indulgere decrevimus.

Itaque de Apostolicæ auctoritatis plenitudine, & ex Nostra certà scientia, eosdem Dilectos Filios prædictæ Hospitalis Militiæ magnum Magistrum, nec non Bajulivos, Priores, Castellanum Empostæ, Praceptores, Milites, Fratres, Capellanos, Donatos, & Servitores, omnesque & singulas di-

cti

cti Hospitalis & Militię personas, a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; nec non ominum Litterarum, Concessionum, atque Declarationum per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, & Sedem Apostolicam, seu alia quacumque auctoritate, favore ejusdem Hospitalis, ac Militię, eorumque magni Magistri, & Conventus, ac personatum hujusmodi, nec non Locorum, bonorum, ac rerum, sub quacumque forma editarum, tenores & datas præsentibus pro sufficienter expressis, ac etiam insertis habentes; Omnia & singula Privilegia, Immunitates, Exemptiones, Prærogativas, & alias quascumque gratias, concessiones, facultates, libertates, favores, & indulta, terram, mareque concernentia, eidem Hospitali, & illius Militiæ, Prioratibus, Castellaniæ Empostæ, Bajuliviis, Pręceptoriis, Domibus, Hospitalibus, Administrationibus, Officiis, Ecclesiis, Capellis, Oratoriis, Locis, & Membris quibuslibet, ac pro tempore existentibus magno Magistro, & Conventui, dictæque Militiæ Fratribus Militibus Professis, atque Novitiis, nec non Priori Ecclesię, Capellanis, Donatis, Servitoribus, Vassallis, atque Colonis, ac dictos Prioratus, Castellaniam, Bajulivias, Præceptorias, Domos, Administrationes, Officia, Ecclesias, Capellas, & Membra pręfata obtinentibus, per eosdem Prædecessores Nostros Romanos Pontifices, ac dictam Sedem, seu per Nos ipsos, usque in præsentem diem, in genere, vel in specie concessa & elargita, seu per eosdem a pio tempore existentibus Imperatore, Regibus, & Principibus, aliisque Christifidelibus obtenta, quatenus sint in usu, nec sint expressè revocata, aut Concilii Tridentini Decretis, & dictę Sedis Apostolicæ Constitutionibus, nec non aliis Ordinationibus, in quibus de eadem Militia Hospitali expressa mentio fiat, seu præsentium Litterarum Nostrarum tenori, adversantia: Indulgentias quoque, & peccatorum remissiones, aliasque spirituales gratias, hactenus eis per dictos Prædecessores Nostros, seu per Nos ipsos, concessas; præsertim Plenariam semel in vita, & in mortis articulo, pro eis, eorumque Servitoribus, & Ministris, contra Infideles & Christianæ Reipublicæ hostes pugnantibus, a fel. rec. Prædecessore Nostro Sixto Papa IV., aliasque Indulgentias pro visitantibus Domos, Ecclesias, seu Capellas ipsius Hospitalis, ab eadem Sede Apostolica diversis temporibus elargitas, servatis tamen earumdem concessionum temporibus, conditionibus, & formis, ac dummodo non sint revocatę, seu sub aliqua generali revocatione comprehensæ: Præterea fundos, agros, possessiones, dominia, prędia, jura, decimas, fructus, redditus, proventus, aliaque mobilia, & immobilia bona, sive in terra, sive in mari existentia, & ad Hospitale, Prioratus, Castellaniam, Bajulivias, Præceptorias, aliaque membra hujusmodi in genere, vel in specie spectantia; Jurisdictiones quoque, etiam spiritualem Ordinariam, & quasi Episcopalem in Clerum & Populum, si quibus in Terris, Locis, atque Districtibus eadem ipsis competere

petere dignoscitur: Insuper omnia & singula laudabilia stabilimenta, ordinationes, & decreta, in Capitulis Generalibus ejusdem Militiæ, tam ante annum Domini MDLVIII., quam post dictum annum usque in præsens celebratis, condita, & edita, quæ scilicet in usu esse dignoscuntur, ac in iis tantum partibus, in quibus prædicti Concilii Tridentini, ejusdemque Sedis Constitutionibus & Ordinationibus, & pręsentium Litterarum tenori, contraria non sint, illorum omnium tenores præsentibus pariter pro expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes; nec non sententias, censuras, & pęnas in ipsis adversus contrafacientes indictas; earundem præsentium serie approbamus, laudamus, ratificamus, confirmamus, ac etiam de novo concedimus, ac respective statuimus; omnesque & singulos defectus, si qui forte in eis intervenerint, dictę auctoritatis Nostræ plenitudine supplentes, prædicta omnia & singula valida & efficacia existere & fore, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, suosque debitos effectus sortiri, ac pro tempore existentibus magno Magistro, Bajulivis, Prioribus, Castellano, Præceptoribus, Commendatariis, Militibus, Priori, Capellanis, Donatis, Servitoribus, Vassallis, atque Colonis prædictis plenissime suffragari; eosdemque illis libere perpetuo uti posse; ac omnia & singula Privilegia & Indulta hujusmodi ab universis Christifidelibus, tam Clericalis Ordinis, quam temporalis potestatis Sæcularibus, ac etiam aliis cujuscumque Ordinis, & Instituti, personis Regularibus, prędicta vero stabilimenta, ordinationes, & decreta, ab omnibus, & singulis dictæ Militię Fratribus, quacumque dignitate ac præeminentia fulgentibus, Militibus, Capellanis, Donatis, Servitoribus, aliisque personis ipsius Hospitalis subditis, sub sententiis, censuris, & pœnis in iis contentis, perpetuo inviolabiliter observari, & secundum eadem stabilimenta & decreta, in causis ipsius Militiæ, & Personarum ei adscriptarum & subjectarum, omnino judicari & censeri debere, volumus, mandamus, & respective decernimus.

Ipsumque Hospitale, ac illius Prioratus, Castellaniam Empostæ, Bajulivias, Præceptorias, Domos, Hospitalia, Ecclesias, Capellas, Oratoria, ac Loca & Membra quæcumque, nec non Magistrum, Bajulivos, Priores, Castellanum Empostæ, Pręceptores, Milites, Capellanos, Donatos, & Servitores, nunc, & pro tempore existentes, etiam Sæculares Clericos, & Presbyteros, juxta præscriptum dicti Concilii Tridentini, eorum Ecclesiis, Capellis, & Oratoriis quoquomodo deservientes, quamdiu in eorum obsequiis erunt, & in ipsorum Domibus residentes, sub eorumdem obedientia vivent; ac illorum res, animalia, prædia, domos, & bona quæcumque, quæ obtinent, & possident, ac in futurum canonice obtinebunt, ac possidebunt, sub Beati Petri, & dictæ Sedis, ac Nostra immediata protectione confirmamus, ac de novo suscipimus; nec non ab omni jurisdictione, correctione, onere, statutis, bannis, dominio, superioritate, & potestate quorumcumque Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prælatorum, præterquam in casibus in Apostolicis Constitutionibus, & dicti Concilii Tridentini Decretis litteraliter expressis, aut in specie declaratis, nec non quorumcumque temporalium Dominorum quavis potestate, etiam Imperiali,

riali, Regali, & Ducali fulgentium, ac Universitatum, & aliarum Regentium, aliorumque, prӕterquam dicti Hospitalis Superiorum Ordinariorum, tam spiritualium, quam temporalium, ubicumque, tam citra, quam ultra Montes, & Mare constitutorum, cujuscumque Dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existant, illorumque Vicariorum, & Officialium, Locatenentium, & Judicum nunc, & pro tempore existentium quorumlibet, eximimus, & liberamus.

Itaut Patriarchӕ, Archiepiscopi, Episcopi, Prӕlati, Ordinarii, Vicarii, Officiales, Locatenentes, & Judices præfati, nullam in eos, vel ea, jurisdictionem, correctionem, visitationem, superioritatem, dominium, seu potestatem, prӕterquam in his, quæ ad animarum curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, aliisque in casibus per dictum Concilium, seu per Apostolicas Constitutiones, aliasque Ordinationes præfatas expressis & declaratis, exercere, aut excommunicationes, aliasve sententias, censuras, & pœnas promulgare, etiamsi forsan hactenus per abusum, seu alterius Privilegium, aut negligentiam, etiam per longum tempus, taliter observatum non fuisset, seu dicti Hospitalis, ejusque membrorum Ecclesiæ non Parochiales, in quibus Sacramenta Fidelibus non administrantur, pluries fuissent a Prædecessoribus Episcopis visitatæ; nullatenus possint, aut valeant: ipsique Magister & Conventus, nec non Prior Ecclesiæ, aliique Priores, Bajulivi, & Præceptores, intra limites suarum jurisdictionum & administrationum, etiamsi nulla forsan in Clerum, & Populum jurisdictione ibidem potiantur; quoad personas tamen eisdem vere subditas, & sub eorundem obedientia in ipsorum Domibus viventes, Ordinarii Superiores, seu Prælati, juxta formam Privilegiorum, & stabilimentorum prædictorum, existant & esse censeantur, neque alii quicumque, cujusvis Ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis, aut præeminentiæ, status, vel conditionis existant, sub excommunicationis latæ Sententiæ pœna per contrafacientes eo ipso incurrenda, eos in judicio, vel extra, super præmissæ exemptionis usu, seu possessione, vel quasi, quacumque etiam longi temporis contraria præscriptione nihil obstante; neque demum aliqui Magistratus, Rectores, Gubernatores, Præsidentes, Vice Legati, ac etiam S. R. E. Cardinales de Latere Legati, per Loca, Civitates, atque Provincias Ditionis Nostræ Ecclesiasticæ constituti, eosdem Fratres Milites super delatione armorum quorumcumque, pro sui defensione, & Hostium Sedis Apostolicæ offensione, in quibuscumque locis Nobis & eidem Apostolicæ Sedi mediate vel immediate subjectis, ad formam tamen providæ Constitutionis per fel. rec. Prædecessorem Nostrum Alexandrum VIII. Anno Incarnationis Dominicæ MDCXC. Idibus Augusti editæ, quæ incipit - *Et si cuncta* - nullo unquam tempore, directe vel indirecte molestare, impedire, vexare, aut alias quomodolibet impetere præsumant, debeant, seu possint, & valeant.

Utque etiam in posterum quibusvis Christifidelibus in quibuscumque Civitatibus, Locis, & Diœcesibus, liceat Prӕceptorias, Domos, & Hospitalia, sub dependentia, & subjectione dicti Hospitalis, per illius Fratres obtinenda, quæ eisdem exemptionibus, privilegiis, libertatibus, prærogativis, immu-

immunitatibus, indulgentiis, concessionibus, & indultis, quibus aliæ dicti Hospitalis Preceptoriæ, Domus, & Hospitalia utuntur, potiuntur, & gaudent, uti, potiri, & gaudere debeant, assignata illis congrua dote, Ordinariorum Locorum, & quorumvis aliorum licentia minime requisita, & nulla preterea iisdem Ordinariis jurisdictione in illis, aut oneris imponendi facultate reservata, fundare, erigere, & construi facere, dictique Magister, & Conventus, hujusmodi fundationes & erectiones, alterius cujusvis licentia aut consensu minime requisitis, approbare & acceptare possint & valeant, plenam & liberam iisdem facultatem & auctoritatem concedimus, & impertimur.

Presbyteri vero tam sæculares, quam ejusdem Hospitalis Militiæ Capellani, & in ea expresse Professi, qui per Priores, Castellanum, Bajulivos, Præceptores, aliosque Milites Commendatarios, juxta eorum facultates inferius declarandas, ad deserviendum Parochialibus, & aliis Ecclesiis, Capellis, & Oratoriis Hospitalis hujusmodi, ac membrorum ejus, tam nunc existentium, quam in posterum erigendorum, pro tempore deputabuntur, per locorum Ordinarios, ad nominationem seu præsentationem dictorum Priorum, Castellani, Bajulivorum, Præceptorum, aliorumque Commendatariorum, præmisso dumtaxat examine quoad idoneitatem ad ea, quæ pertinent ad animarum curam, & Sacramentorum administrationem, ad formam Decretorum Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum per Prædecessores Nostros Romanos Pontifices, ac per Nos ipsos desuper editarum, absque aliqua exactione, & oneris impositione, institui, ac recipi, & admitti volumus & mandamus.

Ac insuper eisdem Fratribus Capellanis in eadem Militia expresse Professis, ut omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines a quocumque maluerint Catholico Antistite gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habente, & in propria Diœcesi residente, vel in aliena de Diœcesani Loci consensu Pontificalia exercente, etiam extra tempora à jure statuta, annique curriculo minime expectato, & tribus diebus Festivis, aliquo temporis spatio, arbitrio dicti Antistitis definiendo, interpolatis, servato tamen fel. rec. Clementis VIII. Prædecessoris Nostri Decreto die xv. Martii Anni MDXCVI. edito, Nostraque super his edita Constitutione, quę incipit *Impositi Nobis* - data Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI., tertio Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno VII., aliisque de jure servandis, recipere possint & valeant, earundem præsentium serie concedimus & indulgemus.

Præterea nullus omnino ex prædicti Hospitalis Fratribus, Militibus, seu Capellanis, aliisve personis ipsius Hospitalis, subditis in Prioratibus, Castellania Emposta, Bajulivus, Preceptoriis, Domibus, Membris, Beneficiis, Prædiis, sive Granciis quomodocumque a dicto Hospitali dependentibus, ubicumque, & infra limites jurisdictionis quorumcumque Patriarcharum, Episcoporum, aliorumque Ordinariorum Præsulum, sive Universitatum, Hospitalium, aut Rectorum Ecclesiarum constitutis, quascumque Decimas, taxas, & jura etiam Synodalia, seu Canonicas portiones, aut quartas nuncupatas, Procurationes, subsidia etiam charitativa, seu alias quascumque collectas & contributiones, etiam ratione jucundi adventus

nuncu-

nuncupati, aliudve onus personale seu mixtum; ab Ordinariis ubicumque & ex quacumque causa impositum, vel imponendum, tam ex antiquis eorum culturis, quam recenter cultis novalibus, aliisque terris, fundis, possessionibus, & animalibus, etiamsi terræ & possessiones hujusmodi ad quantumcumque longum tempus, non tamen in perpetuum feudum, aut Emphyteusim concessæ fuerint; sive ex propriis patrimonialibus bonis eorundem magni Magistri, Priorum, Castellani Empostæ, Bajulivorum, Præceptorum, aliorumque Fratrum Militum & Capellanorum, tam acquisitis, quam in posterum acquirendis, aut ad eos quovis modo, etiam ex concessione Apostolica, vel Magistrali pertinentibus, alicui quovis modo solvere teneantur: A quibus omnibus exactionibus, collectis, contributionibus, oneribus, & impositionibus quomodocumque nuncupatis, omnia & singula dicti Hospitalis loca ac bona, ut præfertur, nec non Ecclesiarum ab ipso Hospitali quomodolibet dependentium fabricas, semper & perpetuo, prædictorum autem patrimonialia bona, a die emissæ per supradictorum singulos Professionis, libera, immunia, & exempta, sicut per Prædecessores Nostros Romanos Pontifices fuisse, ita modo esse, & in posterum fore declaramus & volumus.

Eademque ipsius Militiæ Hospitalis loca, prædia, possessiones, & bona, ubicumque, etiam sub nostra, & Apostolicæ Sedis, sive aliorum quorumcumque Supremorum Principum, Rerumpublicarum, & Universitatum Ditione, & jurisdictione consistentia, ab omnibus & singulis oneribus, impositionibus, & gravaminibus ordinariis & extraordinariis, tam Fiscalibus, seu Cameralibus, quam etiam Communitativis, seu pro Communitatum & Universitatum Laicalium ordinariis aut extraordinariis usibus, & indigentiis hactenus impositis, & imponendis, nisi forsan auctoritate Apostolica cum eorundem bonorum Hospitalis prædicti expressa comprehensione, imposita fuerint, aut imponantur in posterum, seu eadem bona illorum solutioni & supportationi subjecta esse aut fore, etiam expresse per dictam Sedem declaratum fuerit; Prædictorum autem magni Magistri, aliorumque Militum Professorum patrimonialia bona, donec in eorundem peculiari censu extiterint, nec in commune dominium & proprietatem Hospitalis prędicti re ipsa translata fuerint, a Communitativis dumtaxat oneribus & collectis, quæ scilicet pro earundem Communitatum & Universitatum Laicalium usibus & indigentiis primitus imposita, nequaquam deinde Fisci & Cameræ juribus applicata fuerint, plenarie similiter exempta, libera, & immunia esse & fore, statuimus, atque decernimus.

Et quoniam præmissæ exemptiones non alia de causa a Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus Hospitali prædicto, ejusque Personis ac rebus concessæ, ac pluries confirmatę, & a Nobis ipsis, ut præfertur, innovatæ fuerunt, quam ut ejusdem Militiæ status & ordo sub ipsius magni Magistri ac Prelatorum regimine, in publicum Christianæ Reipublicæ bonum feliciter procedat, simulque illius bona, ad comunes impensas pro fidei defensione, & Religionis præsidio sustinendas sufficiant; ideo Nos eorumdem Prædecessorum vestigiis inhærentes, omnes & singulas exemptiones Priorum, Bajulivorum, aliorumque Fratrum Militum, seu Capellanorum, alia,

aliarumque Personarum dicti Hospitalis subditarum, ubicumque, tam citra, quam ultra montes, et mare, nunc et pro tempore constitutorum et commorantium, a superioritate, jurisdictione, obedientia, et correctione magni Magistri et Conventus prædictorum, ac aliorum Prælatorum ipsius Hospitalis, etiam cum eorum receptione in protectionem dictæ Sedis, itaut illi solummodo sint subiecti; quodque magno Magistro, & Conventui, & Prælatis præfatis parere, & ad Hospitale prædictum accedere non teneantur; quacumque ratione vel causa, etiam obsequiorum per eos Fidei, ac Sedi, & Hospitali prædictis impensorum, aut alia consideratione, etiam cum quibusvis clausulis, & derogatoriarum derogatoriis, hactenus forsan concessas; quarum quidem exemptionum Indulta, utpore in Regularis disciplinæ & status prædictæ Militiæ eversionem, ac etiam forte in damnum & detrimentum totius Christianæ Reipublicæ tendentia, nunquam in posterum a Successoribus Nostris concedenda fore pro certo confidimus; prædicta auctoritatis plenitudine, & earundem præsentium serie revocamus, cassamus, abolemus, & annullamus, ac pro infectis & nullis haberi volumus; atque illis, quibus concessa fuerint, minime suffragari, quominus iisdem non obstantibus, prædicto magno Magistro, ac Conventui, & Prælatis præfatis quandocumque liceat plenariam & omnimodam in eos jurisdictionem & superioritatem, in stabilimentis Ordinis eisdem attributam, exercere; seu quominus omnes & singuli prædicti iisdem magno Magistro, Conventui, & Prælatis, tam personaliter, quam realiter, omni exceptione cessante, perinde ac si Indulta exemptionum hujusmodi nunquam concessa fuissent, firmiter parere, et obedire teneantur; iisdemque magno Magistro, Conventui, ac Prælatis prædictis contra Rebelles, ac etiam sub hujusmodi Indultorum obtentu, mandatis suis non obedientes, servatis consuetis terminis ad docendum se paruisse et satisfecisse in loco Conventus Hospitalis hujusmodi, aliisque de jure, et juxta stabilimenta prædicta servandis, ad mulctas et pœnas in eisdem stabilimentis præscriptas procedendi, easdemque re ipsa exequendi, plenam et liberam facultatem et auctoritatem tribuimus et impertimur.

Pro quorum omnium, aliorumque sub temporali eorumdem magni Magistri, et Conventus jurisdictione in Insulis Melitæ & Gauli existentium debita coercitione, & expedito justitiæ cursu, Nos earundem præsentium Litterarum tenore, & auctoritate prędicta, Apostolicas Constitutiones tam Prædecessorum Nostrorum Benedicti Papæ XIII., quæ incipit - *Ex quo Divina* - datam Anno Incarnationis Dominicę MDCCXXV., sexto Idus Junii, & Clementis Papæ XII., cujus initium est - *In supremo justitia solio* - datam ejusdem Dominicæ Incarnationis Anno MDCCXXXIV., Kalendis Januarii, pro eo quod pertinet ad immunitatem localem & personalem; quam etiam Nostram Anno similiter Incarnationis DominicæMDCCXLIX. Idibus Martii, Pontificatus Nostri Anno X. editam, quę incipit - *Officii Nostri ratio* - cum omnibus Decretis, Clausulis, & Derogationibus in eis contentis, quatenus opus sit, ad ipsam Hospitalem Militiam, ejusque Personas ubique constitutas, nec non ad dictas Insulas Melitæ & Gauli, expresse extendimus, & ampliamus.

Ac insuper ejusdem Militię laudabilia statuta

tuta adversus Duellorum abusum edita magnopere comprobantes, novissimam quoque Constitutionem Nostram quæ incipit -. *Detestabilem*, datam quarto Idus Novembris proxime elapsi, ipsius quoque Fratres Milites, & Subditos quoscumque arctare, & afficere statuimus, & declaramus.

Ad asserenda verò communis Ærarii, Thesauri nuncupati, Hospitalis prædicti jura, quum alias ejusdem Militiæ stabilimentis & usibus, seu Privilegiis, Indultis, & Litteris Apostolicis eidem Hospitali, ejusque magno Magistro, & Conventui concessis, expresse cautum fuerit, quod provisi, ac provisiones, commendas, seu alias dispositiones de Præceptoriis, aliisque Beneficiis dicti Hospitalis sibi pro tempore factas prosequentes, certa jura vacantia seu mortuaria, aut alias nuncupata, forsan duplicata, communi Ærario hujusmodi persolvere, ac quædam alia ibidem expressa onera subire tenerentur, quodque de redditibus, fructibus, & proventibus hujusmodi Præceptoriarum, primo, & secundo, & forsan aliis annis provenientibus disponere, seu illos percipere minime possent, sed illi dicto Ærario, ac alias in usum & utilitatem Hospitalis, ac illius Militum, seu Mensæ applicari, pro illius necessitatibus sublevandis, ac tuitione Fidei adversus Christianæ Reipublicæ Hostes, aliisque oneribus Hospitali prædicto incumbentibus, impendi deberent; ac insuper Prioratus, Castellaniam Empostæ, Bajulivias, Præceptorias, & alia illius Beneficia quæcumque, pro tempore qualitercumque obtinentes, certas responsiones, ac ordinarias & extraordinarias impositiones eidem communi Ærario annis singulis solvere tenerentur; ipsisque Prioratibus, Castellania, Bajulivis, Præceptoriis, aliisque Beneficiis hujusmodi, per obitum seu alias quomodocumque vacantibus, illorum fructus, redditus, & proventus, prout in uno, vel altero anni tempore vacaverint, usque ad certam respectivè diem eidem Ærario cederent; volumus in posterum nullas omninò exemptiones ab hujusmodi solutionibus cuilibet indulgeri, & quatenus concedantur, ex nunc decernimus & declaramus, easdem nullius roboris & momenti fore & censeri debere, sed, non obstantibus futuris forsan Indultis & gratiis hujusmodi, etiam quibusvis clausulis, & derogationibus muniendis, omnes & singulos Prioratus, Baiulivias, Castellaniam, Præceptorias, & alia Beneficia huiusmodi, seu illorum membra, & ab illis dependentia obtinentes, & in illis regressus, accessus, coadiutorias, & alias gratias, quavis etiam Apostolica auctoritate concessas habentes, seu illorum fructus, & proventus, aut alia iura loco pensionis annuæ, vel pensiones ipsas super eorundem fructibus, redditibus, & proventibus forsan impositas, & imponendas percipientes, cuiuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, ac etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, pro rata fructuum, & pensionum earumdem, de omnibus & singulis annatis, vacantibus, mortuariis, & aliis quibuscumque juribus per eos dicto communi Ærario quomodolibet debitis, satisfacere debere; nec etiam vigore Indultorum, gratiarum, et derogationum huiusmodi, a solutione et præstatione fructuum, censuum, passagiorum, annatarum, vacantium, et mortuariorum, aut aliorum quorumcumque jurium, seu responsionum aut ordinariarum vel extraordinariarum impositionum, dictor. stabilimentorum

et

et privilegiorum vigore debitorum, in toto vel in parte se eximere, vel liberare, aut alias communi Ærario Hospitalis hujusmodi, seu illius juribus in aliquo præjudicare posse, seu prejudicatum censeri; sed omnes et singulos prædictos de cætero, etiam hujusmodi gratias et derogationes pro tempore habentes, ad exhibitionem et relaxationem fructuum, ac pensionum hujusmodi eidem communi Ærario faciendam, teneri et adstrictos fore; et ad id etiam per censuras et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris et facti remedia, cogi et compelli posse,

Bonorum autem et jurium ejusdem Hospitalis perpetuæ conservationi tutius consulere volentes, quascumque donationes, concessiones, locationes, ultra tempus in præfatis ejusdem Militię stabilimentis permissum, investituras, & alias alienationes bonorum immobilium, seu censuum, reddituum jurium, & jurisdictionum ad Prioratus, Castellaniam Empostę, Bajulivias, Domos, Hospitalia, Beneficia, & loca Hospitalis hujusmodi pertinentium, in illorum læsionem, jacturam, vel detrimentum, & alias sine consensu & expressa licentia magni Magistri & Conventus prædictorum, etiam per personas dictæ Religionis faciendas, etiam cum renunciationibus, pactis, juramentis, & pœnis desuper impositis, & adjectis, ac instrumentis & Litteris desuper confectis, quacumque etiam longi temporis præscriptione, seu pacifica possessione, & detentione non obstantibus, ipso jure nullas, nulliusque roboris, vel momenti existere & fore, decernimus & statuimus; ac census, redditus, jura, jurisdictiones, & bona alienata hujusmodi, seu per quoscumque etiam Sæculares occupata, usurpata, & detenta, ad jus & proprietatem dicti Hospitalis, seu illius Prioratuum, Bajulivarum, Præceptoriarum, aliorumque Beneficiorum, ac membrorum reducimus; illudque & illa adversus alienationes, investituras, occupationes, & detentiones hujusmodi, in integrum, ac in pristinum, & eum statum, in quo antea erant, restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, illarumque detentores, cujusvis Dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, ad illorum restitutionem, dimissionem, & relaxationem, per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia, cogi, & compelli posse volumus, Similes vero alienationes de cætero, sine licentia, & beneplacito dictę Sedis, nunquam absque evidentis ipsius Hospitalis utilitatis cognitione, & expresso magni Magistri & Conventus prædictorum consensu concedendis, sub excommunicationis latæ sententiæ, & privationis Beneficiorum per eos obtentorum pœnis, per contrafacientes eo ipso absque aliqua declaratione incurrendis, ac nullitatis omnium aliter gestorum, fieri districte prohibemus.

Jam vero liberam quorumcumque Officiorum, & Beneficiorum Regularium ipsius Militię, nec non reddituum et emolumentorum eisdem adnexorum dispositionem, atque dispensationem pro meritis, et justitia faciendam, eisdem magno Magistro, et Conventui, seu aliis ad quos, juxta statuta, consuetudines, et privilegia Militiæ hujusmodi, pertinere dignoscitur, asserere etiam, et confirmare volentes; perpensis illis, quę olim fel. rec. Innocentius Papa VIII. Prędecessor quoque Noster eidem indulsit; simili auctoritate, ac præsentium tenore, Prioratus, Castellaniam Emposta, Bajulivias,

Præceptorias, Cameras, cœteraque quomodolibet nuncupata ejusdem Militiæ Hospitalis Officia, Beneficia, & Membra Regularia quæcumque, nunquam de cætero perpetuis futuris temporibus, sub quibusvis generalibus vel specialibus reservationibus Apostolicis, etiam per Regulas Cancellariæ Apostolicæ factis, & quas pro tempore fieri contingat, de Beneficiis Ecclesiasticis etiam apud Sedem prædictam pro tempore vacantibus, nec sub quibusvis Litteris dictæ Sedis, aut Legatorum ejus utpote vere Regularia & non collativa, ac etiam ad Hospitalitatem, & Fidei tuitionem ordinata, ullatenus includi, seu inclusa, & comprehensa censeri, nec reservata vel affecta existere, aut hujusmodi reservationum, seu Regularum, aut Litterarum vigore, per quempiam acceptari, seu alicui de illis provideri posse, decernimus, & declaramus; sed quoties per ea obtinentium cessum vel decessum, seu etiam per resignationem in manibus nostris, & Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum factam, Commendæ vel deputationes ipsæ pro tempore qualitercumque cessaverint, seu vacare dicantur, tam in Romana Curia, quam extra eam; toties per pro tempore existentem magnum Magistrum & Conventum prędictos, seu per alios ejusdem Ordinis ad id facultatem habentes, & non alium, seu alios, juxta stabilimenta prædicta, ejusdemque Hospitalis consuetudines, usus, & naturas, & illi concessa Privilegia & indulta, Fratribus dicti Ordinis, in administrationem & Commendam, ut moris est, itaut numquam Beneficiorum collativorum naturam assumere, nec ab ea obtinentibus in titulum perpetui Beneficii Ecclesiastici retineri, aut, ipsis cedentibus vel decedentibus, ex eorundem personis vacare censeantur, de ipsis disponi, & provideri volumus, concedimus, & respective statuimus: Necnon reservationes, ac provisiones, collationes, commendas, deputationes, uniones, & quascumque alias similes vel dissimiles dispositiones, quacumque ratione vel causa, etiam motu, & scientia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam per Nos, aut Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, seu per dictę Sedis Legatos, auctoritate Apostolica, aut alia quacumque, & quandocumque faciendas, nullius penitus roboris & momenti existere, & haberi prorsus pro infectis; quasque per alios, quam per dictos magnum Magistrum & Conventum, aliosque ipsius Ordinis, ut pręfertur, ad id facultatem habentes, fieri contingat, illis, quibus sic fierent, nullum jus, nullumque coloratum titulum possidendi tribuere, & eos quoad omnes effectus, etiam Nostrę & Cancellariæ prędictæ Constitutionis & Regulæ de triennali possessore non molestando, pro meritis Detentoribus sine titulo haberi & reputari. Nec non omnes & singulas expectativas, antianitates, mandata de providendo, seu Coadjutorum deputationes, etiam de consensu personarum eadem pro tempore obtinentium, regressus, accessus, aliasque præventivas gratias, facultates, et Litteras Apostolicas, super iisdem Prioratibus, Castellania Empostę, Bajuliviis, Pręceptoriis, Cameris, Commendis, et quibusvis aliis Beneficiis Regularibus dicti Hospitalis vacaturis, in favorem etiam Fratum Militum dictæ Militiæ, cujuscumque gradus, et Ordinis, ac Ecclesiasticæ, etiam Cardinalatus, seu mundanæ dignitatis, et conditionis fuerint

fuerint, quomodocumque et qualitercumque, absque Magistri & Conventus prędictorum consensu, etiam ex quibusvis justissimis & urgentissimis causis, quantumvis onerosis, & quorumcumque meritorum, etiam erga Fidem, ac Sedem, & Militiam præfatas, seu damnorum passorum intuitu, & quorumcumque etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, vel aliorum Principum, seu Universitatum Studiorum considera tione, aut pro sedandis litibus, etiam per Nos, & Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore futuros, Nostrosque, seu eorundem Successorum Legatos, concessas, & concessa, seu concedendas, & concedenda, etiam quascumque clausulas illarum ab hujusmodi revocationibus præservativas, in se continentes & continentia; motu, scientia, & potestate similibus etiam perpetuo revocamus, cassamus, & annullamus, & nemini suffragari, nec illarum prætextu, etiamsi ex tunc, prout ex diebus vacationum eorumdem, factæ, seu facta comperiantur, aliquem ex Prioratibus, Castellania, Bajuliviis, Præceptoriis, Cameris, Commendis, aliisque Beneficiis Hospitalis hujusmodi acceptari, vel assequi, aut jus in re, vel ad rem, cuiquam acquiri potuisse seu posse; sed illis non obstantibus, prædictos magnum Magistrum, & Conventum, aliosque dicti Ordinis ad id facultatem habentes, ut præfertur, conjunctim seu divisim, juxta consuetudines & stabilimenta ejusdem Hospitalis, de ipsis Prioratibus, Castellania, Bajuliviis, aliisque pręmissis, libere disponere potuisse & posse, ac sic judicari debere, & quidquid secus super his attentari contingat, irritum & inane decernimus.

Prædictis autem magno Magistro, & Conventui dumtaxat, eorundem Prioratuum, Castellaniæ, Bajuliviarum, aliorumque Regularium dicti Hospitalis Beneficiorum hujusmodi resignationes admittendi, ac recipiendi, illaque resignantibus, denominationem, seu titulum, ac omnes eorum fructus, seu partem, aut super illis qualcumque pensiones annuas, quæ etiam transeant ad successores in eis, etiam sub censuris & pœnis Ecclesiasticis, etiam privationis, in talibus apponi solitis, ad vitam, vel ad tempus, reservandi, concedendi, constituendi, & assignandi, & quod altero decedente, superstes in Beneficii possessione succedat, indulgendi, seu regressum ad illud concedendi, liberam facultatem & auctoritatem, earundem pręsentium tenore concedimus & impertimur.

Decernentes nihilominus, super eorundem Prioratuum, Castellaniæ, Bajuliviarum, aliorumque præmissorum fructibus, redditibus, & proventibus, nullas pensiones annuas, seu eorundem fructuum redditum, & proventuum portiones, in quarumvis personarum sæcularium, seu alterius Ordinis, præterquam dicti Hospitalis & Militiæ Regularium, cujuscumque status, gradus, ordinis, nobilitatis, pręeminentiæ, vel Ecclesiasticæ, aut mundanæ dignitatis, aut conditionis fuerint, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, favorem, commodum, & utilitatem, quavis etiam Supremorum Principum, ut supra, vel aliorum consideratione, & intuitu, seu ex quacumque etiam onerosa & meritorum causa, per ipsos magnum Magistrum, & Conventum pręfatos, seu per dictam Sedem, reservari, constitui, & assignari ullatenus posse; & si reservari, concedi, & assignari conti-

contigerit, reservationes, concessiones, constitutiones, & assignationes hujusmodi factas, & faciendas, pro nullis & irritis haberi, nulliusque roboris & momenti esse & fore, nec ulli suffragari, aut jus easdem pensiones, seu fructus exigendi tribuere, nec quemquam earum vigore ad earundem pensionum seu fructuum solutionem & praestationem compelli posse.

la quale vi conduca agli eterni riposi per tutti i secoli de' secoli, e così sia. Fatte tutte queste cose, ritorna la Professa all'Altare per ricevere la Benedizione del Sacerdote, il quale dice sopra di essa alcune Orazioni, finite le quali, abbraccia essa le Religiose, e prima di mangiare portasi a fare l'ubbidienza nel Refettorio con del pane, dell'acqua, e del sale.

Consisteva anticamente l'Abito di queste Religiose in una Veste rossa, ed un Manto nero a Cappuccio, sopra di cui era la Croce bianca di otto punte; ma dopo la perdita di Rodi vestirono un'abito affatto nero in segno di lutto. In alcuni Monasterj di quest'Ordine, le Religiose portano una veste nera con un Scapolare; in altri hanno solamente la veste senza Scapolare, con la Croce di otto punte nella parte sinistra di essa. Nelle loro Funzioni, ed in Coro portano alcune il Manto a Cappuccio con i cordoni, che rappresentano i Misterj della Passione del nostro Signor Gesù Cristo. Vi sono alcune Sante di quest'Ordine, come Santa Flora, morta nel Monastero di Beaulieu in Francia, Sant'Ubaldesca, morta nel Monastero di Pisa in Italia, e S. Toscana, morta a Verona. Et refert etiam *Bosius d. par. pr. pag.* 393.

Pro integra harum Narrationum coronide dicimus, quod cum aer d. Mo-
28. nasterii de Sexena sit admodum insalubris, sa. me. Gregorius XIII. anno 1575. indulsit Religiosis Monialibus, ut quando ægrotant, exire possint e Monasterio, seque transferre ad Domum Parentum, ut ibi suis possent ægritudinibus, morbisque mederi, & penes eosdem Parentes suos valeant pro dicto effectu moram trahere usque ad recuperatam sanitatem: at cum iisdem Religiosis Legibus cautum sit, quod Moniales debeant in Cœmeterio Monasterii tumulari, ideo si aliqua moriatur in Domo suorum Parentum, illius Cadaver defertur ad Monasterium, ut ibi sepeliatur: defertur autem Cadaver hoc modo. Exeunt processionaliter Religiosæ e Clausura usque ad certum determinatum locum ad recipiendam Defunctam, cui faciem discooperiunt Portitores, qui jurant illud esse Cadaver Religiosæ Defunctæ, ut testantur sæpe laudatus *Pater Fontana pag.* 136., *& Bosius allegat. pag.* 393.

Antiquis temporibus Religiosæ hujus Monasterii deferebant Vestes ru-
29. bei coloris, & ut dicitur *Manto nero a Cappuccio*, super quod aderat Crux alba octogona: at postquam Equestris Religio Sancti Joannis Insulam Rhodi amisit, in signum luctus Habitum nigrum assumpserunt, ut dixit *d. Pater Fontana pag.* 141.

Est autem nigra Vestis, qua utuntur in Choro supra Tunicam, & Scapulare
30. nigri coloris, Pallium itidem nigrum addunt valde extensum, alba Cruce in parte sinistra signatum, quod tamen ad brachia revolutum ita sustinent, ut terram non attingat; illud triplici Funiculo serico nigro, alboque colore distincto circa collum perstringunt, eique alius connectitur, qui Instrumenta Passionis Christi Domini ex ligno exculpta, & serico obvelamine sustinet, & utrumque in sinistrum brachium ex armo excipitur: cœterum velamine albo, & nigro caput contegunt: *d. Pater Bonanni n.* 126.

Imago ergo d. Sanctimonialis Sanctæ
31. Mariæ de Sexena cum d. solemni Veste, & Cruce Ordinis, expressa habetur penes *d. Patrem Philippum Bonanni n.* 126., *& d. Collectorem Gallum d. tom.* 2. *pag.* 254., & imago

gō d. Reginæ Sanctę indutæ habitu Monialium de Sexena cum Regia Corona in Capite, & magna Cruce octogona Ordinis Hierosolymitani in pectore, & in alia parte dex-
31. tera, cum Rosario ut vulgo dicitur di Pater noster in manu dextera, cui annectitur Crux Ordinis; refertur à *d. Bosio d. par. pr. cap. 11. pag 391.*

Sciendum est etiam, quod in aliquibus Monasteriis hujus Ordinis, Religiosæ
32. gerunt Vestem nigram cum Scapulari; in aliis solum nigram Vestem gerunt sine Scapulari cum Cruce octogona à parte sinistra.

In functionibus, & in Choro, aliquæ gerunt, ut vocant *Il Manto à Cappuccio* cum Cordulis, quibus repræsentant Misteria Passionis Domini nostri Jesu Christi: *d. Pater Fontana, pag. 141.*

Hoc Monasterium Monialium Sanctæ Marię de Sexena, quod hucusque
33. descripsimus, fuit in sui Origine fundatum sub Regula Sancti Joannis Hierosolymitani, ut patet ex superius ostensis: sub eodem Ordine perduravit, à cujus Jurisdictione alias circa annum 1470. recesserat, & sub immediata Sanctę Sedis Apostolicæ jurisdictione se subiecerat. At sub anno 1569. sanctius esse perpenderunt Moniales, ad optimæ Matris Brachia, sinumque redire, & ad Sancti Joannis Hierosolymitani Religionem reverti, prout d. anno perfecerunt, redeundo ad magni Magistri antiquam obedientiam sub novis Capitulationibus, Juramento Fidelitatis præstito eidem magno Magistro, & Concilio, lætoque animo ab Ordine Equestri Hierosolymitano exceptæ fuerunt, quemadmodum describit *Abb Justinianus pag. 257. d. Pater Honoratus à S. Maria pag. 282. Collector Gallus, d. Pater Fontana* ubi supra, *& pag.* 135. ubi quod se obligaverunt dare & consignare in recognitionem subiectionis Vas Argenteum communi Thesauro in qualibet electione magni Magistri: erat autem tunc temporis magnus Magister Petrus de Monte: *d. Comes Fontana pag. 240.*

Aliud adest in Catalaunia Monialium Monasterium ejusdem Ordinis San-
34. cti Joannis Hierosolymitani, non quidem divitiis, sed Religiositate consimile prænominato Monasterio Sexenæ, hoc est Monialium Sanctæ Marię Dominæ nostrę *de Alguaire*, ut bene notat *d. Abb. Justinianus pag. 558.* Situm est horum Monialium Monasterium in Catalaunię Principatu, supra altum Montem, ad Ripam Fluminis *Noguera di Rivagorza* ædificatum tempore Regis Don Petri II. de Aragonia, & I. Catalauniæ circa annum Christi 1212. à duabus Nobilissimis Matronis Catalauniis, Saurina de Jorba, & Elsa de Saguardia; prædictæ enim Nobilissimæ Mulieres, proprio divendito Patrimonio, quod diversis locis possidebant, Terras, aut Castra de Alguaire prope Monasterium emerunt, & cum illis eorumque Redditibus, & Jurisdictionibus Dotem Monasterii constituerunt, in quo Monasterio nulla Mulier recipitur, nisi sit Nobilis Natalibus, juxta ea, quæ refert *d Justinianus pag. 559. & Bosius in allegata Historia Ordinis Hierosolymitani par. pr. cap. 11. pag. 39.*

Plures in Gallia retroactis etiam Seculis adfuerunt, & adsunt Religiosæ Hospitalarię Ordinis Sancti Joannis
35. Hierosolymitani, quæ positæ erant in Hospitali di *Beaulieu* in Aquitania, loco dicto *Quercy* in Diœcesi d. Cahors, quod erat paruum Hospitium fundatum a Tiberto *de Themines* cum consensu Episcopi di Cahors

hors pro Hospitio pauperum Peregrinorum, cujus reditus aucti fuerunt 1245., & 1259 ab Emerico de Goudour, quæ loca donata fuerunt Hospitalariis Ordinis Sancti Joannis, & isti ibidem apposuerunt Religiosas ejusdem Ordinis, constituta Priorissa Angelina de Baras, quæ rexit usque ad 1296. cui successit Angelina de Themes ejus filia. Adfuit illa Capitulo Provinciali Ordinis Anno 1298. in Commenda de la Tronquiere, fuitque præsens Magnus Prior Sancti Ægidii, qui postmodum fuit magnus Magister Guilielmus de Villaret, qui factus magnus Magister anno 1295. submisit duo Hospitalia *di Beaulieu*, *& Fleux* Visitationi, & Correctioni Magni Prioris Sancti Ægidii, & ejus Successorum.

Præterea statuit, quod Priorissa Monasterii *de Beaulieu* Magna esset Priorissa omnium hujus Ordinis Monasteriorum Mulierum in Gallia, quodque quodlibet ex ipsis solveret annuatim scutum unum in recognitionem eorum dependentiæ, quod approbatum fuit à magno Concilio: *d. Pater Fontana pag.* 143. *Bosius in Historia hujus Religionis lib.* 1. *pag.* 18. 19., *&* 20.

Dictus magnus Magister, dum in Cypri Insula morabatur, in Civitate Limitonis anno 1303. Capitulum Generale tenuit, in quo confirmavit Capitulum Provinciale, deinde d. Hospitali de *Beaulieu*, univit alia, de quibus *d. Fontana pag.* 144.

In hoc Hospitali *Beaulieu* Habitum Religionis Sancti Joannis assumpsit Mater Galliotta di Goverdon Genovillac, & Vaillac, quæ illud reformavit, & Sanctæ Vitæ Institutum secuta est, ac intenta reformationi, licet esset annorum quindecim, & quamvis invita, facta fuit Coadiutrix Priorissæ de *Beaulieu*, & hac occasione magnam Crucem Ordinis assumpsit: post annum electa fuit Priorissa Monasterii *de Fleux*, quod est Monasterium existens in solitudine, in qua Pœnitentiæ Vitæ se tradidit.

Postmodum redit ad *Beaulieu*, ubi laboravit pro Reformatione d. Loci, & deinde obiit die 24. Junii 1618. die Festivo Sancti Joannis Baptistæ, cumque ferverent Dissensiones, convenerunt tamen anno 1623. concorditer scribere magno Magistro Antonio de Paulo, ut implorarent ejus Protectionem pro reformatione, qui magnus Magister respondit illam approbare, sed magis illi placeret, quod Civitatem Tolosæ adirent, prout Moniales fecerunt quæ erant numero sex anno 1624. & elegerunt in Priorissam Matrem de Mirandol: *d. Pater Fontana* nova postmodum edita Statuta enumerat *à pag.* 152. *cum seqq* Ubi inquit, quod - *Sono perpetue le Priore di queste Religiose, le quali osservano le Costitutioni loro date dal Gran Maestro Gulielmo di Villaret: portano sulla loro Sottana una Croce d'oro, riportata sulla Croce di tela bianca, come le Religiose di Tolosa ec.*

In questo Monastero di Beaulieu nel 1299. morì Santa Flora Religiosa di quest' Ordine. Questa nelle antiche Pitture viene rappresentata vestita con Sottana rossa fregiata da una Gran Croce bianca, e con un Manto nero sopra di cui nella parte sinistra è una Croce bianca di otto punte. Quest' era l' antico Abito delle Religiose di questo Monastero, e di quello di Fleux, prima della perdita di Rodi; ma si viddero in decorso delle variationi in quest' Abito, dalla vanità certamente introdottevi, poichè il Manto ancora era rosso, ed ornato di Ermellino, così

così viene rappresentato in un Quadro la Madre Gabriella de Turenne d' Annac Comendatrice, o Priora del Monastero di Fleux morta nel 1524: Quest' Abito fu variato ancora dopo la presa di Rodi quanto al colore, ed alla figura, come vedesi nel Ritratto della Madre di Vaillac. De S. Flora sermonem habuimus in antecedenti discursu *Sect. 9. pag. 662. Bosius in Historia hujus Ord. Parte 2. cap. 1. pag. 19.*

Anno 1212. alia Domus Monialium constructa fuit sub eadem Regula, & Titulo Sanctę Mariæ di Algeri, Ædificium quidem constructum fuit 36. super Montem altum in Catalaunia ad Flumen Ravacorza Saurina de Iorba, & Elta de Segardia, huicque Monasterio Nobiles Matronæ plura Bona donarunt: ut autem admittantur ad profitendum, debent Mulieres probationes conficere super earundem Nobilitate, cum plurium Testium depositione, & cum exhibitione laterum, ut dicitur, quarti, *d. P. Honoratus à S. Maria pag. 282.*

Raymundus Caracciolus Neapolitanus creatus magnus Magister à Summo Pontifice Urbano Sexto, ut diximus in Vitis magnorum Magistrorum, dum idem magnus Magister Floren- 37. tię morabatur, construere fecit propriis expensis in dicta Civitate Monasterium Sancti Joannis Anno 1370. pro Monialibus subiectis Obedientiæ Prioris Pisarum: *Commendator Marullus in Vita magnorum Magistrorum pag. 378., juxta impressionem Neapolis Typis Octavii Beltrami 1636. Comes Fontana pag. 79. d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag. 282.* ubi inquit, quod quinque fuerunt Matronæ nobiles Florentinę, quæ fundamenta posuere Monasterii sub nomine S. Joannini, quodque magnus Magister Caracciolus, aut Joannes Ferdinandus de Heredia, posita fundatione hujus Monasterii Florentiæ, concessit eidem Monasterio S. Nicolai Hospitale cum suis Bonis, & Jurisdictione annexis; Primaque Abbatissa, & Comendatrix hujus fuit Peretta Andrea Viviani: *d. Collector Gallus d. Tom. 2. pag. 255. Bosius in Historia Ordinis Hierosolymitani Part. 1. lib. 4 pag. 144. & 145.* ubi exponit nomina supradictarum quinque Matronarum. Et quod fuerit Pisis aliud Monasterium Monialium S. Joannis Hierosolymitani, asserit *Bosius in Historia hujus Ordinis Parte 1. cap 13. pag. 477.* ubi vixit, & decessit B. ata Ubaldesca, de qua egimus supra Disc. antecedenti *sect 9. pag. 658.*

Tempore Gubernii magnii Magistri Petri de Aubussone erectum fuit in Hispalensi Civitate Monasterium Monialium Ordinis S. Joannis Hierosolymitani pro Nobilibus Mulieribus, fuitque hujus Monasterii Fundatrix, primaque Priorissa, Nobilissima Matrona Elisabeth de Leone, cui cognomentum la *Farfana*, ut liquet ex Licentia, quam 38 impertivit laudatus magnus Magister Petrus de Aubussone anno 1490. ut uidere est apud *Patrem Dominicum Mariam Curione Ordinis Sancti Dominici in suo Volumine il Glorioso Trionfo della Sacrosanta Religion Militare de' Nobili Cavalieri di S. Giovanni Gerosolimitano. & Lib 4. cap. 1. pag. 283. juxta Impress. Neapolis Typis Scipioni Bonino 1629 d. Pater Honoratus à S. Maria pag. 283. Collector Gallus d. Tom. 2. pag. 255.*

Alia Elisabeth Fernandi in Lusitania, 39. Monasterium fundavit in Civitate Eboræ sub Regula S. Joannis Hierosolymitani: *d. Collector Gallus d. Tom. 2. pag. 255. d. P. Honorat. à S. Maria pag. 283. Bosius ut supra parte 2. XVIII. pag. 621.*

Aliud Monasterium ejusdem Religionis Sancti Joannis Hierosolymitani in Lusitania in Oppido *d'Estremos*, erexit Don Aloysius Infans, dum erat perpetuus Administrator Prioratus Portugalliæ in loco nuncupato *Flos de Roses*: *d. Collector Gallus d. tom. 2. pag.* 255., *d. Pater Honoratus à S. Maria pag.* 283.

40.

Anno 1617. Mater Galliotta de Vaillac ex Provincia Aquitaniæ, Fœmina Venerabilis memoriæ, instituit Congregationem piarum Mulierum, quarum expensis, certis diebus ali debebant pauperes Peregrini, voluitque ut Ordo Hospitalarius Monialium Sancti Joannis Hierosolymitani in Gallia vocaretur.

41.

Vestis harum Hospitalariarum nigra est, supra pectus habens Crucem sericam octogonam, Pallium similiter nigrum adest, quod è sinistro latere assutam tenet consimilem Crucem, cui Pallio junguntur ex corallo globuli, vulgo *Corona di Corallo*, quæ Corona distinguitur nonnullis Parmulis, & Nos dicimus *Scudetti*, in quibus præcipua Instrumenta Passionis Domini Nostri Jesu Christi exprimuntur, hoc est Corona Spinea, Clavi, Columna, Flagella, Lancea, & alia: *d. Collector Gallus Tom. 2. pag.* 255. *d. Pater Honoratus pag.* 283.

Figura autem d. Monialis cum d. Narratione habetur penes *Patrem Philippum Bonannum in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 124. Et easdem conficiunt Nobilitatis Probationes: *d. Pater Honoratus pag.* 283.

Dictæ Religiosæ immediate subiectę sunt magno Magistro, ut sunt illæ Tolosæ, cujus Habitum gerunt, & cujus Constitutiones observant, solumque in hoc differunt, quod Priorissa de Martel, in Territorio *de Querci* perpetua est, Tolosæ autem Triennalis, & quod debeat confirmari à magno Magistro: *d. Pater Fontana Storia degli Ordini Monastici ec. Militari ec. ex Gallico Idiomate in Italicum translata tom. 3. cap. 15. pag.* 149., & 153. *juxta impress. Lucæ Typis Josephi Salani*, & *Vincentii Giuntini* 1738.

Dictus *Pater Fontana ubi supra pag.* 151. notat, quod magnus Magister de Lascaris monet in suis Constitutionibus datis his Religiosis, memoriæ tenere de earum Reformatrice Matre Galliotta de S. Anna, & Nobili Familia de Vaillac. Hic *d Pater Fontana* concludit errasse Patrem Bonanni in suo Catalogo Ordinum Equestrium dicentem, d. Matrem Galliottam erexisse in Francia Congregationem peculiarem Mulierum, illisque dedisse nomen Hospitalariarum S. Joannis Hierosolymitani, cum manifestum sit illam non Institutricem, sed Reformatricem fuisse d. Ordinis, dum Ordo jam usque à decimo tertio Seculo, suam habuit institutionem.

Tolosę quoque circa annum 16 8 erectum fuit aliud Monasterium Religiosarum Sancti Joannis Hierosolymitani. Pro ingressu hujus Monasterii probanda similiter est Nobilitas sanguinis: *d. Collector Gallus d. tom.* 2. *pag.* 257. *d. Pater Honoratus pag.* 283.

42.

Plura alia in aliis Regionibus Religiosarum Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani Monasteria adsunt, ut notant præallegati Auctores: *Collector Gallus*, & *Pater Honoratus* ubi supra, *ac Pater Fontana* allegatus.

Non omittimus tamen duo exponere notanda, videlicet quod ex his Monialium Conventibus plures sunt, in quibus Priorissæ ad Vitam præsunt; aliæ ad triennium tantum: sicuti etiam quod pars eorundem Conven-

tuum

suum subjecta est immediate magno Magistro, & Pars Prioribus Ordinis.

Profecto ex hujusmodi Sanctimonialibus sanguinis Nobilitate præclaris, & Equestri Cruce insignitis, non solum Familiarum, sed & ipsorum locorum resplendet Nobilitas, & subsidium quoque spirituale Christianæ consequitur Respublica; sicut enim Equites ejusdem sacri Ordinis Hierosolymitani incessanter armata manu, Bellicaque virtute pro Christiana Fide, & repugnantia gloriose, ac utilissime militant, ita & Sanctimoniales sub eodem Sancti Joannis Hierosolymitani Regulis militantes, in Castris Christianis, earundem scilicet Religiosis Claustris, assiduis ad Deum precibus exercentur, ac Virtutibus, & contra vitia robuste pugnant, ut late, & eleganter demonstrat *d. Abb Justinianus pag.* 258. *Collector Gallus d. tom.* 2. *pag.* 254.

DISCURSUS CXXX.

S. JOANNIS BAPTISTÆ ET S. THOMÆ ACCONE SEU S. JOANNIS DE ACRE

ARGUMENTUM

Describitur origo Equestris, & Militaris Ordinis Sancti Joannis Baptistæ, & Sancti Thomæ Acconæ, & ostenditur, non Anconæ, sed Accone fuisse institutum, & unum fuisse Ordinem, non plures, licet modo sub titulo utriusque Sancti, modo sub unius tantum titulo nominetur. Describitur Crux, Tessera ejusdem, cujus coloris, & formæ, ostenditurque illum ad Castellæ Regnum advocasse Alphonsum Decimum Regem.

S U M M A R I U M

1. *Recensentur Auctores sustinentes Ordinem S. Joannis Baptistæ, & S. Thomæ fuisse institutum Ancona, quæ est Civitas Italica, sub temporali Dominio Summi Pontificis* & n. 2.
2. *Ancona Civitas gloriatur in ea erectum fuisse d. Equestrem Ordinem ab aliquibus ejus Nobilibus Viris.*
3. *Hic Ordo fuit institutus pro infirmis curandis, & subinde à Summis Pontificibus fuit factus Ordo etiam Militaris.*
4. *Comprobatur Ordinem, non* Anconæ, *sed* Accone *fuisse fundatum, & rejicitur contraria opinio, detegiturque æquivocum dictarum dictionum,* & n. 5.
6. *Acconenses Equites apud Patrem Torellum de Bononia vocantur etiam Accaronitæ.*
7. *Ordo hic varie à Scriptoribus nuncupatur, modo conjunctim, modo separatim, à prædictorum Sanctorum nomine.*
8. *Ordo hic ut distinctus in quatuor Ordines accipitur,* & n. 9 & n. 10.
11. *Ex his Equitibus aliqui remanserunt in Palæstina.*
12. *Unum solum fuisse Equitum Ordinem comprobatur* & n. 13.
14. *Ordo hic fuit institutus à Nobilibus Viris Accone pro hospitalitate Infirmorum, & Peregrinorum Sacra Loca visitantium.*
15. *De quo tempore fuerit approbatus* & n. 16. & 17.
16. *Illum approbavit Alexander IV. sub Regula Sancti Augustini,* & n. 17.
18. *Et etiam Joannes XXII.*
19. *Ordo sumpsit etiam exercitium Armorum.*
20. *Crux Ordinis erat plana, rubea, potenticta.*

21. *Figura Equitis apud quos referatur.*
22. *Equites hi fuerunt à Rege Alphonso vocati ad Regnum Castellæ, quos ditavit.*
23. *Reiicitur Tamburinus de Jure Abbatum.*
24. *Hic Ordo unitus fuit Ordini S. Joannis Hierosolymitani.*
25. *Hæc Unio non fuit ab omnibus approbata in Hispania.*

DISCURSUS CXXX.

S. JOANNIS BAPTISTÆ ET S. THOMÆ ACCONE SEU S. JOANNIS DE ACRE.

CUm in hujus Equestris Militaris Ordinis exponenda origine ac titulo, plures ex exteris Scriptoribus in æquivoca inciderint, adeo ut non unum solummodo, sed plures Ordines fuisse videantur; Nos qui hujusmodi Narrationes explanare cupimus, singulas Auctorum Narrationes transcribemus. Et primo Exteri Scriptores re-1. ferunt, Ordinem hunc Equestrem institutum fuisse Anconæ, quæ est Civitas Italica in Provincia Marchiæ, sub temporali Ditione Summi Romani Pontificis ut legitur apud *Joseph de Michieli, in Thesauro Militari: Patrem Andream Mendo de Ordinibus Militaribus Disq. 1. quæst. 2. §. 23. n. 46. D. Joannem Fridericum S. R. E. Comitem in Koden Sapieha Equitem Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in suo Corollario Alphabetico celebriores in Christianitate Ordines continente in verbo Sancti Thomæ Equites in Italia pag. 339.*, quod habetur *post Tractatum ejusdem Auctoris, cui Titulus - Adnotationes Historicæ de Ordine Equitum Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ Typis Adami Cholini impressum Coloniæ anno 1730. Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires &c. tom. 3. §. 48. pag. 281. juxta impress. Petri Brunel Amstelodami anno 1721. Patrem Honoratum à S. Maria Carmel. Excal. in Volumine, cui Titulus - Dissertations Historiques &c. sur la Chevalerie &c. lib. 9. Dissert. 10. Art. 2 pag. 226. & in Annotat. sub Litt. B & in Tabulis Alphabeticis Chronologicis Ordinum pag. 513. juxta impress. Parisiensem Petri Francisci Giffart 1718.*, late *Hermant Curatus de Maltot*, qui loquens de d Ordine scribit, quod Nobilis Civitas Anconæ, Civitas Epi-2. scopalis cum Portu in Italia, sita in Statu Ecclesiastico, inter suas antiquitates gloriatur, in ea natum fuisse Ordinem Militarem, sub Titulo Sancti Joannis Baptistæ, & Sancti Thomæ, ab aliquibus nobilibus Viris ejusdem Civitatis, in subsidium pauperum In-3. firmorum fundatum, & subinde à Summis Pontificibus Dignitate Ordinis Militaris auctum, ut Equites illius pugnarent contra Bannitos sive Latrones impedientes Peregrinos Sacra loca visitare volentes, de quo *Hermant* meminit *d. Collector Gallus*, & refertur *in Historia Gallice scripta Ordinum Monasticorum Religiosorum, & Militarium in Italicam Linguam translata per Patrem Josephum Franciscum Fontana Mediolanensem Congregationis Matris Dei tom. 4. cap. 58. pag. 501. juxta impressionem Lucæ Typis Ioseph Salani, & Vincentii Giuntini 1738.*, & supra allegatus *Hermant* agit de isto Ordine Equitum sub titulo Sancti Joannis de Acre, in Histo-

Historia du Religions du Ordres Militaires tom. 2. in addit. pag. 509. juxta impress. Rothomagen. Typis Io. Baptista Besogne 1720.

At verior sententia est, hunc Ordinem, non Anconæ, sed Accone fuisse fundatum; Accon autem est Urbs Syriæ, Ptolemais antiquitus dicta, seu Acre, quemadmodum testatur *Abb. Bernardus Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Seconda Cap. 43. pag. 595. juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Nou*, ubi notat, ortum fuisse errorem ex ipsa dictione *Ancona*, cum dictione *Accone*, nam unius tantummodo litteræ immutatio invertit facile unam in aliam, sicut & ipsa etiam Amanuensium incuria, eoque magis, si consideretur, quod dicti Auctores, nempe *Joseph. de Michieli*, & *Pater Mendo*, solum sequuntur d. æquivocum ex nomine, non autem asserunt fuisse in Italia institutum. Imo idem supra allegatus *Dominus Comes in Koden Sapieha*, licet *in d. pag. 339.* ponat Equites Sancti Thomæ institutos Anconæ in Italia, tamen in antecedenti verbo *Sanctorum Ioannis, & Thoma pag. 291.* inquit, hos Equites Anno 1250. institutos fuisse in Syria: idem tenet *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n. 50.* ubi reprobat antedictum *Ioseph. Micheli* contrarium tenentem, & late reprobato quoque allegato pro contraria opinione Hermant, demonstrat *d. Historia Ordinum Monasticorum & Militarium Gallice scripta, & per Iosephum Franciscum Fontana Congregationis Matris Dei in Italicam linguam translata d. Tom. 4. cap. 58. pag. 501. Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica, seu Ius Canonicum Tom. 2. sub litt. S. de Sum. Trinitate, & Fide Catholica §. Notitia, & Series Ordin. Equestr. sub n. 56. pag. 739. juxta impressionem Salisburgensem Typis Ioannis Mayr 1729.* ubi nominatim reprobat *d. Michelium*.

4.

5.

Hos Equites Acconenses, Accaronitas vocat *Pater Aloysius Torellus de Bononia in Volumine - Secoli Agostiniani tom. 1. ad Seculum 389. sub n. 131. pag. 269.* desumens denominationem ab Acre, juxta *Abulensis* verba *in Commentariis super Josue cap. 15., & in Libro 4. Regum cap. 1.* cujus verba *d. Collector Gallus d. tom. 3. pag. 281.* refert, & sunt - *Ista Civitas vocatur nunc vulgariter* Acre, *& ab hoc loco nominatur quidam Ordo Beati Ioannis de Acre. vel de Accaron. Et in 4. lib. Regum, verba sunt - Est autem Accaron famosa Civitas Terra Filistinorum circa Mare Mediterraneum, in quo postea fuit Ordo quorumdam Militum, qui vocantur de Sancto Ioanne, & illa Civitas vulgariter dicitur de Acre Accaron* - & transcribuntur etiam *à d. Patre Ioseph Francisco Fontana in d. Historia tom. 4. pag. 502.* ubi relinquendo in suspenso assertionem circa nomen Civitatis *Acre* sive *Ptolemais*, ac *Accaron*, an sit eadem, cum multi Scriptores prætendant *Accaron* fuisse ignobilem Villam, concludit *Pater Fontana* hoc certum esse, quod semper firmatur, d. Equestrem Ordinem fuisse in Syria, & Civitate Accone non Anconæ erectum.

6.

Secundo, hic Ordo à Scriptoribus nuncupatur Ordo Sancti Joannis Baptistæ, modo solius Divi Joannis de Acre, vel Divi Joannis & Sancti Thomæ, modo solius Sancti Thomæ Acconensis, ac modo Sancti Thomæ Martyris Cantuariensis Accon, & demum Sancti Thomæ Magistro & Fratribus Hospitalis

7.

Hospitalis Sancti Thomæ Martyris Acconen. modo Sancti Thomæ Apostoli: *d. Pater Torellus de Bononia d. pag.* 269. *d. Pater Fontana d. pag.* 501. proindeque *Menennius* credit Ordinem Sancti Thomæ diversum esse ab illo Sancti Joannis *d' Acre*, quem refert *d. P. Fontana d. pag.* 501., ut infra.

Hinc in Nomenclaturis Ordinum, ut distincti Ordines recensentur, habetur enim in *d. Corollario Domini Comitis in Koden Sapieha sub pag.* 190. sic - *Sancti Joannis Baptistæ Acconitani, seu in Ptolemaide Equites ex Pa-* 8. *læstina ortum ducunt, quæ olim Acre, deinceps Accon dicta fuit, de vovebant sua studia, atque curas Ægrotorum obsequio, nec non Peregrinis ducendis, & reducendis. Capta Urbe Ptolemaide transierunt in Hispaniam: dicuntur instituti esse año millesimo nonagesimo nono sub Godefrido Bullonio. Insigne erat Crux alba ad instar Melitensium: defecerunt.*

Tertio, *Sanctorum Joannis, & Thomæ celebres olim Equites in Syria, circa medium Seculi decimi tertii ab Ale-* 9. *xandro Sexto receperunt Insigne Ordinis Crucem rubeam, cum Effigie istorum Sanctorum. Alphonsus Sapiens Rex Castellæ multa illis præstitit Beneficia: successu temporis ex Syria pulsi, conjuncti sunt cum Melitensibus; nihilominus illi Equites, qui Hispanias incolebant, intra limites primæ institutionis diù manserunt sub nomine Equitum Sancti Thomæ*: Jam interierunt, ut in *d. Corollario pag.* 291. Ubi per errorem Typographi loco Alexandri IV. dicitur V. *d Corollarium pag.* 339. habet - *Sancti Thomæ Equites instituti Ancona* (in margine leguntur hæc verba 1236. in Italia) *à Piis Personis ad sublevandam pauperum inopiam, anno millesimo ducentesimo trigesimo sexto, approbati ab Alexandro Quarto. Hos demum Alphonsus Decimus Astrologus anno millesimo ducentesimo octogesimo quarto evocavit in Castiliam: conjuncti deinde fuerunt cum Melitensibus: tandem ea conjunctione non contenti Ordinem suum ex parte restabiliverunt, at non diu duraverunt.*

Idem Corollarium *sub pag.* 340. sic lo-10. quitur - *Sancti Thomæ Equitum Ordo* (à Sancto Thoma Cantuariensi Præsule, ac Patrono ita dictorum) *à Richardo Rege Angliæ in Urbe Ptolemaide pro Anglis institutus circa annum millesimum centesimum nonagesimum*: jam interiit.

Demum non omittimus referre, *Menennium* in suo Volumine *De Delitiis Ordinum Equestrium pag.* 83., & 265. scribere, quod quidam *Joannes de Vanden Hoevel*, Vir ob suas Peregrinationes, & longa itinera notus, propriis oculis vidisse narrat non-11. nullos Equites in Oriente dicatos Sancto Thomæ, remque his verbis exponit - *Se vidisse in Palæstina Milites Divo Thomæ titulari dicatos, & rubra Cruce decussata*) Sautoir Galli vocant insignes) quem *Menennium* ad litteram transcribit *d. Abbas Iustinianus d. parte secunda cap.* 47. *pag.* 592. ubi subdit *Come però questa Relazione conforma nel Collare della Croce, così pare che varia nella figura, descrivendola Diagonale, o all'uso di quella di S. Andrea: quello si rende osservabile in questa Relazione è il luogo ove il Vanden Hoevel aveva veduti questi Cavalieri, poichè essendo eglino nella Palestina, chiaro nasce l'argomento, che erano reliquie di quelle d'Acre, o Accone, conforme con errore di stampa scrive il Michieli, anzi che fossero instituiti in*

in Accone, e non in Ancona.

Perpensis itaque circumstantiis dictarum Narrationum, & quod dictus Ordo sub denominationibus, & ti-
12. tulo, vel coniunctim, vel disiunctim prelaudatorum Sanctorum, non solum circa pene eadem tempora, sed circa precisum finem versatur, subveniendi Peregrinis, & Armis etiam eosdem defendendi, ad sensum quoque Scriptorum superius relatorum, *Abbatis videlicet Justiniani, & Patris Fontana* nec non considerando quæ infra subdemus, dicendum omnino est, quod omnes sub Regula S. Augustini militant, & ab eodem Alexandro IV. confirmationem habuerunt, & prete-
13. rea unum fuisse Ordinem, & non plures, & potuisse ex temporis variatione aliquam partialem alterationem pati, que minime substantiam Ordinis immutavit, & Scriptores referendo, vel renovationes, vel extensiones ad alias Nationes, in æquivocationes inciderunt, putantes fortasse primas extensiones novas fuisse diversorum Institutiones.

Fuit ergo institutus hic Ordo à qui-
14. busdam Nobilibus Viris in Civitate Acconensi pro cura Infirmorum, & Peregrinorum Hospitalitate Sacra Loca visitantium: *d. Justinianus d. pag.* 594. *Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 280. *Bonannus d. n.* 59. *d. Fontana pag.* 501. *ubi Menennium, & Schoonebeck, ac Tamburinum de Jure Abbatum* allegat.

Verus institutionis Annus ignoratur;
15. arguitur tamen ejus institutio secuta intra annos currentes ab anno 1254. ad annos 1261., eo quia constat Ordinem fuisse approbatnm ab Alexandro IV., hic autem electus fuit
16. Summus Pontifex anno 1254., & obiit anno 1261., quapropter infertur confirmationem indulsisse intra dicti temporis spatium, & eo currente circiter, peractam quoque fuisse Ordinis Fundationem, ad tradita per *Justinianum pag.* 595., & *d. Patrem Fontanam ubi supra.*

Institutum autem fuisse Ordinem anno 1230., inquit *d. Pater Torellus de Bononia d. pag.* 269. aut anno 1336. scribit *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 339., & fuisse approbatum ab Alexandro IV., concludit idem *Comes in Koden eadem pag.* 339. Et
17. quod d. Summus Pontifex Alexander IV. d. Ordinis Institutionem approbaverit, & sub Regula Sancti Augustini locaverit: *d. Pater Aloysius Torellus de Bononia d. pag.* 269 *sub n.* 131. *Justinianus d pag* 594. *& seq. Pater Bonannus d. n.* 59. ubi inquit, quod eundem successive etiam con-
18. firmavit Joannes XXII. *d. Pater Fontana d. pag.* 501. *d. Justinianus d. pag.* 595. qui etiam inquit, fuisse confirmatum ab Alexandro V. *d. de Nicollis d. pag.* 470. ubi ait illum approbasse sub regula Sancti Augustini Alexandrum IV., & Joannem XXII.

Mox iidem Equites, ultra Infirmorum curam, & Peregrinorum Hospitalitatem, exercitium etiam Armorum sumpserunt, æmulati Fratres Hospita-
19. larios Sancti Joannis Hierosolymitani: *d. Bonannus d. n.* 59. cum aliis superius allegatis.

Tessera prædictorum Equitum eisdem
20. assignata ab Alexandro IV. erat Crux plana rubea formæ potentiatæ, ut dicitur, in cujus Crucis medio sederat numisma, in quo insculpte erant Imagines utriusque prænominati Sancti, Joannis Baptistæ, & Sancti Thomæ, & hujusmodi Crucis formam refert *d. Abbas Justinianus pag.* 594. *Bonannus in Catalogo Ordin. Equest. in Generali explicat. Tesserar. pag.* 152. *sub n.* 54. *Collector Gallus tom.*

tom. 4. in explicat. Tesserar. Ordin. Milit. sub n. 54. pag. 419. d. Pater Honoratus à S. Maria Excalceatus Carmelita loco supra citato, & in explicat. omn. Tesserar. pag. 465. sub n. 48 Quod Crux fuerit alba in veste nigra, inquit *Io. Hybner* in suo Lexicon in verbo *Ritker Colum.* 1713. Quodque fuerit alba ad instar Melitensium: *d. Comes in Koden Sapieha in d. Corollario pag.* 290.

21. Figura Equitis Armati, ac dicta Tessera ornati habetur apud *Patrem Bonanni d. n. 59., & apud Collectorem Gallum d. tom. 3. pag.* 280.

22. Hos Equites anno 1284. fuisse ab Alphonso Decimo Rege nuncupato Astrologo, sive Sapiente in Castellam advocatos, ut suum Regnum adversus Mauros tueretur, inquit *d. Comes in Koden Sapieha pag. 339 d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag. 226. d. Iustinianus pag.* 595. ubi, quod eosdem Equites plurimis cumulavit Divitiis, & in Testamento pingues Reditus reliquit: *Joannes Hybner in suo Lexicon in verbo Ritker Columna* 1713. *d. Pater Joseph Franciscus Fontana d. tom. 4. pag. 502. Tamburinus autem de Jure Abbatum tom. 2. Disput. 24. quæst. 4. relatus à d. Patre Honorato à Sancta Maria Car-*

23. *melita Excalceato d. lib. 1. Disser. 10. art. 2. pag. 226,* tribuit Alphonso Castellæ Regi hujus Ordinis institutionem, quem *Tamburinum* reiicit *d. P. Honoratus.*

24. Uniti fuerunt prædicti Equites cum Ordine Equitum Sancti Joannis Hierosolymitani, nunc dicti Melitenses: *Pater Mendo d. §. 23. d. Iustinianus d. pag. 595. d. Comes in Sapieha d. pag. 339. d. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus d. lib. 1. Differt. 10. art. 2. pag. 226. d. Io. Hybner d. Columna 1713. d. Pater Fontana dicta pagina* 502.

25. De dicta unione non contenti Equites in Hispania commorantes, rursus Ordinem suum ex parte stabiliverunt, vocatique fuerunt Equites Sancti Thomæ, vivendo sub eorum primis Constitutionibus, & Regula, & gerendo Crucem rubeam prædictæ formæ antiquæ, sed cum sola imagine Sancti Thomæ, qui tandem Ordo non diu duravit, ut prosequitur *d. Iustinianus pag. 594. d. Comes in Koden Sapieha d. pag. 339. d. Pater Fontana pag. 502. d. Pater Mendo* ubi supra: *de Nicollis* ubi supra: *Pater Fontana d. pag* 502.

DISCURSUS CXXXI.

SANCTI JOANNIS NEPOMUCENI

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget.

ANno 1706. in Regno Bohemiæ sub gloriosissimo Sancti Martyris Joannis Nepomuceni titulo, & felici sub omine Pia confœderatio, sive Congregatio erecta fuit, subinde à fa. me. Clemente XI. d. anno 1706. approbata.

Palam in Pectore, vel alibi deferunt huic Societati Aggregati effigiem ejusdem Divi Joannis Nepomuceni, talemque Tesseram, & Numisma Augustissima Imperatrix Elisabetha Christina de Wolfembutel Vidua immortalis in ævum memoriæ Romanorum Imperatoris Caroli VI., pluribus distinctis Viris, adamantibus exornatum munifice misit.

Non immerito Dominus *Ioannes Fridericus*

dericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Aquila Alba in Polonia in suo Corollario celebriores in Christianitate Ordines nunc, vel olim *Florentes* succincte enumerante, apponit etiam hanc Piam Congregationem, ut videre est in eodem *Corollario*, quod est impress. in calce Voluminis ejusdem Nobilis Auctoris, sub *Tit. Adnotationes Historica de Origine &c. Ordinis Equitum Aquila Alba in Regno Polonia impress. Colonia apud Adamum Cholinum anno* 1730. in pag. enim 291. *in verbo Sancti Joannis Nepomuceni* hæc habet 1706. *Sancti Joannis Nepomuceni Pia Confœderatio, seu Congregatio est, quę tenetur Effigiem ejusdem Divi in pectore, vel alibi palam gestare. Augustissima Imperatrix moderna Elisabetha pluribus Personis prima ex tractionis similia numismata adamantibus distincta transmisit. Quarta demum tribus accessit gratia ex consanguinea Lechia Bohemorum gente oriunda. Parvam ne dicas gratiam? præsentissimum periclitantis famæ Patrocinium? Famam quisque sibi scribat hæredem Neopomucenæ Societatis alumnus, diu durabit præclara hæreditas, & quamvis profundissimis Moldava fluctibus obruatur, purior emerget, approbata hac Confœderatio pia à Clemente XI. anno millesimo septingentesimo sexto.*

Ut autem erga Invictissimum Christi Domini Martyrem Joannem Nepomucenum corda Fidelium Devotione inflammentur, Lectorem nostrum hortamur percurrere Historiam ejus Vitæ, quæ scilicet habetur in Breviario sub die 16. Maii, qua ejus Festum agitur, & quam Historiæ Vitam hìc imprimi curamus una cum piissima Oratione ejusdem Sancti Martyris.

Joannes Nepomuci Bohemiæ Oppido, unde Nepomuceni cognomen duxit, à parentibus ætate provectis, non sine futuræ Sanctitatis præsagio, flammis supra nascentis domum mirabiliter collucentibus, ortus est. Cum infans in gravem morbum incidisset, Beatæ Virginis ope, cui natum parentes referebant acceptum, è vitæ periculo evasit incolumis. Egregia indole, piaque institutione cœlestibus indiciis obsequente, inter sanctas religiosasque exercitationes pueritiam egit: nam Ecclesiam frequenter adire, ac Sacerdotibus ad aras operantibus ministrare in deliciis habebat. Zatecii politioribus literis ad humanitatem informatus; Pragæ verò gravioribus disciplinis excultus, Philosophiæ, Theologiæ, Sacrorumque Canonum Magisterium, & lauream emeruit. Sacerdotio initiatus, atque à scientia Sanctorum ad lucra animarum rite comparatus, ministerio verbi Dei se primus addixit. Cum igitur in vitiis extirpandis, & revocandis in viam salutis errantibus, eloquentia, & pietate uberes ederet fructus, inter Canonicos Metropolitanę Ecclesię Pragensis cooptatus, mox sibi demandatam Evangelii coram Rege Wenceslao quarto prædicandi provinciam suscepit, eo successu, ut Joannis suasu multa Rex faceret, magnoque in honore ejus virtutes haberet. Conspicuas tamen, quas ille obtulit, dignitates, Dei Servus, ne à divini verbi præconio avocaretur, constantissimè recusavit. Regiis illum eleemosynis in pauperes erogandis præfectum, Joanna Regina conscientiæ sibi moderatorem adscivit. Cum autem Wenceslaus ab officio, institutoque decessisset, atque in vitia præceps abriperetur, piæ autem conjugis obtestationes & monita gravate ferret, contendere ausus

ausus est, ut in Sacramentali judicio Sacerdoti credita Reginæ arcana sibi à Joanne panderentur. At Dei minister blanditiis primum, tormentis deinde, & carceris squalore tentatus, nefariæ Regis cupiditati fortiter obstitit. Furentem tamen Wenceslai animum, cum ab execrando proposito nec humana, nec divina jura deterrerent, supremum agonem, quem instare sibi athleta Christi noverat, populo in concione de impendentibus etiam Regni calamitatibus admonito, non obscure prænunciavit. Mox Boleslaviam profectus, ad Beatæ Virginis Imaginem antiquo cultu celebrem, cælestæ præsidium ad certandum bonum certamen effusis precibus imploravit. Inde vesperi revertentem in pervigilio Dominicæ Ascensionis Rex è fenestra conspicatus arcessit, cumque vehementius urgeret, & proximam in aquis, si obluctari pergeret, submersionem intentaret, Joannes invicta constantia terrores, minasque refutavit. Itaque Regis imperio in Moldavam flumen Pragam interfluens noctu dejectus, illustrem martyrii coronam est consecutus. Sacrilegum facinus clam patratum, & Martyris gloriam, insigne prodigium divinitus patefecit. Ubi enim exanime corpus secundo flumine vehi cæpit, ardentes faces aquis supernatantes, & discurrentes apparuerunt. Quamobrem ex arena postridie mane corpus elatum, Canonici deinde, Regis iram nihil timentes, in Metropolitanam Ecclesiam solemni pompa intulerunt, & sepulturæ mandarunt. Cum autem in dies invicti Sacerdotis memoria miraculis, & maxima fidelium, eorum præcipue qui fama periclitantur, veneratione cresceret, post annos demum amplius trecentos, in juridica recognitione Corporis, quod sub humo tandiu jacuerat, lingua ejus incorrupta, & vivida reperta est, quæ sexto post anno Judicibus à Sede Apostolica delegatis exhibita, novo prodigio repente intumuit, & subobscurum ruborem in purpureum commutavit. His itaque, aliisque signis rite probatis, Benedictus decimus tertius Pontifex Maximus, die decimanona mensis Martii anno salutis millesimo septingentesimo vigesimo nono, primum hunc Sacramentalis Sigilli assertorem, Arcani fidem sanguine obsignantem, Sanctorum Martyrum catalogo adscripsit.

ORATIO.

Deus, qui ob invictum Beati Joannis Sacramentale silentium nova Ecclesiam tuam Martyrii corona decorasti: da nobis ejus intercessione, & exemplo linguam caute custodire, ac omnia potius mala, quam animæ detrimentum in hoc sæculo tolerare. Per Dominum &c.

DISCURSUS CXXXII.

SANCTI JULIANI DE BRIOUDE

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget.

Non defuere Scriptores, qui quemdam Equestrem Cœtum fuisse institutum nono Ecclesiæ Seculo, referunt: ajunt enim, quod Guilielmus cognomento Pius, Dux Aquitaniæ, Italice *Guascogna*, & Comes Av-

Avverniæ, cum Guerrino Fratri suo successisset anno 887, vel secundum alios 898. Ordinem viginti quinque Equitum in Ecclesia Sancti Juliani de Brioude Avverniæ instituit, ut contra Normandos pugnarent: sic *Bisli in sua Historia super Familia Comitum de Poiton, Justel. Histor. Domus de Avergne, pag. 13.* ubi subdit, quod dictus Aquitaniæ Dux primus fuit inter Christianos Principes, qui Militiam, & Societatem Equitum pro defensione, atque Christianæ Fidei exaltatione instituerit; quodque fortasse ob id, & considerabilia servitia ab eo Ecclesiæ præstita, fuerit à Sancto Odilone in Vita Sancti Majoli appellatus *Christianissimus Aquitanorum Princeps*, de quibus mentionem facit *Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei in Historia Gallica, & per eum in Italicam Linguam translata* sub Titulo - *Storia degli Ordini Monastici, Religiosi, e Militari &c. tom. 1. cap. 31. pag. 260. impressa Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini anno 1737.*

Hic autem Scriptor *Fontana pag. 261.* advertit quidem, quod allegatus *Bisli*, licet asserat illum in manibus habuisse Instrumentum Fundationis horum Equitum, illud tamen ibi minime asserit, prout tenebatur, ad sibi conciliandam fidem super iis, quæ ipse de hujusmodi Equitibus narrat. Quin imo, Scriptor antedictus *d. pag. 261.* advertit ulterius, quod *d. Justel* Documentum allegat contrarium assertæ institutioni Equitum, scilicet, quod anno 898. (quod est tempus, quo secundum aliquos ponitur institutio dictorum Equitum à prænominato Principe facta) in eodem loco, & Ecclesia S. Juliani de Brioude aderant Canonici.

Ut autem ingenue fateamur, hujusmodi criticæ animadversiones assertionem de præmissa Equitum fundatione minime diruunt, aut labefactant; nemo enim non videt, quod omissio productionis Instrumenti, non tollit eandem fundationem ab eodem Scriptore contestatam, standum enim est scriptori de ea testanti, & sub oculis vidisse declaranti: sicut existentia Canonicorum in eadem Ecclesia non tollit existentiam pariter Equitum; positio enim unius corporis, non est exclusio alterius.

FINIS

PRIMÆ PARTIS

TOMI SECUNDI.